M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. V.

M. TULLII CICERONIS

ORATIONES

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN TERTIUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.

M. TULLII CICERONIS

POST REDITUM,

IN SENATU,

ORATIO XXVIII.

ARGUMENTUM.

Cum redisset in urbem Cicero, postridie hanc orationem in senatu recitavit, in qua, commemorata beneficii sibi tributi magnitudine, cum senatui in universum omni, tum singulis quibusdam gratias agit. Initium facit a Lentulo et Metello consulibus, quorum illius præcipua opera in Cicerone restituendo enituerat, hic autem; privatis inimicitiis reipubl. condonatis, non intercesserat Lentuli actioni. Hic occasionem arripit ad consules superioris anni, quo ejectus erat, Gabinium et Pisonem digrediendi, eosque omnibus modis vexandi. Pergit deinde ad tribunos plebis, quod eorum post consules maxima erat in legibus ferendis et abrogandis potestas, iisque omnibus, inprimisque Miloni et P. Sextio, nominatim gratias agit. Sequuntur deinde prætores septem, octavus enim Appius Claudius, P. Clodii frater, a reliquis dissenserat, qui omnes nominatim, nullus tamen præcipue laudantur. E reliquis autem senatoribus nulli nisi Pompeïo nominatim gratias agit, qui pro Cicerone municipia et colonias adierat, omnique gratia et ope ad ejus restitutionem incubuerat. In conclusione rationem consilii sui reddit, quo erat in relinquenda urbe usus. Erant enim, qui timidum appellarent, quod, cum amicorum opes maximas haberet, tamen cessisset Clodio. Tandem nihil de sua fortitudine in defendenda salute reipublicæ hoc tam gravi casu diminutum esse, confirmat pro Domo sua.

In Barb. 2. hæc Oratio inscribitur, *M. Tullii pro se ipso gratulatoria de restitutione in patriam incipit. Ad Patres Conscriptos.* In Pith. *Oratio M. T. Cic. in Senatu post Reditum de Exilio:* Franc. 1. *M. T. Cic. Oratio, qua gratias Senatui dixit pro sua restitutione in patriam.*

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 204.] Si, patres conscripti, pro vestris immortalibus in me, fratremque meum, liberosque nostros meritis parum[a] vobis cumulate[1] gratias egero; quæso, obtestorque, ne meæ naturæ[a] potius, quam magnitudini vestrorum beneficiorum, id[2] tribuendum putetis. Quæ enim tanta potest existere[3] ubertas ingenii, quæ tanta dicendi copia, quod[4] tam divinum atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra[5] in nos universa promerita, non dicam complecti orando,[6] sed percensere numerando? qui mihi fratrem optatissimum, me fratri amantissimo,[7] liberis nostris parentes, nobis liberos; qui dignitatem, qui ordinem,[b] qui fortunas, qui amplissimam rempublicam, qui patriam, qua nihil potest esse jucundius,[8] qui denique nosmetipsos nobis reddidistis. 2. Quodsi parentes[c] carissimos habere debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, civitas tradita est; si Deos immortales, quorum beneficio et hæc tenuimus,[9] et ceteris rebus aucti sumus; si populum Romanum, cujus honoribus in amplissimo consilio,[b] et in altissimo gradu[d] dignitatis, atque in hac omnium[10] terrarum arce[c] collocati sumus; si hunc ipsum ordinem, a quo sæpe magnificentissimis de-

[a] *Minus quam par est.* [b] *Senatu.* [c] *Roma.*

CAP. I. 1 C *cumulare.*—2 ς caret pronomine *id.* Tum, in C *retribuendum:* in Ms. Lamb. *attribuendum.*—3 *Exsistere potest* Ms. Lamb. *Quæ tanta enim potest esse ub. ing.* Franc. 1. Pro *ubertas* ς χ *libertas.*—4 ς *quodque.*—5 Pith. *posset vestrum.* Mox, Ms. ap. Steph. *merita.*—6 Pith. et unus Paris. *ornando,* probb. Græv. et Garaton. Dein, e Ms. H *enumerando* dedit Orell.—7 ς *fratrem amantissimum.*—8 Erf. Franc. 1. Barb. et al. *jocundius.*—9 ς *quorum ben. ex hoc ten.*—10 Idem Ms. *omni.* Mox pro *quiddam* C *quidem;* ς *quod;* χ *qui-*

NOTÆ

[a] *Ne meæ naturæ*] Excusat se a magnitudine beneficii, quod pro meritis extollere satis non potest; eaque utitur ut senatores sibi benevolos et attentos reddat.

[b] *Qui ordinem*] Restitutus Cicero est in senatorium suum ordinem.

[c] *Quodsi parentes*] A comparatione beneficium extollit, quo omnia sibi reddita esse dicit, quæ a parentibus, Diis, populoque Rom. acceperat.

[d] *In altissimo gradu*] Ad consulatum beneficio populi pervenerat, quo nulla dignitas in repub. major extitit. De eo dictum est sæpius.

cretis sumus honestati; immensum quiddam et infinitum est, quod vobis debemus, qui vestro singulari studio atque consensu, parentum beneficia, Deorum immortalium munera, populi Romani honores, vestra de me[11] multa judicia, nobis omnia uno tempore reddidistis; ut, cum multa[12] vobis, magna populo Romano, innumerabilia parentibus, omnia Diis immortalibus debeamus; hæc[13] antea singula per illos habuerimus; nunc universa per vos recuperaverimus.[14] II. 3. Itaque, patres conscripti, quod ne optandum quidem est homini, immortalitatem quandam per vos adepti videmur.[15] Quod enim tempus erit unquam, quo vestrorum[16] in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur, qui illo ipso tempore, cum vi, ferro, metu, minis obsessi[17][e] teneremini, non multo post discessum meum, universi me[18] revocavistis, referente L. Ninnio,[f] fortissimo atque optimo viro? quem habuit ille pestifer annus et maxime fidelem, et minime timidum, si dimicare[19] placuisset, defensorem salutis meæ: posteaquam[20] vobis potestas decernendi non est permissa per eum tribunum

dam. In Ms. ap. Græv. *imm. quid est et inf.* Mox, e Franc. 1. *debemus* edidit Ern. quem Wolf. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. secuti sunt. Ceteri *debeamus.*—11 Pro *de me* ς *deinde.* Paulo post, χ *vobis.*—12 Pith. *ut quo multa.* Tum, *magna* in C χ, et *innumerabilia* in ς omittitur.—13 Ante *hæc* T ψ, Lamb. Grut. Oliv. Lall. addunt *quod.* Vid. Nott. Varr. Post *singula* ς repetit *debemus.*—14 *Recuperavimus* H S, Ven. 1480. *recuperarimus* T χ, Franc. 1. Barb. cum Lamb. Græv. Wolff. Beck. et Orell.

CAP. II. 15 Erf. et alius Ms. cum Lall. *esse ad. vid.* C H T χ, Dresd. Franc. 1. Pith. Barb. et Græv. *ad. esse vid.*—16 H *in quo vestr.* ς *ut cum vestr.* Mox, ς *moriantur.*—17 ς *cum in ferro, metu unius obs.* Tum, C supra lin. *teneremur.*—18 In χ deest *me.* Dein, C *provocavistis.* Pro *referente* C *referrem de;* T *referendo:* in S deest. Porro, Barb. *L. nimio.* In Franc. 1. *referente de me L. Mumio*, et placet Grævio inseri *de me.* *L. Mumio* est quoque in Pith. Dresd. et S: *Munio* in Pariss. et T, unde Lall. edidit *L. Mummio,* ut est in ed. Junt. *L. Munio* ς: *L. Mimmo* χ: *T. Annio* H et Ms. Mureti.—19 Pith. *et si dim.*—20 Græv. e Franc. 1. dedit *postea vero quam.* In Pith. legitur, *posteaquam vobis pot. decern. facta non est.* Verbum *permissa* non est

NOTÆ

[e] *Obsessi*] A difficili tempore auget beneficium, quia revocatus est cum Clodiani omnia armis circumsepta tenerent, et seditiones plurimæ ab eis in foro excitarentur, de quibus pluribus agit in orat. pro Sext.

[f] *L. Ninnio*] Ninnius ille Quadratus dictus est, qui tribunus plebis Kalend. Jun. ad senatum de revocando Cicerone retulit.

plebis,[g] qui, cum per se rempublicam lacerare non posset, sub alieno scelere[h] delevit;[1] nunquam de me siluistis, nunquam meam salutem[2] non ab his consulibus, qui vendiderant,[i] flagitavistis.[k] 4. Itaque vestro[3] studio atque auctoritate perfectum est, ut ille ipse annus,[4][l] quem ego mihi, quam patriæ, malueram esse fatalem, hos[5] tribunos haberet, qui et promulgarent de salute mea, et ad vos sæpenumero referrent:[6] nam consules modesti,[7] legumque metuentes, impediebantur lege,[m] non ea quæ de me, sed[8] quæ de ipsis lata erat, cum[9] meus inimicus promulgavit,[10][n]

in ϛ, Erf. et Colian.—1 Pith. Ms. Henr. Steph. et Mss. Lambini *delituit.* Gulielm. conjecit *posset suo, alieno scel. delevit.*—2 C H S, Barb. 2. Ven. 1483. *nonnunquam meam sal.* Ursini Ms. *nunquam non meam sal.* In χ deest *non* post *salutem.* Tum, Lamb. *ab iis cons.* Postea, C H χ *vendiderunt.*—3 Heumann. legi vult *Et ita vestro.*—4 C H T χ, Franc. 1. Dresd. Barb. *illo ipso anno:* ϛ *ut ipse ille minus:* al., teste Grævio, *ut ipse ille annus.*—5 Pro *hos* edd. Vict. Car. Steph. Manut. Hervag. Brut. Hotom. Lamb. Heumann. dederunt *octo:* C χ, Franc. 1. Barb. 2. *cum tribunos.* Post *tribunos* Franc. 1. addit *plebis.* In ed. pr. *cum tribunos haberem.* Pro *haberet* C *nominaret.* Postea, edd. nonnullæ omittunt copulam ante *promulg.*—6 χ *ad nos,* et Barb. 2. *sæpe ref.*—7 H *molesti.* Mox, ϛ *impediebant.*—8 Post *sed* in edd. Naug. Manut. Lamb. Grut. Oliv. Lall. additur *ea,* sed Grævius cum edd. seqq. auctoritate Mss. Erf. Colin. Dresd. Franc. et ed. pr. (quibus accedunt C T ϛ χ, Barb.) delevit. In χ etiam *quæ* omittitur.—9 Lamb. *quam.*—10 Ern. conjecit *pro-*

NOTÆ

[g] *Per eum tribunum plebis*] Ælium Ligurem nominat in orat. pro Sextio, qui contra Ciceronem intercessit, corruptus a Clodianis.

[h] *Alieno scelere*] Scelere Pisonis et Gabinii, qui consules erant, rempub. delere conatus est, cum contra senatus et populi auctoritatem intercessit.

[i] *Vendiderant*] Clodius pretio provinciarum, Macedoniæ, quæ a Clodio Pisoni; Syriæ, quæ Gabinio data est, salutem vendiderat. Eas enim illis provincias promiserat, si Cicero in exilium ejiceretur.

[k] *Flagitavistis*] Flagitare, inquit Hotomannus, debitorem est acrius et vehementius appellare. Senatus autem a consulibus salutem Ciceronis, quasi proprio jure sibi debitam, postulaverat.

[l] *Ille ipse annus*] Anno 695. quo Piso et Gabinius gesserunt consulatum, decem tribuni fuerunt; sed tantum octo nominat, quia Sext. Attilius et Numerius Quintius ipsum læserunt.

[m] *Impediebantur lege*] Lex lata fuerat a Clodio ne quis ad senatum de Cicerone referret: quam legem non tam de se ait latam esse, quam de consulibus, quibus provinciæ promittebantur, si Cicero in exilium mitteretur.

[n] *Inimicus promulgavit*] Hanc legem de Cicerone ejiciendo non esse appellandam contendit, quia ab inimico suo lata est.

ut, si revixissent ii,[11] [o] qui hæc pæne delerunt,[12] tum ego redirem: quo facto utrumque confessus est,[p] et se illorum vitam desiderare, et magno in periculo [13] rempublicam futuram, si aut hostes atque [14] interfectores reipublicæ revixissent, aut ego non revertissem.[15] Itaque illo ipso tamen anno, cum ego cessissem, princeps autem civitatis,[16] [q] non legum præsidio, sed parietum, vitam suam tueretur; respublica sine consulibus esset,[r] neque solum parentibus perpetuis,[s] verum etiam tutoribus annuis [17] esset orbata; [*p.* 205.] sententias dicere prohiberemini; caput meæ proscriptionis [t] recitaretur; [18] nunquam dubitastis meam salutem cum

mulgavisset legend.—11 C et ς *revisissent hi.* In S deest *ii.*—12 C *delerent.* Ern. legi mavult *delerant.* Pro *tum* in χ *cum.*—13 C *magno peric.* sine præpositione. Post *futuram* C T χ addunt *esse.*—14 Pro *atque* H S T habent *aut;* et pro *reipublicæ* C *R. populi.*—15 C *revertissent.* Mox, pro *tamen*, quod edd. multæ omittunt, C T χ ψ, Franc. Dresd. et edd. vett. habent *tum.* Paulo post, H S, Ven. 1480. 1483. Med. *cecidissem*, prob. Grævio.—16 *Principes hujus civ. . . . tuerentur* C T χ: *principes civ. . . . tuerentur* Franc. 1. Dresd. Barb. et edd. nonnullæ. In S ψ *princeps hujus civ. . . . tueretur.* Pro *parietum* C et ς *parentum.* Tum, Ms. Vict. et Ms. ap. Lamb. *respubl. sine rep. sine consulibus.* Pro *consulibus* ς *consules.*—17 Pro *annuis* C *a meis.* Dein, ς *sed sententias.*—18 C *recitare.*

NOTÆ

[o] *Si revixissent ii*] Perniciosa fuit hæc lex a Clodio lata contra Ciceronem, qua videlicet aqua et igni interdicebatur, ut si revixissent qui socii Catilinæ in conjuratione fuerant, tum rediret ab exilio, ut eorum conatibus obsisteret.

[p] *Utrumque confessus est*] Dum ita ageret Clodius, confessus est se optare, ut redirent ad vitam, qui rempub. perdere voluerunt; aut reipub. perniciem desiderare, si ipsis redivivis, non rediret, quia fatebatur Clodius solum Ciceronem posse ipsis obsistere.

[q] *Princeps autem civitatis*] Pompeius, de cujus periculo in prima oratione dictum est, fuit ille princeps civitatis, qui appetitus est a Clodianis. Vide § 4. not.

[r] *Sine consulibus esset*] Sine consulibus erat respub. quia consulum est reipub. consulere; hi vero, Piso scilicet et Gabinius, eam funditus evertebant, unde consules non erant appellandi.

[s] *Parentibus perpetuis*] Parentes erant et tutores reipub. consules: annui autem dicuntur, quia singulis annis creabantur; perpetui vero, quia respublica nunquam sine consulibus fuit.

[t] *Caput meæ proscriptionis*] Statim atque discessit Cicero, Clodius de ejus exilio ad populum tulit, atque edictum proposuit, ut illi aqua et ignis interdiceretur, et ne intra quinquaginta millia passuum ab Italia tecto reciperetur. Ita Plutarchus in Cicerone. Dio hoc quoque legi adjectum fuisse tradit, ut si Tullius intra spatium definitum visus esset,

communi salute conjungere. III. 5. Postea vero quam[19] singulari et præstantissima virtute P. Lentuli consulis,[u] ex superioris anni caligine et tenebris lucem in republica Kal. Jan.[20] dispicere cœpistis; cum Q. Metelli, nobilissimi hominis atque optimi viri, summa dignitas, cum prætorum, tribunorum plebis[1] pæne omnium[x] virtus et fides, reipublicæ subvenisset; cum virtute, gloria, rebus gestis Cn. Pompeius, omnium gentium, omnium sæculorum, omnis memoriæ facile princeps, tuto se in senatum[2][y] venire arbitraretur; tantus vester consensus de salute mea fuit, ut corpus[3] abesset meum, dignitas jam in patriam revertisset.[4] 6. Quo quidem mense, quid inter me et meos inimicos interesset, existimare potuistis. Ego meam salutem deserui, ne propter me civium vulneribus respublica cruentaretur: illi meum reditum non populi Romani suffragiis,[5] sed flumine sanguinis[z] intercludendum putaverunt. Itaque postea nihil vos civibus, nihil sociis, nihil regibus[a] respondistis: nihil judices sententiis,[6] nihil populus suffragiis, nihil hic

CAP. III. 19 Pro *quam* C, Franc. 1. et ed. pr. *cum;* Dresd. *tum.*—20 ς *Kalendis Januarii:* al. *Kalendis Januariis.* In C pro *Januariis* est *Januarii.* Tum, *respicere* C T χ, Guelf. Barb. 2. Hervag. Manut. Lamb. Grut. Græv. Heumann. *despicere* alii. Porro, ς χ *cumque Metelli.*—1 In C T χ ψ, Barb. 2. Franc. 1. Dresd. et ed. pr. deest *plebis.*—2 χ *tantum se senatu.*—3 Edd. vett. *ut licet corpus.*—4 ς *reverteretur.*—5 ς *suffragio.* Mox, χ *interducendum.*—6 Pro *regibus . . . sententiis* in ς tantum est *judicibus summis;* et pro *judices*

NOTÆ

et ipse, et qui eum recepissent, impune interficerentur. Lege Fabric. in vita Cic.

[u] *Lentuli consulis*] Lentulus et Metellus Pisoni et Gabinio successerunt in consulatu: et licet Metellus frater esset Clodii ex matre, et inimicus Ciceroni, eas tamen inimicitias se deponere dixit reipublicæ causa.

[x] *Pæne omnium*] E prætoribus solus obstitit Ciceronis reditui Appius Clodius, Pub. Clodii frater; e tribunis vero Attilius Serranus et Q. Numerius Quintius.

[y] *Tuto se in senatum*] Novis consulibus magistratum gerentibus, credidit Pompeius se tuto in senatum venire posse. Id in invidiam Clodianorum dicit.

[z] *Flumine sanguinis*] Seditio a Clodianis in foro tanta facta est, ut corporibus civium Tiberis repleretur. Hic autem colligit reipub. calamitatem a signis, quam repetitionibus et interpretationibus amplificat.

[a] *Sociis, regibus*] Reges et socii populi mittere legationes suas ad senatum solebant.

ordo auctoritate declaravit:[7] mutum forum, elinguem[d] curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis. 7. Quo quidem tempore, cum is excessisset,[8] [b] qui cædi et flammæ, vobis auctoribus,[9] restiterat, cum ferro et facibus homines[10] tota urbe volitantes, magistratuum tecta impugnata,[11] Deorum templa inflammata, summi viri et clarissimi consulis[12] [c] fasces fractos, fortissimi atque optimi viri, tribuni plebis,[13] [d] sanctissimum corpus,[e] non tactum[14] ac violatum manu, sed vulneratum ferro confectumque vidistis. Qua strage nonnulli permoti[15] magistratus, partim metu mortis, partim desperatione reipublicæ, paulum[16] a mea causa recesserunt:[f] reliqui fuerunt,[17] quos neque terror, neque vis,[18] nec spes, nec metus, nec promissa, nec minæ,[19] nec tela, nec faces a vestra auctoritate,[g] a populi Romani dignitate, a mea salute depellerent. IV. 8. Princeps P. Lentulus, parens ac Deus nostræ vitæ,[20] fortunæ, memoriæ, nominis, hoc specimen[1] virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen

[d] *Silentem.*

χ *judicum.* Tum, χ *nihil populi suffr.*—7 Wolf. conjecit *decrevit.*—8 In χ *excessissem.*—9 H et S *vestra auctoritate.* Dein, χ *restiterum.*—10 ς *omnes.*—11 *Oppugnata* Mss. pauci et edd. ante Grut.—12 Pro *consulis* in ς *cum hos.*—13 χ *plebis officii.*—14 *Non solum tectum* T: *non solum tactum* C H S, Barb. 2. et edd. ante Lamb. præter Junt. qui habet *tractum.*—15 χ *commoti.*—16 S ς et edd. nonnullæ *paululum.*—17 Heumann. conjecit *at aliqui fuerunt.*—18 Al. *nec vis:* Lamb. *nec terror, nec vis.*—19 Pro *minæ* C *mina;* H *rapinæ.* Tum, C H T *fasces.*

Cap. IV. 20 ς, Pith. Dresd. *decus nostræ vitæ:* χ *noster Deus vitæ:* Weiske, *Deus vitæ nostræ.*—1 ς *speculum.* Mox, C ς χ *judicium animi.*—

NOTÆ

[b] *Cum is excessisset*] De se loquitur Cicero, qui fuerat ejectus, quia auctoritate senatus socios conjurationis interfecerat.

[c] *Clarissimi consulis*] P. Lentuli. Fasces hoc tempore fracti sunt, sicut anno superiori Gabinii.

[d] *Tribuni plebis*] De Sextio loquitur, qui a gladiatoribus Clodii in foro vulneratus est, quando, voluntate senatus perspecta, causa revocandi Ciceronis ad populum octavo Kal. Febr. fuit delata.

[e] *Sanctissimum corpus*] Corpora tribunorum pleb. sacris legibus sacrosancta habebantur, adeoque ea violare nefas fuit.

[f] *Recesserunt*] Non prætores, sed fortasse e tribunis aliqui recesserunt, quos Cicero non appellat.

[g] *A vestra auctoritate*] Conjungit salutem suam cum auctoritate senatus, et populi dignitate, quia semper cum senatu sensit, et utilitati populi studuit.

consulatus sui fore putavit, si me mihi, si[2] meis, si vobis, si reipublicæ reddidisset. Qui ut est designatus,[3] [h] nunquam dubitavit sententiam de salute mea, se et[4] republica dignam, dicere. Cum a tribuno[5] plebis vetaretur, cum præclarum caput recitaretur, 'Ne quis ad vos[6] referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret,[i] ne scribendo[7] adesset;' [k] totam illam, ut ante dixi, proscriptionem, non legem putavit, qua civis optime de republica meritus, nominatim,[8] sine judicio,[l] una cum senatu, reipublicæ esset ereptus. Ut vero iniit[9] magistratum, non dicam, quid egit[10] prius, sed quid omnino egit aliud, nisi, ut, me conservato, vestram in posterum dignitatem auctoritatemque sanciret?[11] 9. Dii immortales! quantum mihi beneficium [m] dedisse videmini, quod hoc anno P. Lentulus[12] consul est! quanto majus dedissetis, si superiore

2 Verba *mihi si* in ϛ desunt.—3 Ante *designatus* Franc. 1. addit *consul.*—4 ϛ caret *mea, se et.* Pro *se et* in C H S T χ, Dresd. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. *et de;* et pro *republica* ϛ *reipubl. summam.*—5 ψ *tribunis:* in C et T deest. Tum ϛ *vitaretur,* et Franc. 1. *ne præcl.*—6 T *ad nos,* et mox *decerneretur.*—7 χ *scriberet.* Post *illam* S et nonnullæ edd. vett. addunt *causam;* Naug. Oliv. Lall. *clausulam.* Lambinus conjecit legend. *totam illam rogationem, proscriptionem, ut ante dixi, non legem;* aut, *totam illam legem, proscriptionem, ut ante dixi, non legem;* aut, *totum illud caput, ut ante dixi, proscriptionem, non legem.* In C et ϛ *præscriptionem.* Verba *putavit . . . ereptus* in C desunt.—8 ϛ *nominatus.*—9 C *Ut non iniit.*—10 C S T χ ψ, Barb. 2. Junt. Græv. Oliv. Lall. *egerit,* probante Heumanno. Pro *prius* ϛ *plus.* Tum, H, supra lin. *sed quod,* et H ψ *omnino nihil egit.* Pro *nisi ut* in C T χ, Franc. 1. *quam ut;* ed. pr. *quæ ut.* Denique, χ *me conservaret.*—11 χ *sanciretur.*—12 C *Lentulum.* In C T,

NOTÆ

[h] *Qui ut est designatus*] Designati consules in comitiis primi sententiam rogabantur, ita ut qui primus selectus esset, primus diceret.

[i] *Ne pedibus iret*] Inter senatores quidam pedarii dicti sunt, 'qui,' ut refert Gellius, 'non sententiam in senatu dicerent, sed ab aliis dictam moventes se loco approbarent.' Illi autem non curru ut ceteri, sed pedibus veniebant in senatum.

[k] *Ne scribendo adesset*] De scripto aliquando sententia ferebatur, ut in illa Ciceronis causa factum est a Pompeio.

[l] *Sine judicio*] Lege XII. tabularum sancitum est, ne de capite civis, nisi comitiis centuriatis, rogaretur.

[m] *Quantum mihi beneficium*] Deorum in se agnoscit beneficium, quod hoc anno consul fuerit Lentulus, quod longe majus extitisset si superiori factus esset; neque enim tantum a Gabinio et Pisone vulnus seu calamitatem accepisset.

anno fuisset! nec enim eguissem[13] medicina consulari, nisi consulari vulnere concidissem. Audieram ex sapientissimo homine, atque optimo civi[14] et viro, Q. Catulo,[n] non sæpe[15] unum consulem improbum, duos vero nunquam, post Romam conditam, excepto illo Cinnano tempore,[o] fuisse. Quare meam causam semper fore firmissimam, dicere solebat, dum vel unus in republica consul esset.[16] [*p.* 206.] Quod vere dixerat, si illud de duobus consulibus, quod ante in republica non fuerat, perenne ac proprium manere potuisset. 10. Quodsi Q. Metellus illo tempore consul fuisset unicus;[17] dubitatis, quo animo fuerit in me conservando futurus, cum in restituendo auctorem fuisse ascriptoremque[18] [p] videatis? Sed fuerunt duo[19] consules,[q] quorum mentes angustæ, humiles, parvæ,[20] op-

Barb. 2. et Ven. 1480. deest *consul.* Pro *est*, quod Grut. cum edd. seqq. dedit auctoritate plerorumque Pall., *præfuit* habent C H S T χ, Franc. 1. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. Junt. et *fuit* Erf. Pal. 9. et nonnullæ edd. vett. cum Wolf. et Orell. Ante *quanto* C S T χ, Franc. 1. Barb. 2. ed. 1472. Junt. Græv. Wolf. Beck. et Orell. addunt *quo.*—13 χ *egissem.* Pro *nisi consulari* in ϛ *neque.*—14 C H S, Barb. 2. et edd. pleræque ante Lamb. *cive.*—15 In ϛ deest *sæpe.* Verba *post Romam conditam* omittunt C H S T ϛ χ, Barb. 2. et edd. ante Grut. cum Wolf. Mox, pro *Cinnano* C et Barb. 2. *Cesonii;* T *Cessonii;* H S *Cesonini;* ϛ *Censurino;* χ *Resonii;* Ven. 1480. 1483. *Cesonino.*—16 ϛ caret *esset.* In Franc. 1. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. et Manut. legitur *esset consul.* Pro *Quod* Pith. habet *Quam.*—17 Pro *unicus* Dresd. Mss. Lambini. Ms. ap. Manut. habent *inimicus;* C H S T χ, Franc. 1. Barb. 2. Ms. Ursini, et edd. vett. *non inimicus.* In ϛ *cons. fuisset, in quo fuisset inimicus meus qui me exulavit.* Garaton. legi maluit *cons. fuisset homo inimicus.* Ern. conjecit *unus* legend.—18 ϛ *scriptoremque:* χ *ad scriptoremque.* Tum, C *videratis.*—19 Pro *duo* Mss. Lambini et aliquot Pall. *hii* aut *ii*, quod Lamb. monuit e nota numerali *II.* extitisse. Lambinus autem, prob. Heumanno, *consules* deleri jussit.—20 *Pronæ* Mss. ap. Turneb. *parvæ* C T χ,

NOTÆ

[n] *Q. Catulo*] Hic Catulus illius filius fuit, qui cum Mario consul fuit.

[o] *Cinnano tempore*] Cinna et Papirius Carbo, sceleratissimi consules, discordiis et seditionibus rempub. vexarunt. Vide Appian. Tales autem reperti sunt hoc tempore Piso et Gabinius, qui Clodio tribuno plebis rempublicam vendiderunt.

[p] *Auctorem ascriptoremque*] Is Metellus affinis Clodii, Ciceronis fuerat inimicus; verum permotus tum P. Servilii incredibili dicendi gravitate, absens cum M. Tullio rediit in gratiam, atque auctor fuit ut rediret: ascriptor vero, quia senatusconsulto de Cicerone revocando subscripsit.

[q] *Duo consules*] Pisonis et Gabinii mores describit.

pletæ tenebris ac sordibus, nomen ipsum consulatus, splendorem illius honoris, magnitudinem tanti imperii, nec intueri,[1] nec sustinere, nec capere potuerunt: non consules, sed mercatores[r] provinciarum ac venditores vestræ dignitatis.[s] Quorum alter a me Catilinam, amatorem[2] suum,[t] multis audientibus, alter[u] Cethegum, consobrinum,[3] reposcebat: qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam, non consules, sed latrones, non modo deseruerunt,[4] in causa præsertim publica et consulari,[5][x] sed prodiderunt, oppugnarunt, omni auxilio,[6] non solum suo,[y] sed etiam vestro,[z] ceterorumque ordinum, spoliatum esse voluerunt: quorum alter[a] tamen neque me, neque[7] quenquam fefellit. v. 11. Quis enim[8] ullam ullius boni spem haberet in eo, cujus primum tempus ætatis palam fuisset ad omnium libidines[9] divulgatum?[e] qui ne a sanctissima quidem parte

[e] *Expositum.*

Guelf. Barb. 2. Pall. Ms. Ursini, ed. Wald. cum Ern. et Orell. *pravæ* ceteri. —1 H ς, Mss. Lallemandi et Turnebi, cum Lall. Beck. Orell. *tueri.*—2 Pro *amatorem* H *materterum.*—3 *Consobr. suum* ς, Ven. 1480. 1483. Hervag. Manut. Dein, ς *reposcebant.*—4 ς *censuerunt.*—5 C *consularum.*—6 ς *omnino aux.* Mox, idem Ms. *nostro.*—7 C et T *nec me, nec.*

Cap. v. 8 In H et S deest *enim.* Tum, C *illius.*—9 *Ad omnes libid.* C H

NOTÆ

[r] *Mercatores*] Suas provincias a Clodio, salute Ciceronis emerant.

[s] *Venditores vestræ dignitatis*] Non pertinebat ad solos consules, sed ad senatum universum cum illis, provincias decernere.

[t] *Amatorem suum*] Catilinam indicat; nam in oratione pro Domo, 'Catilinæ delicias' Gabinium vocat.

[u] *Alter*] Piso Cethegum reposcebat, cui damnato gula per vindices rerum capitalium fracta est in carcere.

[x] *In causa publica et consulari*] Quod gestum est a Cicerone in conjuratione Catilinæ, pro reipub. salute gestum est: quare ejus defensio maxime pertinebat ad consules, quorum est reipub. et periclitantibus pro causa publica civibus consulere.

[y] *Non solum suo*] His sedentibus, inspectantibus, atque adeo adjuvantibus, Cicero conservator patriæ a sceleratissimo tribuno plebis Clodio in exilium ejectus est.

[z] *Sed etiam vestro*] Dio lib. XXXVIII. tradit, audita lege de Ciceronis exilio, equites in Capitolium tunc convenisse, atque ad consules et senatum misisse legatos non solum e suo ordine, verum etiam senatores duos, Q. Hortensium et C. Curionem, qui pro Cicerone deprecarentur, sed eos a Gabinio fuisse repudiatos.

[a] *Quorum alter*] Gabinium increpat ab anteacta vita.

corporis potuisset hominum impuram intemperantiam [10] propulsare? qui cum suam rem non minus strenue,[11] quam postea publicam [b] confecisset; egestatem et luxuriam [12] domestico lenocinio sustentavit? [13] qui nisi in aram tribunatus confugisset,[c] neque vim prætoris,[d] nec multitudinem [14] creditorum, nec bonorum proscriptionem effugere potuisset. Quo in magistratu nisi rogationem [15] de piratico bello [e] tulisset; profecto egestate [16] et improbitate coactus piraticam ipse fecisset; ac minore quidem cum [17] reipublicæ detrimento, quam quod [18] intra mœnia nefarius hostis, prædoque versatus est: quo inspectante ac sedente, legem tribunus plebis [f] tulit, ne auspiciis obtemperaretur; [g] ne obnuntiare [h] concilio aut comitiis,[i] ne legi intercedere [19]

S T ς, Barb. 2. et al. cum Junt. Lamb. Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—10 C *intemperationem*.—11 Pro *strenue* ς *si sene*.—12 ς *egestate*, et Lamb. *luxuriem*. —13 ς *sustentatam*.—14 Idem Ms. *multitudine*. Verba *cred. nec bon. proscript.* in C et χ desunt. In T est *creditorum*, reliquis omissis.—15 C H S T ς χ ψ, Barb. 2. et edd. ante Manut. *Qui*. Mox, C *rogatione*.—16 H S et edd. nonn. *prof. et egest.* Tum, pro *ipse* χ *ipsam*.—17 *Cum* omittunt C, Franc. 1. Barb. 2. et nonnullæ edd. vett. cum Græv. et Wolf.—18 *Quod* delendum judicavit J. F. Grohov. ad Liv. XXVIII. 43. In uno Ms. Paris. punctis subjectis notata erat ea particula. Weiske censet *quo* legend. Pro *infra* C ha-

NOTÆ

[b] *Postea publicam*] In Syria Gabinius equitatum et cohortes optimas perdidit.

[c] *In aram tribunatus confugisset*] Tribunatum obtinuit Gabinius A. U. C. 686. Metello et Marcio coss. sed ea tantum de causa, ne propter æs alienum quisquam ipsi molestus esset, quod nefas erat magistratibus: quare ait ad tribunatum confugisse quasi ad aram, ad quam qui confugiebant, servabantur.

[d] *Vim prætoris*] Apud prætorem urbanum citabantur qui ære alieno tenebantur.

[e] *De piratico bello*] Bellum piraticum Pompeio commissum est, lata lege a Gabinio.

[f] *Tribunus plebis*] Clodius tribunus plebis tulit, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo servaret, ut omnibus fastis legem ferri liceret.

[g] *Auspiciis obtemperaretur*] Lex Ælia jubebat ut quoties cum populo ageretur, augures de cœlo servarent.

[h] *Obnuntiare*] Obnuntiare augurum fuit, et impedire ne lex statim ferretur, sed in aliud tempus differretur.

[i] *Concilio aut comitiis*] Concilium dicitur, cum pars tantum populi intra civitatem coit, aut legum ferendarum, aut civis judicandi causa: cum vero universus extra civitatem in Campo Martio ad creandos magistratus, comitia dicuntur.

liceret:[k] ut lex Ælia [20] et Fufia [l] ne valerent; quæ nostri majores certissima subsidia [1] reipublicæ contra tribunicios furores esse voluerunt. 12. Idemque postea, cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata venisset,[2] cumque adolescentes nobilissimi,[m] cunctique equites [3] Romani se ad lenonis impurissimi pedes abjecissent; quo vultu cincinnatus[4] ganeo [n] non solum civium lacrymas, verum etiam patriæ preces repudiavit! Neque eo contentus [5] fuit, sed etiam in concionem ascendit,[6] eaque dixit, quæ, si ejus vir Catilina revixisset,[7] dicere non esset ausus: se Nonarum Decembr.[8] [o] quæ me consule fuissent,[9] clivique Capitolini [p] pœnas ab equitibus Romanis esse repetiturum: neque solum id dixit, sed quos ei com-

bet *in vestra.*—19 χ ψ *intendere.*—20 S χ *Alia.* Tum, *Fuffia* Franc. 1. *Sufficia* C: *Suffiana* χ: *Fusia* Junt. et Græv. In C et T deest *ne.* Denique, *valeret* C ς χ et edd. nonn.—1 Pro *certissima subsidia* ς *tutissima præsidia.* In C et T deest *reipublicæ.*—2 C *veste venissent.*—3 Pro *cunctique equites* ς *civesque Quirites.* Mox, *len. impudicissimi* H S ς, Erf. Guelf. Gembl. Pal. Ms. Vict. Ms. Lambini, cum Grut. *impudentissimi* Rom. 1480. Ven. 1483. Brix. Tum, C *objecissent.*—4 C S χ, Franc. 1. et ed. pr. *incincinnatus.*—5 Græv. *contentus eo.* Gruter. *eo* omisit.—6 Ms. Vict. *descendit*, unde Gulielm. conjecit *escendit.*—7 ς *revisisset.*—8 *Decembris* Mss. pauci cum Oliv. et Lall.—9 C *fuisset.* Dein, C H S T *clivi* sine copula. Postea, *Capitolii* C: *Capito-*

NOTÆ

[k] *Intercedere liceret*] Intercedere tribunorum fuit; nam cum lex ferebatur, antequam ferrentur suffragia, vetare poterat tribunus ne ferretur.

[l] *Lex Ælia et Fufia*] Lex illa Ælia lata est a Q. Ælio consule, ut quoties cum populo ageretur, augures de cœlo servarent; magistratus et obnuntiandi, id est denuntiandi agi per Jovem non licere, et legislationi intercedendi potestatem haberent: nam cum lex ferretur, augures de cœlo servabant: magistratus, si quid observatum erat, quo impediri comitia possent, nuntiabant.

[m] *Adolescentes nobilissimi*] Dio refert adolescentes numero ad viginti millia sordidatos, deprecatores salutis Ciceronis venisse.

[n] *Cincinnatus ganeo*] Pungit Gabinium, qui calamistro aut ferro calido tortim et undulatim crines inflexos habebat.

[o] *Nonarum Decembrium*] Eo die senatusconsultum de plectendis Catilinæ sociis factum est.

[p] *Clivi Capitolini*] Cum de supplicio conjuratorum ageretur in templo Concordiæ, equester ordo Clivum Capitolinum occupavit, ne quid tumultus a Catilinariis excitaretur contra senatum. Consul autem ille sceleratus respondit se ab equitibus ea de causa pœnas repetiturum.

modum fuit,[f] compellavit:[q] L.[10] vero Lamiam,[r] equitem Romanum, præstanti[11] dignitate hominem, et saluti meæ pro familiaritate, reipublicæ pro fortunis suis,[12] amicissimum, consul imperiosus exire urbe jussit:[s] et cum vos vestem mutandam censuissetis, cunctique mutassetis, atque idem omnes boni jam ante fecissent; ille unguentis oblitus,[t] cum toga prætexta,[u] quam omnes prætores ædilesque tum abjecerant, irrisit squalorem[13] vestrum, et luctum gratissimæ[14] civitatis: fecitque, quod[15] nemo unquam tyrannus,[x] ut, quo minus occulte vestrum[16] malum gemeretis, nihil diceret, ne aperte incómmoda patriæ lugeretis, ediceret. VI. 13. Cum vero[17] in Circo Flaminio,[y] non a tribuno plebis consul in concionem, sed a latrone archipirata, productus esset; primum processit, qua auctoritate vir! vini, somni,[18] stupri plenus, madenti coma,[z] compo-

[f] *Quos libuit ei.*

lium ς.—10 χ *Lucium.* Ante *vero* H ς χ addunt *jam.* Tum, in C T χ deest *Lamiam.*—11 Ante *præstanti* C et T addunt *jam.*—12 ς *suum.* Mox, idem Ms. *consulem . . . urbem.* Ante *urbe* edd. nonn. inserunt præpositionem *ex.* Pro *jussit* in C *vixit*, et pro *cum* idem Ms. *eum.*—13 ς *abjicerent, arsit squal.*—14 Edd. nonnullæ *gravissimæ*, et sic Weiske, qui conjecit legend. *gravissime afflictæ civit.*—15 In C et S deest *quod.*—16 ς *nostrum.* In vocab. *nihil* desinit oratio in ς. Heumannus conjecit, *ut qui omnes occulte vestrum malum gemeretis, ne aperte incommoda patriæ lugeretis, eliceret.* Wetzelio etiam locus non sanus videtur. In Dresd. *incommodum patriæ.*

NOTÆ

[q] *Compellavit*] Proprio nomine appellavit, et acerbius increpuit quosdam.

[r] *Lamiam*] Lamia equestris ordinis princeps fuit, qui fortunas amplissimas habebat, et qui fuerat semper reipub. addictissimus. Ab urbe pulsus fuit a Gabinio, quod deprecari ausus esset pro Cicerone.

[s] *Exire urbe jussit*] Abesse jussit, nempe 'millia passuum ducenta,' ut ait in orat. pro Sextio.

[t] *Unguentis oblitus*] Per illa unguenta intelliguntur odores et liquores expressi e floribus, quibus perfusus erat Gabinius.

[u] *Toga prætexta*] De toga prætexta dictum est orat. I. in Verr. § 113. not. hanc autem abjecerant magistratus, ut fit in magna calamitate.

[x] *Unquam tyrannus*] Vetuit ne quisquam gemeret de Cicerone; quod ne vetant quidem tyranni.

[y] *Circo Flaminio*] Circus fuit Romæ, qui Maximus dictus est, ubi ludi exhibebantur et spectacula. Circus autem alius fuit in undecima urbis regione, qui Flaminius dictus est, ubi vitreorum operum officina fuit, in qua pocula fiebant punctis coloratis, quasi gemmis insignita, et crystallinis similia.

[z] *Madenti coma*] Describit Gabinium, quasi hominem mollem et effœ-

sito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis,[a] pressa voce et temulenta;[19] [*p.* 207.] quod in cives indemnatos[b] esset animadversum, id sibi dixit gravis auctor[c] vehementissime displicere. Ubi nobis[20] hæc auctoritas tamdiu tanta latuit? cur in lustris[d] et helluationibus[1] [e] hujus calamistrati[f] saltatoris[g] tam eximia virtus tamdiu cessavit? Nam ille alter Cæsoninus[2] Calventius,[h] ab adolescentia versatus est in foro, cum eum, præter simulatam versutamque[3] tristitiam, nulla res commendaret; non juris studium, non dicendi, non rei militaris, non cognoscendorum hominum, non liberalitas.[4] Quem præteriens cum incultum, horridum,

Cap. vi. 17 C caret *vero.*—18 C *soni.*—19 C et T *tumulenta: ψ tremulenta.*—20 C T et Franc. 1. *vobis.*—1 C *cum illustris et helii actionibus: χ cum illustris et elii actionibus:* Franc. 1. *cur in lustris et elii concionibus:* Dresd. *cur in lustris et elii actionibus:* Pith. *cur illustris etiam helluonis:* ed. pr. *cur illustris actionibus.* Postea, in H et S deest *tam.*—2 Mss. nonnulli et edd. vett. *Cæsonius: χ Censonius.*—3 Mss. plerique et edd. pr. *irritamque:* Pal. 9. *victamque:* Mss. ap. Turneb. Adv. xxxviii. 17. *mutamque:* Mss. aliquot *fictamque;* unde Grævius conjecit *mimicamque.* Ceteri *versutamque.*—4 In C T χ, Barb. 2. Guelf. et ed. Wald. *non juris . . . liberalitas.* ‘ Antiqua lectio ante Grut. fuit, *non consulis studium, non discendi initia rei militaris non cognoscendorum hom.* In S *non consulis stud. non discendi vitia.* In Erf. *studium non dis-*

NOTÆ

minatum, a coma quam unguentis de more suo delibutam habebat.

[a] *Fluentibus buccis*] Bucca proprie est pars interior genarum, quæ inflari dicuntur ab arrogantibus, qui inde ‘ buccones ’ appellantur.

[b] *Cives indemnatos*] Designat participes et socios conjurationis Catilinariæ, qui a senatu damnati sunt, et quos indemnatos a Cicerone interfectos malitiose et falso objiciebant.

[c] *Gravis auctor*] Proprie auctores dicuntur illi senatores, qui primi in legibus ferendis ad eas suadendas aut dissuadendas adhibentur.

[d] *In lustris*] Lustra loca sunt abdita, quæ gulæ et aliis ejusmodi vitiis apta sunt. Arguit autem illum, quod tamdiu siluerit illud quod Ciceroni crimen modo objiciebat.

[e] *Helluationibus*] Helluationes sunt profusiones epularum et conviviorum, in quibus patrimonium omne consumitur.

[f] *Calamistrati*] Calamistrum acus ferrea est, qua calefacta capilli intorquentur.

[g] *Saltatoris*] Saltare apud Romanos vitiosum fuit: unde sæpe vitio dat multis Cicero saltavisse.

[h] *Nam ille alter Cæsoninus Calventius*] Jam Pisonem pingere aggreditur, quem omnibus ornamentis carere ait, quibus civis Romanus nobilitari debet. Hunc Calventium appellat a Calventio quodam, homine Gallo, qui venit in Italiam cum filia, quam, receptus in civitatem, Pisoni Cæsonino, hujus Pisonis patri, dedit in conjugem.

mœstumque vidisses; etiamsi agrestem et inhumanum existimares, tamen libidinosum et perditum non putares.[5] 14. Cum hoc homine,[6] an cum stipite Æthiope[i] si in foro constitisses, nihil crederes interesse: sine sensu, sine sapore,[g] elingue,[7] tardum, inhumanum negotium. Cappadocem[k] modo abreptum[8] de grege venalium diceres. Idem domi quam libidinosus![9] quam impurus! quam intemperans! non janua receptis, sed pseudothyro[l] intromissis[10] voluptatibus. Cum vero etiam[11] literis studere incipit, et

[g] *Jucunditate sermonis.*

cendi vitiari militaris. Vocabulo *viciari* alia manus puncta addiderat, et super illud posuerat *non rei.* Dresd. tum priora legit ut olim scribebantur, tum *vitia rei militaris.* Lamb. partim libris vett. adjutus, partim e conjectura, se locum ita restituisse ait, *non consilium, non dicendi facultas, non scientia rei militaris, non stud. cogn. hom.* Ita etiam Ursinus. Turnebus conjecerat, *non consulendi studium, non dicendi:* Hotom. etiam, *non dicendi initia, non rei milit.* Gruterus ita, ut nunc legitur locum edidit e Pal. 9. quocum Franc. 1. et Pith. consentiunt.' *Beck.*—5 *Putasses* H S et Ms. Ursini: *putasti* C χ, Dresd. Franc. 1. Barb. 2. nonn. Pall. et ed. Wald. sic etiam T, sed *sses* superscr. ab alia manu: Erf. *putastis,* sed al. man. *putares.* Edd. pleræque ante Grut. *dubitares.*—6 Pro *hoc homine* C *hæc hodie;* χ *homine.* Pro *an* C T χ *et;* S et edd. ante Lamb. *aut.* Ms. Erf. *cum vel Æthiope stipite;* unde Grævius putat scribendum *cum Æthiope vel stipite,* omisso *si,* quod Wolf. et Beck. deleverunt: Orell. uncis inclusit. Pro *stipite Æthiope* C χ *esope;* S *stipe Ethiope;* T *æsopo;* Franc. 1. *an cum Essopo.* Pith. *an cum stipite si in foro;* Dresd. *et cum exope, si in foro:* Barb. 2. *et cum Esope:* ed. 1472. *an cum Æsopo.* Dein, χ *constitisse.*—7 Ern. e conjectura, cum Weiske et Schutz. *elingue.* Pro *negotium* Junt. et al. *neglectum;* unde Weiske conjecit *elinguem, tardum, inhumanum, neglectum negotium.* Lamb. dedit *elinguem, tardum, inhumanum, vecordem, Capp.* Edd. pleræque post *negotium* comma tantum ponunt.—8 χ *arreptum;* et sic suprascr. in C. Mox, *venantium* C et Franc. 1. *venarium* χ.—9 Verba *quam libidinosus* in χ desunt.—10 C T, Franc. 1. Dresd. et ed. pr. *non manere cœptis* (aut *ceptis*), *sed porro intermissis:* S *non navare ceptis, sed porro intermissis:* ψ *non manere ceptis porro intermissis:* H *non in avare cœptis sed porro intermissis;* et sic edd. ante Naug.—11 In C H S T χ deest *etiam.* Tum, χ, Barb. 2. ed. 1472.

NOTÆ

[i] *Stipite Æthiope*] Per stipitem, stupiditatem hominis notat; per Æthiopem, deformitatem; cum ille Piso subnigro esset colore: unde ait in orat. contra eum, irrepsisse ad honores 'commendatione fumosarum imaginum, quarum nihil habes præter colorem.'

[k] *Cappadocem*] Cappadox servus venalis dicebatur, cui similis potius quam homini liberali videbatur. Porro multi ex Æthiopia Romam vendendi mittebantur.

[l] *Pseudothyro*] Pseudothyron posticum est ostium, sed in posteriore tantum ædium parte. Vult autem indicare non aperte Pisonem libidinibus, sed occulte se dedisse.

helluo immanis[12] cum Græculis[m] philosophari, tum est Epicureus,[13] non penitus illi disciplinæ, quæcumque est,[n] deditus, sed captus uno verbo voluptatis. Habet autem magistros non ex istis ineptis,[o] qui dies totos de officio ac de virtute disserunt,[14] qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda adhortantur;[15] sed eos, qui disputent, horam nullam vacuam voluptate esse debere; in omni parte corporis semper[16] oportere aliquod gaudium delectationemque versari. 15. His utitur quasi præfectis libidinum suarum: hi voluptates omnes vestigant[17] atque odorantur: hi sunt conditores instructoresque[18] convivii: iidem expendunt atque æstimant voluptates, sententiamque dicunt, et judicant, quantum cuique[19] libidini tribuendum esse videatur. Horum ille artibus eruditus, ita contemsit hanc pudentissimam[20] civitatem, ut omnes suas libidines, omnia flagitia latere posse arbitraretur, si modo vultum importunum[1] in forum detulisset. VII. Is me, (quanquam me quidem non; cognoram enim, propter Pisonum affinitatem,[2] [p] quam longe hunc[q] ab hoc genere cognatio ma-

Ven. 1483. *literas.* Postea, C *incipis:* Colin. *incepit:* χ *cœperit.*—12 In C χ, Franc. 1. Barb. 2. et ed. 1472. desunt verba *helluo immanis.* Dresd. *belluus imm.* Erf. *helluus imm.* ubi quis superscripserat, ' vel *beluam.*' Lambinus, quia in Ms. invenit *bellus,* reposuit *bellua.*—13 χ et ed. 1472. *Epicurus.* Mox, Franc. 1. *ulli disc.*—14 C et χ *dixerunt.*—15 H *adhortentur:* T et Lamb. *cohortantur.* Tum, *disputant* T, Guelf. ed. Wald. 1480. Junt. Lamb.—16 C *sepe.*—17 C T χ, Franc. 1. Barb. 2. ed. 1472. *investigant.* Dein, H S, Dresd. *adorant:* ed. Med. *odorant.*—18 H *structoresque,* prob. Orell. Mox, C *hidem,* et C H S, ed. 1472. *extimant.*—19 C *quantumque.*—20 C H S χ, Junt. Lamb. Schutz. et Orell. *prudentissimam.*—1 Franc. 1. *importunissimum.*

CAP. VII. 2 ' *Is me, &c.*] Non præstiterim hunc locum sic, ut Gruterus

NOTÆ

[m] *Cum Græculis*] Per Græculos intelligit philosophos, qui sua tantum adulatione et garrulitate celebres sunt.

[n] *Quæcumque est*] Ait inter varia Epicureorum dogmata quædam optima fuisse, nec aliena a philosophiæ sanctitate; sed ea duntaxat amplexum fuisse, quæ ad voluptatem pertinebant.

[o] *Ex istis ineptis*] Ironice loquitur, et Pisonem quasi loquentem inducit, qui ineptos philosophos, qui de virtute disputabant; at præstantissimos habebat, qui omnia ad voluptatem corporis referebant, quos hic mirifice describit.

[p] *Propter Pisonum affinitatem*] Ostendit Cicero, Pisonis mores primum non agnovisse, licet ei fuisset affinis;

terna Transalpini sanguinis abstulisset) sed vos, populumque Romanum, non consilio, neque eloquentia, quod in multis sæpe accidit, sed rugis superciliogue decepit. 16. L. Piso, tune ausus es [r] isto oculo, non dicam isto animo, ista fronte, non vita, tanto supercilio,[3] (non enim possum dicere, tantis rebus[4] gestis) cum A.[5] Gabinio consociare consilia pestis [h] meæ? Non te illius unguentorum odor,[6] non vini anhelitus, non frons calamistri notata[7] vestigiis, in eam cogitationem[8] adducebat, ut, cum illius re similis fuisses,[9] frontis tibi integumento ad occultanda tanta fla-

[h] *Perditionis.*

constituit, fuisse a Ciceronis manu: sed libri ita variant, ut hic nil certi sit. Itaque sic reliqui. Grævius edidit sic, *Is me quidem minime; cognoram enim pr. Pis. affinitatem: quanquam longe hunc, &c.* quod mihi non placet; certe non *quanquam*, quod nullo modo verum esse potest.' *Ern.* 'Gruterus ita edidit e Mss. Pall. quibuscum S. Vict. fecit. Vetustissima lectio fuit. *Is me quanquam equidem* (et ita H χ ψ, Barb. 2. in C S T *quanquam quidem*: Franc. 1. *Is nunc me, quanquam equidem*) *non cognoveram* (aut *cognitoram*, ut Mss.) *eum* (ita Franc. 1. Barb. 2. utraque Ven. ex C H S T χ ψ affertur *cum*, nescio quam recte) *propt. Pis. aff.* Deinde vulgatum est, *Is non me, quanquam equidem non cognoram eum propt. &c.* Lambinus edidit *Is non me; namque equidem cognoram propt.* In Pith. fuit, *sed me, quanquam minime non cognoscatur a me propt. Pis. aff., quanquam longe hunc ab hoc gen. cogn.* Inde fluxit Græviana scriptura, quam in ordinem receperunt Lallem. et ex parte Weiske. Grævius docuit in Erf. esse, *Is me, quanquam equidem non cognora propter, &c.* sed aliam manum *e* in *equidem* notasse puncto, et ascripsisse *minime*: in *cognora* autem similiter ultimam syllabam punctis notasse, et ascripsisse *cognoscantur a me.* Heumann. edidit, *Is non me, quanquam equidem non cognoram eum propt. . . . quam longe hinc, &c.* sed in nota emendat, *Is non me, quem equidem cogn. pr. Pis. aff. quam longe* (omissa partic. *hinc*) *ab hoc gen. &c.* ut sit, *quem quam longe . . . abstulisset, cognoram.*' Beck. Pro *Pisonum* in ψ *Pisonis.* Tum, edd. nonnullæ *quem longe.* Pro *hunc* Erf. *sed hunc*; C H S T ψ *hinc*; χ *huic.* Postea, C χ *cognitio.* Grævius maluit *contagio.*—3 In Pith. deest *supercilio.* —4 Omnes Mss. et edd. vett. cum Weiske et Beck. omittunt *rebus*, quod Orell. uncis inclusit.—5 Prænomen sex Oxonn. Mss. omittunt. Præterea in C T χ legitur *Gabino.*—6 C *odorum.* Pro *vini* in χ *vim.*—7 Nonnulli Pall. et ed. Junt. *torta*: Ven. 1483. et Lugd. *intorta*, prob. Gulielmio: Pal. 9. *non otata.* In Ven. 1480. *calamistrinis torta.*—8 C H S ψ, Barb. 2. et edd. vett.

NOTÆ

quia C. Pisoni filiam suam collocaverat.

[q] *Longe hunc*] Maternum genus trahebat e Gallia, et cum eo Gallicos mores assumserat hic Piso consul; quia, ut superius diximus, pater ejus nupserat Calventii filiæ, qui e Gallia Romam venerat.

[r] *Tune ausus es*] Insectatur Pisonem, quod hac severitatis specie usus sit ad societatem, de perdendo Cicerone, cum Gabinio faciendam.

gitia diutius uti non liceret? Cum hoc tu [10] coire ausus es, ut consularem dignitatem, ut reipublicæ statum, ut senatus auctoritatem, ut civis optime meriti fortunas provinciarum fœdere addiceres? Te consule, tuis edictis et imperiis, senatui populoque Romano non est licitum, non modo sententiis atque [11] auctoritate sua, sed ne luctu quidem ac vestitu reipublicæ subvenire.[s] 17. Capuæne te putabas,[12] in qua urbe domicilium quondam superbiæ [t] fuit, consulem esse [u] (sicut eras eo tempore), an Romæ, in qua [13] civitate omnes ante vos consules senatui paruerunt? Tu es ausus, in Circo Flaminio productus,[x] cum tuo illo pari [14] dicere, te semper misericordem fuisse? quo verbo senatum,[y] atque omnes bonos tum,[15] cum a patria pestem depellerent, crudeles demonstrabas [16] fuisse. [*p.* 208.] Tu misericors me, affinem tuum, quem [17] comitiis tuis, præro-

cognitionem.—9 χ *rei,* et C *simul fuisses.*—10 E Ms. Pith. *tu* addidit Græv. quem Ern. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. secuti sunt. Ceteri omittunt.—10 In C *fœdera.*—11 A Pith. abest *atque,* pro quo alii, teste Heumanno, habent *neque.* Tum pro *luctu* Græv. e Ms. Pith. edidit *vultu,* ut in Erf. superscr.—12 χ *Capuæ ne reputabas.*—13 Naug. *consulem esse, an Romæ, sicut eras eo tempore, in qua, &c.* Pro *an* C et ψ *anne;* et pro *civitate* χ *urbe.* Tum, χ *ante nos,* et C *paraverunt.*—14 Pith. *pare.*—15 *Tum* deest in Ven. 1480. 1483. Med. Hervag. Postea, *expellerent* nonnullæ edd. vett. *depulissent* Lamb. et al. *depulissem* Mss. nonnulli cum Grut. Græv. Oliv. Lall. *depellerent* Heumann. Ern. Wolf. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. Verba *tum . . . depellerent,* ut valde suspecta, Beck. uncis includunt: et absunt a C H S T χ, Franc. 1. Dresd. Guelf. Barb. 2. et ed. Wald.—16 C *demonstrabis.*—17 In χ

NOTÆ

[s] *Vestitu subvenire*] Impedivit cum Gabinio, ne senatus suis edictis et luctu reipub. laboranti subveniret, quando edixerunt illi ut senatores, qui pro salute Ciceronis vestem mutaverant, ad vestitum redirent.

[t] *Domicilium superbiæ*] Capua, de qua jam dictum est in Agraria II. § 73. inter maximas urbes cum Roma et Carthagine numerata fuit.

[u] *Consulem esse*] Capuæ duumvir erat Piso, putabatque sibi eodem modo consulatum gerendum esse, sicut eo tempore illum Capuæ gerebat. Capuæ autem se consulem, licet duumvir tantum esset, nominabat.

[x] *Productus*] A Clodio tribuno plebis productus cum Gabinio in concionem, dixit se semper misericordem fuisse erga cives.

[y] *Quo verbo senatum*] Ostendit Pisonis crudelitatem, qui se misericordem prædicabat; 1. quod senatum arguat crudelitatis, quia in conjuratos animadverterat; 2. quod se affinem suum inimicis suis tradiderit.

gativæ [z] primum custodem [a] præfeceras, quem Kalendis Jan. tertio loco sententiam rogaras,[18] constrictum inimicis reipublicæ tradidisti: tu meum generum, propinquum tuum; tu affinem tuam, filiam meam, superbissimis et crudelissimis [19] verbis a genibus tuis repulisti: idemque tu, clementia ac misericordia [20] singulari, cum ego una cum republica non tribunicio, sed consulari ictu concidissem, tanto scelere, tantaque intemperantia fuisti, ut ne unam quidem horam interesse paterere inter meam pestem et tuam prædam; [b] saltem dum conticesceret [1] illa lamentatio et gemitus urbis.[c] 18. Nondum palam factum erat occidisse [2] rempublicam, cum tibi arbitria [i] funeris solvebantur. Uno eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat,[3] bona ad vicinum consulem de Palatio,[d] de Tusculano [e] ad item [4]

[i] *Præmia.*

deest *quem.* Dein, *tuis comitiis* e Pith. et Erf. dederunt Græv. et Orell. *comitiis tuis* Ern. Beck. et Schutz. *Tuis*, quod ceteri omittunt, Beck. uncis inclusit.—18 *Rogabas* C χ ψ, Erf. Franc. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Mox, Franc. 1. *reipublicæ inimicis*, et C *tradidistis.*—19 Verba *et crudelissimis* in C desunt. Mox, idem *a gentibus tuis.*—20 H *clem. et dignitate ac mis.*—1 χ *consentisceret.* Tum C *gemitibus urbis.* In H et S deest *urbis.*—2 Mss. pauci et edd. ante Lamb. *concidisse.* Mox, *arbitraria* C H χ, Grut.—3 χ *ardebant.* Tum, C *vicinium.*—4 In C χ Franc. 1. Dresd. Barb. 2. ed.

NOTÆ

[z] *Prærogativæ*] Ex Asconio Pædiano, ‘prærogativæ sunt tribus, quæ primæ suffragium ferunt ante jure vocatas: mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina de iisdem candidatis comitia fieri, quorum tribus primæ prærogativæ dicebantur, quod primo rogarentur quos vellent consules fieri: secundæ jure vocatæ, quod in his sequente populo, ut sæpe contigit, prærogativarum voluntatem, jure omina complerentur.’ Prærogativæ autem distinguebantur ab aliis tribubus, quod sortitione et quasi divina voluntate legerentur, quæ primæ omnium suffragium ferrent.

[a] *Primum custodem*] Custos dicebatur qui numerum suffragiorum custodiebat, quæ in gratiam candidatorum data erant a prærogativa tribu.

[b] *Inter meam pestem et tuam prædam*] Statim atque Clodius rogationem de exilio Ciceronis tulit; aliam quoque tulit de provinciis, Macedonia videlicet Pisoni, et Syria Gabinio danda.

[c] *Gemitus urbis*] Tota respub. doluit de exilio Ciceronis, ut patet ex supplicationibus quæ in ejus gratiam factæ sunt.

[d] *De Palatio*] Cicero domum habebat in Palatio, quæ olim ad Crassum pertinuerat. Et hæc vicina fuit Pisonis, ad quam bona Ciceronis deferebantur.

[e] *De Tusculano*] In Tusculano villam habuit Cicero, ubi etiam Gabinius

vicinum alterum consulem deferebantur: cum, iisdem[5] operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore latore,[f] vacuo non modo[g] a bonis, sed etiam[6] a liberis, atque inani foro, ignaro populo Romano quid ageretur, senatu vero oppresso et afflicto, duobus impiis nefariisque consulibus, ærarium,[h] provinciæ, legiones, imperia donabantur.

VIII. Horum consulum ruinas vos consules[7][i] vestra virtute fulsistis, summa tribunorum plebis prætorumque fide et diligentia sublevati. 19. Quid ego de præstantissimo viro, T. Annio,[k] dicam? aut quis de tali cive satis digne unquam loquetur?[8] qui cum videret, sceleratum civem, aut domesticum potius hostem, si legibus uti liceret, judicio esse frangendum; sin[9] ipsa judicia vis impediret ac tolleret, audaciam virtute, furorem fortitudine,[10] temeritatem

1472. deest *item.*—5 *Hisdem* C: *idem* χ. Dein, C H χ *operi.*—6 C et χ omittunt *etiam.*

CAP. VIII. 7 χ *consule.* Pro *fulsistis* H in marg. habet *sustulistis.* Tum, *summaque* C T χ, Erf. Franc. 1. Dresd. Postea, C H S T χ, Erf. Franc. 1. omittunt *plebis.* Denique, *sublevastis* Erf. Franc. 1. Barb. 2. et edd. Manutt. —8 Franc. 1. *de tali cive digne unq. loquitur.*—9 Pro *sin* C T χ, Dresd. habent *ne;* H S *ni;* ψ *ne in;* Franc. 1. *sin si.* Tum, C *imp. aut toll.*—10 χ *forti-*

NOTÆ

magnificam postea exstruxit.

[f] *Latore*] Opera Clodii, qui gladiatores comparaverat, pariter bona reipub. et provinciæ iisdem consulibus deferebantur.

[g] *Vacuo non modo*] Interim dum hæc agebantur a Clodio, vacuum erat forum viris bonis, quia nemo se opponere ejus furoribus audebat.

[h] *Ærarium*] Cum Clodius legem tulit de provinciis his coss. decernendis, tulit quoque ut pecunia ex ærario illis daretur ad administrandas provincias, quam postea partitum cum illis fuisse sequenti oratione dicet.

[i] *Vos consules*] Lentulus et Metellus tunc consules illatas a superioribus consulibus reipubl. ruinas repararunt.

[k] *T. Annio*] Milo tribunus unice revocando Ciceroni studuit. Cum autem lex de ejus reditu ferenda esset ad populum, Clodius, acceptis a fratre gladiatoribus, impetum fecit in multitudinem, multosque vulneravit; Milonis et Ciceronis domum incendere conatus est: qua de causa Milo Clodium de vi reum fecit, quod ipsius domum oppugnasset, ut patet ex Dione lib. XXXIX. sed consules, prætor, et tribunus plebis edicta proposuerunt, ne reus adesset: quare Milo cum vidisset sublata esse judicia, gladiatores emit, a quibus Clodii furores compressi sunt, atque ita lata lex est de Cicerone revocando.

consilio, manum manu, vim vi esse superandam; primo de vi postulavit. Posteaquam[11] ab eodem judicia sublata esse vidit; ne ille omnia vi posset efficere, curavit: qui docuit, neque tecta, neque templa, neque forum,[12] neque curiam, sine summa virtute, ac maximis opibus[13] et copiis ab intestino latrocinio posse defendi: qui primus, post meum discessum, metum bonis, spem audacibus,[14] timorem huic ordini, servitutem depulit civitati. 20. Quam[15] rationem pari virtute, animo, fide, P. Sextius secutus, pro mea salute, pro vestra auctoritate, pro statu civitatis, nullas sibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitæ[16] discrimen vitandum unquam putavit: qui causam senatus, exagitatam[17] concionibus improborum, sic sua diligentia multitudini commendavit, ut nihil tam populare quam vestrum[18] nomen, nihil tam omnibus carum aliquando quam vestra auctoritas videretur: qui me cum omnibus rebus, quibus[19] tribunus plebis potuit, defendit, tum reliquis officiis, juxta[20] ac si meus frater esset, sustentavit: cujus ego clientibus,[1] [l] libertis,[m] familia, copiis, literis ita sum sustentatus, ut meæ calamitatis[2] non adjutor solum, verum etiam socius videretur. 21. Jam ceterorum[3] officia, studiaque vidistis: quam cupidus mei C. Cestilius,[4] quam studiosus

tudinem. Pro *manum manu, vim vi* Erf. Pith. Gembl. et aliquot Pall. habent *manum copiis.* Gulielm. conjecit *vim viribus.* In T deest *vim.*—11 C T χ *Postquam.*—12 C *nec forum.* Tum, C H T *nec cur.*—13 C *operibus.* Mox, C *possem def.* Paulo post, C *primum.*—14 Verba *spem audacibus* omittunt C T χ, Barb. 2. Franc. 1. Dresd. *audacibus* tantum legitur in ψ, Pith. et ed. 1472. *et audacibus* habent H S, Ven. 1480. 1483. *spem etiam audacibus* Erf. *spem audacibus* e Pal. 9. dedit Grut. cum edd. seqq. *metum a bonis, tim. ab hoc ordine, serv. dep. a civitate* e conjectura edidit Lamb.—15 In T superscr. *Quem.* —16 In C T χ deest *vitæ.*—17 C *senatu,* et χ *agitatam.* Pro *concionibus* χ *contemptionibus*; C *conceptionibus*; Pith. *cogitationibus*; Dresd. et Franc. 1. *contentionibus.* Tum, C *sicut sua dil.*—18 C *nostri.*—19 In C deest *quibus.*— 20 Pro *juxta* Franc. 1. habet *non aliter.*—1 χ *clientulis.*—2 C *ut non ex calamitatibus.*—3 C H S T χ *cetera.* Tum, *officii* χ, Guelf. et *studia* Guelf. Pith. Dresd. Barb. 2. Ms. Lamb. ed. 1472. et Grut.—4 χ et Dresd. *Testilius*: Erf.

NOTÆ

[l] *Clientibus*] De his dictum est pro Rosc. Amer. § 19. not.

[m] *Libertis*] De his in orat. eadem, not.

vestri, quam non varius fuerit in causa. Quid M. Cispius?[5] [n] cui ego ipsi, parenti, fratrique ejus, sentio quantum debeam; qui, cum a me[6] voluntas eorum in privato judicio esset offensa, publici mei beneficii memoria privatam offensionem obliteraverunt.[k] [7] Jam T. Fadius, qui mihi quæstor fuit, M' Curtius,[8] [o] cujus ego patri quæstor[9] fui, studio, amore, animo, huic necessitudini non defuerunt. Multa de me C. Messius,[10] [p] et amicitiæ et reipublicæ causa, dixit: legem separatim[11] initio de salute mea promulgavit. 22. Q. Fabricius,[12] [q] si, quæ de me agere conatus est, ea contra vim et ferrum perficere potuisset; [*p.* 209.] mense Januario nostrum[13] statum recuperassemus: quem ad salutem meam voluntas impulit,[14] vis retardavit, auctoritas vestra revocavit. IX. Jam vero prætores quo animo in

[k] *Deleverunt.*

Cestillius: Manut. *Sestilius,* unde Lamb. fecit *Sextilius.*—5 C S T χ, Barb. 2. et edd. vett. nonnullæ *Mosopius:* H *M. Osopius:* Ms. Lamb. *Molpius,* unde quidam conjecerunt *M. Olbius.* In Pall. plerisque *M. Opsius* aut *Mopsius.* Pro *cui* C et χ habent *cur.*—6 Pro *a me* C H S T, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. *mihi;* Ven. 1480. 1483. *mea.* Mox, Erf. *publicis meis beneficiis.* Pro *beneficii* C *officii.*—7 C T χ, Dresd. Barb. 2. ed. 1472. et Ven. 1480. *obliteravit.* Dein, edd. pr. *Fabius.*—8 *M' Curius* C χ ψ, Lamb. Græv. Wolff. Beck. et Orell. *M. Curius* Franc. 1. Dresd. Barb. 2. Ven. 1480. et Schutz. *M' Curtius* H S T, Grut. Oliv. Lall. *M' Curcius* Erf. *M. Curtius* alii.—9 Pith. *quæstor patri.* In χ deest *fui.*—10 S, Junt. Lamb. *C. Messinius.* Ursinus legi maluit *C. Mescinius.*—11 Ven. 1483. *spatiatim:* H S, Dresd. Franc. 1. Erf. Pall. edd. Rom. Brix. Med. Junt. Ald. Græv. *speciatim.* Verba *Multa de me . . . promulgavit* non sunt in C T χ, Barb. ed. Wald. 1480.—12 C *Fabius.*—13 H ψ, Pith. Barb. ed. 1472. *vestrum.* Tum, Pith. *recuperasse si:* H S T χ ψ, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. *recuperassem:* unde Garaton. conjecit *veterem statum recuperassem.*—14 χ *implevit.* Dein, C *auct. nostra.*

NOTÆ

[n] *M. Cispius* [*Mosopius*] Alii legunt *Q. M. Cippius.* Alienus hic erat a Cicerone propter judicium in quo judex additus fuerat.

[o] *M' Curtius*] Difficile est conjecturam facere quando et ubi Cicero huic Curtio quæstor fuerit, cum non appareat aut hunc unquam consulem, aut prætorem fuisse in aliqua provincia, sed tantum tribunum eo anno quo Cicero revocatus est ab exilio.

[p] *C. Messius* [*C. Messinius*] Messinius unus e tribunis fuit qui eodem anno creati sunt.

[q] *Q. Fabricius*] Fabricius tribunus plebis rostra summo mane occupavit, ut de Cicerone ageret cum populo, sed a Clodio prohibitus est.

me fuerint,[15] vos existimare potuistis, cum L. Cæcilius[16] [r] privatim me suis omnibus copiis studuerit sustentare; publice promulgarit de mea salute cum collegis pæne omnibus;[s] direptoribus autem[17] meorum bonorum in jus adeundi potestatem non fecerit.[t] M. autem Calidius[u] statim, designatus, sententia sua, quam esset cara sibi mea salus, declaravit. 23. Omnia officia C. Septimii,[x] Q. Valerii, P. Crassi, Sex. Quintilii, C. Cornuti,[18] summa et in me, et in rempublicam constiterunt.[l]

Quæ cum libenter commemoro, tum non invitus nonnullorum in me[19] nefarie commissa prætereo. Non est mei temporis injurias meminisse; quas ego etiamsi ulcisci[20] possem, tamen oblivisci mallem. Alio transferenda mea tota vita est, ut bene[1] de me meritis referam gratiam, amicitias igne perspectas tuear,[2] cum apertis hostibus bellum geram, timidis amicis ignoscam, proditoribus meis non indicem dolorem profectionis meæ, defensores reditus dig-

[l] *Fuerunt.*

Cap. ix. 15 χ *quo an. nunc fuerint:* Dresd. *quo an. in me nunc fuerint.*—16 C *Exilius.* Mox, pro *copiis* edd. nonnullæ *studiis.*—17 C *aut.*—18 Idem *fecerint.* Mox, χ *Callidus:* ψ *Cladius.*—18 χ *Cornicii*, et paulo post *astiterunt.*—19 C χ *Quæ cum memorata nominentur nonnullorum in me, &c.* H *Quæ cum libenter commemorem non ingratus; nemo enim gratiarum immemor est gratus inventus nonnullorum in me, &c.* In Franc. 1. Dresd. et ed. 1472. *Quæ cum commemorata nominentur nonnullorum in me, &c.* in Franc. tamen Ms. est *libenter*, sed al. manus ascripserat, 'Al. *quæ cum libenter commemorem, nonnullorum.*' In aliis Mss., teste Grævio, legitur, *Quæ cum libenter commemoro, nemo enim gratiarum immemor, est gratus inventus, tum non invitus, nonnullorum in me, &c.*—20 C *quas si ego ulc.* χ *quas ego si ulc.* In Franc. 1. Dresd. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. deest *etiam.*—1 C *ut ut bene.*—2 Verba *amic. igne persp. tuear* non agnoscunt C H S T χ, Barb. 2. et edd. ante Grut. Pro *igne* in Erf.

NOTÆ

[r] *L. Cæcilius*] Prætor urbanus Cæcilius tunc temporis erat.

[s] *Collegis pæne omnibus*] Omnes prætores de Cicerone revocando promulgarunt; sed unus exceptus est, Appius Claudius, Pub. Clodii frater.

[t] *In jus adeundi potestatem non fecerit*] Non dedit ille potestatem de bonis Ciceronis veniendi in judicium. Nam penes erat prætorem urbanum judices dare, vel denegare: credibile videtur de bonis Ciceronis fuisse controversiam.

[u] *Calidius*] Calidius orator optimus fuit, de quo in Bruto; qui tum prætor erat.

[x] *Septimii, &c.*] Hi omnes prætores fuerunt.

nitate consoler.[3] 24. Quodsi mihi nullum aliud[4] esset officium in omni vita reliquum, nisi ut erga duces ipsos, et principes, atque auctores salutis meæ, satis gratus judicarer;[5] tamen exiguum reliquæ vitæ tempus non modo ad referendam, verum etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quando enim ego huic homini[y] ac liberis ejus, quando omnes mei gratiam referent?[6] quæ memoria, quæ vis ingenii, quæ magnitudo observantiæ, tot tantisque beneficiis respondere poterit? qui mihi primus[7] afflicto et jacenti consularem fidem[m] dextramque porrexit; qui me a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocavit;[8] qui tanto amore in me, studio in rempublicam, fuit, ut excogitaret, quemadmodum calamitatem meam non modo levaret, sed etiam honestaret. Quid enim magnificentius, quid præclarius mihi[9] accidere potuit, quam quod, illo petente,[10] vos decrevistis, ut cuncti ex omni Italia, qui rempublicam salvam vellent, ad me unum, hominem fractum et prope[11] dissipatum,[n] restituendum et defendendum venirent? ut, qua voce ter omnino post[12] Romam conditam[z] consul usus esset pro universa republica apud

[m] *Præsidium.* [n] *Perditum.*

et Pal. 9. *digne;* Ms. Viet. *segni;* Pith. *dignas.*—3 Erf. Pal. 1. 9. Franc. 1. Dresd. Guelf. Barb. 2. duo Pariss. ed. 1472. Manut. Græv. Lall. *proditores non indicem, dolorem profectionis meæ reditus dignitate cons.* χ, Pal. 4. 8. et Ms. Hotomanni *proditores non vindicem:* C H S T χ ψ *proditores* (sine pronomine) et C T ψ *judicem.* Heumann. edidit *proditores meos non indicem; dol. prof. meæ red. dign. cons.* sed idem verba *prod. meis non indicem* spuria censet. In C H T χ, Pith. deest *defensores.* Tum, C *dignitatem.* Ceteri ut Ern.—4 C T χ omittunt *aliud.* Dein, C *reliqua.*—5 C *judicare:* χ *recusarer.* Postea, Pith. *reliquum.*—6 C *grati referrent:* χ *gratia referent.*—7 Alii *primus mihi.* Mox, H *consulares.*—8 C T χ ψ *vocavit.* Pro *qui tanto* C H S T χ ψ *quanto.*—9 χ caret *mihi.*—10 H *nullo pet.* Græv. e Ms. Pith. *illo referente:* Ms. Lamb. *illo suffragium ferente.*—11 χ *vel prope.* In Pith. desunt verba *et defendendum.*—12 C H S T χ, Franc. 1. Dresd. et plerique alii Mss. atque edd. vett. *qua*

NOTÆ

[y] *Huic homini*] De Lentulo loquitur, qui consul sedebat, et quem nutu vel gestu demonstravit.

[z] *Voce ter omnino post Romam conditam*] In more positum fuit apud Romanos, ut quotiescunque respub. graviter periclitaretur, consul diceret ex senatusconsulto, 'Qui rempub. salvam esse vult, me sequatur.' Id autem tantum ter ante hunc Ciceronis reditum dictum fuerat: 1. Publicola consule, cum App. Herdonius noctu

eos solum, qui ejus vocem exaudire possent; eadem voce senatus omnibus agris atque oppidis,[13] cives totamque Italiam ad unius salutem defendendam excitaret. X. 25. Quid ego gloriosius meis posteris potui relinquere, quam hoc senatum judicasse,[14] qui civis me non defendisset, eum rempublicam salvam noluisse? Itaque tantum vestra auctoritas, tantum eximia consulis[15] dignitas valuit, ut dedecus et flagitium[16] se committere putaret, si quis[17] non veniret. Idemque consul, cum illa incredibilis multitudo Romam, et pæne Italia[18] ipsa venisset, vos frequentissimos in Capitolium convocavit. Quo tempore quantam vim naturæ bonitas haberet,[19] aut vera nobilitas, intelligere potuistis: nam Q. Metellus, et[20] inimicus, et frater inimici,[a] perspecta[1] vestra voluntate, omnia privata odia deposuit; quem P. Servilius,[b] vir cum clarissimus,[2] tum vero opti-

voce te, Romule, post, &c. Ubaldinus Bandinellus correxit *qua voce antea semel post, &c.* prob. Manut. In duobus Mss. Lambini *qua voce semel omnino post, &c.* Ceteri ut Ern. Vid. Nott. Varr. Postea, pro *usus* in Pith. *visus.*—13 Post *oppidis* H S et Ven. 1483. addunt *vicis.* Postea inde a Naug. usque ad Grut. editum est, *sen. omnibus agris, vicis atque oppidis:* sed Gruter. delevit vocab. *vicis,* quod nec in suis Mss. reperit, nec est in Barb. atque ed. Ven. 1480. In Ms. Pith. *sen. omnis ex omnibus agr. atque opp. cives:* unde Græv. et Lall. dederunt *sen. omnis omnibus agr. &c.* Ceteri ut Ern.

CAP. X. 14 χ *indicasse.* Dein, pro *eum* in C T χ *cum,* et pro *noluisse* Heumann. conjecit *nolle* legend.—15 χ *nostra auct., tantum eximii cons.*—16 ψ, Pal. 9. Pith. cum Grut. et edd. seqq. præter Weiske *ut dedecus et flag.* In Ms. Vict. *ut deus flag.* Pal. 2. Erf. *ut reus flag.* sed in Erf. superscr. manu antiqua, 'vel *dedecus.*' A Naugerio inde usque ad Grut. editum est, *ut omne is flag.* et sic Weiske. In C H S T legitur *ut omne flag.* χ, Barb. 2. Ven. 1480. 1483. *ut omnis flag.* Hervag. *ut omnes his flag.* Franc. 1. *ut omnes se flag. comm. putarent,* et Ant. Augustinus conjecit *ut omnes flag. se comm. putarent,* ut habet Ms. Ursini.—17 C S T χ, Barb. 2. Beck. et Orell. *si qui.* Tum, S *venirent:* Pith. *venissent,* prob. Heumanno.—18 H *Italiam.*—19 Franc. 1. Hervag. Naug. Manut. Lamb. *vim haberet vera bonitas.* Ante *vera nob.* Erf. addit copulam *et.*—20 C, Pith. Dresd. omittunt copulam ante *inimicus.*—1 C

NOTÆ

Capitolium et arcem cum exulibus et servis occupavit; 2. L. Opimio, qui Gracchum; 3. C. Mario, qui Saturninum tribunum plebis et Glauciam prætorem interfecit. Hæc quidem verba solennia a consulibus apud præsentes pronuntiabantur. At eadem a toto senatu ad absentes per totam Italiam mittebantur.

[a] *Frater inimici*] Clodium designat, quia Publ. Clodius Cæciliæ filius erat, quæ hujus Metelli amita fuerat. Unde oratorie potius quam vere frater appellatur.

[b] *P. Servilius*] Servilius ille Isauricus dictus est a domitis Isauris in

mus, mihique amicissimus, et auctoritatis,[3] et orationis suæ divina quadam gravitate, ad sui generis communisque sanguinis[c] facta virtutesque revocavit, ut haberet in consilio[4] et fratrem ab inferis,[d] socium rerum mearum,[5] et omnes Metellos, præstantissimos cives, pæne ex Acheronte excitatos:[e] in quibus Numidicum[6] illum,[f] cujus quondam de patria discessus[7] molestus omnibus, ipsi ne luctuosus quidem visus fuit. 26. Itaque dimittitur[8] non modo salutis defensor, qui ante hoc unum[9] beneficium fuerat inimicus, verum etiam ascriptor[10 g] dignitatis meæ. [*p.* 210.] Quo

et H *prospecta.*—2 C χ *tum clariss.*—3 C *mihique amic., et amantissimus auct.*—4 Lamb. legi maluit *adhiberet in consilium.* Tum, verba *ab inferis*, Lambino suspecta, delevit Heumannus.—5 In C et χ *rerum nostrarum.*—6 Iidem Mss. *Numiticum.* Post *illum* C H S χ, Barb. 2. et edd. ante Manut. addunt *Metellum.*—7 C T χ, Franc. 1. et edd. pr. *decessus.* '*Molestus omnibus, ipsi ne luctuosus quidem.* Sic erat in Mss. tribus optimis, Pal. 9. Erf. Pith. recteque recepit Grævius. Vulg. *honestus ipsi, omnibus luctuosus tandem visus est.*' Ern. 'Ernest. vero etiam scripsit *visus fuit.* Wolf. *visus est.* Equidem pressius secutus sum Pal. 9. et Pith. *est visus.* Grævius autem (cumque eo Lallem.) dedit *molestus omn. sane, ipsi ne luct. quidem visus est*, quoniam ita emendatum perantiqua manu in Ms. Erf. invenit: *tandem*, vulgo adjectum, quod tamen etiam in Pal. 9. et Pith. deerat, frigere recte censuit. Lectionem quam vulg. Ern. dicit, habent edd. Lamb. et Heumann. In ed. 1472. utraque Ven. Naug. et aliis, ut in Ms. Barb. Franc. 1. *honestis omnibus luctuosus tandem visus est.* Lamb. *bonis omn. luct. tandem visus est*, Oliv. cum Manut. *honestus ipsi, bonis omn. tamen luct. visus est.* Weiskius transposuit verba ita, *discessus, luctuosus omni, ipsi ne molest. quidem visus est.* Et Oxonn. adferunt hanc varietatem, C H S T χ *honestis: bonis* in χ deest: ex eodem χ *tandem.*' Beck.—8 Pro *dimittitur* Pal. 9. et Mss. Lambini, cum Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. habent *exstitit:* Franc. 1. Hervag. Manut. Lamb. et Heumann. *fuit is:* Junt. et al. *hic fuit:* C H S T χ, Barb. 2. Guelf. ed. Wald. *dimittit.* In duobus Mss. Lambini *dumittit is.*—9 Erf. a m. sec. *suum*, quod recepit Græv.

NOTÆ

Cilicia: gessit ille consulatum et censuram.

[c] *Communis sanguinis*] Ille Isauricus Q. Metelli Macedonici nepos fuit ex filia.

[d] *Fratrem ab inferis*] Notat Q. Metellum Celerem, qui prætor non mediocrem operam Ciceroni præstitit in exstinguenda Catilinæ conjuratione.

[e] *Acheronte excitatos*] Omnes istos Metellos, non tam antea amicos sibi, dicit poëtice ex Acheronte suscitatos fuisse ad suam defensionem: porro Acheron fluvius fuit apud inferos.

[f] *Numidicum illum*] Metellus ille Numidicus, duobus præliis Jugurtha devicto, totam Numidiam imperio Rom. subjecit. Is maluit in exilium voluntarium Rhodum abire, quam jurare in legem Agrariam, quam Saturninus tribunus plebis per vim tulerat.

[g] *Ascriptor*] Ascribebant nomina sua senatores omnes, cum quid ab illis senatusconsulto latum erat.

quidem die, cum CCCCXVII ex senatu essetis,[11] magistratus autem hi omnes[12] adessent, dissensit unus,[h] is,[13] qui sua lege conjuratos etiam ab inferis excitandos[i] putarat. Atque illo die, quo rempublicam[14] meis consiliis conservatam gravissimis verbis et plurimis judicassetis, idem consul curavit, ut eadem[15] a principibus civitatis in concione, postero die, dicerentur: cum[16] quidem ipse egit ornatissime causam meam, perfecitque, adstante atque audiente Italia tota, ut nemo cujusquam conducti aut perditi vocem acerbam[k] atque inimicam bonis posset audire.[17] XI. 27. Ad hæc[18] non modo adjumenta salutis, sed etiam ornamenta dignitatis meæ, reliqua vos iidem addidistis: decrevistis, ne quis ulla ratione rem[o] impediret;[19] qui id impe-

[o] *Reditum.*

—10 Pith. *adsertor.*—11 In Mss. paucis et ed. Wald. desunt verba *cum CCCCXVII.... Quid denique illo die.* Junt. Lamb. Heumann. *cum CCCCX senatores ess.* Weiske *cum CCCCXVII senatores ess.* Græv. auctoritate Erf. et Pith. addidit *vos*, legens *cum vos CCCCXVII ex senatu ess.* Beck. et Orell. *cum vos CCCCXVII senatores ess.* In H, Franc. 1. Ven. 1480. *cum quadringenti decem senatores ess.* Dresd. *cum CCCCX ess.* S *cum CCCC X* (Ven. 1480. *quadringenti X*) *S. ess.* quod Hervag. Manut. et Lamb. retinuerunt, nota *S* mutata in integrum vocab. *senatores.* Naug. edidit, *cum CCCCXVII ess.* Ms. ap. Hotom. *cum quadringenti nonaginta ess.* alius ap. Lamb. *cum CCCCX et septem ess.* *CCCCXVII* fuit in Pal. et Erf. Pith. *cum vos CCCCXVI magistratus autem adessent.* In Dresd. quoque desunt verba *ex senatu.*—12 S, Dresd. et Ven. 1480. *magistratus qui omnes:* H et edd. ante Grut. cum Heumann. *magistratusque omnes.*—13 H et S carent *is.*—14 H et Naug. *illo die quod remp.* Lamb. legi maluit *illo die, quo die remp.* Garaton. conjecit *illo die, cum remp.*—15 H *ne eadem.*—16 Pro *cum* Franc. 1. *tum*, et pro *quidem* ψ *quibus.*—17 Ven. 1480. et 1483. *ut vix cujusq. cond. atque perd. possent aud.*

CAP. XI. 18 Edd. nonnullæ, teste Heumanno, *At hic.* Tum, H S ψ, Ven. 1480. 1483. *adjumentum.*—19 Franc. 1. *remp. imped.* Dein, Pith. Naug. Cam. omittunt *id*, quod Orell. uncis inclusit. Ante *graviter* Græv. et Orell. auctoritate Ms. Erf. addiderunt *vos.* In Guelf. *qui id impediret.* Ern. conjecit

NOTÆ

[h] *Dissensit unus*] P. Clodius dissensit solus ab omnibus magistratibus.

[i] *Ab inferis excitandos*] Scripserat in lege sua Clodius, ut si revixissent ii quos Cicero morte mulctaverat, tum ab exilio in patriam revocaretur.

[k] *Vocem acerbam*] Si quid dictum esset in concione, quod populo displiceret, fiebat quædam admurmuratio. Sæpe vero contingebat, ut mercede homines improbi conducerentur ab adversariis, ut admurmuratione sua quasi dicenti exprobrarent.

disset, graviter molesteque laturos; illum contra rempublicam, salutemque bonorum, concordiamque civium facturum; et ut ad vos de eo statim referretur:[20] meque etiam, si diutius calumniarentur,[l] redire jussistis. Quid? ut agerentur gratiæ,[1] qui e municipiis venissent? quid? ut ad illam diem, cum res redisset,[2] rogarentur, ut pari studio convenirent? Quid denique illo die,[3] quem P. Lentulus, mihi, fratrique meo, liberisque nostris natalem constituit,[m] non modo ad nostram, verum etiam ad sempiterni[4] memoriam temporis? quo die[5] nos comitiis centuriatis,[n] (quæ maxime majores[6] comitia justa dici haberique voluerunt) arcessivit in patriam, ut eædem centuriæ, quæ me consulem fecerant,[7] consulatum meum comprobarent. 28. Quo die quis civis fuit,[8] qui fas esse putaret, quacumque aut ætate aut valitudine esset, non se de salute mea sententiam ferre? Quando tantam frequentiam in[9] Campo,[o] tantum

si quis impediret: Heumanno verba *grav. mol. laturos* ejicienda videntur, et leg. *qui id impedisset.*—20 Pith. *ut ad vos de eo referretur:* H, Ven. 1480. 1483. Manut. Lamb. *ut ad vos ea statim referrentur:* Hervag. Naug. *ut ad vos ea statim referretur.* Tum, pro *meque* in H *neque.*—1 Franc. 1. et Dresd. *ut audirentur gratiæ.* Post *gratiæ*, e conjectura *iis* addidit Ern. cum edd. seqq. In Guelf. *gratis.*—2 Junt. *res cum recidissent:* Hervag. *res cum redisset*, unde Ern. *cum res redisset.* Pro *redissent* H *reddidissent*; Ven. 1483. *recidissent.* Ceteri *res cum redissent.* Hotom. legi maluit *ad res cum redissent:* Manut. *Quid? ut iidem, ad res cum rediissent.* Vid. Nott. Varr.—3 *Quid denique ille dies* Pal. 9. Pith. Erf. duo Pall. cum Græv. Lall. Weiske, Beck. Schutz. et Orell. Lallemandus, quia in tertio Ms. Paris. invenit *qui den. illo die*, legendum conjecit *qui den. ille dies.* In Ven. 1480. quatuor hæc verba *qui den. illo die* desunt. Heumann. conjecit legend. *denique illo die, quem . . . temporis, nos comitiis, &c.* Post *non modo* Ern. censet excidisse *illustrius*, aut simile quid.—4 C H T χ, Barb. 2. et Ven. 1480. *sempiternam.*—5 *Quo die* in C T χ desunt, ut et mox verba *quæ . . . voluerunt.* Lamb. dedit *illo, inquam, die.*—6 Lamb. *majores nostri.* H S χ et edd. nonnullæ cum Heumanno *comitia* omittunt.—7 In C *consule feceram.*—8 ψ *fuerit.* Pro *fas* C χ, Franc. 1. Dresd. Barb. 2. ed. 1472. Ven. 1480. Græv. Beck. et Orell. habent *non nefas.*—9 χ caret præpositione.

NOTÆ

[l] *Calumniarentur*] Id est, astute et malitiose rem producerent, vel moras necterent.

[m] *Natalem constituit*] Diem significat quo Lentulus de Ciceronis reditu decrevit, quo quasi a morte revocatus est.

[n] *Comitiis centuriatis*] Vide orat. pro Rab. § 11. not.

[o] *In Campo*] In Campo Martio centuriata comitia habebantur, ubi a Lentulo lex de Cicerone revocando lata est.

splendorem Italiæ totius ordinumque omnium? quando illa dignitate[10] rogatores,[p] diribitores,[q] custodesque[r] vidistis? Itaque P. Lentuli beneficio excellenti atque divino non reducti[11] sumus in patriam, sicut nonnulli clarissimi cives; sed equis[12] insignibus et curru aurato reportati.

29. Possum ego satis in[13] Cn. Pompeium unquam gratus videri, qui non solum apud vos, qui omnes[14] idem sentiebatis, sed etiam apud universum populum Romanum, salutem reipublicæ[15] et conservatam per me, et conjunctam esse cum mea dixerit? qui causam meam prudentibus commendarit, imperitos edocuerit, eodemque tempore improbos auctoritate sua compresserit?[16] bonos excitarit? qui populum Romanum pro me, tanquam pro fratre, aut pro parente, non solum hortatus sit, verum etiam obsecrarit?[17] qui ipse cum propter metum[s] dimicationis et sanguinis, domo se teneret, etiam a superioribus tribunis[18] petierit, ut de salute mea et promulgarent[t] et referrent?[19] qui in co-

—10 H *quando ulla dign.* Pith. *quod illa dign.* Pro *rogatores, diribitores* C T χ, Franc. 1. *tutores;* H *tot rogatores dirivatores;* S *rogatores dirivatores;* Pith. *rogatores, directores;* Dresd. *rogatores custodesque:* edd. nonnullæ *rogatores, tutores, custodesque.*—11 C H S T χ, Franc. 1. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. *non solum red.* Verba *in patriam* in T, et verba *sicut cives* in C T χ desunt. Pro *sicut* Pith. *ita ut;* et pro *cives* H S et edd. nonnullæ ante Grut. *viri.*—12 Pro *equis* T *equis equius.* Tum, C T χ *aureato.*—13 χ præpositionem *in* omisit. Dein, in ψ *Pompeio,* et C T χ ψ *quam gratus.*—14 In C S T χ deest *omnes.*—15 Erf. duo Mss. Pariss. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. cum Græv. et Lall. *ap. univ. pop. populi Romani salutem.* In C H S T, Franc. 1. *Romanum* deest, et pro *reip.* in C H S T χ legitur *populi Romani.* Pith. *universam salutem P. R. et conservatam.*—16 C *commendavit . . . eodem temp. . . . compressit.*—17 H *obsecravit.* Integer locus *qui ipse . . . putarit* in C T χ deest. In Barb. desunt omnia a verbis *qui ipse* usque ad initium cap. 12.—18 H *tenere, et a*

NOTÆ

[p] *Illa dignitate rogatores*] Ipsi senatores rogarunt populum pro salute Ciceronis.

[q] *Diribitores*] Diribitores illi sunt, qui tabulas suffragiorum populo per centurias diviso distribuunt.

[r] *Custodes*] Custodes observabant cujusque centuriæ suffragia, et punctis notabant, ne quid fraudis admitteretur. Voluerunt autem ipsi senatores se diribitores, custodesque constituere in gratiam Ciceronis, quod beneficium magnifice prædicat in orat. contra Pison.

[s] *Propter metum*] Deprehensus est homo cum sica, servus Publ. Clodii, in templo Castoris, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat. Vide superiorem orat. § 14. not.

[t] *Promulgarent*] Promulgari lex di-

lonia nuper constituta,[u] cum ipse gereret magistratum,[x] in qua nemo erat emtus intercessor,[20][y] vim et crudelitatem privilegii,[z] auctoritate honestissimorum hominum, et publicis literis consignarit,[a] princepsque, Italiæ totius præsidium ad meam salutem implorandum putarit? qui, cum ipse mihi semper amicissimus fuisset, etiam ut suos necessarios mihi amicos redderet, elaborarit?[1] XII. 30. Quibus autem officiis T. Annii beneficia remunerabor?[2] cujus omnis actio, ratio, cogitatio, totus denique tribunatus, nihil aliud fuit, nisi constans, perpetua, fortis, invicta defensio salutis meæ? Quid de P. Sextio[3] loquar? qui suam erga me benevolentiam et fidem non solum animi[4] dolore, sed etiam corporis vulneribus[b] ostendit?

Vobis vero, patres conscripti, singulis et egi et agam gratias. Universis egi ab initio,[5] quantum potui: satis or-

sup. trib.—19 Grut. et Lall. *ferrent.*—20 H S, Dresd. Pith. et edd. ante Grut. *intercessorum.*—1 Mss. plerique, ed. Junt. Grut. Græv. Oliv. Lall. *consignavit . . . putavit . . . elaboravit.* In Franc. 1. *princeps,* sine copula. Pro *ut* ante *suos* χ habet *et.*

CAP. XII. 2 Mss. plerique et nonnullæ edd. vett. cum Græv. Wolf. Beck. et Orell. *remunerabo.* Tum, *actio* omittunt C H S T χ, Barb. 2. Ven. 1480. 1483. Naug.—3 In C *Sestio.*—4 Pro *animi* χ *cum.* Dein, C *dolorem.*—5 C ψ,

NOTÆ

citur, cum primum ad populum proponitur cujus est leges probare. Petiit autem Pompeius a tribunis, ut legem de Ciceronis reditu promulgarent, et ad senatum referrent.

[u] *In colonia nuper constituta*] De Capua loquitur, quo Cæsar consul coloniam deduxerat.

[x] *Ipse gereret magistratum*] Cum Cæsar deduxisset coloniam Capuam, ibi duumviros præfecit, L. Pisonem socerum et Cn. Pompeium generum.

[y] *Emtus intercessor*] Hæc loquitur contra Ælium Ligurem, tribunum plebis, qui senatus decreto, quod de Cicerone, referente L. Ninnio, factum est, accepta a Clodio pecunia, intercessit.

[z] *Privilegii*] Legem Clodiam de se latam, et qua pulsus est, invidiose privilegium appellat. Privilegium autem jussum est populi aut plebis, rogante magistratu, non generale, neque de universis civibus; sed de singulis conceptum; ut de reditu Ciceronis.

[a] *Consignarit*] Id est, testatam esse voluit. Videtur hic loqui de decreto, quod Campani de Cicerone adjuvando fecerunt, a quibus lex Clodia privilegium appellata est, et tanquam violenta et crudelis notata.

[b] *Corporis vulneribus*] Vulnera plusquam viginti accepit Sextius in illa seditione, quæ a Clodio contra tribunos excitata est, cum causa Ciceronis ad populum delata est.

nate agere nullo modo possum.[6] [p. 211.] Et quanquam sunt in me præcipua merita multorum, quæ sileri nullo modo possunt,[7] tamen hujus temporis ac timoris mei non est, conari commemorare beneficia in me singulorum: nam difficile est, non aliquem;[8] nefas, quenquam præterire. Ego vos universos, patres conscripti, Deorum numero colere debeo. Sed, ut in ipsis Diis immortalibus non semper eosdem, atque alias alios solemus et venerari et precari; sic in hominibus[9] de me divinitus meritis, omnis erit ætas mihi ad eorum erga me[10] merita prædicanda atque recolenda.[11][p] 31. Hodierno autem die nominatim a me magistratibus[12] statui gratias esse agendas, et de privatis uni,[c] qui pro salute mea municipia coloniasque adisset,[13] populum Romanum supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam, quam vos secuti, mihi dignitatem meam reddidistis. Vos me florentem semper ornastis; laborantem, mutatione vestis, et prope luctu vestro, quoad licuit,[d] defendistis. Nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis mutare vestem solebant: in meo periculo senatus veste mutata fuit, quoad licuit per eorum edicta,[14] qui mea pericula non modo suo præsidio, sed etiam vestra deprecatione nudarunt.

[p] *Repetenda memoria.*

Barb. 2. *in initio.* H S ψ, Junt. Vict. Manut. Lamb. Wolf. Beck. et Orell. præpositionem omittunt.—6 S *agere non possum.* Tum, ψ *Et quanquam fuit in me præcipue mem.*—7 Græv. e Ms. Erf. *non sileri ullo modo.*—8 C T χ ψ *aliquod.*—9 C χ ψ, Barb. 2. *honoribus.*—10 C *in me.* χ *erga me* omittit. Heumann. conjecit *omni erunt ætate mihi eorum, &c.*—11 χ *reddenda.*—12 Lamb. *et magistr.* Inter *gratias* et *esse* C inserit *statim.*—13 *Colonias ut adesset* Franc. 1. *coloniasque adessent* Dresd. *municipia coloniæque adessent* ed. 1472. *coloniasque adesset* C: *coloniasque adissent* χ. Heumannus conjecit, *qui cum pro sal. . . . adisset, et pop. Rom. . . . dixit eam, &c.* Pro *populum Romanum* C χ, Franc. 1. Dresd. ed. 1472. *populumque;* H S ψ *populum.*—14 ψ *dicta.* Dein,

NOTÆ

[c] *Uni*] Pompeio, qui tunc nullo magistratu fungebatur, præcipue agere gratias debere dicit.

[d] *Quoad licuit*] Senatus censuerat mutandam esse vestem propter exilium Ciceronis: consules vetuere, qui statim senatores redire ad vestem jusserunt.

32. Quibus ego rebus objectis, cum mihi privato confligendum viderem cum eodem exercitu,[15] quem consul non armis, sed vestra auctoritate superaram;[16] multa mecum ipse reputavi. XIII. Dixerat in concione consul,[e] se clivi[17] Capitolini pœnas ab equitibus Romanis repetiturum. Nominatim alii compellabantur,[q] alii citabantur, alii relegabantur.[18][f] Aditus templorum erant non solum præsidiis[19] et manu, verum etiam demolitione[g] sublati. Alter consul,[20] ut me et rempublicam non modo desererent, sed etiam hostibus reipublicæ proderent, pactionibus eos suorum præmiorum[h] obligarat.[1] Erat alius[i] ad portas cum imperio in[2] multos annos,[k] magnoque exercitu;[l] quem ego[3] inimicum mihi fuisse non dico; tacuisse,[4] cum diceretur esse inimicus, scio. 33. Duæ partes[5] esse in republica cum

[q] *Objurgabantur.*

Heumann. corrigit *qui me non modo.*—15 Al. *cum eorum exerc.*—16 C H χ ψ, Dresd. *superatum.*

CAP. XIII. 17 *Divi* C χ: *clivii* ψ. Mox, χ *repetiturus.*—18 Verba *alii relegabantur* in C T χ desunt.—19 Pro *præsidiis* Pith. *prædatione.*—20 Wolf. Weiske, Beck. et Orell. e conjectura Augustini et Lambini dederunt *consules*, prob. Ern. In Ms. Guelf. *consul.* Mox, C H S T χ, Erf. Barb. 2. Mss. Pariss. ed. 1472. Med. Junt. Græv. *desereret . . . proderet.* Lallem. e conjectura Grævii recepit *Alterum consulem ut me . . . desereret . . . proderet.* Pro *rempublicam* C *ro. populum*, et pro *reipublicæ* S *remp.* Postea, *eos* Grævio et Ernesto suspectum est. Vid. Nott. Varr.—1 χ *obligaret:* ψ *obligarent.*—2 C χ, Franc. 1. *inde.*—3 In iisdem Mss. deest *ego.* χ *mihi* omittit.—4 H *tacuisset.* Pro *cum* χ habet *non.* Vocab. *inimicus* Heumanno suspectum est.—5 Pith.

NOTÆ

[e] *In concione consul*] Gabinius dixerat in concione se pœnas de equitibus Rom. repetiturum, quod ad defensionem Ciceronis in seditione Catilinæ clivum Capitolinum armati occupassent.

[f] *Relegabantur*] Lamia, equestris ordinis princeps, relegatus est.

[g] *Demolitione*] Cum Clodius in templum Castoris ascendisset, ut legem per vim ferret, gradus evellendos curavit, ne quis huc ascenderet, eique adversaretur.

[h] *Pactionibus suorum præmiorum*] In præmium ejecti Ciceronis, Clodius Macedoniam Pisoni, Syriam Gabinio dedit.

[i] *Erat alius*] Cæsar tunc extra urbem erat, qui licet Galliam utramque cum imperio teneret, tamen ad bellum non prius profectus est, quam Cicero abiisset ex Italia.

[k] *In multos annos*] Contra legem Semproniam per annos quinque imperium obtinuit.

[l] *Magnoque exercitu*] Ad bellum Gallicum Cæsar cum quatuor legionibus profectus est.

putarentur; altera[m] me deposcere, propter inimicitias; altera[n] timide defendere, propter suspicionem cædis putabatur.[6] Qui autem me deposcere videbantur,[7] in hoc auxerunt dimicationis metum,[o] quod nunquam inficiando[p] suspicionem hominum curamque minuerunt. Quare cum viderem senatum ducibus orbatum, me a magistratibus partim oppugnatum, partim proditum, partim derelictum; servos simulatione collegiorum[q] nominatim esse conscriptos, copias omnes Catilinæ pæne iisdem ducibus ad spem cædis et incendiorum esse revocatas;[8] equites Romanos, proscriptionis;[r] municipia, vastitatis; omnes, cædis metu esse permotos; potui, potui, patres conscripti, multis auctoribus fortissimis viris, me vi[9] armisque defendere: nec mihi ipse[10] ille animus idem meus, vobis non incognitus, defuit. Sed videbam, si vicissem præsentem adversarium, nimium multos mihi alios esse vincendos; si victus essem, multis bonis

Scio duas partes: Franc. 1. Dresd. Ven. 1480. 1483. *Duas partes esse* (in Ven. 1480. deest *esse*) *in rep. cum putaretur.* Verba *Duæ partes . . . cum viderem* in C T χ, Barb. 2. desunt.—6 Ven. 1480. *suspicabantur.*—7 Græv. e Ms. Pith. recepit *dicebantur.* Pro *in hoc* Ven. 1480. 1483. Hervag. habent *ii hujus.*—8 Verba *servos . . . revocatas* absunt a C T χ, Barb. et Guelf. Tum, Franc. 1. Dresd. et Barb. 2. multis omissis, habent *equites Romanos proscriptionis, cædis metu esse perterritos.* In Ven. 1480. 1483. tantum omittuntur verba *municipia* et *omnes.* In C H S T χ deest *omnes.* Pro *vastitatis* χ *vastationis.* Denique, *potui* semel tantum legitur in Franc. 1. Pith. Dresd. Barb. 2. Ven. 1480. 1483. et Oliv.—9 C χ *me in vi.*—10 Heumann. legi mavult *ipsi.* Pro *animus* χ *Arrius.* Barb. 2. omittit verba *idem meus,* non improb. Garaton. In Pith.

NOTÆ

m *Altera*] Clodius et consules Piso et Gabinius nocere Ciceroni volebant.

n *Altera*] Boni cives favebant ei, at timide, ne quid tumultus et seditionis oriretur in repub.

o *Dimicationis metum*] Id est, effecerunt ut viri boni dimicationem timerent; quia Cæsar, qui Ciceroni inimicus credebatur, tacebat.

p *Inficiando*] Id est, cum inimici Ciceronis tacerent, augebatur in bonis civibus dimicationis metus et periculum.

q *Simulatione collegiorum*] Clodius collegia, id est conventus artificum, a Numa rege instituta, et jam ex magna parte, tum a legibus, tum a senatu sublata, in tribunatu suo restituit, ut homines sibi devotos, et paratos semper ad seditiones excitandas haberet.

r *Proscriptionis*] Exemplo Lamiæ, equestris ordinis principis, qui relegatus est, defendere equites Ciceronem non audebant.

et pro me, et mecum, etiam[11] post me esse pereundum; tribuniciique sanguinis[s] ultores esse præsentes; meæ mortis[12] pœnas judicio et posteritati reservari.[13] XIV. 34. Nolui,[14] cum consul communem salutem sine ferro[t] defendissem, meam privatus armis defendere: bonosque viros lugere malui meas fortunas, quam suis desperare; ac, si[15] solus essem interfectus, mihi turpe; si cum multis, reipublicæ funestum fore[16] videbatur. Quodsi mihi æternam esse ærumnam propositam arbitrarer;[17] morte me ipse potius, quam sempiterno dolore mulctassem. Sed cum viderem, me non diutius, quam ipsam rempublicam ex hac urbe[18] abfuturum; neque ego illa exterminata[19] mihi remanendum amplius putavi; [*p.* 212.] et illa, simul atque revocata est,[20] me secum pariter reportavit. Mecum leges, mecum quæstiones,[r] mecum jura magistratuum, mecum senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum ubertas, mecum Deorum et hominum sanctitates omnes et religiones abfuerunt.[1] Quæ si semper abessent; magis vestras fortunas lugerem, quam desiderarem meas. Sin aliquando revocarentur; intelligebam, mihi cum illis una esse redeundum. 35. Cujus mei sensus certissimus testis est hic idem, qui custos

[r] *Judicia.*

deest *vobis.*—11 Pro *etiam* Ven. 1483. habet *et.* In C T χ deest *post me.* Mox, C *tribunitiisque.*—12 Pith. *esse præsentissimæ mortis.*—13 Dresd. *reservare.* H T *reservare volui,* et Franc. 1. *reservari volui,* omisso verbo *Nolui,* quod sequitur. 'Melius cohæreret oratio, si supra esset *Sed quia videbam,* aut *sed cum viderem . . . reservari nolui.*' Ern.

Cap. XIV. 14 χ ψ *Volui.* In C deest.—15 C H χ *at si.*—16 C *esse.*—17 Edd. nonnullæ *esse propos. ærumn. arb.* Mox, Barb. *potius ipse.* In Pith. *morte mei ipsius potius.*—18 H *in hac urbe.*—19 χ *exterminatione.* In C T χ deest *mihi.* C H S T χ, Barb. 2. Mss. Pariss. et edd. ante Grut. cum Lallem. omittunt *amplius.* In Pal. 9. deest *putavi.*—20 C T χ *simul ac rev. est.* Dein, Græv. et Lall. e Ms. Pith. et Erf. receperunt *pariter revocavit.*—1 C H

NOTÆ

[s] *Sanguinis*] Si Cicero ad arma venisset suæ defensionis causa, et pœnas a Clodio repetiisset, multi cives scelerati ejus mortem, non sine manifesto reipub. periculo, defendissent.

[t] *Sine ferro*] Vicit sine ferro Catilinarios, quia decreto senatus et auctoritate, laqueo jussit frangi gulam in carcere condemnatis.

capitis fuit, Cn. Plancius,[u] qui, omnibus provincialibus ornamentis[x] commodisque depositis, totam suam quæsturam in me sustentando et conservando collocavit: qui[2] si mihi quæstor imperatori fuisset, in filii loco fuisset: nunc certe erit[3] in parentis, cum fuerit quæstor non imperii, sed doloris mei.

36. Quapropter, patres conscripti, quoniam in rempublicam[4] sum pariter cum republica restitutus; non modo in ea defendenda nihil minuam[5] de libertate mea pristina, sed etiam adaugebo. XV. Etenim, si[6] eam tum defendebam, cum mihi[7] aliquid illa debebat; quid nunc me facere oportet, cum ego illi plurimum debeo?[8] Nam quid est, quod animum meum frangere aut debilitare possit, cujus ipsam calamitatem non modo nullius delicti, sed etiam divinorum in rempublicam[9] beneficiorum testem esse videatis? nam et importata[10] est, quia defenderam civitatem: et mea voluntate suscepta est,[11] ne a me defensa respublica[12] per eundem me extremum in discrimen vocaretur. 37. Pro me[13] non, ut pro P. Popillio,[y] nobilissimo homine, adolescentes filii, non propinquorum multitudo populum Romanum est deprecata: non, ut pro Q. Metello,[z] summo et clarissimo[14] viro, spectata jam adolescentia filius: non[15]

T χ *affuerunt.*—2 ψ *quin.* Verba *in filii loco fuisset* desunt in χ.—3 In C χ *erat.* —4 C, Erf. et Ven. 1483. *in rep.*—5 Lallem. e Pith. edidit *imminuam.* Tum, C *de liberalitate me prist.* Postea, C χ *sed etiam augebo.* Heumann. scribi jussit *sed eam adaug.*

CAP. XV. 6 Erf. *Et si.*—7 In C H S T χ, Barb. 2. deest *mihi.* Ven. 1483. omittit *aliquid.* In nonnullis edd. vett. *cum aliquid mihi illa.*—8 C H S T χ *debeam.*—9 C *in republica.* Post *beneficiorum* C et T addunt *divinorum.*—10 C H S T χ *nam imp.* sine copula.—11 C χ *in ea voluptate est.* In ψ quoque *voluptate.*—12 C *republica*, et mox *extraneum in discr.*—13 χ *Per me.* Tum, C *P. Pupilio.*—14 Ms. ap. Lamb. *summo ac clariss.* Dein, H S et al. *spectatæ*

NOTÆ

[u] *Cn. Plancius*] Plancius in Macedonia quæstor erat, cum exulabat Cicero, cujus summam in se pietatem commemorat. Hunc postea defendit in judicio.

[x] *Provincialibus ornamentis*] Hic ad Ciceronem Dyrrachium, lictoribus dimissis, et veste mutata, venit.

[y] *Popillio*] Vide orationem superiorem § 9. not.

[z] *Pro Q. Metello*] De hoc aliisque sequentibus, orat. superiore § 9.

L. et C. Metelli, consulares, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, non Luculli, Servilii, Scipiones, Metellorum[16] filii, flentes ac sordidati, populo Romano supplicaverunt: sed unus frater (qui in me pietate filius, consiliis parens, amore, ut erat, frater inventus est) squalore et lacrymis, et[17] quotidianis precibus, desiderium mei nominis renovari,[18] et rerum gestarum memoriam usurpari coëgit. Qui cum statuisset, nisi per vos me[19] recuperasset, eandem subire fortunam, atque idem[20] sibi domicilium et vitæ et mortis deposceret;[1] tamen nunquam nec[2] magnitudinem negotii, nec[3] solitudinem suam, nec vim inimicorum ac tela pertimuit. 38. Alter fuit propugnator mearum fortunarum, et defensor assiduus, summa virtute et pietate, C. Piso, gener; qui minas inimicorum meorum, qui inimicitias affinis mei, propinqui sui, consulis,[4] qui Pontum et Bithyniam[a] quæstor[b] pro mea salute[5] neglexit. Nihil unquam[6] senatus de P. Popillio decrevit, nunquam in hoc ordine Q. Metelli[7] mentio facta est. Tribuniciis sunt illi rogationibus,[c] interfectis inimicis,[d] denique[8] nulla auctoritate senatus, restituti; cum

jam adolescentiæ.—15 Quater *non* omittit Lamb.—16 C H S T χ ψ, Manut. Oliv. Lallem. Heumann. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *Metellarum.* In C T χ desunt verba *non propinq. . . . Metellorum filii.*—17 H omittit copulam ante *lacrymis*, et χ ante *quotidianis.*—18 C et edd. nonnullæ *revocari.* Mox, in C T χ deest *memoriam.* Tum, C *usurpare.*—19 Al. teste Grævio, *nisi vos per me:* al. teste Lamb. *nisi me per vos.*—20 C H T χ *eidem.* Post *sibi* H T ψ addunt *idem.*—1 Edd. nonnullæ *deposcere.* Lamb. Wolf. Beck. et Orell. deleverunt *tamen.* Pro *nec* ante *magnitud.* C habet *me.*—2 Pro *nec* C *ne.* Dein, C H S T *solicitudinem.*—3 Ms. Lamb. *virt. ac piet.*—4 C *consulis sui.*—5 Lamb. *præ mea sal.*—6 C *nunquam*, et mox *Pupilio.*—7 Pith. *de Q. Metello.*—8 Verba *interfectis inimicis denique* C T χ omittunt. Pro *interf. inim.* Pith. habet *refecti nimis.* Verba *nulla auctor. senatus* in Pith. desunt. Postea, χ *restitui.*—

NOTÆ

[a] *Pontum et Bithyniam*] De his regionibus dictum est in orat. pro Lege Manil.

[b] *Quæstor*] Piso, gener Ciceronis, mittebatur quæstor in Pontum et Bithyniam, quo, exule Cicerone, mitti noluit, ut pro ejus salute supplicaret.

[c] *Tribuniciis rogationibus*] Popillius rogatione L. Bestiæ restitutus est.

[d] *Interfectis inimicis*] Gracchus interfectus est, et Saturninus.

alter eorum[9] [e] senatui paruisset, alter vim cædemque[f] fugisset. Nam C. quidem[10] Marius, qui hac hominum memoria tertius ante me consularis,[g] tempestate civili expulsus est, non modo a senatu non est restitutus,[11] sed reditu suo senatum cunctum pæne delevit. Nulla de illis magistratuum consensio,[h] nulla[12] ad rempublicam defendendam populi Romani convocatio, nullus Italiæ motus, nulla decreta municipiorum et coloniarum extiterunt. 39. Quare cum me vestra auctoritas arcessierit, populus Romanus revocarit, respublica implorarit, Italia cuncta pæne suis humeris reportarit; non committam, patres conscripti, ut, cum ea mihi sint restituta, quæ in potestate mea non fuerunt, ea non habeam, quæ ipse præstare possim,[3] [13] præsertim cum illa amissa recuperarim, virtutem et fidem nunquam amiserim.

[3] *Quæ sunt in mea potestate.*

9 Hotom. legi voluit *cum tamen alter*. Mox, Dresd. *vim cædis fug*. In C T χ desunt verba *cum alter . . . Nam*.—10 C T χ carent *quidem*.—11 In C *a sen. restitutus non*.—12 Idem Ms. *nullam*. Mox Ms. Pith. *implorante*.—13 Weiske *possum*, ut est in marg. Lamb.

NOTÆ

[e] *Alter eorum*] Popillius videlicet paruit senatui; quo tamen invito discessit.

[f] *Alter vim cædemque*] Metellus, ut fugeret vim Saturnini, sponte abiit e patria.

[g] *Tertius ante me consularis*] Expulsus primus fuit Popillius, Gracchi seditione: secundus Metellus, Saturnini violentia: tertius Marius, armis Sullæ, qui rempublicam vastabat.

[h] *Nulla de illis magistratuum consensio*] Inter suum et Marii reditum discrimen affert, quod Marius sine ulla lege, et magistratuum auctoritate; ipse vero et lege lata, et communi totius Italiæ et reipublicæ voce redierit.

M. TULLII CICERONIS

PRO DOMO SUA,

AD PONTIFICES,

ORATIO XXIX.

ARGUMENTUM.

Restitutus in patriam Cicero, statim habuit hanc orationem ad pontifices, in qua nervos omnes intendit, ut domum suam, eadem lege publicatam et eversam, deinde (ne profana unquam fieri posset) Libertati consecratam, neque publicari, neque consecrari potuisse ostenderet. Est autem omnis hæc in septem partes distributa oratio. Prima respondet Clodio, qui apud pontifices ea vituperaverat, quæ per eos dies Cicero in senatu de republica, id est, de Cn. Pompeio rei frumentariæ præficiendo senserat. Secunda de jure publico agit, et in ea ostenditur, legibus iis, quibus Romana civitas utatur, non posse quenquam civem ejici, aut de capite ejus, vel de bonis quicquam detrahi, sine judicio senatus, aut populi, aut eorum qui de quaque re constituti judices sint. In eadem rationes afferuntur, cur tribunus pl. esse Clodius non potuerit: quo modo enim, cum patricius esset, ad plebem transivit? adoptione? at ea rata esse non potest; primum, quia servatum adoptandi jus non est: nam cum adoptare debeat is, qui neque procreare jam liberos possit, et, cum potuerit, sit expertus; adoptavit Clodium senatorem annos viginti natus; qui liberos non modo procreare potest, cum habeat uxorem, sed procreavit etiam. Et cum quæri a pontificum collegio soleat, quæ causa sit adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatis, quæ sacrorum; nihil horum in illa adoptione quæsitum est. Atque hæc de non servato adoptionis jure (quæ omnis notio pontificum esse debuit) apud ipsos pontifices dicuntur. Ad augures autem, qui aderant, de curiata lege disputat, qua Clodius est adoptatus. Nefas, inquit, est, agi cum populo, cum de cœlo servatur: at quo die lata lex est, Bibulus consul de cœlo servavit: rata igitur esse non potest: quodsi rata non est, qui

potuit Clodius, contra auspicia adoptatus, tribunus pl. esse? Accedit ad infirmandam curiatam legem altera ratio. Quid servatur in ferendis legibus? trinundinum, id est, ut promulgata lex per tres nundinas, antequam perferatur, populo pateat: quod spatium, tantum abest, ut servatum sit, ut eam legem Cæsar consul vix per tres horas promulgatam pertulerit. Tertia pars, vel si tribunus pl. et per auspicia, et per leges Clodius esse potuerit, quod utrumque jam negatum est, ab eo tamen legem nominatim de capite civis indemnati ferri non potuisse, demonstrat: id enim privilegium est; quod sacratæ leges et XII tabulæ vetant. Neque vero hoc tantum contra leges, sed illud etiam, quod de ejus capite fortunisque omnibus, qui neque adesse jussus erat, neque citatus, neque accusatus, legem illam Clodius tulit: cum judicia populi ita moderata essent a majoribus constituta, primum, ut ne pœna capitis cum pecunia conjungeretur; deinde, ne, nisi prodicta die, quis accusaretur; tum, ut ante magistratus accusaret, intermissa die, quam mulctam irrogaret, aut judicaret: postremo, ut esset accusatio trinum nundinum, id est, ab eo die, quo quis ad populum accusari cœptus esset, ad diem judicii trinæ nundinæ intercederent, prodicta die, qua die judicium esset futurum: eamque diem si qua res auspiciis aut excusatione sustulisset, tota causa judiciumque tolleretur. Nec verba legis vitio carent; sunt enim hæc: 'Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua et igni interdictum sit;' cum ferri debuerit, 'ut interdicatur,' non 'ut interdictum sit.' Quomodo enim, quod factum non est, id ut sit factum, ferri ad populum, aut verbis ullis sanciri, aut suffragiis confirmari potest? Peccatum est igitur in forma legis: quid in ipsa veritate? non minus: scriptum est enim, 'Quod M. Tullius falsum S. C. retulerit:' qui si falsum retulit, recte scripta lex est; si verum, nulla est. Verum autem retulisse, nec ipsum pro suo imperio, sed senatus jussu in conjuratos animadvertisse, senatus ipse, cum eum restituit, indicavit. Sunt igitur hæc in lege vitia; primum quod lata nominatim est de capite civis indemnati; alterum, quod imperite, ut interdictum esset aqua et igni, cui nondum interdictum esset: tertium, quod simul de pluribus rebus: quartum, quod per vim. Id quod Lentulus consul in lege vidit, quam de Ciceronis reditu tulit: non enim tulit, 'ut ei venire Romam liceret,' sed 'ut veniret.' Quarta pars Clodii maledictum, exulem, &c. Ciceronem appellantis, refellit duabus causis, vel quod ex peccato, vel quod ex damnatione subeatur exulis nomen. Peccasse me, inquit, negant omnes: optime de patria meritum, senatus, equestris ordinis, scribarum, plebis urbanæ, id est, paganorum, et montanorum, denique etiam municipiorum, coloniarum, et totius Italiæ de meo reditu decreta declarant. In ferenda vero lege, quæ celebritas unquam major populi Romani? quantus omnis generis hominum, ætatum, ordinumque splendor? Quod ad damnationem attinet, exul non sum: indemnatus enim discessi; nemo me ulla unquam lege interrogavit; nemo postulavit; nemo diem dixit. Libertatem vero, aut civitatem amittere civis Romanus nemo potest, nisi auctor ipse factus sit. Infirmatur Clodii maledictum ea quoque ratione, quod in ipsa rogatione nihil tulerat, quo minus Cicero esset non modo in civium, sed etiam in senatorum numero; et quod in lege illa suffragium tulerant non populus Romanus, sed multitudo homi-

num e servis conductis, et facinorosis, et egentibus congregata. Quinta primum eidem Clodio respondet, accusanti Ciceronem, quod de se ipse gloriosius prædicaret: deinde iis, qui objicerent ei discessum e patria. Sexta, de domo recuperanda quantum laboret, quamque improbe Clodius fecerit in ea dedicanda, et quid spectarit, ostendit. Dedicatio improbatur, quod non affuerit collegium pontificum, sed unus tantum pontifex, isque frater uxoris Clodii, adolescens imperitus, novus sacerdos, sororis precibus, matris minis adductus, mente et lingua titubante. In extrema parte preces ad Jovem, Junonem, Minervam, ad patrios Penates et familiares, ad Vestam continentur; ut, si nefariam flammam ab eorum templis ac delubris depulerit; si suum caput pro eorum cærimoniis atque templis perditissimorum civium furori ferroque objecerit; si nihil unquam magis, quam de reipublicæ salute laboraverit; hunc fructum ferat, ut sibi redire in suas sedes liceat. Iisdemque precibus, conversus ad pontifices, utitur, ut ab ipsis jam in patriam restitutus, nunc, auctore senatu, manibus eorum in suis sedibus collocetur.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 213.] CUM multa divinitus, pontifices,[a] a[1] majoribus nostris inventa[b] atque instituta sunt;

In Ms. Barb. hæc Oratio inscribitur, *M. Tullii Ciceronis in Clodium, causa cujus erat domus ejus Diis dedicata, oratio incipit.*

NOTÆ

[a] *Pontifices*] Varro L. L. lib. IV. de hac voce sic scribit: 'Pontifex, ut Q. Scævola pontifex maximus dicebat, a 'posse' et 'facere' dictus est: Pontifices ego,' inquit Varro, 'a 'ponte' arbitror; nam ab iis sublicius est factus primum, et restitutus sæpe. Cum ideo sacra, et uls et cis Tiberim non mediocri ritu fiant.' 'Facere' autem est offerre, vel sacrificare. Porro hic pons, unde dictus pontifex, plane ligneus erat, nullo ære aut ferro compactus, quem Romani adeo sacrum existimarunt, ut, si collaberetur, non nisi cæsa victima, et perfecto sacrificio, eum reficere pontifex posset. A pontifice vero pontificium dicitur, quod licentiam sive potestatem significat. Pontifex unus duntaxat a Numa institutus est, inquit Livius, Marcus Marci filius, cui sacra omnia exscripta exsignataque attribuit; quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent; atque unde in eos sumtus pecunia erogaretur. Cetera quoque omnia publica privataque sacra pontificis scitis subjecit; nec cœlestes modo cærimonias, sed justa quoque funebria, placandosque Manes, ut idem pontifex edoceret. Non multo post, quatuor sunt creati pontifices, quos 'minores' Livius appellat, et unum maximum: qui numerus ad M. Valerium et Q. Apuleium coss. id est, annos amplius quadringentos permansit: quo tempore octo primum lege Ogulnia pontifices, omnes de plebe creati sunt. Hic numerus ad Sullam usque dictatorem permansit, quem tandem ad quindecim ampliavit.

[b] *Inventa*] Inventa dicuntur leges, quæ a nobis proficiscuntur, et in

tum nihil præclarius, quam quod[2] eosdem et religionibus Deorum immortalium, et summæ reipublicæ,[c] præesse voluerunt; ut amplissimi et clarissimi[3] cives rempublicam, bene gerendo, [pontifices[4]] religiones sapienter interpretando,[d] [rempublicam] conservarent. Quodsi ullo tempore magna causa in[5] sacerdotum populi Romani judicio ac potestate versata est; hæc profecto tanta est, ut omnis reipublicæ dignitas, omnium civium salus, vita, libertas, aræ,[e] foci,[f] Dii penates,[g] bona, fortunæ, domicilia, vestræ sapientiæ, fidei, potestatique[6] commissa creditaque esse videantur. 2. Vobis hodierno die constituendum est,[7] utrum posthac amentes ac perditos magistratus[h] improborum ac

Cap. i. 1 Duo Mss. Lambini præpositionem omittunt.—2 Post *quod* vulgo inseritur *vos*, quod Ern. et Schutz. deleverunt auctoritate duorum Mss. Lambini.—3 H et S *carissimi*. Tum, ψ *reipublicæ*.—4 *Pontifices*, et paulo post *rempublicam* Ern. conjecit delend. In Pall. nonnullis deest *pontifices*. Pro *sapienter* C et χ *religionibus*. In S, Franc. 1. Barb. Pall. aliquot, ed. 1472. Ven. 1480. *religiones religionibus sapienter int*. Pantagathus scribi jussit *religiosissimi religiones sap. int. eamque conserv*. Lamb. 1566. *religiosissimi religiones sap. int. remp. conserv*. A Dresd. absunt verba *religiones sap. int.*—5 Nonnullæ edd. vett. cum Grutero *in* omittunt. Dein, C *sacerdotis*.—6 Lamb. e Mss. suis edidit *potestati*, copula omissa.—7 T *Vobis hodie const.*

NOTÆ

nostra repub. natæ sunt; instituta vero, quæ ab exteris nationibus ad nos pervenerunt: Romani enim partim suis legibus, partim alienis utebantur.

[c] *Et summæ reipublicæ*] Summa reipub. agebatur in religione et criminibus. Inter pontifices plerique erant senatores, atque adeo publici consilii principes. Certe ad Att. lib. iv. sic ait: 'Kal. Octob. habetur senatus frequens, adhibentur omnes pontifices qui erant senatores.'

[d] *Religiones interpretando*] Dionys. lib. ii. pontifices ait de omnibus causis ad sacra pertinentibus judicare, tam inter magistratus sacrificos, quam inter privatos homines; et a profano etiam et imperito vulgo de cultu Deorum ac geniorum, aliisque religionibus consuli.

[e] *Aræ*] Ara nomen habet ab 'ardendo,' quod in ea victimæ incensæ ardeant; vel a similitudine arearum; quod sicut illæ in urbe puræ sunt, ita et aras Deorum puras esse oportet.

[f] *Foci*] Foci ponuntur pro re nobis maxime cara, qualia sunt propria bona.

[g] *Penates*] Penates quasi penites dicti sunt, quod penitissimi Dii sint et proprii, per quos spiramus.

[h] *Amentes ac perditos magistratus*] Clodium intelligit, qui tribunus plebis domum ejus incendit, et in ejus area Libertatis templum exstruxit.

sceleratorum civium[i] præsidio nudare, an etiam Deorum immortalium religione armare[k] malitis. Nam si illa labes ac flamma[8][l] reipublicæ suum illum pestiferum et funestum tribunatum, quem æquitate humana tueri non potest, divina religione defenderit; aliæ cærimoniæ[m] nobis[9] erunt, alii antistites[n] Deorum immortalium, alii interpretes religionum[o] requirendi. Sin autem vestra auctoritate sapientiaque, pontifices, ea, quæ furore improborum in[10] republica, ab aliis oppressa,[p] ab aliis deserta,[q] ab aliis prodita,[r] gesta sunt, rescinduntur;[11] erit causa, cur consilium majorum in amplissimis viris ad sacerdotia[s] deligendis,[12] jure

est. Mox, Franc. 1. *am. et perd.*—8 C *labes et flamma.*—9 In C et χ deest *nobis.*—10 Mss. ap. Ursin. carent præpositione ante *republica.*—11 Pantagathus conjecit *rescindentur*, et Ern. *rescindantur.* Mox, pro *cur* in C H χ legitur *qua.*—12 Ms. ap. Lamb. *diligendis*, unde is conjecit *dilegendis.* In C H S

NOTÆ

[i] *Sceleratorum civium*] Clodius, opera sceleratorum civium, multa contra viros bonos molitus est in tribunatu suo; immo quo die lata lex est de reditu Ciceronis, cædibus multis in foro factis per gladiatores, voluit illum prohibere comparatis ad cædem gladiatoribus.

[k] *Religione armare*] Clodius scelus suum specie religionis texit, cum incensam a se Ciceronis domum in templum convertit.

[l] *Nam si illa labes ac flamma*] Ostendit quam fatalis fuerit Clodii tribunatus, qui instar labis affert dedecus, instar flammæ exitium.

[m] *Cærimoniæ*] De cærimoniis Isidorus lib. VI. cap. ult. sic loquitur: 'Cærimoniæ apud Latinos dicuntur sacra omnia quæ apud Græcos ὄργια vocantur.'

[n] *Antistites*] Antistites sunt qui in administranda religione principem locum tenent.

[o] *Interpretes religionum*] Antistites sunt pontifices, ad quos pertinet religiones interpretari: alios autem cum cærimoniis quærendos interpretes religionis dicit; quia, qui funguntur his modo muneribus, favere sceleri non possunt et impietati.

[p] *Ab aliis oppressa*] Clodius oppressit rempublicam, cum per vim et cædes prohibere voluit, ne lex de Ciceronis reditu ad populum ferretur.

[q] *Ab aliis deserta*] Pompeius, Cæsar, et Crassus deseruerunt rempublicam, cum passi sunt impune Ciceronem ab ea ejici.

[r] *Prodita*] Prodiderunt Piso et Gabinius consules, cum supplicantem totum senatum pro Cicerone, et equestrem ordinem, cum multitudine quæ ex tota urbe et universa Italia convenerat, superbissime repulerunt.

[s] *Sacerdotia*] Conciliat sibi pontifices, suaviterque impellit a consilio majorum, ut tantis malis illatis a Clodio resistere velint, cum ab illis ideo instituti sint, ut quæ contraria sunt religioni, rescindant.

ac merito laudare possimus. 3. Sed, quoniam ille demens, si ea,[13] quæ ego per hos dies in senatu de republica sensi,[t] vituperasset,[14][u] aliquem se aditum[x] ad aures vestras esse habiturum putavit; omittam[15] ordinem dicendi meum: respondebo hominis furiosi non orationi, qua ille uti non potest,[y] sed convicio,[z] cujus exercitationem cum intolerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate munivit.

II. Ac primum[16] illud a te, homine vesano ac furioso,[a] requiro,[a] quæ te tanta pœna tuorum scelerum flagitiorumque vexet, ut hos tales viros,[b] qui non solum consiliis suis, sed etiam specie ipsa[b] dignitatem reipublicæ sustinent, quod ego, in sententia[17] dicenda, salutem civium[c] cum ho-

[a] *Peto.* [b] *Majestate sua.*

χ *eligendis.*—13 Dresd. *si omnia.*—14 H *vituperassent.* Pro *aliquem* in C H χ ψ *aliquando.*—15 Dresd. et Guelf. *non omittam:* sic quoque edidit Grævius. Ern. conjecit legend. *omittam consuetudinem dicendi meum.*

NOTÆ

[t] *Per hos dies in senatu de republica sensi*] Quo tempore rediit Cicero ab exilio, facta est summa annonæ caritas, adeo ut tumultuaretur multitudo, et consulares non auderent in senatum venire, quod tuto negarent posse se sententiam dicere: at factum est senatusconsultum, suadente Cicerone, atque ex eo lex promulgata, ut Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur.

[u] *Vituperasset*] Videtur Clodius orationem habuisse apud pontifices, quo se muniret contra Ciceronem, quem oraturum esse prospiciebat.

[x] *Aliquem aditum*] Quia Pompeii gloriæ Clodius invidebat, credidit se in odium adducturum Pompeium, quod sine consularibus senatus illud consultum factum esset. Plerique autem ex pontificibus illis erant consulares.

[y] *Qua ille uti non potest*] Habere orationem pertinet ad hominem prudentem, non ad dementem et furiosum, qualis est Clodius, a quo nihil sapienter dici potest.

[z] *Sed convicio*] Convicium, inquit Ulpianus, dicitur vel a concitatione, vel a conventu, hoc est a collatione vocum: cum enim in unum plures voces conferuntur, convicium appellatur, quasi convocium; aut etiam cum unius plures et repetitæ voces in unum aliquem jactantur.

[a] *Homine vesano ac furioso*] Vesanus est qui parum judicio sanus est; furiosus, qui judicium omnino corruptum habet: talis autem fuit Clodius.

[b] *Tales viros*] Clodius dictitabat pontifices Ciceroni iratos esse, quod Pompeio annonæ procurationem committendam esse censuerat.

[c] *Salutem civium*] Contendit Cicero non sibi ea de causa esse iratos pontifices; quia salus civium annonæ

nore Cn. Pompeii conjunxerim, mihi esse iratos, et aliud de summa hoc tempore[18] religione[d] sensuros, ac me absente senserint, arbitrere. 4. Fuisti tu,[19] inquit, apud pontifices superior:[e] sed jam,[20] quoniam te ad populum contulisti, sis inferior, necesse est. Itane vero? quod in[1] imperita multitudine[f] est vitiosissimum, varietas et inconstantia, et crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum, commutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconstantia gravitas, a libidinosa sententia[g] certum et definitum jus religionum, vetustas exemplorum, auctoritas[2] literarum monu-

Cap. ii. 16 χ *At primum.*—17 C et χ *cum sent.*—18 Verba *hoc tempore* non agnoscunt T, Franc. Barb. Pal. 4. et ed. 1472. In Pal. 9. *hujus temporis.* Nang. Manut. Lamb. *de summa relig. hoc temp.* et sic duo Mss. Lambini. Mox, pro *absente* C H χ, Franc. Barb. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Junt. et Hervag. habent *præsente.* Paulo post, *arbitrare* C H S T χ: *arbitrarere* Franc. 1.—19 Hotom. conjecit *tum* legendum, prob. Ern. Lambinus dedit *Fuisti, inq., tum ap. pontif.* Dein, C χ *superiores.*—20 C H S T χ ψ *sed etiam.* Pro *populum* Lamb. e conjectura dedit *Pompeium.*—1 T caret præpositione.—2 χ *auc-*

NOTÆ

caritate periclitabatur: quare ipsis erat subveniendum: at nemo melius Pompeio id poterat.

[d] *De summa religione*] Consecrata fuit domus Ciceronis, impellente Clodio, cujus in area templum exstrui curavit Libertati sacrum. Respondet Cicero, quod si se absente domus consecrationem improbarunt pontifices, jam tum se ipso præsente eam improbabunt. Nam cum in senatu a Clodio de domo Ciceronis absentis consecranda actum est, nemo ei assensit.

[e] *Superior*] Objicit Ciceroni Clodius quod revera fuerit apud pontifices superior, quando consecratio domus ejus ab eis est improbata; at inferior, quando de annona committenda Pompeio apud populum effecit; quasi hæc procuratio pontificibus, qui optimates erant, displicuisset.

[f] *Quod in imperita multitudine*] Clodium increpat, qui tam parum sanæ mentis est, ut, et vitia imperitæ multitudinis, ac præsertim levitatem et inconstantiam in viros tam graves cadere credat.

[g] *Libidinosa sententia*] Libidinosa sententia est quam non ratio, sed libido temere regit; qua abduci pontifices non possunt: 1. Quia certum jus habent et definitum, quod in rebus religionis sequi necessario debent. 2. Quia idem jus multis veteribus exemplis confirmatum est. 3. Habent literarum auctoritatem, in quibus ea omnia continentur, quæ scripta sunt de jure dedicandi, et quæ in inferenda vel tollenda religione facienda sunt. 4. Habent monumenta rerum quæ religionis indicio conservatæ sunt. A quibus omnibus cum in jure decernendo deflectere pontifices non possint, regi inconstantia non posse manifestum est.

mentorumque deterret? Tune es ille, inquit,[h] quo senatus carere non potuit? quem boni luxerunt? quem respublica desideravit? quo restituto, senatus auctoritatem restitutam putabamus?[3] quam primum adveniens prodidisti? Nondum de mea sententia dico: impudentiæ primum respondebo tuæ. III. 5. Hunc igitur, funesta reipublicæ pestis, hunc tu civem ferro, et armis, et exercitus terrore,[i] et consulum scelere,[k] et audacissimorum hominum minis, servorum delectu,[4] obsessione templorum,[l] occupatione fori,[m] oppressione curiæ, domo et patria, ne cum improbis boni ferro[5] dimicarent, cedere curasti;[e 6] quem a senatu, quem a bonis omnibus, quem a cuncta Italia desideratum, arcessitum, revocatum,[7] conservandæ reipublicæ causa, confiteris? [*p.* 214.] At enim in senatum venire, in Capitolium intrare turbulento illo die[n] non debuisti.[8] 6. Ego vero

[e] *Coëgisti.*

tores.—3 χ ψ *putamus.*

CAP. III. 4 χ *deletu.* Lamb. e Mss. *dilectu.*—5 In C H S χ deest *ferro.*—6 Lamb. e conjectura dedit *coëgisti.*—7 In χ *renovatum.*—8 Idem Ms. *debu-*

NOTÆ

[h] *Tune es ille, inquit*] Cum vidisset Clodius rogante Cicerone delatam fuisse Pompeio annonæ procurationem, id ei objecit tanquam quod indignum eo cive, quo carere non potuit senatus, quem boni luxerant, &c. quia eam eo tempore suaserat cum multi senatores et consulares aberant, et liberæ propter seditiones non erant senatus sententiæ. At hæc eadem verba Clodii arripit, atque iis utitur ad eum convincendum impietatis, quod se civem eum, quo carere rempub. non posse fatebatur, cedere patria et domo coëgerit: ab ea autem abire maluit Cicero, quam ut pro se motus aliquis excitaretur in repub. Coëgit autem abire, 1. terrore exercitus; 2. consulum scelere; 3. minis impiorum civium; 4. gladiatorum armis; 5. obsessione templorum, &c.

[i] *Exercitus terrore*] Cæsar comparatum habebat exercitum ut proconsul in Gallias abiret, quo Clodius, quasi Cæsaris amicus, ad injiciendum suis adversariis timorem utebatur. De hoc loquitur in orat. pro Sext.

[k] *Et consulum scelere*] Pisonis et Gabinii scelere et avaritia, quibus provincias et pecuniam pollicitus fuerat Clodius, Cicero abire compulsus est.

[l] *Obsessione templorum*] A Clodianis palam in templum Castoris arma deportata sunt.

[m] *Occupatione fori*] Quo die, ut scribit Dio lib. XXXIX. lex ad populum ferebatur, Clodius, acceptis a fratre Appio gladiatoribus, quos ille in funere Marci propinqui sui daturus erat, impetu in multitudinem facto, multos vulneravit, multosque occidit.

neque veni, et domo[9] me tenui, quamdiu turbulentum tempus fuit; cum servos tuos ad rapinam,[10] ad bonorum cædem paratos, cum illa tua consceleratorum[11] ac perditorum manu, armatos,[12] in Capitolium tecum venisse constabat. Quod cum mihi nuntiaretur, scio[13] me domi mansisse, et tibi, et gladiatoribus tuis instaurandæ cædis[o] potestatem non fecisse. Posteaquam mihi nuntiatum est, populum Romanum in Capitolium, propter metum atque inopiam rei frumentariæ,[p] convenisse; ministros autem scelerum tuorum perterritos, partim amissis gladiis, partim ereptis, diffugisse;[14] veni non solum sine ullis copiis ac manu, verum etiam cum paucis amicis. 7. An ego,[q] cum P. Lentulus consul, optime de me ac de republica meritus, cum Q. Metellus,[r] qui, cum meus inimicus esset, frater tuus,[15] et dissensioni nostræ, et precibus tuis, salutem ac

istis.—9 Nonnullæ edd. vett. *domi.*—10 Mss. pauci et edd. vett. cum Beck. Schutz. et Orell. *ad rapinas.* Lamb. e Ms. edidit *cum servos tuos a te jampridem ad bon. cædem par.* In Pal. 9. et Erf. *ad impiam prædam par.*—11 Franc. 1. *sceleratorum.*—12 Post *armatos* C H S T, Dresd. Franc. Barb. Guelf. cum Græv. Oliv. Beck. et Orell. addunt *etiam.*—13 Wolf. legi mavult *scito.*—14 Franc. 1. Dresd. et Barb. *defugisse.*—15 Franc. 1. omittit verba *frater*

NOTÆ

[n] *Turbulento illo die*] Cum L. Cæcilius Rufus prætor ludos Apollinares daret populo, infima multitudo annonæ caritate concitata tumultuata est; atque illa non solum eos expulit, qui in theatro spectandi causa consederant; sed etiam Capitolii incensionem minata est.

[o] *Instaurandæ cædis*] Fatetur Cicero se non venisse in senatum, ne eadem tempestas et seditio propter se exoriretur, quæ nuper excitata est a Clodio per suos gladiatores, ut jamjam diximus.

[p] *Inopiam rei frumentariæ*] Cum Clodii improbitate frumenti inopia in Ciceronem rejiceretur, sententiam dixit, et in eam factum est senatusconsultum: atque ex eo lex promulgata, ut Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. Vide epist. 1. lib. IV. ad Att.

[q] *An ego*] Reddit jam rationem quare venerit in Capitolium; quia nempe vocatus est a consulibus, quibus parere debuit; tum maxime propter beneficium quo fuit ab illis affectus, cum Romam ab exilio revocatus est.

[r] *Q. Metellus*] Q. Metellus Nepos, qui sororem Clodii uxorem duxerat, consul Ciceroni vel maxime ex magnis contentionibus reipublicæ fuerat inimicus, permotus cum auctoritate senatus, qui Ciceronem revocari optabat, tum P. Servilii incredibili gravitate dicendi, absens cum M. Tullio rediit in gratiam.

dignitatem meam prætulisset, me arcesserent in senatum; cum tanta multitudo civium, tam recenti beneficio[16] suo, me ad referendam gratiam nominatim vocarent,[17] non venirem; cum præsertim te jam illinc cum tua fugitivorum manu discessisse constaret? Hic tu me etiam, custodem defensoremque Capitolii,[s] templorumque omnium, hostem Capitolinum appellare ausus es, quod, cum in Capitolio senatum duo consules haberent, eo venirem?[18] Utrumne est tempus aliquod, quo in senatum venisse turpe sit? an res illa talis erat, de qua agebatur,[t] ut rem ipsam repudiare,[19] et eos, qui agebant, condemnare deberem? IV. 8. Primum dico senatoris esse boni, semper in senatum venire: nec cum his[20] sentio, qui statuunt minus bonis temporibus in senatum ipsi non venire;[1] non intelligentes, hanc suam[2] nimiam perseverantiam vehementer iis, quorum animum offendere voluerunt, gratam et jucundam fuisse. At enim[3] nonnulli,[u] propter timorem, quod se in senatu tuto non esse arbitrabantur, discesserunt. Non reprehendo:[4] nec quæro, fueritne aliquid pertimescendum. Puto, suo quemque arbitratu[5] timere oportere. Cur ego

tuus. In H est *frater ejus.* Dein, Ms. Hotomanni *discessioni nostræ.*—16 Pro *officio* Ern. e conjectura recepit *beneficio.*—17 In χ, Barb. Ven. 1480. Junt. *vocaret.*—18 Garaton. legi mavult *eo venissem*, et mox *venire turpe sit.* Schutz. omisit *aliquod.* Verba *de qua agebatur* desunt in C H S T χ, Franc. Dresd. Ms. Hotomanni, Ven. 1480. 1483.—19 H *repudiarem*: S *repudiaret.* Pro *et eos* T habet *aut eos.*

Cap. IV. 20 Orell. conjecit *cum iis* legend.—1 C H S T χ, Guelf. Dresd. Franc. Barb. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. *ut ipsi non venirent.*—2 Franc. non habet *suam.* Mox, in C H S χ, Franc. deest *vehementer.* In Dresd. legitur *hanc sententiam nimia perseverantia iis, &c.* Pro *iis* C *his.*—3 Ed. 1472. *Atque enim.* Mox, C *tutos.*—4 χ *reprehendendo.*—5 C H S T χ, Franc. 1. Dresd.

NOTÆ

[s] *Defensorem Capitolii*] Cicero Capitolium defenderat ab incendio in Catilinæ seditione.

[t] *De qua agebatur*] Agebatur tum in senatu de annonæ caritate sublevanda.

[u] *At enim nonnulli*] Respondet Clodio, qui Ciceroni objiciebat, quod aliqui discesserint, ipse vero venerit in senatum. Aliqui certe viri consulares, et plurimi senatores, cum illis diebus senatus de annona habebatur, a senatu abfuerunt, quod tuto se negarent posse sententiam dicere.

non timuerim, quæris? quia te illinc abiisse constabat. Cur, cum viri boni nonnulli putarint, tuto se [6] in senatu esse non posse, ego non idem senserim? Cur, cum ego me [7] existimassem tuto omnino in civitate esse non posse, illuc irem? [8] an aliis licet, et recte licet, in meo metu sibi nihil timere; mihi uni necesse erit et meam et aliorum vicem [9] pertimescere? [d]

9. An, quia non condemnavi [10] [x] sententia mea duo [11] consules, sum reprehendendus? Eos igitur [12] ego potissimum damnare debui, quorum lege perfectum est, ne ego indemnatus, atque optime de republica meritus, damnatorum pœnam sustinerem? quorum etiam delicta, propter eorum egregiam in me conservando voluntatem, non modo me, sed omnes bonos ferre oporteret; eorum optimum consilium ego potissimum, per eos in meam pristinam dignitatem restitutus, consilio repudiarem meo? [13] At quam sententiam dixi? [y] 10. Primum eam, quam populi sermo in animis nostris [14] jam ante defixerat: deinde eam, quæ erat superioribus diebus agitata in senatu: deinde eam, quam senatus frequens, tum, cum mihi est assensus, secutus est; [*p.* 215.] ut neque allata [15] sit a me res inopi-

[d] *Timere pro me, et pro aliis.*

Barb. *suo quemque arbitrio:* edd. ante Lamb. *arbitrio suo quemque:* Naug. tamen et Hervag. *suo quemque arbitrio.* Lamb. et Græv. dederunt *arbitratu suo quemque.*—6 In H deest *se.*—7 H *mei.* Pro *existimassem* Pal. 9. habet *sensissem.* Tum, C *tutos.*—8 Pro *illuc irem* Erf. et Pal. 9. habent *illi senserunt:* Ms. ap. Manut. cum Manut. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *illi non item.* Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. conjecit *illi remanserint* legend.—9 Pro *vicem* C et χ *cedem;* Dresd. Barb. Ven. 1480. *cædem.* In Franc. 1. legitur *necesse non erit . . . cædem pertim.*—10 Franc. 1. *An quod condemnavi.*—11 Al. *duos.*—12 Pro *igitur* in Franc. 1. *autem.* Mox Oliv. *pœnas.*—13 C, Barb. Ven. 1480. Naug. Hervag. Lamb. *meo cons. rep.* T *me cons. rep.*—14 Beck. et Orell. *in animis vestris,* ut habent Dresd. Guelf. Ms. Ursini, sex Oxonn. Mss.

NOTÆ

[x] *Non condemnavi*] Si Cicero non venisset in senatum vocatus a consulibus, visus esset eos condemnare, a quibus ipse lata lege tanquam indemnatus civis fuerat revocatus ab exilio, quod erat damnatorum pœna.

[y] *At quam sententiam dixi*] Jam æquitatem suæ sententiæ, allatis rationibus, proponit.

nata ac recens, nec, si quod in sententia vitium est, magis[16] sit ejus qui dixerit, quam omnium qui probarint. At enim liberum[z] senatus judicium, propter metum, non fuit. Si timuisse eos facis, qui discesserunt; concede, non timuisse eos, qui remanserunt. Sin autem sine iis, qui tum abfuerunt,[17] nihil decerni libere potuit; cum omnes adessent,[a] cœptum est referri de inducendo[e][18] senatusconsulto. Ab universo senatu reclamatum est. v. Sed quæro, in ipsa sententia, quoniam princeps[b] ego sum ejus atque auctor, quid reprehendatur. Utrum causa capiendi novi consilii[19] non fuit? an meæ partes in ea causa non præcipuæ fuerunt? an alio potius confugiendum fuit? Quæ[20] res, quæ causa major esse, quam fames, potuit? quam seditio? quam consilia[1] tua tuorumque; qui, facultate[f] oblata,[c] ad imperitorum[2] animos incitandos, renovaturum te tua

[e] *Abolendo.* [f] *Occasione.*

edd. Ven. 1483. Hervag.—15 χ *ablata.*—16 C H S ψ *majus.*—17 *Affuerunt* C H S χ, Barb. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. *defuerunt* Dresd. Franc. In Dresd. *tum* omittitur. Dein, edd. Manut. et Car. Steph. *discerni.*—18 *Indicendo* C H S χ : *incendio* Franc. 1. Dresd. et ed. 1472.

Cap. v. 19 Barb. et Mss. Lambini, atque Ven. 1480. Hervag. Naug. Junt. *novi cons. cap.* Græv. *novi cap. cons.*—20 In C H χ ψ, Barb. Ms. Vict. Pall. Ven. 1480. 1483. deest *Quæ.* Pro *res* Mss. plerique et edd. Junt. Naug. Manut. Lamb. Oliv. Lall. Beck. et Orell. habent *vis.* In S *visque :* in T et ed. 1472. *jusque.* Dein, C T, Barb. et Mss. Lambini, atque ed. 1472. Ven. 1480. Hervag. Naug. Lamb. Græv. Beck. et Orell. *major, quam fames, esse pot.*—1 T *quoniam cons.*—2 χ *imperatorum.* Mox, *renovantur* C χ : *revocaturum* Barb. Pro *illa* C χ, Barb. *illis*, et sic edd. nonnullæ, teste Garaton. Verba *ob annonæ* in T desunt. Denique, *putavisti* Franc. 1. ed. 1472. Junt.

NOTÆ

[z] *At enim liberum*] Aliam proponit objectionem, nempe propter metum populi, qui minas circa curiam intentabat, liberum non fuisse senatus judicium. Hanc Cicero diluit enthymemate a repugnantibus.

[a] *Cum omnes adessent*] Postquam metus remissus est, et omnes senatores affuerunt, de illo decreto abolendo, quo annona Pompeio commissa est, actum est: at illud retinendum nemo non judicavit.

[b] *Princeps*] Princeps sententiæ dicitur, qui primus sententiam aperit, quam alii sequuntur. Quærit autem a Clodio quid in illa sententia reprehendendum est, quam ipse prior aperuit de Pompeio.

[c] *Qui facultate oblata*] Rejicit præcipuam causam in famem, ex qua Clodius occasionem motus excitandi in repub. arripuerat.

illa funesta latrocinia ob annonæ causam putarunt? 11. Frumentum provinciæ frumentariæ [d] partim non habebant; partim in alias terras, credo, propter varietatem venditorum,[3] [e] miserant; partim, quo gratius [4] esset, tum, cum in ipsa fame subvenissent, custodiis suis clausum continebant, ut subito novum mitterent. Res erat non in opinione dubia, sed in præsenti [5] atque ante oculos proposito periculo: neque id conjectura prospiciebamus, sed jam experti videbamus: nam, cum ingravesceret annona, ut jam plane inopia ac fames, non caritas timeretur; concursus [6] est ad templum [7] Concordiæ factus, senatum illuc [8] vocante Metello consule. Qui si verus [9] fuit,[f] ex dolore hominum et fame; certe consules causam suscipere, certe senatus aliquid consilii capere potuit.[10] Sin in causa fuit annona, seditionis quidem instimulator [11] [g] et concitator tu fuisti; nonne id agendum nobis omnibus fuit, ut materiem [g] subtraheremus [h] furori tuo? 12. Quid, si utrum-

[g] *Causam.*

Græv. *putavit* C χ, Dresd. Barb. Vid. Nott. Varr.—3 Grævius conjecit legend. *propter avaritiam vend.*—4 ψ *gratus.*—5 *Præsentia* C H S T χ, Barb. Pall. et edd. vett. cum Græv. Beck. et Orell. Mox, Lamb. conjecit *posito peric.*—6 C *concursum.*—7 *Templum* Gulielmio suspectum est.—8 χ *illic.*—9 Pro *verus* H et S *vetus.* Lamb. dedit *qui si verus timor fuit.*—10 Pro *potuit* Lamb. 1566. *debuit.* Tum, *Si in causa* Barb. *Sin autem causa* T: *Sin causa* Mss. nonnulli, ed. 1472. Ven. 1480. Naug. Hervag. Græv. Oliv. Lall. Beck. et Orell. Hotomannus legi maluit *Sin cassa fuit, &c.*—11 H S et edd. ple-

NOTÆ

[d] *Provinciæ frumentariæ*] Provinciæ frumentariæ sunt, quæ vectigal frumenti singulis annis populo Rom. pendunt: his autem temporibus provinciæ frumento carebant.

[e] *Varietatem venditorum*] Aliam rationem caritatis affert, quod in alias terras missum erat frumentum, quod cum aliis mercibus commutabatur; ideoque Romam non afferebatur.

[f] *Qui si verus fuit*] Si verus fuit, id est, si justa de causa factus est ille concursus, nempe propter famem, consul providere, et senatus de remediis deliberare debuit.

[g] *Seditionis quidem instimulator*] Rejicit causam tumultus et seditionis in Clodium, qui Ciceronis causa hanc inopiam frumenti fuisse populo persuasit.

[h] *Materiem subtraheremus*] Materia seditionis Clodio subtrahebatur procuranda populo per Pompeium annona: quia et ea suppeditabatur, et Pompeius Clodii furoribus opponebatur.

que fuit, et ut[12] fames stimularet homines, et tu in hoc ulcere,[i] tanquam unguis, existeres? nonne fuit eo major adhibenda medicina, quæ et illud nativum et hoc delatum[13] malum[k] sanare posset? Erat igitur et præsens caritas, et futura fames. Non est satis:[14] facta lapidatio est. Si ex dolore plebei,[15] nullo incitante; magnum malum: si P. Clodii impulsu; usitatum hominis facinorosi scelus: si utrumque, ut et[16] res esset ea, quæ sua sponte multitudinis animos incitaret, et parati atque armati seditionis duces; videturne ipsa respublica[l] et consulis auxilium implorasse, et senatus fidem?[h] [17] Atqui utrumque fuisse perspicuum est, difficultatem annonæ, summamque inopiam rei frumentariæ, ut homines non jam diuturnam caritatem, sed ut[18] famem plane timerent: nemo negat. Hanc istum[19] otii et pacis hostem causam[20] arrepturum fuisse ad incendia, cædem,[1] rapinas, nolo, pontifices, suspicemini, nisi videritis.[2] 13. Qui sunt homines a Q. Metello, fratre tuo,[3] consule, in senatu palam nominati, a

[h] *Auxilium.*

ræque ante Grut. *stimulator.*—12 χ ψ, Barb. Lall. Beck. et Orell. *ut et.* Mox, in H S χ deest *tu.* Tum, Ms. Vict. *in hoc viscere.* Pro *unguis* Pal. 9. et Ms. Vict. habent *inguen;* C H S *unguem;* χ *unguentum.*—13 *Delectum* C H S χ et edd. pleræque ante Lamb. *delictum* Franc. 1. Barb. et Mss. Lambini.—14 Pro *non est satis* T *inde;* C H S χ, Franc. 1. Barb. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. *inde satis.*—15 Edd. vett. cum Oliv. *plebeio:* C χ *plebis:* T *plebe:* ψ et Ven. 1483. *plebi:* Barb. *plebeo.* Vid. Nott. Varr.—16 C H S T χ carent copula ante *res.*—17 Barb. *fidem senatus.* Tum, C H S *Atque.* Porro, Franc. 1. Dresd. ed. 1472. *utrumque fuisse ad incendia persp. est.*—18 Lamb. *ut* omittit.—19 Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. *Hunc istum.*—20 Quidam ap. Lamb. conjecerunt *ansam* legend.—1 C H S χ ψ, Barb. Ven. 1483. Naug. Hervag. Manut. Beck. Schutz. et Orell. *cædes.* Tum, Franc. 1. Barb. Ven.

NOTÆ

[i] *In hoc ulcere*] Ait Clodium fuisse concitatorem illius doloris, similitudine sumta a vulnere.

[k] *Nativum et hoc delatum* [*delectum*] *malum*] Per nativum et delectum malum intelligit internum et externum seu adventitium malum. Nativum autem dicitur, quasi fomes; et delectum, quasi excitatum seditione et furore Clodii.

[l] *Videturne ipsa respub.*] Et propter famem et propter metum seditionis excitandæ a Clodio, respub. debuit consulis, ad quem pertinet ipsi prospicere, et senatus auctoritatem implorare, cujus est edicere consuli in rebus periculosis, ut videat ne quid respubl. detrimenti patiatur.

quibus ille se lapidibus appetitum, etiam percussum esse dixit? L. Sergium et M. Lollium nominavit. Quis est iste Lollius?[m] qui sine ferro ne nunc quidem tecum est: qui, te tribuno plebis, nihil de me dicam, sed qui Cn. Pompeium interficiendum depoposcit. Quis est Sergius?[4][n] armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis, concitator tabernariorum,[o] damnatus injuriarum, percussor, lapidator, fori depopulator,[i] obsessor curiæ.[5] His atque hujusmodi ducibus, cum tu in annonæ caritate in consules, in senatum, in bona fortunasque locupletium,[6] per causam inopum atque imperitorum,[k] repentinos impetus compa-rares; cum tibi salus esse in otio nulla posset; cum, desperatis ducibus, decuriatos[p] ac descriptos[7] haberes exercitus perditorum; nonne providendum senatui fuit, ne in hanc tantam materiem seditionis[q] ista funesta fax[r] adhæresceret?

VI. 14. Fuit igitur causa capiendi novi consilii.[9] Videte nunc, fuerintne partes meæ pæne præcipuæ. [*p.* 216.]

[i] *Destructor.* [k] *Prætextu salutis et conservationis inopum.*

1480. 1483. *rapinas. Nolo.*—2 χ *videtis.*—3 Franc. 1. *fratre suo.* Tum pro *etiam* H S χ, Barb. et nonnullæ edd. vett. habent *et.*—4 T *Quis est iste Sergius.* —5 Pro *curiæ* in C S T χ, Barb. Ven. 1480. 1483. *patriæ.* Mox, C T χ, Barb. et Ven. 1480. *ejusmodi.*—6 Al. *locupletum.* Dein, Barb. et Ven. 1480. *per causas.* Pro *imperitorum* C H S T χ et nonnullæ edd. vett. *peregrinorum.*—7 H *dec. et descr.*—8 Pro *adhæresceret* Guelf. habet *ardesceret;* Franc. et ed. Wald. *adolesceret.* Paulo ante, Wolf. conjecit *ad hanc tantam mat.* In Barb. *in hac tantam materiem:* alii ap. Garaton. *ne hæc tanta materies sed. ista funesta face adolesceret.* Grævius legi jussit *ne in hac tanta materia . . . adolesceret.*
Cap. vi. 9 Ms. ap. Lamb. *cons. novi.* Mox, in C H S T χ deest *pæne.*—

NOTÆ

[m] *Quis est iste Lollius*] Lollium describit ab adjunctis.

[n] *Quis est Sergius*] Describit Sergium tanquam hominem natum ad seditiones excitandas.

[o] *Tabernariorum*] Tabernarii dicuntur, qui res venales exponunt in tabernis.

[p] *Decuriatos*] Distributos in decurias. Decuria manipulus est decem hominum, cui præest decurio. Objicit autem Clodio eum distributos in decurias homines sceleratos habuisse semper ad seditiones paratos.

[q] *Materiem seditionis*] Seditio ex fame et annonæ caritate proveniebat.

[r] *Ista funesta fax*] Clodius fax dicitur, qui cum suis paratus ad incendia semper fuit.

Quem tum Sergius[10] ille tuus, quem Lollius, quem ceteræ pestes in lapidatione illa nominabant? quem annonam præstare[l] oportere dicebant? nonne me? quid? puerorum[s] illa concursatio nocturna tum[11] a te ipso instituta? Me frumentum flagitabant. Quasi vero ego aut rei[12] frumentariæ præfuissem, aut compressum[m] aliquod frumentum tenerem, aut in isto genere omnino quicquam, aut curatione, aut potestate valuissem. Sed homo ad cædem imminens, meum nomen operis[13] ediderat,[t] imperitis injecerat. Cum de mea dignitate in templo Jovis Optimi Maximi senatus frequentissimus, uno isto[u] dissentiente, decrevisset; subito, illo ipso die, carissimam annonam nec opinata[14] vilitas consecuta est. 15. Erant, qui Deos immortales (id quod ego sentio) numine suo reditum meum dicerent comprobasse. Nonnulli autem illam rem ad illam rationem[15] conjecturamque revocabant, qui,[16] quod in meo reditu spes otii et concordiæ sita videbatur, in discessu autem quotidianus seditionis timor, jam pæne belli depulso metu, commutatam esse annonam dicebant:[17] quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, a me, cujus adventu fore vilitatem boni viri dictitarant,[18] annona flagitabatur.

[l] *Subvenire inopiæ.* [m] *Absconditum.*

10 H S *Quem tu quoque Serg.*—11 Pro *tum,* quod e conjectura dedit Ern. quem Wolf. Beck. et Schutz. secuti sunt, *non* habent Lamb. et Orell. *num* ceteri. —12 In χ deest *rei.*—13 *Operariis* C H S χ, Pall. aliquot, Ven. 1480. 1483. *peritis* Pal. 9. *obæratis* conjecit Gulielm.—14 C *illo ipso, car. ann. inopinata.* —15 Ern. conjecit legend. *nonnulli autem rem ad illam rat.* Gesner. legi maluit *nonnulli autem illam rem ad aliam rat.*—16 *Qui* J. F. Gronovio suspectum est. In ed. Junt. *revocabant. Quid quod.*—17 Ms. Lamb. Barb. Ven. 1480. Naug. Hervag. Car. Steph. *comm. ann. esse dic.* In S deest *annonam.* Edd. nonnullæ *esse* omittunt, errore typographico.—18 Ern. e conjectura dedit *dictita-*

NOTÆ

[s] *Puerorum*] Apposita fuerat multitudo puerorum et servorum, qui de caritate quererentur, et Ciceroni invidiam crearent, quasi calamitatis auctori.

[t] *Operis ediderat*] Per operas, homines operarios intelligit, per quos indicaverat Clodius Ciceronem auctorem esse annonæ; quia tanta eorum undequaque multitudo ad comitia, et ad legem de eo revocando jubendam confluxerat, ut multo gravior annona facta fuerit.

[u] *Uno isto*] Clodius semper Ciceronis dignitati opponebatur.

VII. Ego denique non solum ab operis [19] tuis, impulsu tuo, nominabar, sed etiam, depulsis [20] ac dissipatis tuis copiis, a populo Romano universo, qui tum in Capitolium convenerat, cum illo die minus valerem, nominatim in senatum vocabar.[1] 16. Veni expectatus. Multis sententiis jam dictis, rogatus sum sententiam. Dixi reipublicæ saluberrimam, mihi necessariam.[2] Petebatur a me frumenti copia, annonæ vilitas; quasi possem aliquid in ea re gerenda: non habebatur.[3] Flagitabar bonorum expostulatione: improborum convicia sustinere non poteram. Delegavi amico[x] locupletiori, non quo illi, ita de me[4] merito, onus illud imponerem (succubuissem enim potius ipse); sed quia videbam id,[5] quod omnes: quod nos de Cn. Pompeio polliceremur, id illum fide, consilio, virtute, auctoritate, felicitate denique sua facillime perfecturum.[6] 17. Itaque, sive hunc Dii immortales fructum mei reditus populo Romano[7] tribuunt, ut quemadmodum discessu meo frugum inopia, fames, vastitas, cædes, incendia, rapinæ, scelerum impunitas, fuga, formido, discordia fuisset; sic reditu meo ubertas agrorum, frugum copia, spes otii, tranquillitas animorum, judicia, leges, concordia populi, senatus auctoritas, mecum simul reducta videantur; sive egomet aliquid adventu meo,

rant. Omnes aliæ edd. *dictitabant.* Dein, Pithœus conjecit legend. *ann. flagellabatur.*

CAP. VII. 19 C H S χ *operariis.*—20 Lamb. conjecit *dispulsis.*—1 T *revocabar.*—2 *Salub. ac necess.* C H S χ, Ven. 1480. 1483. probante Grævio: *salub. ac mihi necess.* Naug. et al.—3 Pal. aliquot *non debebatur*, unde Grut. olim conjecit *annona debebatur:* Pal. 9. omissa partic. *quasi*, habet *possem aliquod mea regere accusatione habebatur.* In Pal. 8. emendatum est *hærebatur.* Franc. 1. *non hærebatur.* Unus Paris. partic. *quasi* omissa, *possem aliquid in ea re generatio non habebatur.* Lall. e conjectura Grævii recepit *num poss. in ea re gerenda, ratio non hab.* Ant. Augustinus conjecit *gerenda: nominabar, flagitabar, &c.* Pantagathus ap. Ursin. *quasi possem aliquid in ea re gerenda præ ceteris*, aut, ut ex antecedd. verbis Ursini videtur colligi, *gerenda boni præ ceteris.* Lambinus olim reposuerat, *meæ valetudinis ratio non habebatur.* Quidam ap. eundem conjecerunt *meæ personæ rat. non hab.* Beck. legi mavult *gerendæ ratio non hab.* Vid. Nott. Varr.—4 In T deest *me.*—5 Hotom. censuit *id* redundare. Mox C et χ *pollicemur.*—6 T *profecturum.*—7 Lamb. Grut. et

NOTÆ

[x] *Delegavi amico*] Pompeio munus annonæ commisit Cicero.

consilio, auctoritate, diligentia, pro tanto beneficio populi Romani præstare debui, præsto, promitto, spondeo: nihil dico amplius; hoc, quod satis est huic tempori, dico, rempublicam annonæ nomine, in id discrimen, quo vocabatur,[8] non esse venturam. VIII. 18. Num igitur in hoc officio, quod fuit præcipue meum, sententia mea reprehenditur?[9] Rem maximam eripui e peste[10] summi periculi, non solum eam, sed etiam vos a cæde, incendiis, vastitate; nemo negat: cum ad causam caritatis accederet iste[11] speculator[y] communium miseriarum, qui semper in reipublicæ malis sceleris sui faces inflammarit.[12]

Negat oportuisse quicquam uni extra ordinem decerni.[z] Non jam tibi sic respondebo, ut ceteris; Cn. Pompeio plurima,[13] periculosissima, maxima, terra marique bella extra ordinem esse[14] commissa; quarum rerum si quem pœniteat, eum victoriæ populi Romani pœnitere.[15] Non ita tecum ago. 19. Cum his hæc a me[16] haberi oratio potest, qui ita disputant, se, si qua res ad unum deferenda sit,[17] ad Cn.

Ern. *populi Romani.* Omnes aliæ edd. et Mss. *populo Romano.*—8 *Quod vocab.* sex Oxonienses Mss. Ven. 1483. Naug. *in quod vocab.* Barb. et Ven. 1480.

CAP. VIII. 9 S *reprehendatur.*—10 Mss. plerique et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *a peste.* Ms. Vict. et Mss. Lambini *Rem maximam potuisse summi periculi non solum ea me, sed etiam a cæde, &c.* Pal. 9. *Rem maximam fuisse suum periculum, non solum eam, sed etiam a cæde, &c.* Lamb. dedit *Non solum rem. max. eripui e peste summi peric., sed etiam vos.* Gulielm. conjecit *po. fuisse et summi periculi non solum jam me, sed, &c.*—11 *Accedit et iste* C H S χ ψ, Franc. 1. Dresd. ed. Med. *accedat et iste* T et ed. 1472.—12 Lamb. *inflammaret.* Ern. conjecit scribendum *inflammavit* vel *inflammarat:* unde Schutz. dedit *inflammavit*, ut Wolf. volebat.—13 In Franc. 1. et Dresd. deest *plurima.*—14 Pro *esse* C H S T χ, Barb. Dresd. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. habent *sunt.* In Franc. 1. *commissa sunt.*—15 C H S T χ, Franc. 1. Dresd. Ms. Hotomanni, Guelf. et edd. ante Vict. cum Græv. Wolf. Schutz. et Orell. *necesse est pœnitere.* Lamb. *pœnitere necesse est.* In Ms. Ursini legitur *eum victoris populi Romani necesse est pœnitere.*—16 C H S χ omittunt voces *a me.* Tum, in C S χ *ratio.* Mox, pro *se* C T χ habent *sed.*—17 *Res est ad unum def.* Dresd. et ed. 1472. *res ad unum est def.* Barb. Ven. 1480.

NOTÆ

[y] *Speculator*] Quia Clodium delectabat publica urbis calamitas, eum vocat speculatorem communium miseriarum, quod ex iis occasionem tumultus excitandi nanciscebatur.

[z] *Extra ordinem decerni*] Extra ordinem fieri dicuntur, quæ legitimo et usitato ordine non observato fiunt.

Pompeium delaturos potissimum;[18] sed se extra ordinem nihil cuiquam dare: [*p.* 217.] cum Pompeio datum sit, id se, pro dignitate hominis, ornare ac tueri solere.[19] Horum ego sententiam ne laudem, impedior Cn. Pompeii triumphis;[a] quibus ille, cum esset[20] extra ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit nomen populi Romani, imperiumque honestavit: constantiam probo, qua mihi quoque utendum fuit,[b] quo ille auctore[c] extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque gessit. 20. Sed cum illis tamen possum aliquid disputare: tua vero quæ tanta impudentia est, ut audeas dicere, extra ordinem dari nihil cuiquam oportere? qui cum lege nefaria[d] Ptolemæum,[e] regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem jure regnantem, causa incognita, publicasses,[f] populumque Romanum scelere obligasses; cum in ejus regnum, bona, fortunas, latrocinium[1][g] hujus imperii immisisses, cujus cum patre, avo, majoribus societas nobis et amicitia fuisset; hujus pecuniæ deportandæ, et, si quis suum defenderet,[2] bello gerendo

1483. In ψ *deferendum.* Franc. 1. *sit* omittit.—18 Lamb. *potiss. del.*—19 C H S *orn. et tueri sol.* Tum, Ms. Lamb. *Hor. autem sent.*—20 In Manutii Comment. legitur *tribus triumphis.* Dein, Barb. et Ven. 1480. *quibus cum ille esset.*—1 *Patrocinium* Mss. omnes, Junt. Grut. Oliv. *latrocinium* ceteri.—2 *Si is suum jus def.* Lamb. *si quis suum jus def.* C H S T ψ et edd. vett. paucæ

NOTÆ

[a] *Cn. Pompeii triumphis*] Triumphavit ex Hispania Pompeius, Sertorio et Perpenna; ex Africa, Hierba et Domitio; ex Asia, Mithridate et Tigrane superatis.

[b] *Utendum fuit*] Cicero opus habuit patientia, ut committeret Pompeio negotium hoc necessarium, quia similes Clodio viri resistebant.

[c] *Quo auctore*] Cicero suasit ut Pompeius Mithridaticum bellum gereret, qua de causa habuit orationem pro Lege Manilia.

[d] *Lege nefaria*] Lex nefaria est, quæ lata est contra jus vel humanum vel divinum. Clodium autem hic suomet facto refellit.

[e] *Ptolemæum*] Ptolemæus Ptolemæi Auletis Ægypti regis frater fuit; qui cum Catonem Clodii rogatione adversus se armatum venire audisset, vim non expectavit, sed veneno mortem sibi intulit. Id a Clodio factum est ulciscendæ injuriæ causa, quod rex eum olim a piratis captum neglexisset.

[f] *Publicasses*] Clodius legem tulit, ut Cypri regnum, universaque Gaza regia publicaretur.

[g] *Latrocinium*] Vere ista publicatio latrocinium dici potest, quia contra fidem societatis patri et avo datam, bonis suis lege Clodii spoliatus est.

M. Catonem præfecisti.[h] 21. Dices, Quem virum? Sanctissimum, prudentissimum, fortissimum, amicissimum reipublicæ, virtute, consilio, ratione vitæ, mirabili[3] ad laudem, et prope singulari. Sed quid ad te,[4 i] qui negas esse verum, quenquam ulli rei publicæ extra ordinem præfici? IX. Atque in hoc solum inconstantiam redarguo tuam; qui in ipso Catone, quem tu non pro illius dignitate produxeras,[n] sed pro tuo scelere subduxeras;[5] quem [k] tuis Sergiis, Lolliis, Titiis,[6] ceterisque cædis et incendiorum ducibus, objeceras; quem carnificem civium, quem indemnatorum necis principem, quem crudelitatis auctorem fuisse dixeras; ad hunc, honorem et imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detulisti; et tanta fuisti intemperantia,[l] ut illius tui sceleris rationem occultare non posses. 22. Li-

[n] *Nominaras palam.*

cum Græv. Oliv. Lall. Vocem *jus* omittunt χ, Barb. Dresd. Franc. 1. edd. ante Ald. cum Ern. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. Legendum conjecit Ern. *si is suum def.*—3 *Ratione, vita mirab.* C H S T χ ψ, Franc. 1. Barb. edd. 1472. Ven. 1480. 1483. Junt. Med. Oliv. *ratione vitæ, mirab.* Dresd. Ald. Vict. Manut. Cam. Car. Steph. Lamb. Græv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. —4 Ern. legi maluit *quid id ad te.* Mox, pro *verum* Franc. 1. Dresd. ed. 1472. Med. habent *juris;* χ et Barb. *virum.* Tum, H *ulli negotio reip.* Denique *præfeci* χ: *præficiendum* H.

CAP. IX. 5 '*Qui in ipso Catone, quem . . . subduxeras*] Hic est vitium orationis, quod nemo vidit superiorum. Nihil est, quod respondeat verbis *qui in ipso Catone.* Aut excidit aliquid, ut *inconstans fuisti*, vel simile quid; aut *qui* delendum est. Deinde punctum scripsi post *subduxeras;* nam in seqq. plena et propria est sententia, *quem . . . objeceras, quem . . . dixeras: ad hunc, &c.*' Ern. Post *non* H S, Ven. 1480. 1483. addunt *modo.* Ms. Lamb. Naug. Cam. et al. *quem tu in eo non, &c.* Pal. 9. *quem tu meo prod.* T caret particula negativa. In C *perduxeras:* χ *prædixeras.*—6 In C H S T χ, deest *Titiis.*—

NOTÆ

[h] *Præfecisti*] Extra ordinem Catonem huic expeditioni præfecit, cujus auctoritate Clodius suum scelus tegebat: ne vero Catonem læderet, in ejus laudes excurrit occupatione.

[i] *Sed quid ad te*] Ait Cicero non excusari Clodium Catonis virtutibus, quod imperium extraordinarium ei dederit; sed prodere Clodium suam inconstantiam, dum conqueritur decretum fuisse ejusmodi Pompeio imperium, quod ipse Catoni decrevit, non propter ejus virtutes, sed ut eum removeret a republica.

[k] *Quem*] Sententiam dixit de conjuratis ultimo supplicio afficiendis, quam senatus secutus est.

[l] *Intemperantia*] Intemperantia est rerum agendarum perturbatus ordo, qui maxime se prodit in Clodio, qui tam sceleratus fuit, ut Catonem amandarit a republica.

teras in concione recitasti, quas tibi a C. Cæsare missas diceres: 'Cæsar Pulchro:[7] cum etiam es argumentatus, amoris esse hoc signum, cum nominibus[8] tantum uteretur, neque ascriberet, 'proconsul,'[9] aut 'tribuno plebis:' deinde gratulari tibi, quod idem in posterum M. Catonem tribunatu tuo removisses,[10] et quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. Quas aut nunquam tibi ille literas misit; aut, si misit, in concione recitari noluit:[11] [m] aut, sive ille misit, sive tu finxisti, certe consilium tuum de Catonis honore, illarum literarum recitatione patefactum est. Sed omitto Catonem,[n] cujus eximia virtus, dignitas, et in eo negotio, quod gessit, fides et continentia, tegere videntur[12] improbitatem et legis et actionis tuæ.[o] 23. Quid? homini[13] post homines[p] natos turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo,[14] quis illam

7 Pro *Pulchro* in Barb. ed. 1472. Ven. 1480. Hervag. Lamb. legitur *P. Clodio.* —8 Lamb. *quod nom.* prob. Wolfio.—9 *Proconsuli* C S T χ, Barb. ed. 1472. Ven. 1480. Naug. Lamb. *proconsule* e Ms. Franc. edidit Græv. quem Oliv. Wolf. Lall. Beck. et Orell. secuti sunt: sic quoque in H et ψ. Vid. Nott. Varr.—10 Verba *quod idem . . . removisses* in T desunt. Lamb. dedit *grat. tibi, quod M. Catonem a trib. &c.* Pro *idem* (posteriori loco), quod in ψ deest, Ursinus, Gulielm. Gesner. Ernest. maluerunt *eidem.*—11 χ *voluit.* Pro *aut* Ern. conjecit *at* legend. ut est in ed. vet. ap. Wolf.—12 C H S χ *videretur.* In H deest *et* ante *legis.*—13 *Quis provinciam hom.* Junt. Lamb. Grut. *quis homini* Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. Pro *quid*, quod in S et edd. Rom. 1480. Brix. legitur, H habet *qui;* C T χ ψ Dresd. Pall. plerique *quod;* Franc. 1. Barb. ed. 1472. Ven. 1483. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *quis.* Post *quis* edd. vett. a Junt. usque ad Græv. cum Oliv. Lall. addunt *provinciam*, quod abest a Mss. omnibus. In Pal. 3. legitur *Quis hominum post, &c.*—14 In T deest *contaminatissimo.* Mox, *optimam* C χ, Franc.

NOTÆ

[m] *Recitari noluit*] Clodium adducit in invidiam, quod ad se scriptas a Cæsare literas divulgarit: nam habebatur injuriosum apud Romanos literas publicare. Certe Phil. II. Cic. ostendit Antonium fecisse contra bonos mores, quod literas, quas ei amicus scripserat, aliis legendas dederit, postquam ei factus est inimicus.

[n] *Sed omitto Catonem*] Jam aliis exemplis aggreditur Clodium reprehendere, quæ interrogationibus et repetitionibus amplificat.

[o] *Legis et actionis tuæ*] Tulit Clodius ut M. Cato quæstor cum jure prætorio, adjecto etiam quæstore, mitteretur in insulam Cyprum, et regis Ptolemæi bonis vendendis, et pecuniæ deportandæ præficeretur.

[p] *Homini post homines, &c.*] Gabinium significat, cui Syriam provinciam decreverat Clodius.

opimam fertilemque Syriam, quis bellum pacatissimis[15] gentibus,[q] quis pecuniam[r] ad emendos agros constitutam, ereptam vi ex Cæsaris rebus actis,[16] quis imperium infinitum[s] dedit? Cui quidem cum Ciliciam dedisses,[17] mutasti pactionem,[t] et Ciliciam ad prætorem item extra ordinem transtulisti; Gabinio, pretio amplificato,[u] Syriam nominatim dedisti. Quid? homini teterrimo, crudelissimo, fallacissimo,[18] omnium scelerum libidinumque maculis notatissimo, L. Pisoni, nonne nominatim populos liberos, multis senatusconsultis, etiam recenti lege generi[19] ipsius[x] liberatos, vinctos, et constrictos tradidisti?[o] nonne, cum ab eo merces tui beneficii, pretiumque[20] provinciæ, meo sanguine tibi esset persolutum, tamen ærarium cum eo partitus es? 24. Itane vero? tu provincias consulares,[y] quas C. Gracchus,[1] qui unus maxime popularis fuit, non modo non abstulit ab senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis constitui[2] per senatum, decreta[3] lege sanxit;

[o] *Redegisti in servitutem.*

1. Dresd. et edd. vett. nonnullæ.—15 Post *pacatissimis* Lambinus addidit *inferendum*.—16 *Erept. in Cæs. rebus actis* Franc. 1. *erept. Cæs. rebus actis* Dresd. *erept. vi Cæs. rebus actis* Barb. Ven. 1480. 1483. *erept. ex vi Cæs. rebus actis* χ, Pall. et Ms. Vict. unde Gruter. quærit annon legendum sit *erept. ex Sex. Cæs. rebus actis*. Grævius conjecit *erept. vi Cæs. rebus*. Lamb. dedit *vi erept. ex Cæs. rebus*.—17 C *dedisset:* χ *dedissem*.—18 C H S T χ *fallacissimo* omittunt. —19 *Soceri* Mss. omnes, Junt. Grut. Græv. *generi* ceteri, e conjectura Manutii.—20 C *pretium*.—1 Al. *Graccus* semper.—2 T *constare*.—3 Hotom. aut

NOTÆ

[q] *Pacatissimis gentibus*] Pacatæ gentes dicuntur, a quibus nullum bellum metuitur, et quibuscum pax inita est.

[r] *Quis pecuniam*] Ex ærario publico pecuniam Gabinio et Pisoni dedit, qua emi debebant agri Campani, lege Cæsaris populo dividendi.

[s] *Imperium infinitum*] Imperium infinitum dicitur, quod nullo termino circumscriptum est.

[t] *Pactionem*] Extra ordinem fecit pactionem.

[u] *Amplificato*] Majore quam pro Cilicia pretio, Gabinio Clodius Syriam dedit.

[x] *Generi* [*soceri*] *ipsius*] Tulit legem Cæsar consul cum Bibulo, ut Achaia, Thessalia, cuncta Græcia liberæ essent; neque, in his, magistratibus pop. Rom. jus dicere liceret: at has provincias cum Macedonia Pisoni Clodius dedit.

[y] *Provincias consulares*] Dicuntur provinciæ consulares, quæ administrari a consulibus debebant.

[*p.* 218.] eas, lege Sempronia[z] per senatum decretas, rescidisti?[a] extra ordinem, sine sorte, nominatim dedisti, non consulibus, sed reipublicæ pestibus? Nos, quod nominatim rei maximæ,[p] pæne jam desperatæ, summum virum sæpe ad extrema reipublicæ discrimina[4] delectum, præfecimus, a te reprehendemur? X. Quid tandem? si, quæ tum[5] illis reipublicæ tenebris,[b] cæcisque nubibus et procellis, (cum senatum a gubernaculis dejecisses, populum e navi exturbasses; ipse archipirata,[c] cum grege prædonum impurissimo, plenissimis velis navigares)[6] si, quæ tum promulgasti,[7] constituisti, promisisti, vendidisti, perferre potuisses, qui locus in orbe[8] terrarum vacuus extraordinariis fascibus[d] atque imperio Clodiano fuisset? 25. Sed excitatus aliquando Cn. Pompeii (dicam, ipso audiente, quod sensi, et sentio, quoquo animo me auditurus est[9]) excitatus,[e] inquam, aliquando Cn. Pompeii nimium diu

[p] *Frumentariæ.*

tolli *decreta* aut legi *rogata* vult. Tum, in S χ ψ, Franc. 1. Barb. Ven. 1480. 1483. Med. *eas leges Sempronias:* C H *eas lege Sempronias:* T *eas lege Sempronia:* Dresd. *illas leges Sempronias:* ed. 1472. *eas leges sempiternas.* Paulo post, pro *decretas* C et χ *decreta.* Vid. Nott. Varr.—4 Pro *discrimina* χ *subsidia*, et mox *reprehenderemur.*

CAP. X. 5 Pro *quæ tum* H habet *tu quas;* χ ψ *quæ tu.* Ante *illis* C H S T χ ψ, Junt. Lamb. Wolf. Beck. et Orell. addunt *in.*—6 χ ψ, Franc. 1. Dresd. et edd. vett. *navigasses.*—7 Franc. 1. *permisisti.* In Dresd. deest. Mox, *perficere potuisti* Franc. 1. Dresd. Barb. et edd. pleræque ante Lamb.—8 Franc. Dresd. Barb. sex Oxonn. Mss. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. *locus orbi.* Garaton. conjecit *locus orbis.*—9 In S desunt verba *dicam . . . auditurus est.* Pro *me*

NOTÆ

[z] *Lege Sempronia*] Sempronius Gracchus tulit, ut senatus quotannis ante comitia consularia, designandis consulibus provincias arbitratu suo decerneret, quas deinde ipsi designati inter se sortirentur: quod ante, vel post designatos, vel post initum consulatum facere solebat: præterea cum antea senatus decreto per tribunos intercedi posset, ne deinceps liceret.

[a] *Decretas rescidisti*] Rescidit legem Sempronii Clodius, quia sine sorte extra ordinem provincias sceleratis consulibus Pisoni et Gabinio dedit. Sorte autem provinciæ ducebantur.

[b] *Illis reipublicæ tenebris, &c.*] Per allegorias sumtas a tempestatibus tristem reipublicæ statum describit.

[c] *Archipirata*] Dux prædonum est archipirata.

[d] *Fascibus*] Magistratus intelligit, quibus fasces, insignia dignitatis, præferebantur.

[e] *Excitatus*] Pompeius veluti sopi-

reconditus, et penitus abstrusus animi dolor, subvenit subito reipublicæ,[10] civitatemque fractam malis, mutam, debilitatam,[11] abjectam metu, ad aliquam spem libertatis et pristinæ dignitatis erexit. Hic vir extra ordinem rei frumentariæ præficiendus non fuit? scilicet tu[12] helluoni[f] spurcissimo, prægustatori libidinum tuarum, homini egentissimo et facinorosissimo, Sex. Clodio,[13] socio tui sanguinis,[g] qui sua lingua etiam sororem tuam a te abalienavit,[14] omne frumentum privatum et publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes,[h] omnes horreorum claves lege tua[i] tradidisti. Qua ex re primum caritas nata est; deinde inopia. Impendebat fames, incendia, cædes,[15] direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis. 26. Queritur etiam importuna pestis, ex ore[k]

C H χ ψ habent *modo*. Ante *excitatus* C H χ addunt *vi*.—10 C *remp*.—11 *Mutatam ac debil.* C H S T χ, Barb. Franc. 1. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Med. *mutilatam* vel *mutilam* Mannt. correxit: *nudatam* conjecit Græv.—12 T caret *tu*. Pro *spurcissimo* Ms. Vict. *purgatissimo;* unde Lamb. conjecit *impuratissimo*, Gulielm. *spurcatissimo*.—13 Pro *Clodio* Pal. 9. *Delio;* Ms. Vict. *Clælio;* Dresd. *Celio*. Tum, Pantagathus maluit *socio tui facinoris*. In marg. ed. Gothofred. conjicitur *socio, tuique sang*.—14 C et χ *alienavit*.—15 Franc.

NOTÆ

tus fuerat, cum Ciceronem deseruit, et abire permisit in exilium. Verum Pompeius cum vidisset frequentem senatum dissentiente nullo de ejus reditu retulisse, referente L. Mummio tribuno plebis, se accusans quod Ciceronem prodidisset, ut Plutarchus scribit, de illius reditu, amicorum opera adjutus, agere cœpit, resistente Clodio.

[f] *Helluoni*] Quia omnia consumit fœdissime, helluo dicitur.

[g] *Socio tui sanguinis*] Sextus Clodius socius fuit P. Clodio in turpi suæ sororis consuetudine.

[h] *Omnes mancipes*] 'Manceps,' inquit Festus, 'dicitur, quod manu capiat. Manceps dicitur, qui quid a populo emit, conducitve, quia manu sublata significat se auctorem emtionis esse: qui quidem præs dicitur, quia tam debet præstare populo quod promisit, quam qui pro eo præs factus est.'

[i] *Lege tua*] Tulit P. Clodius trib. pleb. Pisone et Gabinio coss. ut frumentum populo, quod antea senis æris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur, et Sexto Clodio frumentaria procuratio mandaretur: atque ex illa lege adducendo in odium Clodio, concludit annonæ caritatem natam esse.

[k] *Ex ore*] Queritur Clodius, ex impudenti consilio, (per os autem impudentiam sæpe Cicero significat) e Sex. Clodii administratione ereptam esse rem frumentariam, et datam Pompeio.

impurissimo Sex. Clodii rem frumentariam esse ereptam, summisque in periculis, ejus viri auxilium implorasse rempublicam,[16] a quo sæpe se et servatam et amplificatam esse meminisset. Extra ordinem ferri [17] [l] nihil placet Clodio. Quid? de me quod tulisse te dicis, patricida,[18] fratricida, sororicida, nonne extra ordinem tulisti? An de peste [q] civis, quemadmodum omnes jam Dii [m] atque homines judicaverunt, conservatoris reipublicæ, quemadmodum autem tute ipse confiteris, non modo indemnati, sed ne accusati quidem, licuit tibi ferre, non legem, sed nefarium privilegium,[n] lugente senatu, mœrentibus bonis omnibus, totius Italiæ precibus repudiatis, oppressa captaque republica? mihi, populo Romano implorante, senatu poscente, temporibus reipublicæ flagitantibus, non licuit de salute populi Romani sententiam dicere?[19] 27. Qua quidem in [20] sententia, si Cn. Pompeii dignitas aucta est, conjuncta cum utilitate communi, certe laudandus essem, si ejus dignitati suffragatus viderer, qui meæ saluti opem et auxilium tulisset. XI. Desinant, desinant [1] homines, iisdem machinis,[o] sperare me restitutum posse labefactari, quibus

[q] *De capite.*

1. *Impendebant cædes, fames, incendia.*—16 C χ *reip.* Sex Oxonn. Mss. omittunt præpositionem ante *quo.* Dein, in T deest *sæpe,* atque etiam copula ante *servatam.*—17 T *fieri.* In C et H deest.—18 C *paricida:* Vict. Manut. *parricida:* χ *patricidia, fratricidia, sororicidia.*—19 Ms. Gembl. *de sal. publicam sent. dic.* unde Grut. scribi maluit *de sal. publica sent. dic.*—20 Wolf. præpositionem ante *sententia* deleri mavult. Lambinus præpos. *cum* ante *utilitate* omisit. Ms. Barb. ita locum exhibet, *Qua quidem in sent. sic Gn. Pomp. dign. aucta est, ut conj. sit cum util. comm.* In Franc. 1. Dresd. ed. 1472. *certe laud. essem . . . tulisset. Desinant.*

NOTÆ

[l] *Extra ordinem ferri*] Accusat Clodium impudentiæ singularis, qui nihil velit ferri extra ordinem, cum extra ordinem de Ciceronis exilio tulerit.

[m] *Omnes Dii*] Dii reditui Ciceronis favere visi sunt, quia tunc viliorem annonam reddiderunt.

[n] *Privilegium*] Privilegium jussum populi est, aut plebis, rogante magistratu, non generale, neque de universis civibus, sed de singulis conceptum, ut de imperio Pompeii, de reditu Ciceronis. Vide Gellium x. 20. illud autem frequentatione per dissolutionem amplificat.

[o] *Iisdem machinis*] Per machinas, calumnias insidiosas intelligit.

antea stantem perculerunt.[2] [p] Quod enim par amicitiæ [q] consularis [3] fuit unquam in hac civitate conjunctius, quam fuimus inter nos, ego et Cn. Pompeius? quis apud populum Romanum de illius dignitate industrius,[4] quis senatui sæpius dixit? qui tantus fuit labor, quæ simultas, quæ contentio, quam ego non pro illius dignitate susceperim? qui ab illo in me honos, quæ prædicatio de mea laude, quæ remuneratio benevolentiæ prætermissa est? 28. Hanc nostram conjunctionem, hanc conspirationem in republica bene gerenda, hanc jucundissimam vitæ atque officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus et falsis criminibus diremerunt;[5] cum iidem illum, ut me metueret,[6] me caveret, monerent; [*p.* 219.] iidem apud me, mihi illum esse [7] uni inimicissimum, dicerent; ut neque ego, ab illo quæ mihi petenda essent, satis audaciter [8] petere possem; neque ille, tot suspicionibus certorum hominum et scelere exulceratus,[9] quæ meum tempus [r] postularet, satis prolixe mihi polliceretur. 29. Data merces est [s] erroris mei magna, pontifices, ut me non solum pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat; qui, cum me non repentinum aliquod meum tempus,[10] sed veteres multo ante suscepti et provisi labores, cum viro fortissimo et clarissimo conjunxissent, sim passus [t] a tali amicitia [11]

CAP. XI. 1 *Desinant* semel tantum legitur in C T.—2 ψ *pertulerunt.*—3 *Consularis* omittunt C H S T, Franc. 1. Dresd. Barb. et edd. pr.—4 C S χ, Manut. et Lamb. *illustrius*, prob. Ern. Mox, Guelf. *senatus:* Lamb. *in senatu*, prob. Ern.—5 C *dirimerint.*—6 χ *metuerent:* ψ *metuerunt.* Lamb. *metueret, sibi a me.*—7 χ *illum idem esse.*—8 Al. *audacter.*—9 *Sceleratus* C χ: *scelere exvisceratus* Franc. 1. Dresd. ed. 1472. Mox, C et χ *mecum tempus.*—10 Mss.

NOTÆ

[p] *Perculerunt*] A voce 'percello,' in præterito 'percellui' et 'perculi.' Proprie est de statu mentis dejicere.

[q] *Quod enim par amicitiæ*] Suam cum Pompeio amicitiam ex signis commendat.

[r] *Meum tempus*] Adversum suum tempus intelligit.

[s] *Data merces est*] Confitetur hic errorem suum, et pudere facti sui ostendit.

[t] *Sim passus*] Fictis et falsis sermonibus passus est se in errorem induci.

distrahi; neque intellexerim, quibus aut ut apertis [12] inimicis obsisterem, aut ut insidiosis amicis non crederem. Proinde desinant aliquando me iisdem inflammare [13] verbis: 'Quid sibi iste vult? [u] nescit, quantum auctoritate valeat, quas res gesserit, qua dignitate sit restitutus. Cur ornat eum, a quo desertus est?' 30. Ego vero neque me tum desertum puto, sed pæne [14] deditum: nec, quæ sint in illa reipublicæ [15] flamma [r] gesta contra me, neque quomodo, neque per quos, patefaciundum mihi esse arbitror. Si utile reipublicæ fuit, haurire [s] me unum pro omnibus illam indignissimam calamitatem; etiam hoc utile sit,[16] quorum id scelere conflatum sit, me occultare et tacere. Illud vero est hominis ingrati tacere. Itaque libentissime prædicabo, Cn. Pompeium studio et auctoritate, æque ut [17] unumquemque vestrum, opibus, contentione, precibus, periculis denique, præcipue pro salute mea laborasse. XII. Hic tuis, P. Lentule, cum tu nihil aliud, dies et noctes, nisi de salute mea cogitares, consiliis omnibus interfuit: hic tibi gravissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adjutor ad rem perficiendam fuit: hic municipia [18] coloniasque adiit: hic Italiæ totius auxilium cupientis imploravit: [19] hic in senatu princeps sententiæ fuit: idemque cum dixisset,[t] [20] tum etiam pro salute mea populum Romanum obsecravit. 31. Quare istam orationem, qua es usus,[1] omittas licet; post illam sententiam, quam dixeram [2] de annona, pontificum animos

[r] *Incendio.* [s] *Pati.* [t] *Perorasset.*

Lambini *aliquod tempus meum.*—11 Lamb. *passus sim me a tali amic.*—12 Naug. et Cam. *apertissimis.*—13 *Inflare* C H S χ, Barb. Dresd. Mss. Memmian. Ven. 1483. Lamb.—14 Quidam ap. Lamb. *pœnæ.* Ursinus maluit *plane.*—15 C *rep.*—16 Lamb. *utile est.*—17 Sex Oxonn. Mss. non agnoscunt *ut.*

Cap. XII. 18 C *municipias.*—19 C et χ *adoravit.*—20 Quidam, teste Lamb., legunt *cum dixit.* Lallemando videtur deesse *in concione;* et Garaton. censet locum corruptum.—1 C S T χ *est unus.* Tum, Dresd. *amittas.*—2 *Qui dix-*

NOTÆ

[u] *Quid sibi iste vult*] Id est, cur adeo Pompeium extollit? quid spectat, cum ab ipso desertus sit?

esse mutatos: perinde,[3] quasi isti aut de Cn. Pompeio aliter, atque ego existimo, sentiant; aut, quid mihi pro expectatione populi Romani, pro Cn. Pompeii meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, ignorent: aut etiam, si cujus forte pontificis[4] animum (quod certo scio aliter esse) mea sententia offendit, alio modo sit constituturus,[5] aut de religione pontificum, aut de republica,[6] quam eum aut cærimoniarum jus, aut civitatis salus coëgerit.

32. Intelligo, pontifices, me plura extra causam dixisse, quam aut opinio[7] tulerat, aut voluntas mea: sed cum me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam. Sed hoc compensabo brevitate ejus orationis, quæ pertinet ad ipsam cognitionem vestram:[8] quæ cum sit in jus religionis, et in jus reipublicæ distributa, religionis partem, quæ multo est verbosior, prætermittens,[9] de jure reipublicæ dicam. 33. Quid est enim aut tam arrogans, quam de religione, de rebus divinis,[10] cærimoniis, sacris, pontificum collegium docere conari; aut tam stultum, quam, si quis quid[11] in vestris libris invenerit, id narrare vobis; aut tam curiosum, quam ea scire velle, de quibus majores nostri vos solos et consuli et scire voluerunt? XIII. Nego potuisse jure pub-

eram C χ: *qua dixeram* H: *quam qui dixeram* ψ: *qui dixerant* Dresd. *quam dixerim* Lamb. In T illa verba omnino desunt.—3 S T χ, Vict. Manut. Lamb. *proinde.* Pro *quasi* in χ *quas,* et paulo post, *pro Cn. Pompeio.*—4 H et S *pontifices.* Mox, C, Franc. 1. et ed. 1472. *certe.*—5 C S χ *constitutus.*—6 *Aut de religione pontifex, aut de rep. civis* e conjectura Gulielmii dederunt Beck. Schutz. et Orell. probb. Gruter. Garaton. Wolf. Pro *pontificum* T χ, Barb. Pall. plerique, Ven. 1480. et 1483. *pontificis;* Ms. Vict. et Pal. 9. *pontifices.* Pro verbis *de rep. quam eum* Ms. Vict. et Pall. habent *de rep. cujusquam;* Barb. *de republ. civis quam meum aut cær.* sed in marg. ascribitur 'Alii *cujusquam.*' C *de reip. cujusquam:* H *de reip. jure quam eum:* S χ, Ven. 1483. *de r. p. cujusquam meum:* T *de rep. cujusque meum:* Ven. 1480. *de rep. cujusquam metus: aut cær.* Denique in χ deest *salus.*—7 C H S ψ *ut opinio:* Franc. 1. *aut opinio nostra.* Dein, *tulerat* e Franc. 1. dederunt Græv. Lall. Ern. *tulerit* ceteri.—8 Lamb. e Mss. dedit *ad causam cognitionemque vestram.* In Barb. et Ven. 1480. *ad ipsam rem cognitionemque vestram.*—9 Lamb. e Ms. *prætermittam.* —10 Post *divinis* χ addit *dicere.* Tum, Grævius e Ms. Franc. recepit *de cærimoniis, sacris:* Lall. *de cærimoniis sacris.* In Dresd. deest præpositio ante *rebus divinis.*—11 H S T χ *si quis quod.* Mox, C caret *id.*

lico,[x] legibus iis,[12] quibus hæc civitas utitur, quenquam civem ulla ejusmodi calamitate affici, sine judicio: hoc juris in hac civitate, etiam tum,[13] cum reges essent, dico fuisse; [*p.* 220.] hoc nobis esse a majoribus traditum; hoc esse denique proprium liberæ civitatis, ut nihil de capite civis, aut de bonis, sine judicio senatus, aut populi, aut eorum, qui de quaque re constituti judices sint, detrahi possit. 34. Videsne, me non[14] radicitus evellere omnes actiones tuas? neque illud agere, (quod apertum est) te omnino nihil gessisse jure, non fuisse tribunum plebis? hoc dico,[15] esse parricidium.[y] Dico apud pontifices: augures[z] adsunt: versor in medio jure publico. Quod[16] est, pontifices, jus adoptionis?[a] nempe ut is adoptet, qui neque

CAP. XIII. 12 C et H *leg. his.* Mox, χ *quemque civem.*—13 In Ms. Lamb. deest *tum.*—14 Junt. et Lamb. *non* omittunt. Mox, pro *neque* Lamb. habet *me.*—15 In Pal. 9. desunt verba *hoc dico*, quæ Beck. uncis inclusit. Mss. in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *hodie.* Tum, Hotom. e Mss. suis dedit *esse te patricium:* Manut. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *esse patricium*, ut in Pal. 9. et duobus Mss. Pariss. Garatonus conjecit Ciceronem scripsisse *adhuc esse patricium.* In ed. Junt. legitur *non fuisse tribunatum plebis tuum, sed*

NOTÆ

[x] *Jure publico*] Jus publicum est, quod ad statum reipublicæ Romanæ spectat, et quod in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit.

[y] *Esse parricidium*] Plerique codices habent *esse patricium.* Certe hanc vocem requirere videtur sententia: ostendit enim non esse legitimum Clodii tribunatum, utpote qui a patriciis descendit ad plebeios: nam inter leges sacratas, hæc adeo custodita est, ut tribunatum nunquam patricii fere ceperint, nisi ad plebem, vel adoptione, vel alia fortasse ratione, (ut de Minutio Augurino tradit cum Plinio Livius) se contulerint.

[z] *Augures*] Augures primum a Romulo instituti et creati tres numero fuerunt, qui suum habuerunt collegium. Deinde quartus a Servio Tullio additus est, tum plures diversis temporibus, adeo ut eorum numerus ad viginti quatuor pervenerit. Qui inter ceteros major, et reliquos ætate superabat, iisque præerat, magister collegii dicebatur. Munus eorum fuit, ex avibus vaticinia observare, signaque rerum futurarum, et a Diis monita contemplari. Aderant autem et augures in hoc judicio, qui pontifices erant, quia hæc causa ad solos pontifices pertinebat.

[a] *Quod est, pontifices, jus adoptionis? &c.*] Ex hoc Ciceronis loco apparet, causas ante legitimas adoptionis quæri, de iisque pontificum collegium cognoscere oportuisse: quas si illi probassent, tum auctoribus pontificibus, lex curiata ad populum a magistratu aliquo, ut a consule, ferebatur: in qua ferenda omnia ser-

procreare jam liberos possit, et, cum potuerit, sit expertus.[b] Quæ deinde causa cuique sit adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatis,[c] quæ sacrorum,[d] quæri a pontificum collegio solet. Quid est horum in ista adoptione quæsitum?[u] Adoptat annos viginti[e] natus, etiam minor, senatorem.[17] [f] Liberorumne causa? At procreare potest: habet uxorem: suscepit[18] etiam liberos. Exhæredabit[g] igitur pater filium. Quid? sacra Clodiæ gentis[h] cur intereunt, quod[19] in te est? quæ[20] omnis notio[x] pontificum, cum adoptarere,[1] esse debuit. 35. Nisi forte ex te ita quæsitum est,[i] num perturbare[2] rempublicam seditionibus

[u] *Examinatum.* [x] *Totum collegium.*

parricidium, hoc dico et dico apud pontif.—16 C *Quid.*—17 C *senatorum:* χ *e natorum.* Tum, χ *Liberorum causa.* Pro *At* C habet *Ac.*—18 Schutz. e Pal. 9. et Erf. recepit *suscipiet*, probb. Grut. Garaton. et Wolf. Mox, *Exheredavit* H S T, Pal. 8. Dresd. Barb. Ven. 1480. 1483. Junt. *Exhereditavit* C χ et Dresd.—19 H *quo.*—20 C H, Franc. Dresd. ed. 1472. *quia.* Dein, *natio* H T χ, Franc. Dresd. ed. 1472. et aliæ.—1 S ψ et Ms. Lamb. *adoptare:* C *adoptant:* H T χ, Franc. Dresd. Barb. et edd. vett. *adoptaret.*—2 C H T χ ψ

NOTÆ

vari oportebat, quæ in ceteris ferendis legibus de more servanda erant. Modestinus addit aliquid de ætate; nempe non tantum eum qui adoptat, sed et eum qui arrogat, majorem esse debere eo, quem sibi per adoptionem, vel per arrogationem filium fecit; sed utique plena pubertate, id est decem et octo annis, eum præcedere debere.

[b] *Sit expertus*] Debuit experiri, cum liberos procreare potuit, an revera potuerit.

[c] *Generum ac dignitatis*] Qui adoptantur, amittunt nomen patrium, et nomen accipiunt ab iis a quibus adoptantur.

[d] *Quæ sacrorum*] Sacra privata gentis cujusque fuerunt; quare adoptati, qui in alterius gentem transibant, in ejus gentis sacra transire dicebantur. Vide Val. Max. VII. 7.

[e] *Annos viginti*] Ab ætate reprehendit adoptionem; Clodius enim major fuit natu Fonteio: ergo adoptari ab eo non potuit.

[f] *Senatorem*] Ex dignitate senatoria ætatem ejus arguit: nemo autem in senatu legebatur, nisi saltem annum ætatis vigesimum septimum attigisset.

[g] *Exhæredabit*] Exhæredare, proprie est eum, qui ipso jure hæres designatus erat, ab hæreditate removere. Exhæredabit igitur, seu potius emancipabit pater adoptans filium adoptivum Clodium.

[h] *Sacra Clodiæ gentis*] Sacra patriciæ gentis a Clodio jam retineri non poterant: quia transierat ad sacra familiæ Fonteii, qui plebeius erat.

[i] *Ex te ita quæsitum est*] Cum nulla esset ratio justa cur Clodius adoptaretur, eam refundit in seditiones quas

velles; et ob eam causam adoptari,[3] non ut filius esses, sed ut tribunus plebis fieres, et funditus everteres civitatem.[4] Respondisti, credo, te ita velle. Pontificibus bona causa visa est: approbaverunt. Non ætas ejus,[k] qui adoptabat, quæsita est, ut in[5] Cn. Aufidio, M. Pupio;[l] quorum uterque nostra memoria, summa senectute, alter Orestem, alter Pisonem adoptavit. Quas adoptiones, sicut alias innumerabiles, hæreditates nominis,[m] pecuniæ, sacrorum[6] secutæ sunt. Tu neque Fonteius es,[n] qui esse debebas; neque patris hæres;[7] [o] neque, amissis sacris[p] paternis, in hæc adoptiva[y] venisti.[8] Ita perturbatis sacris, contaminatis gentibus,[q] et quam deseruisti,[r] et quam polluisti,[s] jure Quiritium[9] [t] legitimo tutelarum et hæreditatum relicto,[10] factus es ejus filius contra fas, cujus per ætatem pater esse potuisti.[11] XIV. 36. Dico apud ponti-

[y] *In jus adoptionis.*

perturbari.—3 Ms. Vict. et Pal. 9. *optari.* Mox, in H et S deest partic. *ut.* Ante *filius* Pal. 9. et Ms. Vict. cum Beck. Schutz. et Orell. addunt *ejus,* probb. Grut. Garaton. et Ern. In ed. Hervag. legitur *non ut filius ejus esses.* —4 Lamb. *fund. civ. evert.* Mox, in C et χ deest *te.*—5 C H S T ψ carent præpositione. Dein, iidem Mss. cum Lamb. habent *Puppio.*—6 In χ deest *sacrorum.*—7 Hotom. conjecit legend. *partis hæres.*—8 χ *venistis.*—9 Al. *Quiritum.*—10 Lamb. e Ms. *derelicto.*—11 T *pater ejus esse pot.*

NOTÆ

excitare in republica volebat.

[k] *Ætas ejus*] De Fonteii ætate loquitur, qui annos viginti tantum natus erat.

[l] *Cn. Aufidio, M. Pupio*] Cum illi duo adoptati sunt, eorum ætates quæsitæ sunt. Marcus autem ille Pupius Piso, biennio post Ciceronem, cum M. Messalla consul fuit.

[m] *Hæreditates nominis*] Triplex adoptionis jus edocet: qui enim adoptabatur, adoptivi patris prænomen, nomen, cognomen sic assumebat, ut suum duntaxat nomen, idque inflexum atque immutatum, retineret: v. g. pro Octavius, Octavianus dicebatur.

[n] *Tu neque Fonteius es*] Ab illo Fonteio adoptatus est Clodius.

[o] *Neque patris hæres*] Non erat patris hæres, quia jam emancipatus erat, et propterea exhæredatus.

[p] *Amissis sacris*] Suos adhuc Clodius Deos Penates colebat.

[q] *Gentibus*] Clodiorum et Fonteiorum familias contaminavit Clodius.

[r] *Quam deseruisti*] Deseruit Clodius familiam paternam.

[s] *Polluisti*] Polluit familiam Fonteii, a quo adoptatus est.

[t] *Jure Quiritium*] Jus Quiritium dicebatur, quod civium Romanorum causa proprie ita institutum erat, ut peregrini omnes ejus plane expertes essent.

fices: nego, istam adoptionem pontificio jure esse[12] factam:[u] primum, quod hæ vestræ sunt ætates, ut is, qui te adoptavit,[13] vel filii tibi loco per ætatem esse potuerit; vel eo, quo fuit:[14] deinde quod causa quæri solet adoptandi, ut et[15] is adoptet, qui, quod natura jam assequi non potest, et[16] legitimo et pontificio jure quærat; et ita adoptet, ut ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minuatur: illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur; ut hæc simulata adoptio[17] filii quam maxime veritatem illam[18] suscipiendorum liberorum imitata esse videatur. 37. Quæ major calumnia est, quam venire imberbem[x] adolescentulum,[19] bene valentem ac maritum;[20] dicere, filium senatorem populi Romani sibi velle adoptare; id autem scire et videre omnes, non ut ille filius instituatur,[z] sed ut e patriciis exeat, et[1] tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari? neque id obscure;

[z] *Adoptetur.*

CAP. XIV. 12 In C H S χ deest *esse.* Mox, Lamb. *quod ex.* Pro *sunt* Ern. e conjectura, cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell. dedit *sint.* In Dresd. legitur *quod hoc jure sit ætates:* in ed. 1472. *quod hæ vestræ jure sint ætates.*—13 Post *adoptavit* Franc. 1. ed. 1472. Ven. 1480. Junt. Græv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. addunt *patris loco.* Dein, Ms. Lamb. *vel illi tibi loco:* Franc. 1. Barb. ed. 1472. *vel ille tibi loco filii:* C H χ, Ven. 1480. 1483. *vel ille tibi loco.*—14 Mss. nonnulli et edd. ante Grut. non habent verba *vel eo quo fuit.* In C H S χ et al. *vel eo quod fuit:* Franc. 1. *vel ea quæ fuit;* unde Græv. conjecit legend. *vel ea quæ solet.* Vid. Nott. Varr. Mox, pro *causa* H habet *ca.* Tum, Grut. et Græv. *soleat.*—15 Sex Oxonn. Mss. copulam omittunt.—16 Sex Oxonn. Mss. Franc. 1. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Hervag. Naug. non agnoscunt copulam ante *legitimo,* et eam deleverunt Græv. Wolf. Beck.—17 Pro *adoptio* Pal. 9. Gembl. habent *aditio;* Ms. Vict. *adjectio;* T, Franc. 1. Barb. *adoptatio;* Manut. 1583. *susceptio;* Beck. e conjectura Pantagathi *adeptio:* Gruter. conjecit *adlectio,* et Garaton. *adgnatio.*—18 H *illa.*—19 T *invenire imberbem adolescentem.* Lamb. 1566. et Gruter. *imberbum.*—20 Sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. *meritum.* In Franc. 1. legitur *ac maritum dici ejus filium sen. pop. Rom. sibi velle adopt.* ed. 1472. *ac meritum dicens Fulvium sen. pop. Rom. sibi filium velle adopt.* Pro *pop. Rom.* in C *equestrem r.* χ *equi. r.* Tum, Franc. 1. et ed. 1472. *id autem scire et videre omnes possunt.* Pro *et* ante *videre* Vict. et Manut. habent *ut.*—1 In C H χ, Franc. 1. ed. 1472. deest

NOTÆ

[u] *Pontificio jure factam*] Affert rationes quare hæc adoptio non sit facta jure pontificio, ideoque nulla sit.

[x] *Imberbem*] Fonteium designat, qui juvenis filium senatorem adoptabat Clodium.

nam adoptatum emancipari statim,[y] ne sit ejus filius, qui adoptarit. Cur ergo adoptatur? probate[z] genus adoptionis: jam omnium sacra interierint, quorum custodes vos esse debetis; patricius nemo relinquetur.[2] Cur enim quisquam velit,[3] tribunum plebis se fieri non licere?[4] angustiorem[a] sibi esse petitionem consulatus? in sacerdotium[b] cum possit venire, quia[5] patricio non sit locus, non venire? Ut cuique aliquid[a] acciderit, quare commodius sit esse plebeium, simili ratione adoptabitur.[6] 38. Ita populus Romanus brevi tempore, neque regem sacrorum,[c] neque flamines,[d] nec Salios[7] [e] habebit, nec ex parte dimidia reli-

[a] *Quodcunque.*

copula ante *tribunus.*—2 Verba *Cur ergo adoptatur . . . relinquetur* absunt a Franc. 1. Dresd. T, Guelf. Barb. In χ et al. *adoptat:* Pal. 9. *adoptabatur:* Ms. Vict. et Ms. ap. Lamb. *adoptabat.* Pro *jam* in H *nam.* Dein, *interierunt* C H S χ, ed. Rom. 1471. aliæque edd. vett. Paulo post, ante *patricius* omnes Mss. et edd. ante Lamb. cum Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. addunt *jam.* Pro *patricius* S *patrius;* Rom. 1471. Ven. 1480. 1483. *patrimus.*—3 Ern. e conjectura cum Beck. et Schutz. *velit:* ceteri *vellet.* Pantagathus legi maluit *volet.*—4 T omittit verba *non licere.*—5 H *qua.* Tum, *non is sit locus,* vel *non sit is locus,* C T χ ψ, Barb. Ven. 1480. Hervag. Naug. Junt. Græv. Wolf. Beck. et Orell.—6 χ *adoptabit.* Dein, nonnullæ edd. vett. *Itaque pop. Rom.* In T desunt verba *brevi tempore.*—7 Franc. et ed. 1472. *nec alios:* Lamb.

NOTÆ

[y] *Emancipari statim*] Adoptatum emancipari statim, id est, emancipatus est statim atque adoptatus est. Emancipatio autem, et suitatis, ut dicunt jurisconsulti, et agnationis jus exstinguit: quomodo ergo plebeius manebat, cujus agnatio nihil aliud esse videatur, quam gens? patet nimirum aliud esse gentem, aliud agnationem; ut gens ad patriciorum et plebeiorum qualitatem referatur, agnatio vero ad propinquitatem,

[z] *Probate*] Si probetur hæc adoptio a pontificibus, jam omnia familiarum sacra evertentur, quos tueri ad pontifices pertinet.

[a] *Angustiorem*] Angustior ideo est patriciis, quam plebeiis petitio consulatus, quia veteri jure duo patricii simul consules esse non poterant: poterant vero duo plebeii.

[b] *In sacerdotium*] Per sacerdotium, munus sacerdotii intelligitur; aitque, cum obtineri illa sacerdotia possint, quorum aditus patriciis non patet, neminem eis privari velle.

[c] *Regem sacrorum*] Rex sacrorum fuit sacrificulus sine imperio, solo nomine rex, quod sacra, quæ penes reges erant, obibat.

[d] *Neque flamines*] Tres sacerdotes fuere flamines; alter Jovis, alter Quirini, Martis ultimus. Flamines porro dicti sunt a 'flameo,' hoc est, velamento capitis, quo utebantur. Id autem 'flameum' vocatum a flammeo colore: hujus vero coloris erat, quia erant sacerdotes Jovis tonantis, cui is color convenit. Vide Festum.

[e] *Salios*] Salii fuere Martis sacer-

quos sacerdotes, neque auctores centuriatorum [f] et curiatorum [g] comitiorum : auspiciaque [h] populi Romani, si magistratus patricii creati non sint, intereant necesse est, cum interrex [8] [i] nullus sit, quod et ipsum patricium esse, et a patricio prodi, necesse est. [*p.* 221.] Dixi apud pontifices, istam adoptionem nullo decreto hujus collegii probatam, contra omne pontificium jus factam, pro nihilo esse habendam : qua sublata, intelligis, totum tribunatum tuum concidisse. XV. 39. Venio ad augures ; quorum ego libros, si qui sunt reconditi, non scrutor : non sum in exquirendo jure augurum curiosus : [9] hæc, quæ una cum populo didici, quæ sæpe in concionibus [k] responsa sunt, novi. Negant fas esse agi cum populo,[l] cum [10] de cœlo servatum sit. Quo die de te lex curiata [m] lata esse dicatur, audes negare de cœlo esse servatum ? [11] Adest præsens vir singu-

neque salios. In Dresd. verba *nec salios habebit* omittuntur. Mox, ψ *ex ea parte.*—8 χ *interim.*

Cap. XV. 9 ψ *curiosius.* Mox, H S *dici.*—10 In C et T deest *cum.*—11

NOTÆ

dotes numero duodecim ex patriciis. A Salio autem 'Salii' dicti sunt, quod ancilia per urbem gestantes salire soliti essent. Vid. Varr. de L. L. lib. IV.

[f] *Auctores centuriatorum*] Ii dicebantur auctores, qui ea probabant quæ centuriatis et curiatis comitiis fiebant, quos ex antiquo more, cum senatus e solis patriciis constabat, patricios fuisse oportuit. De comitiis illis fuse dictum est in orat. pro Rabirio § 11. not.

[g] *Curiatorum*] Curiatorum comitiorum species et imago quædam, triginta lictoribus curias repræsentantibus, auspiciorum causa remanserat.

[h] *Auspiciaque*] Penes patricios magistratus auspicia fuere.

[i] *Interrex*] Cum sine summo imperio civitas esset, tum et patricius, et a patriciis interrex prodebatur, qui dies duntaxat quinque imperium obtineret ; a quo alius deinde creabatur, in dies alteros quinque ; itemque alius atque alius eodem modo, dum consules creari possent.

[k] *Sæpe in concionibus*] Mos fuit, ut qui quid per auspicia improbare vellet, is augures, et eum, qui cum auguribus de cœlo servarat, in concionem productos interrogaret, ecquid signi animadvertissent.

[l] *Agi cum populo*] Agi cum populo, id est, creare magistratus suffragiis populi. Creare vero magistratus fas non erat, quando de cœlo observatum erat, et cum adversa erant auguria.

[m] *Lex curiata*] Julius Cæsar legem comitiis curiatis tulerat, ut Clodium a plebeio adoptari liceat.

lari virtute, constantia, gravitate præditus, M. Bibulus: hunc consulem illo ipso die contendo servassê de cœlo. Infirma sunt[n] igitur, tua sententia,[12] acta C. Cæsaris, viri fortissimi? Minime. Neque enim mea jam quicquam interest, exceptis his[13] telis,[b] quæ ex illius actionibus[c] in meum corpus[d] immissa sunt. 40. Sed hæc de auspiciis, quæ ego nunc perbreviter attingo, acta sunt a te. Tu, tuo præcipitante jam, et[14] debilitato tribunatu, auspiciorum patronus[o] subito extitisti: tu M. Bibulum in concionem,[15] tu augures produxisti: te interrogante augures responderunt, cum de cœlo servatum sit, cum populo agi non posse: tibi M. Bibulus quærenti, se de cœlo servasse respondit: idemque in concione dixit, ab Appio,[16] fratre tuo, productus, te omnino, quod contra auspicia adoptatus esses, tribunum plebis[17] non fuisse. Tua denique omnis actio posterioribus mensibus fuit:[e] omnia, quæ C. Cæsar egisset, quæ[18] contra auspicia essent acta, per senatum rescindi oportere; quod si fieret, dicebas, te tuis humeris me custodem urbis in urbem relaturum. Videte hominis amentiam, ubi[19] per suum tribunatum Cæsaris actis illi-

[b] *Calumniis.* [c] *Actis.* [d] *Meam famam.*
[e] *Egisti per tres illos menses posteriores.*

χ *de Cælio esse negatum:* et Franc. 1. *At est præs. vir.*—12 In C H S T χ, Barb. Dresd. Pall. et edd. pr. deest *sententia.* Ab Ald. etiam *tua* abest. Pro *acta* C *facta.* Lamb. dedit *acta, tua sententia.*—13 Lamb. *iis.*—14 C H S χ copulam omittunt.—15 *In concione* C H S χ, Franc. 1. Barb. Dresd. Rom. 1471. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Cam. Manut. Græv. Wolf. Beck. et Orell. Mox, Lamb. *tibi interroganti.*—16 *Opinio* C χ: *Oppio optimo* H: *Opimio* S et ed. 1472.—17 In C H S χ ψ, Franc. 1. Dresd. Barb. et nonnullis edd. vett. deest *plebis.* Ven. 1480. *tribunum plebem.* Ed. 1472. verba *trib. pl.* post *fuisse* ponit.—18 Quinque Oxonn. Mss. et Mss. Lambini, cum Lamb. Græv. Oliv. Hall. Wolf. Beck. et Orell. *quod.* Augustinus conjecit *quia* legend.—19 C H T χ, Dresd. Barb. Franc. ed. 1472. Ven. 1480. *ut.* Junt. *qui,* ut volebat Ern. In Ven. 1483. deest. Lamb. dedit *Vid. hom. amentiam, qui perire suum*

NOTÆ

[n] *Infirma sunt*] Objectio Clodii, qua in Ciceronem Cæsaris invidia accenditur.

[o] *Auspiciorum patronus*] Cum desineret proxime Clodii tribunatus, quæ contra auspicia facta fuerant a Cæsare, rescindere voluit.

gatus[f] teneretur. 41. Si et sacrorum jure pontifices, et auspiciorum religione augures totum evertunt[20] tribunatum tuum, quid quæris amplius? an etiam apertius aliquod jus populi atque legum? XVI. Hora fortasse[1] sexta diei questus sum in judicio, cum C. Antonium, collegam[p] meum, defenderem, quædam de republica, quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. Hæc homines improbi ad quosdam viros fortes[q] longe aliter, atque a me dicta erant, detulerunt. Hora nona, illo ipso die, tu es adoptatus. Si quod in ceteris legibus trinum nundinum[r] esse oportet, id in adoptione satis est, trium esse horarum; nihil reprehendo. Sin eadem observanda sunt; si decrevit[2] senatus, M. Drusi legibus,[s] quæ contra legem Cæciliam et Didiam[t] latæ essent, populum non teneri; 42. jam intelligis, omni genere juris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum plebis non fuisse.[3] Atque ego[4]

[f] *Conjunctus.*

tribunatum tum demum voluerit, ubi per suum trib. In χ, Barb. ed. 1472. Ven. 1480. deest præpositio ante *suum*. Mox, *alligatus* C H S χ et nonnullæ edd. vett. In ed. Junt. legitur *qui suum tribunatum, Cæsaris actis irritatis tueretur.* —20 C H T χ ψ, Franc. Barb. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *vertunt.*

CAP. XVI. 1 Pro *fortasse* Lamb. edidit *circiter.*—2 χ ψ, Junt. Lamb. Grut. *si* omittunt. Pantagathus correxit *observ.*, *sicut decr.*—3 Post *fuisse* edd. nonnullæ interrogationis notam ponunt.—4 T, Barb. Ven. 1480. *At ego;*

NOTÆ

[p] *Antonium collegam*] Antonius ille, qui collega Ciceronis in consulatu fuerat, de vi a M. Cœlio accusatus et damnatus est.

[q] *Viros fortes*] C. Cæsarem significat, qui legem curiatam de Clodii adoptione consul tulit, ut ille tribunus plebis deinde factus, Ciceronem in exilium pelleret. Vide Sueton. in Jul.

[r] *Trinum nundinum*] Lex nulla ferebatur, nisi promulgata populo per tres nundinas fuisset: at Cæsar legem curiatam de adoptione Clodii tribus horis pertulit.

[s] *M. Drusi legibus*] M. Drusus, tribunus plebis, multas leges tulerat: at Philippus consul, qui ei inimicus erat, obtinuit a senatu, ut leges ejus omnes uno senatusconsulto tollerentur: decretum est enim contra auspicia latas esse, neque iis teneri populum.

[t] *Cæciliam et Didiam*] Tulerunt Q. Cæcilius Metellus et T. Didius coss. anno 655. ne multis de rebus conjunctim una rogatione ad populum ferretur, ne populo necesse esset, in conjunctis rebus compluribus, aut id quod nollet accipere, aut id quod vellet repudiare: item ut in legibus promulgandis trinundinum servaretur.

hoc totum[u] non sine causa relinquo. Video enim quosdam clarissimos viros,[x] principes civitatis, aliquot locis judicasse, te cum plebe jure[5] agere potuisse; qui etiam de me ipso,[6] cum tua rogatione[y] funere[7] elatam rempublicam esse dicerent,[8] tamen id funus, etsi miserum atque acerbum fuisset, jure indictum esse dicebant; [quod de me civi,[9] ac de republica bene merito, tulisses, funestum funus te indixisse reipublicæ; quod salvis auspiciis tulisses, jure egisse dicebant.] Quare licebit,[10] ut opinor, nobis, eas actiones[z] non infirmare, quibus illi actionibus constitutum tribunatum tuum comprobaverunt.[11] [a]

43. Fueris sane[12] tribunus plebis tam jure[b] ac lege,[c] quam fuit hic ipse Rullus,[13] vir omnibus rebus claris-

et sic in marg. Ms. ap. Lamb. Mox, in H S χ ψ deest *non.*—5 Franc. 1. non habet *jure.*—6 In χ ψ *de meo ipso.*—7 *Funere* Ernesto suspectum est.—8 H S χ ψ *dicerem.*—9 Græv. et al. *cive.* Mox, C *reip.* Post *merito* Lamb. addit *civi.* Tum, C S χ ψ *tulisse.* Pro *funestum,* H S T χ ψ, Franc. Dresd. Barb. et edd. pr. *funeste.* Lamb. delevit. Orell. uncis inclusit. Denique, χ habet *induxisse.* Verba *quod de me . . . dicebant* Ernesto suspecta sunt, et absunt a Ms. Guelf.—10 Ms. Car. Steph. *licebat.* Dein, C H S T χ *ejus actiones.* T caret *non* ante *infirmare.*—11 Ven. 1480. *tribunatum tum non compr.* —12 Pro *sane* in Guelf. *tamen,* prob. Ern. Mox, H *mihi jure:* S T χ ψ, Barb. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. *in jure.* Dein, *tam lege* Lamb. *legeque* Car. Steph. *quem in lege* T et Barb. *ac lege* e conjectura dederunt Ern. et Schutz. *quam lege* ceteri.—13 *Rullius* C H S χ, Rom. Ven. 1480. 1483.

NOTÆ

[u] *Hoc totum*] Ait omnes rationes omittere, quare tribunus plebis revera Clodius non fuerit.

[x] *Clarissimos viros*] Catonem significat, qui Clodii tribunatui favebat, a quo missus fuerat in Cyprum insulam. Contendebat igitur ille Clodium jure agere potuisse, quasi tum de cœlo servatum non fuisset.

[y] *Tua rogatione*] Fatebantur quidem agi de reipublicæ funere, cum rogationem Clodius contra Ciceronem proposuit, quo tota illa nitebatur; at eam proposuisse legitime, quia salva erant auspicia; quæ si negasset Cato, legem Clodiam de Cicerone latam sustulisset.

[z] *Eas actiones*] Intelligit leges a Cæsare latas, inter quas curiata fuit.

[a] *Comprobaverunt*] Negaverunt leges Cæsaris contra auspicia latas esse, ut Clodii tribunatum, et cum eo suas ipsi actiones constituerent.

[b] *Tam jure*] Transit jam per concessionem ad statum proprium causæ, vultque Clodium tam jure sacrorum et auspiciorum factum esse tribunum plebis quam Rullum, qui huic judicio præsens erat inter pontifices.

[c] *Lege*] Nulla per trinundinum lege promulgata, Cicero abire in exilium a Clodio compulsus est, licet indemnatus.

simus [14] atque amplissimus: quo jure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite civis indemnati tulisti? XVII. Vetant leges sacratæ,[d] vetant XII tabulæ, leges privis [15] hominibus irrogari: id est enim privilegium.[e] Nemo unquam tulit: [*p.* 222.] nihil est [16] crudelius, nihil perniciosius, nihil quod minus hæc civitas ferre possit. Proscriptionis miserrimum nomen illud, et omnis acerbitas Sullani temporis,[f] quid habet, quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis? opinor, pœnam in cives Romanos nominatim sine judicio constitutam. 44. Hanc vos igitur,[17] pontifices, judicio atque auctoritate vestra tribuno plebis potestatem dabitis, ut proscribere possit, quos velit? Quæro [18] enim, quid sit aliud proscribere. 'Velitis, jubeatis, ut M. Tullius in civitate ne sit, bonaque ejus ut mea [19] sint.' Ita enim fecit, etsi aliis verbis tulit. Hoc plebiscitum [20] [g] est? hæc lex? hæc rogatio est? hoc vos pati potestis? hoc ferre [1] civitas, ut singuli cives singulis versi-

Franc. Ms. Car. Steph. ed. 1472. *Tulius* Dresd. Barb.—14 χ *clarissimis*. In T desunt verba *atque amplissimus*. Tum, C χ *qui jure*.

Cap. XVII. 15 *Privatas* Lamb. *privis* e conjectura Scaligeri ad Festum in 'Privos' dederunt Ern. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *privatis* ceteri. Ante *hominibus* sex Oxon. Mss. Barb. Rom. Ven. 1480. 1483. addunt *in*. Fortassis, inquit Garaton., aliquis voluit *privatos in homines*. In H superscr. *abrogari*.—16 Franc. 1. *est* omittit.—17 Franc. 1. Dresd. Barb. *ergo*.—18 ψ *Quære*. Pro *quid* in χ *qui*.—19 Verba *ut mea* in T desunt. H χ ψ tantum *ut* omittunt.—20 *Plebecitum* Rom. *plebescitum* Ven. 1480. 1483. *per plebem scitum*

NOTÆ

[d] *Leges sacratæ*] Sacratæ leges dicebantur, inquit Festus, quibus sancitum erat, ut si quis adversus eas fecisset, sacer alicui Deorum esset. Inter autem illas leges, hæc præcipua fuit, 'ut neque privilegium irrogari, neque de capite civis, nisi comitiis centuriatis, rogari liceret.'

[e] *Privilegium*] Privilegium jussus est populi aut plebis, rogante magistratu, non generalis, neque de universis civibus, sed de singulis conceptus, ut de exilio Ciceronis.

[f] *Sullani temporis*] Sulla dictatore, nulla lex servabatur; sed per summum nefas eo volente et jubente, cives Romani ejiciebantur, proscribebantur, &c. quæ crudelitas a Clodio renovatur.

[g] *Plebiscitum*] Plebiscitum est id quod plebs Romana, tribuno plebis rogante, tributis tantum comitiis constituebat. Lex vero a majoribus magistratibus ferebatur, et a toto populo comitiis centuriatis. Invehitur autem in illud plebiscitum tanquam non legitimum, quod a Clodio contra se Ciceronem prolatum est.

culis e civitate tollantur? Equidem jam perfunctus sum: nullam vim, nullum impetum metuo: explevi animos invidorum: placavi odia improborum:[2] saturavi etiam perfidiam et scelus proditorum: denique de mea causa, quæ videbatur perditis civibus ad invidiam esse proposita, jam omnes urbes, omnes ordines, omnes Dii atque homines judicaverunt. 45. Vobismetipsis, pontifices, et vestris liberis, ceterisque civibus, pro vestra auctoritate et sapientia consulere debetis. Nam, cum tam moderata judicia populi sint a majoribus constituta, primum, ut ne pœna capitis cum pecunia conjungatur; deinde, ne, nisi prodicta[3] die,[g] quis accusetur; ut ter ante[h] magistratus[4] accuset, intermissa[h] die, quam[5] mulctam irroget,[i] aut judicet: quarta sit accusatio[k] trinum nundinum prodicta[6] die, qua die judicium sit futurum; tum multa[7] etiam ad placandum, atque ad misericordiam reis[8] concessa sunt; deinde exorabilis populus,[l] facilis suffragatio pro salute; denique etiam si qua res illum diem,[9] aut auspiciis,[m] aut excusa-

[g] *Constituta ante die.* [h] *Interposita.*

Barb.—1 C *ferret.*—2 Verba *placari odia improb.* tres Mss. ap. Lamb. omittunt.—3 Loco *nisi prodicta* C H S χ habent *pro indicta;* Barb. Pall. plerique, Rom. Ven. 1480. 1483. *ne proindicta;* Pal. 9. *deinde proindicta;* Ms. Vict. *ne in prædicta;* Franc. 1. *nisi indicta;* Dresd. *prodicta*, omisso *nisi;* ed. 1472. *nisi, pro indicta;* Naug. et Hotom. *nisi prædicta.*—4 Ald. *tertio ut ante mag.* Franc. 1. Dresd. ed. 1472. *ut cum ante mag.* In edd. vett. nonnullis deest *ter.* Pro *accuset* Lamb. dedit *citet.*—5 Franc. 1. *quæ;* Dresd. *qui.*—6 Franc. 1. *trinundinum*, et χ *pro dicta.* Naug. *prodita:* al. *prædicta.* Tum, C *quo die:* in H et S desunt.—7 Ven. 1480. Naug. et al. *cum multa.*—8 *Ad misorcescendum jam reis* Franc. 1. *miscendum jam reis* Dresd. *ad miserendum jam reis* ed. 1472. Dein, Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. *conc. sint:*

NOTÆ

[h] *Ter ante*] Accusatio trinundinum durabat.

[i] *Mulctam irroget*] Irrogare mulctam, est rogare populum, ut mulctam alicui velit imponere. Irrogabant autem soli magistratus.

[k] *Quarta sit accusatio*] Quarta die post trinundinum dies præstituebatur, qua die apud populum reus accusandus erat.

[l] *Exorabilis populus*] Populus facile flectitur erga miseros. Profert hic multa Cicero, quibus severitas judiciorum mitigatur.

[m] *Auspiciis*] Auspicia populi judicium tollebant, si quis obnuntiasset; quia sic quoque cum populo agebatur.

tione,[10 n] sustulit, tota causa[o] judiciumque sublatum est. XVIII. 46. Hæc cum ita sint in re,[11] ubi crimen est, ubi accusator, ubi testes; quid indignius, quam, qui neque adesse sit jussus, neque citatus, neque accusatus, de ejus capite, liberis, fortunis omnibus, conductos,[p] sicarios,[12] egentes, et perditos suffragium ferre, et eam legem putare? At,[13] si hoc de me potuit,[q] quem honos,[i] quem dignitas,[14] quem causa, quem respublica tuebatur, cujus denique pecunia non expetebatur,[15] cui nihil oberat præter conversionem status et inclinationem[k] communium temporum; quid tandem futurum est iis,[16] quorum vita remota ab honore populari et ab hac illustri gratia est, pecuniæ autem tantæ sunt, ut eas nimium multi, egentes, sumtuosi, nobiles concupiscant? 47. Date hanc tribuno plebis licentiam, et intuemini paulisper[17] animis juventutem, et eos maxime, qui imminere jam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem: collegia, medius fidius, tribunorum plebis tota repe-

[i] *Magistratus.* [k] *Mutationem.*

ed. 1472. *conc. sit.*—9 Lamb. legi mavult *illam diem.*—10 Lamb. *aut recusatione.*

CAP. XVIII. 11 Lamb. *Hæc cum ita sint constituta jure:* Barb. *Hæc cum ita sint in re.* Edd. pleræque notas interrogationis ponunt post verba *crimen est, accusator, testes.* Vid. Nott. Varr.—12 Ante *sicarios* χ ψ et edd. vett. addunt *et;* Barb. Dresd. Guelf. *ut.* Hinc Garaton. conjecit scriptum fuisse *conductos fures, sic.* Græv. Oliv. Lall. deleverunt comma post *conductos.*—13 C H S χ ψ *Ac.* Tum, *si hæc* H S T χ ψ.—14 Pro *dignitas* in Franc. 1. *civitas.*—15 Franc. 1. Barb. Ms. Car. Steph. ed. 1472. *expectabatur.*—16 C *his.* Mox χ *suspiciosi.*.—17 Barb. Mss. ap. Græv. ed. 1472. et Græv. omittunt

NOTÆ

[n] *Excusatione*] Moris fuit ut reipublicæ sæpe vel morbi vel alterius rei excusatio permitteretur.

[o] *Tota causa*] Si vel auspiciis vel aliqua excusatione evitabatur dicta die judicium, in eo judicio, et illa tota accusatione nihil actum videbatur: quare accusatori novum de integro judicium altero trinundino instituendum erat.

[p] *Conductos*] Conqueritur de judicio quod contra se factum est, in quo nulla lege citatus est et accusatus: quodque, cum homines mercede conducti, sicarii, egeni de se suffragium tulerint, tamen de se legem latam esse Clodius contendat.

[q] *At si hoc de me potuit*] Argumento utitur a comparatione ex minore, ut ostendat quam periculosum sit ejusmodi judicium.

rientur, hoc jure firmato,[r] quæ[18] coëant de hominum locupletissimorum bonis, præda præsertim populari et spe largitionis oblata.

At quid[19] tulit legum scriptor peritus et callidus? 'Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua et igni[20] interdicatur?'[s] Crudele, nefarium, ne[1] in sceleratissimo quidem civi[2] sine judicio ferundum. Non tulit, ut interdicatur:[t] quid ergo? 'ut interdictum sit.' O cœnum, o portentum, o scelus! hanc tibi legem Clodius[3] scripsit, spurciorem lingua sua? ut interdictum sit, cui[4] non sit interdictum? Sexte noster,[5] bona venia,[u] (quoniam jam dialecticus es, et hoc quoque ligurris)[x] quod factum non est, ut[6] sit factum, ferri ad populum, aut verbis ullis sanciri, aut suffragiis confirmari potest? 48. Hoc tu scriptore,[7][y] hoc consiliario, hoc ministro, omnium non bipedum solum, sed etiam qua-

paulisper.—18 In χ *firmatoque.*—19 *Atqui* C S χ ψ: *Atque* H: *Aut quid* T. In C H S χ ψ, Barb. Mss. Grævii, et edd. vett. deest copula ante *callidus.* In T verba *et callidus* omittuntur. Vox *peritus* Grævio suspecta est.—20 Mss. plerique et edd. vett. cum Oliv. *ignis.* Vid. Nott. Varr.—1 χ *ut.*—2 Al. *cive.*—3 Lamb. et Schutz. *Sex. Clodius.* Mox, H T et al. *spurcitiorem.*—4 T *cum.*—5 Idem *nostra.* In Dresd. deest. Post *venia* Mss. pauci et edd. pleræque ante Lamb. addunt *dic.* Mox, edd. pr. *Dyaleticus.* In χ ψ, Barb. Pall. sex, Mss. Grævii, edd. Rom. 1472. Ven. 1480. 1483. deest *es.*—6 χ

NOTÆ

[r] *Hoc jure firmato*] Si constitutum sit hoc juris esse, et detur hæc tribunis plebis licentia ferendi leges ejusmodi, brevi invadent in hominum divitum fortunas, allicientque ad se populum spe largitionis.

[s] *Aqua et igni interdicatur*] Formula fuit usitata apud Rom. qua civis in exilium mittebatur, et qua usus est contra Ciceronem Clodius.

[t] *Ut interdicatur*] 'Interdicatur' est futuri temporis, et 'interdictum sit' præteriti temporis; Cicero autem dicit affirmationem rerum præteritarum esse falsam et impossibilem. Si falsa est, ergo is qui eam instituit, non est dialecticus; si impossibilis, non est prudens.

[u] *Bona venia*] Non licebat adversariis interloqui, nisi fas eis fuisset per oratorem. Compellat autem Sextum Clodium, qui scriba erat.

[x] *Ligurris*] Dicuntur ligurrire, qui non uno se cibo satiant, sed ex variis paululum delibant. Vult autem significare Sextum Clodium varias disciplinas primoribus tantum labris degustasse.

[y] *Scriptore*] Fœditatem Sexti Clodii insectatur, qui subscripsit accusationi quæ a Pub. Clodio contra Ciceronem facta est. Sciebat autem Sextus Clodium contra leges agere, neque potuisse quenquam assumere sive scribam, sive pontificem, in quo esset aliqua probitas.

drupedum impurissimo, rempublicam perdidisti? [*p.* 223.] neque[8] tu eras tam excors, tamque demens, ut nescires, hunc[9] Clodium esse, qui contra leges faceret: alios,[10] qui leges scribere solerent. Sed neque eorum, neque ceterorum, in quibus esset aliquid modestiæ, cujusquam tibi potestas fuit: neque tu legum scriptoribus iisdem potuisti uti, quibus ceteri, neque operum architectis;[11] neque pontificem adhibere, quem velles; postremo ne[12] in prædæ quidem societate mancipem,[z] aut prædem socium, extra tuorum gladiatorum numerum, aut denique suffragii latorem[13] in ista tua proscriptione quenquam, nisi furem, aut sicarium,[14][a] reperire potuisti. XIX. 49. Itaque cum tu[15] florens ac potens per medium cohortis popularis[16] volitares; amici illi tui, te uno amico tecti et beati, qui se populo commiserant,[b] ita repellebantur, ut etiam Palatinam tuam[c] perderent:[17] qui in judicium venerant; sive accu-

quod.—7 H et S *proscriptore.*—8 T *prodidisti. Nec.*—9 Car. Steph. omittit *hunc.* Garaton. cum Manut. mavult *Clodium* delere, tanquam e gloss. enatum.—10 Ante *alios* Mss. pauci et edd. vett. addunt *et.*—11 Ms. Ursini *architectum.*—12 Pro *ne* C H S χ *neque.* Pro *societate* Lallem. e conjectura Pithœi et Grævii recepit *sectione.* Tum, *aut prædonem socium* C H S T χ, Barb. Guelf. et edd. aute Junt. *aut prædæ socium* Victor. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Wolf. *aut prædem socium* Manut. Beck. Schutz. et Orell. Maluit Garaton. *ne in pr. quidem sectione manc., aut prædem, socium;* vel *ne in pr. quidem societate manc. aut prædem,* deleto vocab. *socium.*—13 χ *suffr. latronem:* Pal. 9. et Car. Steph. *suffragatorem:* Ms. Vict. *suffragulatorem.*—14 Franc. 1. et Dresd. *non furem, ac sic.* In Ven. 1480. *ut sic.* Barb. Mss. Lambini, Ms. Car. Steph. ed. 1472. Lamb. Græv. *ac sic.* In χ deest *reperire.*

CAP. XIX. 15 T caret *tu.*—16 A Naug. usque ad Grut. cum Oliv. et Lall. editum est *per med. forum popularis:* Pall. et Ms. Vict. *per med. scortum populare.* In C et S quoque *scortum.* Edd. Rom. 1480. Brix. *per med. sortitum popularem:* Dresd. Barb. *per med. scortiis populare:* T *per med. forum scrociis.* Lamb. dedit *per medium forum, scortum populare:* Franc. 1. Junt. Græv. Wolf. Beck. et Orell. *per medium cohortis popularis.* In C S T χ *populare.* Vid. Nott. Varr.—17 Franc. 1. et ed. 1472. *Palatinam tuam: linguam perd.* Pro *tuam* H S *tum.* Pantagathus correxit *Palatinam tribum tuam;*

NOTÆ

[z] *Mancipem*] Manceps dicitur quisquis a populo aliquid emit, aut conducit.

[a] *Sicarium*] Sicarius a 'sica,' latronum gladio, dicitur.

[b] *Populo commiserant*] Committere se populo dicuntur qui in comitiis honores petebant.

[c] *Palatinam tuam*] Per Palatinam, tribum ejus intelligit; erat enim ex Palatina.

satores erant, sive rei; te deprecante damnabantur. Denique etiam ille[18] novitius Ligur,[d] venalis ascriptor[e] et subscriptor[f] tuus, cum M. Papirii, sui fratris, esset testamento et judicio improbatus,[g] mortem ejus se velle persequi[h] dixit: nomen Sex. Propertii detulit. Accusare alienæ damnationis[19] scelerisque socios,[i] propter calumniæ metum, non est ausus. 50. De hac igitur lege[k] dicimus, quæ jure rogata videatur;[20] cujus quam quisque partem tetigit, digito, voce, præda, suffragio; quocumque venit, repudiatus convictusque[l] discessit.

Quid, si iis verbis scripta est ista proscriptio, ut se ipsa dissolvat?[m] Est enim,[1] [n] 'quod M. Tullius falsum sena-

Augustinus *Palatinam illam tuam.*—18 C S T χ *Denique illi:* H *Denique ille.* Mox, *Ligus* Pal. 9. Gembl. *Ligitur* T. Tum, Mss. ap. Græv. *scriptor.* In Ms. Lamb. deest copula *et.* In Barb. legitur tantum, *ven. ascriptor tuus.*—19 *Dominationis* C S χ, Barb. Guelf. et edd. pr. Mox, *socius* edd. vett. cum Lamb. Wolf. Beck. et Orell.—20 Ed. 1472. *videtur.*—1 Franc. Barb. et ed.

NOTÆ

[d] *Novitius Ligur*] Sextum Ælium, tribunum plebis, carpit, novum hominem, qui Liguris cognomen sibi assumserat, quasi ex antiqua Æliorum familia esset. Is autem intercesserat, cum L. Mummius, tribunus plebis, de reditu Ciceronis retulit.

[e] *Ascriptor*] Dicitur ascriptor, qui in alieno testamento sibi aliquid, quasi a testatore attributum, vel sua, vel eorum qui in sua parte sunt, manu ascribit.

[f] *Subscriptor*] Subscriptor dicitur, qui accusationi subscribit illius, cujus nomen defertur apud judicem aut magistratum.

[g] *Testamento et judicio improbatus*] Testamento improbatus fuerat iste Ligur, id est a fratre non substitutus hæres; fuerat enim exhæredatus. Porro probatio dabatur fratribus, præsertim cum in testamentis prætermissi fuerant.

[h] *Mortem ejus se velle persequi*] Pertinebat ad hæredes omnes mortem defuncti vindicare, alioquin eorum bona fisco addicebantur. Voluit autem Papirii sui fratris mortem persequi, quasi veneno sublatus esset.

[i] *Damnationis socios*] Arguit illum quasi fraternæ cædis socium et participem: nam cum eos accusasset, reliquit accusationem, ne in caput tota criminis suspicio recideret.

[k] *Lege*] Legem vocat proscriptionem suam, cui nemo digito potuit subscribere, nemo apud populum laudare, aut probare suffragio vel accepta pecunia, quin statim fuerit criminis accusatus, ad quodcunque judicium ille venerit.

[l] *Repudiatus convictusque*] Statim si accusator fuit, repudiatus est; si reus, convictus est.

[m] *Se ipsa dissolvat*] Arguit quod illa tam male scripta sit proscriptio, ut vel ipso jure nulla sit, propter vitium quod ipsi inest.

tusconsultum retulerit.' Si igitur retulit[o] falsum senatusconsultum, tum[2] est rogatio: si non retulit, nulla est. Satisne tibi videtur a senatu judicatum, me non[3] modo non ementitum esse auctoritatem[l] ejus ordinis, sed etiam[4] unum post urbem conditam diligentissime senatui paruisse? Quot modis doceo, legem istam, quam vocas, non esse legem? Quid, si etiam pluribus de rebus uno sortitu[p] retulisti?[5] tamenne arbitraris, id, quod M. Drusus[q] in legibus suis[6] plerisque, bonus ille vir M. Scaurus,[r] et L. Crassus[s] consularis non obtinuerint, id te posse, omnium facinorum et stuprorum omnium,[7] [t] Decumis et Clodiis[8] [u] auctoribus,

[l] *Abusum esse auctoritate.*

1472. *Etenim.* Mox, *retulit* Dresd. Franc. Barb. ed. 1472. probante Wolf.—2 χ *tamen.*—3 Pro *me non* in ψ *ne.*—4 In C H S χ deest *etiam.*—5 Manutius conjecit *uno scitu tulisti:* unde Lallem. dedit *uno scitu retulisti.* Tum, χ *tamen non arb.*—6 C S T χ, Pal. 1. 2. *tuis.* Mox, *in bonis ille vir* C H S T χ, Pal. 1. 2. Franc. 1. Dresd. Barb. Mss. Lambini: *bonis ille vir* ed. 1472. *magnus ille vir* maluit Lamb. Dein, *Scauro* C H S χ, sed in H solo *Crasso consulibus.* Pal. 1. 2. *M. Scauro et L. Crasso coss. non obtinuerit. Obtinuerit* quoque legitur in H S T χ ψ, Franc. 1. Barb. ed. Rom. et 1472. Manutius legi volebat *consulares.*—7 *Omnium* post *stuprorum* deest in C, Franc. 1. Barb. In Ven. 1480. pro *facinorum* legitur *facinorosorum.* Garaton. conjecit legend. *omn. fac. et stup. hominem.* Hotomann. excidisse putat substantivum

NOTÆ

[n] *Est enim*] Jam profert illud, quod sibi a Clodianis imputatur, quod falsum nempe retulerit senatusconsultum de afficiendis ultimo supplicio conjuratis.

[o] *Si igitur retulit*] Dilemma ex antecedentibus et consequentibus profert.

[p] *Uno sortitu*] Lex Cæcilia Didia, quæ a Q. Cæcilio Metello, T. Didio coss. A. U. C. 655. lata est, vetabat, ne multis de rebus conjunctim una rogatione ad populum ferretur, ne populo necesse esset in conjunctis rebus plurimis, aut id quod nollet accipere; aut id quod vellet repudiare. Clodius autem uno sortitu retulit de pluribus: 1. ut Cicero non reciperetur: 2. ut ejus bona proscriberentur: 3. ut opera publica a se exigerentur.

[q] *M. Drusus*] Tribunus plebis.

[r] *M. Scaurus*] Scaurus constantissimus semper fuit in republ. defendenda, ut ait Cic. pro Sextio.

[s] *L. Crassus*] Crassus ætatis suæ princeps oratorum habitus est. Illi omnes non potuerunt ut una lege de pluribus ad populum referretur, ergo neque Clodius, vir sceleratus, debuit obtinere.

[t] *Stuprorum omnium*] Crederem pro altero *omnium* desiderari *principem:* sensus enim esset clarior.

[u] *Decumis et Clodiis*] Significat Decimum et Clodium legem Clodiam tulisse, quæ talis extitit, ' ut M. Tullio Ciceroni, quod falsum SC. retulisset, quod cives Rom. indemnatos necasset, aqua et igni interdictum es-

obtinere? 51. Tulisti de me, ne reciperer,[9] [x] non ut exirem; quem tu ipse non poteras dicere non licere esse Romæ. XX. Quid enim diceres? damnatum? certe non. Expulsum? qui licuit? sed tamen ne id quidem est scriptum, ut exirem. Pœna est, qui receperit; quam omnes neglexerunt. Ejectio nusquam[10] est. Verum sit. Quid? operum publicorum exactio;[11] [y] quid? nominis inscriptio, tibi[z] num[12] aliud videtur esse, ac meorum bonorum direptio? præterquam, quod ne id quidem per legem Liciniam,[a] ut ipse tibi curationem[m] ferres, facere potuisti.[13] Quid hoc ipsum,[b] quod nunc apud pontifices agis,[n] te meam domum consecrasse, te monumentum[c] fecisse, in meis ædi-

[m] *Exactionem operis.* [n] *Cupis impetrare.*

principem, aut simile.—8 Alii ap. Lamb. *Clœliis.*—9 S *neque recip.* In T et ed. 1472. *reciperem.* Mox, T *exirer.*

Cap. xx. 10 C S χ *nunquam.*—11 Græv. malebat *exstructio.* Vid. Nott. Varr. —12 *Inscriptio tibi? num* Wolf. Beck. Schutz. et Orell. In Franc. 1. et ed. 1472. *num tibi non aliud videtur esse:* Barb. *non tibi non aliud, &c.* Ven. 1480. *inscriptio: non tibi aliud, &c.* Mox, pro *direptio* Pantag. legit *ereptio.*—13 Post *po-*

NOTÆ

set, neve ei intra quingenta passuum millia liceret esse, nequis de ipsius reditu ad senatum referret, ne quis sententiam diceret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret in sententiam, ne scribendo adesset.'

[x] *Ne reciperer*] Arguit a verbo legis eam non valere: vetat enim nequis tecto Ciceronem recipiat, aut si recipiat, ut pœna mulctaretur. Hanc legem utpote ridiculam verbis sequentibus cavillatur.

[y] *Operum publicorum exactio*] Cum id, quod in publica et eversa Ciceronis domo ædificatum fuerat, Clodius a conductoribus exegisset, id ei facere non licuisse ait, quia opera publica ab iis tantum exigebantur qui ei muneri præpositi erant.

[z] *Inscriptio, tibi*] Clodio homini privato in opere publico inscribere aliquid fas non fuit.

[a] *Legem Liciniam*] Præcipiebat hæc lex, ne ei qui legem de curatione potestateve aliqua tulisset, ejusve collegis, cognatis, affinibus, ea potestas curatiove mandaretur. Hanc autem curationem sibi Clodius assumsit, igitur peccavit contra legem.

[b] *Quid hoc ipsum*] Confirmat quod non solum peccaverit contra legem cum plura simul una rogatione contra ipsum tulit, verum etiam cum domum suam Clodius consecravit: nam 1. eam consecravit; 2. ibi monumentum erexit; 3. statuam dedicavit.

[c] *Monumentum*] Monumentum est, quod ad memoriam perpetuam erigitur.

bus[14] te signum dedicasse,[d] eaque te ex una rogatiuncula fecisse; unum et idem[15][e] videtur esse, atque id quod de me ipso nominatim tulisti? 52. Tam, hercule, est unum, quam quod idem tu[16] lege una tulisti: ut Cyprius rex,[f] cujus majores huic populo socii atque amici semper fuerunt, cum bonis omnibus sub præcone subjiceretur,[17] et exules Byzantium[18] reducerentur. Eidem,[g] inquit, utraque de re negotium dedi.[19] Sed quid, si eidem negotium[h] dedisses,[20] ut in Asia cistophorum[1][i] flagitaret, inde iret in Hispaniam; cum Roma[2] decessisset, consulatum ei petere liceret; cum factus esset, provinciam Syriam obti-

tuisti edd. nonnullæ punctum, non interrog. signum, ponunt.—14 Edd. vett. paucæ *in mediis ædibus*, prob. Garat. Lamb. dedit *te in meis æd.* In ed. Junt. *te monum. fecisse in ædibus mediis, te sig. ded.* Mox, ψ *ea quæ:* Ven. 1480. *itaque.* Franc. *eaque re ex una rog.*—15 Pro *idem* ψ *diem.* Inter *idem* et *videtur* Franc. 1. Dresd. Barb. et ed. 1472. inserunt *ratione.*—16 C χ *te.* Mox, ψ *Cyprinus.*—17 C *subjicerentur.*—18 Lamb. *Byzantii.*—19 *Dedisses* H S χ ψ, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *dedisse* C T, Naug. Tum, C H S T ψ, Barb. Ms. Car. Steph. et edd. vett. cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *Sed* omittunt. Lamb. edidit *dedi. Scilicet. Quid.*—20 Sex Oxonn. Mss. *idem neg.* et C H S χ ψ, Barb. atque edd. vett. *dedisset.*—1 C χ ψ *cistophorium.* Ant. Augustinus inter verba *cistoph.* et *flagitaret* interponi voluit *milites:* Ursino hoc non satisfacit, sed pro *flagitaret* aliud desiderari verbum ait, *factitaret,* aut tale quoddam. Pantagathus legit *cistoph. exæquaret.* Wolf. conjecit legend. *cistophorûm M.*—2 *Romæ* C S ψ, Barb. et omnes edd. vett. *inde* Lamb. *Romam*

NOTÆ

[d] *Dedicasse*] Deæ Libertati signum seu statuam erexit.

[e] *Unum et idem*] Ostendit non frustra uno sortitu de pluribus tulisse: quia jam id ante fecerat, cum Cyprium regem proscribendum tulit, et ut Byzantii revocarentur.

[f] *Ut Cyprius rex*] Clodius tulit ut Cyprus insula in provinciæ formam redigeretur: ut Ptolemæus, rex Cypri, sedens cum purpura et sceptro, et illis insignibus regiis, præconi publico subjiceretur, et cum bonis omnibus publicaretur: ut M. Cato quæstor cum jure prætorio, adjecto etiam quæstore, mitteretur in insulam Cyprum, et regiæ Gazæ vendendæ, et pecuniæ deportandæ præficeretur: ut qui Byzantii rerum capitalium damnati exularent, populi Romani nomine in eam civitatem reducerentur. Velleius lib. II.

[g] *Eidem*] Reponebat Clodius una lege potestatem circa res plures conficiendas dedisse M. Catoni, cujus auctoritate nominis hoc factum tegere volebat.

[h] *Quid, si eidem negotium*] A simili exemplo ad absurdum compellit Clodium.

[i] *In Asia cistophorum*] Cistophorus nummus est Asiaticus, qui ita dictus est ab imagine alicujus, qui cistam in eo expressam ferebat. Vide Alex. ab Alex. IV. 15.

neret? quoniam de [3] uno homine scriberes, una res esset? 53. Quodsi jam [o] populus Romanus de ista re [4] consultus esset, et non omnia per servos latronesque gessisses, nonne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantinis [5] displiceret? [*p.* 224.] Quæ est, quæso,[6] alia vis, quæ sententia Cæciliæ legis et [7] Didiæ,[k] nisi hæc, ne populo necesse sit in conjunctis rebus compluribus, aut id, quod nolit, accipere, aut id, quod velit, repudiare?

Quid, si per vim [l] tulisti, tamenne lex est? aut quicquam [8] jure gestum videri potest, quod per vim gestum esse constet? An, si in ipsa latione tua, capta jam urbe, lapides jacti, si manus collata non est, idcirco tu ad illam labem atque eluviem [9] civitatis, sine summa vi pervenire potuisti? XXI. 54. Cum in tribunali Aurelio [10] [m] conscribebas palam non modo liberos, sed etiam servos, ex omnibus vicis concitatos, vim tum [11] videlicet non parabas? Cum edictis tuis tabernas claudi jubebas, non [12] vim imperitæ multitudinis, sed hominum honestorum modestiam

[o] *Tum.*

conjecit Garaton.—3 C et χ præpositionem omittunt. Mox, in Dresd. et Ms. Car. Steph. *scribere:* in Barb. Franc. 1. sex Oxon. Mss. et edd. vett. *scriberet.*—4 Lamb. e Mss. *de ista lege.* Mox in Franc. 1. Dresd. et ed. 1472. deest copula. Pro *non* Dresd. habet *ne.*—5 H S et edd. pr. cum Wolf. et Orell. *Byzantiis*, ut omnes § 129.—6 Pro *quæso* Mss. omnes et edd. vett. habent *quasi;* Car. Steph. et Lamb. 1566. *enim.* Lamb. 1584. primus dedit *quæso.*—7 H et S carent copula ante *Didiæ.*—8 Edd. vett. paucæ *an quicquam.*—9 Quidam conjecit *illuviem.*

CAP. XXI. 10 Franc. 1. *in tribunatu Aurelio.*—11 C H S χ Franc. 1. Dresd. Barb. et edd. vett. *vim tuam.* Signa interrog. post *parabas* et reliqua

NOTÆ

[k] *Cæciliæ legis et Didiæ*] De hac superius dictum est, quæ manifeste violabatur hoc facto: nam potuit populo placere quod de rege Cyprio rogavit Clodius, et displicere quod de Byzantiis.

[l] *Quid si per vim*] Probat legem Clodii revera legem non esse, quia per vim lata est, a definitione ex effectis.

[m] *Tribunali Aurelio*] Aurelium tribunal fuit in foro eo ipso anno factum, quo Caius Verres præturam urbanam gerebat. Creditur autem a M. Aurelio Cotta, eo ipso tempore, quo legem judiciariam tulit, habendis judiciis fuisse excitatum.

prudentiamque quærebas? Cum arma in ædem Castoris[n] comportabas, nihil aliud, nisi uti ne quid per vim agi posset, machinabare?[13] Cum vero gradus Castoris[o] convellisti ac removisti;[14] tum, ut modeste tibi agere liceret, homines audaces[15] ab ejus templi aditu atque ascensu repulisti? Cum eos, qui in[16] conventu virorum bonorum verba de salute mea fecerant,[17] adesse jussisti, eorumque advocationem,[p] manibus, ferro, lapidibus discussisti; tum profecto ostendisti, vim tibi maxime displicere. 55. Verum hæc furiosa vis vesani tribuni plebis facile superari frangique potuit virorum bonorum vel[18] virtute, vel multitudine. Quid? cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, utrique infinitum imperium, ingens pecunia,[q] ut tibi omnia permitterent, te adjuvarent, tibi manum,[19] copias, tibi suos speratos centuriones, tibi pecunias,[20] tibi familias[p] compararent; te suis sceleratis concionibus sublevarent; senatus auctoritatem irriderent, equitibus Romanis mortem proscriptionemque minitarentur; me terrerent minis; mihi[1] cædem et dimicationem denuntiarent; meam domum, refertam viris[2] bonis, per amicos suos complerent;[3] proscriptionis metu me frequentia nudarent viro-

[p] *Servos.*

deleri mavult Wolf. prob. Beck.—12 H χ ψ *num.*—13 C χ *imaginabare.*—14 Verba *ac removisti* in T desunt. Pro *tum* H habet *tu.*—15 Lamb. *audaces* omittit.—16 Mss. plerique et edd. Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. non habent præpositionem ante *conventu.*—17 Ms. Ursini et Ms. Lamb. *facerent.* —18 χ caret *vel* ante *virtute.*—19 In C *manuum.* Dein, Lamb. *tibi copias.* Pro *speratos* Pall. plerique, Barb. Mss. Grævii, sex Oxonn. Mss. Junt. Græv. Oliv. Lall. habent *paratos.* Mss. nonnulli, teste Grævio, *patos;* unde Orell. conjecit *tibi suos peronatos cent.*—20 *Pecuniam* C S χ, Barb. Mss. Lamb. In Mss. Lambini quoque legitur *familiam.*—1 Pro *mihi* Dresd. habet *modo.*—2 Ante *viris* χ addit *jam.*—3 *Compulerent* C: *compellerent* H, Dresd. Barb. edd. Rom. 1472. Ven. 1480. 1483. *terrore complerent* e conjectura Grævii

NOTÆ

[n] *Ædem Castoris*] In foro Romano constituta fuit hæc ædes Castoris.

[o] *Gradus Castoris*] Gradus illi lignei et exemtitii fuerunt.

[p] *Advocationem*] Per advocationem amicos intelligit, quibus stipati eo venerant.

[q] *Ingens pecunia*] Tulit Clodius ut pecunia constituta ad emendos agros, quæ erat in ærario, Pisoni et Gabinio euntibus in provincias daretur.

rum bonorum, me præsidio spoliarent; senatum[4] pro me non modo pugnare, amplissimum ordinem; sed etiam plorare,[5] et supplicare, mutata veste,[r] prohiberent; ne tum quidem vis erat? XXII. 56. Quid igitur ego cessi,[6] aut qui timor fuit? non dicam, in me:[7] fac me timidum esse natura: quid illa tot virorum fortissimorum millia? quid nostri equites Romani?[8] quid senatus? quid denique omnes boni? si nulla erat vis,[9] cur me flentes[10] potius prosecuti sunt, quam aut increpantes retinuerunt, aut irati reliquerunt? An hoc timebam,[s] si mecum ageretur more[t] institutoque majorum, ut possem præsens sustinere? 57. Utrum si dies dicta esset, judicium mihi fuit pertimescendum? an sine judicio privilegium?[u] judicium in causa[11] tam turpi? Scilicet is homo sum, qui, etiamsi causa esset

recepit Lall. Garaton., deleto vocab. *proscriptionis*, legi jubet *complerent metu: me freq. &c.* Marclandus autem, servato illo vocab., similiter scribit *complerent proscr. metu; me freq. &c.* Vid. Nott. Varr.—4 *Senatum* Ernesto suspectum est. Marclandus conjecit legend. *spoliarent senatus; pro me, &c.* Hotom. scribi maluit *ampl. ord. pro me non modo pugnare.* Antecedentia verba Junt. Lamb. ita distingnunt, ut *virorum bonorum* referretur ad *freq. nudarent.* Loco *pugnare* C H S T χ, Barb. et edd. vett. omnes cum Wolf. Beck. et Orell. habent *propugnare.*—5 H *implorare.*

CAP. XXII. 6 *Cessi* e conjectura Pantagathi dederunt Ern. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *gessi* ceteri.—7 H S *in me equidem:* edd. ante Lamb. *in me quidem.*—8 *Quid illi eq. Rom.* C H S T χ, Franc. 1. Barb. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. Hervag. Junt. Manut. Wolf. Beck. *Quid nostri illi eq. Rom.* Lamb.—9 Edd. ante Grut. cum Wolf. *vis erat.* Grævius ita interpunxit, *quid sen., quid denique omnes boni, si nulla erat vis.*—10 In χ *flentem.* —11 Dresd. *an sine judicio privilegii judicium? In causa, &c.* 'Aut *tam* delendum, aut *turpi* vitiosum est.' *Ern.* Schutz. e conjectura Garaton. recepit *judicium? in causa tam turpi scilicet. An is homo sum.* Verba *is* et *sum* in C H S χ, Dresd. Barb. et edd. pr. desunt. Mox, pro *etiamsi causa* C H S χ et ed. Rom. *eam si jam;* Ven. 1480. 1483. *eam si jam causa;* Barb. *eam si*

NOTÆ

[r] *Supplicare mutata veste*] Vide orationem post Reditum.

[s] *An hoc timebam*] Ostendit senatum, populum, et equestrem ordinem timuisse, nunc se non timore exivisse probat per remotionem: si timui, aut judicium timui, aut privilegium, aut aliud; sed neque judicium, &c. ergo propter aliud exivi, nempe ne causa mea perturbata esset respub.

[t] *More*] Si dicta causa, et legibus observatis quæ a majoribus institutæ sunt, fuisset vocatus in judicium, sibi timendum non fuisse ait: neque enim per populum, neque per judices fuisset condemnatus. Privilegium ad populum, judicium ad judices pertinuit.

[u] *Privilegium*] Lex est privato homini irrogata.

ignota,[q] dicendo non possem explicare. An eam causam[12] probare non poteram, cujus tanta bonitas est,[13] ut ea ipsa non modo se, sed etiam me absentem per se[14] probarit? an senatus, an ordines ii,[15] qui cuncta ex Italia ad me revocandum convolaverunt, segniores, me præsente, ad me retinendum et conservandum fuissent in ea causa, quam ipse jam parricida[16] talem dicat fuisse, ut me ab omnibus ad meam pristinam dignitatem expetitum[17] atque revocatum queratur? 58. An vero[18] in judicio periculi nihil fuit; privilegium pertimui, ne, mihi præsenti si mulcta irrogaretur, nemo[19] intercederet?[x] Tam inops autem ego[20] eram ab amicis, aut tam nuda respublica a magistratibus? [*p.* 225.] Quid? si vocatæ tribus essent, proscriptionem non dicam in me, ita de sua salute merito, sed omnino in ullo[1] civi comprobavissent? An, si ego præsens fuissem,[2] veteres illæ copiæ conjuratorum, tuique perditi milites atque egentes, et nova vis[3] sceleratissimorum consulum[y] corpori meo pepercissent? qui cum eorum omnium crudelitati scelerique[4] cessissem, ne absens quidem[5] luctu meo mentes

[q] *Dubia.*

causa: Lamb. e Mss. dedit *qui si jam causa.*—12 C H S χ, Franc. 1. Barb. Ms. Car. Steph. et edd. vett. *An quia causam.*—13 'Legendum *esset* vel *erat.*' Ern.—14 Gruter. auctoritate Pal. 9. delevit voces *per se.* In Ms. Car. Steph. legitur, *ut ea ipsa non modo præsente, sed etiam me absente per se probarit.* Lamb. conjecit *ut ea ipsa se non modo præsente me, sed etiam absente, per se probarit.*—15 *An ordines, an ii* C H S T χ ψ, Dresd. Franc. 1. Barb. et pleræque edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. Garaton. addi vult *ceteri* vel *omnes.*—16 Lamb. *etiam patricida.*—17 *Expectatum* χ, Lamb. Grut. In Barb. *dignitatem ac revocatum.*—18 Lamb. *At vero.* Grævius conjecit legend. *An vero si in jud.*—19 Post *nemo* C T χ ψ, Franc. Dresd. ed. 1472. addunt *non.*—20 In C H S χ, Dresd. Franc. deest *ego.* Pro *autem* Ms. Car. Steph. habet *aut.* In ed. 1472. legitur, *Tam inops aut etiam ab am.*—1 *Illo* C χ, Wolf. et *cive* alii. Barb. *in ullum civem.*—2 In χ deest *fuissem.*—3 C et Franc. 1. *non manus;* unde Græv. et Lall. dederunt *nova manus.* In H *novas manus;* Dresd. Barb. et ed. 1472. *novatos nos scel.*—4 In χ, Barb.

NOTÆ

[x] *Nemo intercederet*] Cum magistratus aliquam mulctam irrogabant, poterant alii intercedere.

[y] *Sceleratissimorum consulum*] Pisonis et Gabinii furoribus objectus esset, si in urbe remansisset. Hic describit quam scelerate et crudeliter sui vexati sint se absente, cum motu ad misericordiam.

illorum[6] satiare potui. XXIII. 59. Quid enim vos uxor mea misera violarat? quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate laceravistis. Quid mea filia? cujus fletus assiduus, sordesque lugubres, vobis erant jucundæ; ceterorum omnium mentes oculosque flectebant. Quid parvus filius? quem,[7] quamdiu abfui, nemo nisi lacrymantem confectumque[8] vidit; quid fecerat, quod eum toties[9] per insidias interficere voluistis? Quid frater meus? qui cum aliquanto post meum discessum ex provincia venisset, neque sibi vivendum,[10] nisi me restituto putaret; cum ejus mœror, squalor[11] incredibilis et inauditus, omnibus mortalibus miserabilis[12] videretur, quoties ex vestro ferro ac manibus est elapsus?[13] 60. Sed quid ego vestram crudelitatem expromo,[14] quam in ipsum me[15] ac meos adhibuistis; qui parietibus,[16 z] qui tectis, qui columnis ac postibus[17] meis horrificum quoddam et nefarium, omni[18] imbutum odio bellum intulistis? non enim te arbitror, cum post meum discessum, omnium locupletium[19] fortunas, omnium provinciarum fructus,[20] tetrarcharum[a] ac regum bona, spe et avaritia[1] devorasses, argenti et supellectilis meæ cupiditate

Mss. Grævii et edd. ante Junt. deest *scelerique*.—5 χ *quid*.—6 Ms. Car. Steph. cum Lamb. *mentes eorum*.

CAP. XXIII. 7 χ *qui*.—8 In Dresd. et Barb. deest *confectumque*. Ed. Hervag. tantum copulam omittit.—9 Ms. Lamb. *totiens*.—10 C *vivere*.—11 Lamb. *squalorque*.—12 Franc. 1. *omn. mort. inauditus miserabilis*, sed vocab. *inauditus* puncta erant supposita, ut delendum esse notaretur. Dein, *videbatur* C H S T χ, Barb. et edd. ante Lamb. Porro, *quotiens* Franc. Barb. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. et sic Ms. Lamb. in marg.—13 Hervag. *elapsus est*. In Franc. *est* omittitur. χ et Franc. 1. habent *manibus lapsus*. Barb. *quotiens est vestro ferro ac manibus lapsus:* Ven. 1480. 1483. et edd. Rom. *quotiens est ex vestro ferro ac* (in Ven. 1480. *ac* deest) *manibus lapsus*.—14 T *exprimo*. Ern. legi maluit *exprobro*.—15 Lamb. *me ipsum*.—16 Ms. Vict. *his qui pariet*.—17 T *pestibus*. Pro *horrificum* Pal. 9. Ms. Vict. Mss. Lambini, et Pal. 1. in marg. *hostificum;* unde Lamb. conjecit *hosticum*.—18 T *omnium:* Lamb. *omnique*.—19 Al. *locupletum*.—20 In T deest *fructus*. Ante *tetrarcharum* C H S χ addunt copulam *et*.—1 Lamb. e Ms. *spe atque*

NOTÆ

[z] *Qui parietibus*] Conqueritur quod sua domus expilata sit a Clodianis.

[a] *Tetrarcharum*] Tetrarcha proprie dicitur, qui quadrantem regionis pleno jure regit. Tamen vulgo sumitur pro quovis, qui præest regioni.

esse cæcatum: non existimo, Campanum illum consulem[b] cum saltatore[2] collega,[c] cum alteri totam Achaiam,[d] Thessaliam, Bœotiam,[3] Græciam, Macedoniam, omnemque barbariam, bona civium Romanorum condonasses;[r] alteri Syriam,[e] Babylonem, Persas, integerrimas pacatissimasque gentes, ad diripiendum tradidisses; illos tam cupidos liminum meorum et columnarum et valvarum fuisse. 61. Neque porro illa manus copiæque[f] Catilinæ cæmentis[4] ac testis tectorum meorum se famem suam[s] expleturas[5] putaverunt. Sed, ut hostium urbes, nec omnium hostium,[6] verum eorum, quibuscum acerbum bellum intestinumque[7] [g] suscepimus, non præda adducti, sed odio,[8] solemus excidere, quod, in quos propter eorum crudelitatem inflammatæ mentes nostræ fuerunt, cum horum etiam tectis ac sedibus[9] residere aliquando bellum semper videtur: * *

[r] *Concessisses.* [s] *Odia consulum.*

avar.—2 ψ *psaltatore.*—3 C H *Bœtiam.*—4 T *amentis.* Pro *testis* Franc. 1. Barb. Dresd. Pall. sex Oxonn. Mss. et Mss. Lambini cum edd. vett. paucis *tectis;* Hervag. Gryph. et Lamb. *tegulis;* al. *tignis.*—5 C χ *expleturos.*—6 Pal. 9. *urbes, sic nec communium vel omnium host.* unde Gruter. legi vult *nec communium hostium.* Pro *quibuscum* Pal. 9. *quiscum:* unde Græv. edidit *queiscum.*—7 Quidam ap. Lamb. conjecerunt *internecinumque:* Lallem. e conjectura Grævii recepit *internecivumque.* Grævius delevit auctoritate Pal. 9. —8 H S ψ *sed id odio.* Tum, *sol. exscindere* Manut. Lamb. et Lall. *sol. excipere* Barb. et sex Oxonn. Mss. cum Junt. Grut. Græv. Oliv. Pro *in quos* S χ ψ *iniquos.*—9 Lamb. *tectis et sed.* In C H S χ ψ deest copula. Pro *aliquando* omnes Mss. et edd. præter Lamb. Grut. et Ern. habent *aliquod.* Mox, C H S T χ *videretur* sine lacunæ nota. Lacunam sic fere explendam putabat Lamb. *sic vos vestrum in me crudele et immane odium in meam domum profudistis.*

NOTÆ

[b] *Campanum consulem*] Campanum consulem Pisonem nominat, quia ita se Capuæ finxerat. Vide Orat. post Red. in Sen.

[c] *Saltatore collega*] Gabinium saltatorem vocat.

[d] *Alteri totam Achaiam*] Pisoni populos liberos, Macedoniam, Achaiam, Thessaliam, Græciam, et Bœotiam, cum imperio proconsulari dederat Clodius.

[e] *Alteri Syriam*] Gabinio vero Syriam, &c.

[f] *Illa manus copiæque*] Id est, reliqui cives improbi, et Clodii mercenarii.

[g] *Bellum intestinum*] Bellum dicitur intestinum, non tantum illud quod in medio regno vel provincia inter cives nascitur, sed illud etiam quod in animis insitum est.

XXIV. 62. Nihil erat latum de me; non adesse eram jussus;[10] non citatus. Abfueram: eram etiam tuo judicio civis incolumis,[11h] cum domus in Palatio, villa in Tusculano, altera ad alterum consulem,[12i] transferebatur, senatusconsulta volabant: columnæ marmoreæ ex ædibus meis, inspectante populo Romano, ad socrum[13] consulis[k] portabantur: in fundum autem vicini consulis non instrumentum,[14t] aut ornamenta villæ, sed etiam arbores transferebantur: cum ipsa villa non prædæ cupiditate, (quid enim erat prædæ?[15]) sed odio et crudelitate funditus everteretur.[16] Domus ardebat in Palatio non fortuito, sed oblato incendio:[17] consules epulabantur, et in conjuratorum gratulatione versabantur, cum alter se Catilinæ delicias,[l] alter Cethegi consobrinum fuisse[18] diceret. 63. Hanc ego vim, pontifices, hoc scelus, hunc furorem meo corpore opposito, ab omnium bonorum cervicibus[19] depuli, omnemque impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quæ inveterata, compresso odio atque tacito, jam

[t] *Supellex.*

CAP. XXIV. 10 Lamb. *jussus eram.* Dein, *non citatus affueram* Junt. *non citatus fueram* Lamb. In C H S T χ, Barb. Ven. 1480. 1483. Naug. Hervag. legitur *affueram.*—11 Post vocem *incolumis* Lamb. 1566. inserit *senatus consules ad meam salutem auctoritate, atque adeo precibus vocabat.*—12 C *alter ad alt. cons.* Lamb. verba geminavit, et edidit, *altera ad alterum, altera ad alterum cons.* Tum, *senatus consules vocabat* edd. Rom. Ven. 1480. 1483. *senatus consules vocabant* S χ, Barb. Pall. plerique. *Vocabant* quoque Ms. Ursini. In C et H *senatus consules volabant:* Ms. Car. Steph. *senatum consules vocabant:* Dresd. Naug. Oliv. Lall. *senatum consules vetabant.* Garaton. unum verbum supplet, *senatum consules lugere vetant.* Vid. Nott. Varr.—13 Al. *socerum.*—14 C H S T ψ, Naug. Lamb. Oliv. Lall. *non modo instr.* Pro *villæ* H S T χ, Dresd. Barb. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. habent *aulæ.*—15 Pro *erat prædæ* χ *prædæ cupiditate.*—16 Lamb. *evertebatur.*—17 Franc. 1. *allato incendio.* Tum, Mss. Lambini *consul epulabatur ... versabatur.*—18 χ *esse.*—19 Lamb.

NOTÆ

[h] *Civis incolumis*] Incolumis civis dicitur, qui damnatus non fuit; neque enim damnatus fuerat.

[i] *Altera ad alterum consulem*] Ciceronis domus ad Pisonem, villa ad Gabinium translata est.

[k] *Ad socrum consulis*] Quæ fuerit socrus Pisonis non invenitur. Raro enim Romani auctores de fœminis loquuntur, nisi ex illustrissimis fuerint familiis.

[l] *Catilinæ delicias*] Gabinium intelligit, quasi Catilina eum turpiter amasset.

erumpebat, nacta[20] tam audaces duces, excepi meo corpore. [*p.* 226.] In me uno consulares faces, jactæ[1] manibus tribuniciis; in me omnia, quæ ego[2] quondam retuderam, conjurationis nefaria tela adhæserunt. Quodsi, ut multis[3] fortissimis viris placuit, vi et armis contra vim decertare voluissem; aut vicissem cum magna[4] internecione improborum, sed tamen civium; aut, interfectis bonis omnibus, quod illis optatissimum erat,[5] una cum republica concidissem. 64. Videbam, vivo senatu populoque Romano, celerem mihi[6] summa cum dignitate reditum: nec intelligebam, fieri diutius[7] posse, ut mihi non liceret esse in ea republica, quam ipse servassem.[8] Quod si non liceret; audieram et legeram, clarissimos nostræ civitatis viros se in medios hostes ad perspicuam[u] mortem, pro salute exercitus, injecisse:[9] ego, pro salute reipublicæ universæ,[10] dubitarem hoc meliore conditione esse, quam Decii;[m] quod illi ne auditores quidem suæ gloriæ, ego etiam spectator

[u] *Certam.*

a bon. omn. cervic.—20 Pro *nacta*, quod Lamb. et edd. seqq. dederunt e conjectura Mureti, *in actum* habent C H S T χ et edd. vett. Tum, T *jam:* in Franc. et Dresd. deest. In Pal. 9. legitur *nactam audacis ducis.*—1 Franc. 1. *jactatæ.*—2 χ omittit *ego.* Mox, in Franc. 1. et Barb. *contuderam.*—3 *Multis* non est in Ms. Car. Steph. nec *viris* in H S T χ ψ et edd. vett. Tum, Garaton. legi mavult *placebat.*—4 Quatuor Oxonn. Mss. cum Oliv. et Lall. *cum maxima.* Dein, *internicione*, vel *internitione*, edd. vett. *interemtione* Franc. 1. Barb. *interventione* Dresd.—5 C H S T *erat* omittunt.—6 Post *mihi* Lamb. addit *fore.*—7 Vocem *diutius* Ern. malebat transponi post verba *ut mihi.*—8 Ms. Grævii *conservassem.*—9 Lamb. *objecisse.*—10 Idem *universæ reip.* Dein, *dubitarem hoc meliori conditione quam Decius? quod ille ne auditor* edd. vett. pleræque: sic etiam Barb. nisi quod *meliore* legit, et *Decii. dubitarem? hoc meliore conditione quam Decii, quod illi ne auditores* Lamb. Græv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *dubitarem? hoc meliore cond. quam Decius, quod ille ne auditor* Dresd. ed. 1472. et Hervag. probante Camerario. Lamb. 1566. e suis Mss. dedit *dubitarem? Hoc meliore cond. essem, quam Decii, &c.* sed in ed. 1584. *dubitarem? Hoc meliore cond. esse, quam Decii, quod illi ne auditores.* Pro *dubitarem* χ *dubitaveram.* In sex Oxonn. Mss. deest *esse.* Tum, *ille* in H T χ, *auditor* in C H T χ legitur. Ernest. ita legi mavult, *Quid? si non liceret? Audieram . . . injecisse: ego, pro salute . . . potuissem.* Vid. Nott. Varr.—11 Pro *esse* Ern. conjecit *facere* legend.

NOTÆ

[m] *Decii*] Romani duces fortissimi fuerunt, tanta caritate patriam complexi, ut pro ejus salute se Diis Manibus, pater bello Latino, filius Etrusco, devoverint.

meæ laudis esse [11] potuissem? XXV. Itaque infractus [z] [12] furor tuus inanes faciebat impetus; omnem enim vim omnium sceleratorum acerbitas mei casus exceperat. Non erat in tam immani injuria tantisque ruinis novæ crudelitati locus. 65. Cato fuerat [13] proximus: [n] quid ageres? non erat, [o] ut qui modus moribus [14] fuerat, idem esset injuriæ. Quid? posses extrudere [p] ad Cypriam pecuniam. Præda

[z] *Debilitatus.*

Cap. xxv. 12 Ed. 1472. *fractus.* Tum, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *furor tuus immanis, faciebat ipse impetus;* quod Gulielm. mutari voluit in, *fatiscebat ipse imp.*—13 Ante *fuerat* Lamb. inseruit *mihi.* Dein, C *proximum.*—14 ' Wolf., Gronovio hortante, reposuit *modus omnibus rebus,* ut legitur in Rom. Ven. 1480. 1483. Hervag. Naug. Manut. &c. et Ms. Henr. Steph. sed deest *omnibus* in Mss. Car. Steph. Dresd. Franc. Barb. Pariss. Legitur autem totus locus in Franc. et Barb. (etiam χ in plerisque consentiente) *ut qui modus moribus . . . pecuniam prædam petierit: alia non dederit: hanc modo amandandam esse.* Ita et Dresd. nisi quod in eo sit *hunc amandandum* cum vulgg. Codex Henr. Stephani (vid. ejus Castigatt. in Cic. p. 97.) *nisi ut, qui mihi dux in omnibus meis rebus fuerat, socius idem esset injuriæ. Quid? ejicere posses? Non. Quid ergo? extrudere ad Cypriam pecuniam? Præda perierit: alia non deerit: hic modo amandatus sit. . . .* Stephani codicem partim secutus Lamb. edidit, *Cato mihi fuer. prox. Quod ageres non erat, nisi ut, qui mihi dux omnibus in rebus f., idem esset injuriæ socius. Quid posses? extr. &c.* Oliv. et Oxonn. ita constituerunt locum, *Quid ag. non erat; nisi ut, qui mihi dux omnibus in rebus fuerat, idem esset injuriæ socius. Quid posses? extrudere ad Cypr. pecuniam. Præda perierit. Alia non deerit: hunc modo amandandum esse.* Quod si recte varietatem codd. suorum enotaverint, aliquot codd. Oxonn. suffragantur huic lectioni: nam in χ solo deest *nisi,* idemque habet *ut qui modus rebus f.* tum vocab. *socius* in χ ψ deest: in ψ pro *posses* legitur *posset:* tum in C χ ψ *petierit:* porro C T χ pro *hunc* exhibent *hanc;* sed in C H χ *mandatam esse. . . .* Lambinus, antequam lectionem Steph. cod. cognovisset, conjecerat, *Cato mihi in consiliis capiendis rebusque gerendis fuerat prox.: quid ageres? non erat, ut, qui modus omnium rebus fuerat, idem tibi esset adjutor injuriæ.* Propius ad vulgata accedit Garatoni conjectura, *Quid ageres, non erat, ut qui mihi socius omnibus in rebus fuerat, idem esset injuriæ? quid? posses extr. &c.* In fine loci ed. Rom. *hunc modo amandares;* unde

NOTÆ

[n] *Cato fuerat proximus*] Catonem nominat, ut sibi illum conciliet. Obfuit enim multum Ciceroni, quod Cato partes Clodii sequi visus fuerat. Hoc Cicero removet, et inde majus odium suo adversario conflat, dum ostendit, ab eo Catonem e republica ejectum esse, ut omnia pro sua libidine agere posset.

[o] *Non erat*] Id est, nihil erat quod facere posses, nisi, ut quem ducem in omnibus secutus fueram, idem esset injuriæ comes et socius.

[p] *Quid? posses extrudere, &c.*] Id est, quid aliud facere potuisses, quam eum emittere in Cyprum insulam ad vendendum regis Cyprii Ptolemæi bona.

perierit:[q] alia non deerit:[r] hunc modo amandandum esse.[s] Sic M. Cato[15] invisus, quasi per beneficium, Cyprum relegatur. Ejiciuntur duo,[t] quos improbi videre[16] non poterant; alter per honorem turpissimum,[u] alter per honestissimam calamitatem.[x] 66. Atque, ut sciatis, non hominibus istum, sed virtutibus[y] hostem semper fuisse; me expulso, Catone amandato, in eum ipsum se convertit, quo auctore,[z] quo adjutore,[17] in concionibus, ea, quæ gerebat, omnia, quæque gesserat, se fecisse[18] et facere dicebat. Cn. Pompeium,[19] quem omnium judicio longe principem esse civitatis videbat, diutius furori suo veniam daturum non arbitrabatur. Qui ex ejus custodia, per insidias, regis amici[a] filium,[20] hostem, captivum, surripuisset, et ea in-

Garaton. existimat fuisse *amandaris*.' Beck. Ceteri ut Ern.—15 *Cato* in S deest, sed in C legitur *invisus Cato*, uti in ed. Rom. unde Garaton. maluit voc. *invisus* deleri; Lamb. autem pro eo reponi *invitus*, quoniam ad *invisus* addi debuerit *perditis hominibus*, aut simile quid.—16 Barb. Mss. Lambini et Ven. 1480. *videre improbi*.—17 Dresd. *adjuventore*.—18 *Se effecisse* Pal. 9. Franc. 1. Barb. Ms. Vict. Ven. 1480. *se egisse* Dresd. *se et fecisse* e conjectura Gulielmii dederunt Beck. Schutz. et Orell.—19 C H S χ, Franc. 1. Dresd. Barb. ed. Rom. 1472. et Ven. 1480. *Pompeius*, et paulo inferius, C S T χ, Franc. 1. Barb. edd. eædem, etiam Ven. 1480. *daturus*.—20 C H S χ ψ, Dresd. *filius*. Mox, C χ *captivos:*

NOTÆ

[q] *Præda perierit*] Verba Clodii: esto, pereat illa pecunia, non curo de illa.

[r] *Alia non deerit*] Nempe præda seu pecunia: aliam facile inveniam.

[s] *Hunc modo amandandum esse*] Id est, stat Catonem emittere e republica. Amandare verbum invidiosum est, ut Catonem a Clodio disjungat.

[t] *Ejiciuntur duo*] Cato scilicet et Cicero.

[u] *Per honorem turpissimum*] Specie honoris Clodius mittebat Catonem in Cyprum insulam, quasi in exilium.

[x] *Per honestissimam calamitatem*] Honestissimam calamitatem exilium suum vocat, quia ab eo honorificentius revocatus est; aut quia sponte in illud abiit, ne ejus causa respublica aliquam calamitatem pateretur.

[y] *Sed virtutibus*] Virtutibus, id est bonis civibus, per hypallagen.

[z] *Quo auctore*] Catone auctore, omnia se suscipere dicebat Clodius, ut facinorum suorum invidiam in eum derivaret.

[a] *Regis amici*] Pompeius, post triumphum Mithridaticum, Tigranis filium in catenis tenebat apud Flavium senatorem, qui postea, cum esset prætor, eodem anno quo tribunus plebis Clodius; petiit ab eo Clodius super cœnam, ut Tigranem adduci juberet, ut eum videret. Adductum collocavit in convivium: deinde Flavio non reddidit, Tigranem dimisit, et habuit extra catenas, nec repente Pompeio reddidit. Postea in navem

juria virum fortissimum lacessisset; speravit iisdem se copiis cum illo posse confligere, quibuscum ego noluissem, bonorum periculo, dimicare; et primo quidem, adjutoribus consulibus: postea fregit fœdus [b] Gabinius: Piso [1] tamen in fide mansit. 67. Quas iste tum cædes, quas lapidationes,[c] quas fugas fecerit; quam facile[2] ferro, quotidianisque insidiis, cum jam a firmissimo robore copiarum suarum relictus esset, Cn. Pompeium foro,[d] curiaque[3] privarit, domumque conjecerit, vidistis. Ex quo judicare potestis,[4] quanta vis illa fuerit oriens et congregata,[5] cum hæc Cn. Pompeium terruerit jam distracta [6] [e] et exstincta.

XXVI. 68. Hoc vidit in sententia dicenda Kalendis Januariis [7] vir prudentissimus, et cum reipublicæ, tum mihi, tum etiam veritati amicissimus, L. Cotta, qui legem de meo reditu ferendam [8] non censuit; qui me consuluisse reipublicæ, cessisse tempestati,[9] amiciorem vobis ceterisque civibus, quam mihi [10] ac meis extitisse; vi, armis, dissen-

Dresd. *captivis.*—1 Dresd. et ed. 1472. *Gabino* (aut *Gabinio*), *Pisoni.* Pro *Piso* in χ *posito;* et pro *tamen* Lamb. *autem.* Postea, C et χ *remansit.* —2 C H S χ ψ, Dresd. *qui facile.*—3 χ *curiamque.* Tum, sex Oxonn. Mss. *privaret.*—4 *Potuistis* Franc. 1. Barb. Mss. Ursini, ed. 1472. cum Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—5 Barb. ed. 1472. Ven. 1480. Junt. *aggregata,* prob. Grævio.—6 C H S T χ, Franc. 1. Dresd. ed. 1472. *districta.* Pro *exstincta* T habet *distincta.*

CAP. XXVI. 7 Erf. et Pal. 9. *III Kal. Jan.* prob. Grutero. Mox, pro *veritati* in marg. ed. Lamb. conjicitur *libertati.* Verba *et cum . . . amicissimus* in T desunt.—8 C non habet *ferendam.*—9 In C χ *gessisse,* et C H χ *tempestati morem.* Tum, H S *amicitiorem:* in C χ deest.—10 C χ, Dresd. *qui mihi.*

NOTÆ

deposuit; et cum profugeret ille, tempestate delatus est Antium. Illico, ut deduceretur ad se, Clodius misit Sextum Clodium, qui eum reduceret. Flavius, re cognita, ad diripiendum Tigranem profectus est; ad quartum lapidem ab urbe pugna facta est, in qua multi ex utraque parte occiderunt. Ita Asconius Pedianus in Mil.

[b] *Fregit fœdus*] Renuntiavit Gabinius conspirationi de necando Pompeio, et consilium mutavit; atque ita fœdus quod inierat cum Clodio, de Pompeio necando, fregit.

[c] *Quas lapidationes, &c.*] Lapidationes facere, nihil est aliud quam adversarios suos lapidibus petere et fugare.

[d] *Pompeium foro*] Vide orat. post Reditum ad Quir. § 14. not.

[e] *Distracta*] Vis illa distracta est, cum Gabinius consul a Clodio, Pompeii causa, recessit.

sione[11] hominum ad cædem instituta, novoque dominatu pulsum[12] esse dixit: nihil de meo capite potuisse[13] ferri: nihil esse inscriptum,[f] aut posse valere:[14] omnia contra leges moresque[15] majorum, temere, turbulente, per vim, per furorem esse gesta: quodsi illa lex esset, nec referre ad senatum consules,[16] nec sententiam dicere sibi licere:[17] quorum utrumque[18] cum fieret, non oportere, ut de me lex ferretur, decerni; ne illa,[19] quæ nulla esset, esse lex judicaretur. Sententia verior, gravior, utilior, melior[20] reipublicæ nulla esse potuit: hominis[1] enim scelere et furore notato, similis[2] a republica labes in posterum demovebatur.[3] 69. Neque hoc Cn. Pompeius,[g] qui ornatissimam de me sententiam dixit, vosque, pontifices, qui me vestris sententiis auctoritatibusque defendistis, non vidistis, illam esse nullam,[4] atque esse potius flammam[5] temporis, interdictum sceleris,[h] vocem furoris:[6] [*p.* 227.] sed prospexistis, ne qua popularis in vos aliquando invidia redundaret, si sine populi judicio restituti videremur.[7] Eodemque consilio, M. Bibuli, fortissimi viri, senatus sententiam

Pro *ac meis* Franc. et ed. 1472. *ac te me;* H S et Dresd. *acta;* C χ *acta est.* Pro *exstitisse* C H S χ, Franc. 1. et ed. 1472. *expetisse.*—11 Guelf. *discessione*, prob. Ern. Mox, C H χ, ed. 1472. *et cæd. institutam.* In S et Dresd. quoque *institutam* legitur.—12 C S χ ψ *pulsum.*—13 χ ψ, Dresd. et ed. 1472. *potuisset.* Mox, Dresd. Barb. et ed. 1472. *nihil esset.* Pro vulg. *inscriptum,* Lamb. dedit *jure scriptum;* Lallem. e conjectura Pantagathi et Manutii *jure scriptum;* Beck. et Schutz. ex ed. Junt. *scriptum.* In Pal. 9. et Erf. *proscriptum.* Vid. Nott. Varr.—14 C S χ *valeri.* In Dresd. *aut* deest.—15 Manut. Car. Steph. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *moremque,* ut est in Mss. ap. Lamb.—15 Franc. 1. *turbulenter.*—16 Lamb. *consulibus,* prob. Ern.—17 C *sententia,* et Græv. *sibi lic. dic.*—18 ψ *utrum* sine copula.—19 χ *nec illa.*—20 Græv. et Schutz. *gravior, verior, melior, utilior,* ut est in Ms. Lambini. In C H S χ ψ et ed. Rom. *utilior,* in T *melior* deest. *Utilior* Orellio suspectum est.—1 H T χ *homini.*—2 Dresd. et ed. 1472. *simul.*—3 Al. *dimovebatur.*—4 Lamb. *illam legem esse null.* Pantagathus conjecit *legem esse null.* —5 C T χ et ed. 1472. *flamma.*—6 *Vocem furoris* in χ desunt.—7 Ms. Car.

NOTÆ

[f] *Esse inscriptum*] Reponunt fere omnes interpretes *jure scriptum.*

[g] *Cn. Pompeius*] Pompeius, de scripto sententia dicta, uni Ciceroni patriæ conservatæ testimonium dedit; cujus sententiam frequentissimus senatus, uno P. Clodio dissentiente, secutus, M. Tullium ab exilio revocavit.

[h] *Interdictum sceleris*] Interdictum hoc loco usurpatur pro severo et imperioso edicto.

secutus est, ut vos de mea domo statueretis;[8] non quod dubitaret, quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus, nihil jure esset[9] actum; sed ne quis oriretur aliquando in tanta ubertate improborum, qui in meis ædibus aliquam religionem residere diceret. Nam legem quidem istam nullam esse, quotiescunque[10] de me senatus sententiam dixit, toties judicavit; quoniam quidem[11] scripto illo istius,[i] sententiam dicere vetabatur.[12] 70. Atque hanc[13] rem par illud simile, Piso et Gabinius, vidit. Homines[14] legum judiciorumque metuentes,[15] cum frequentissimus senatus eos, ut de me referrent, quotidie flagitaret, non se rem improbare dicebant, sed lege istius impediri. Erat hoc[16] verum: nam impediebantur, verum ea lege, quam idem iste[17] de Macedonia Syriaque tulerat.[k] XXVII. Hanc tu, P. Lentule, neque privatus, neque consul legem esse unquam putasti: nam, tribunis plebis referentibus, sententiam de me designatus consul sæpe dixisti: ex Kalendis Januariis, quoad perfecta res est, de me retulisti,[18] legem promulgasti, tulisti; quorum tibi, si esset illa lex, nihil liceret. At etiam Q. Metellus, collega tuus, vir clarissimus, quam legem esse homines alienissimi[19] a P. Clodio judicarant, Piso et Gabinius, eam nullam esse, frater P. Clodii, cum

Steph. *si sine populo rest. vid.* Pro *Eodemque* in χ *cædemque.*—8 Edd. nonnullæ *statueritis.*—9 χ *esse.*—10 Franc. 1. *quotienscunque*, et mox *totiens*, ut passim.—11 Naug. *quandoquidem.*—12 *Videbatur* C H S, Franc. Dresd. Barb. Mss. Car. Steph. et Lamb. atque edd. vett. *verebatur* Gothofred. Conjecit Lambinus, *quoniam quidem ex præscripto istius sententiam dicere jubebatur.*—13 ψ *At hanc.* Tum, χ *pari.*—14 *Piso et Gabinius homines, &c.* edd. vett. ap. Garaton. unde is conjecit legend. *Quam ob rem par .... Piso et Gabinius, homines.*—15 Ms. Lamb. *timentes.*—16 C H S χ ψ *impediti erant. Hoc:* Franc. et ed. 1472. omisso verbo *Erat*, legunt *Hoc verum.*—17 In Franc. 1. deest *iste.* Ed. 1472. *iste idem.*

CAP. XXVII. 18 χ *retulistis.*—19 C χ ψ, Franc. Dresd. Ms. Car. Steph. et ed. 1472. *alienissimam.* In C χ ψ, Steph. deest præpositio *a.* Mox, *judicarent* Franc. Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. sex Oxonn. Mss. et edd. pr. cum

NOTÆ

[i] *Scripto illo istius*] Loquitur de lege Clodia contra Ciceronem, quam ad curiæ fores Clodius affixerat.

[k] *De Macedonia Syriaque tulerat*] Has provincias pro præmio acceperunt a Clodio consules Gabinius et Piso.

de me ad senatum tecum una retulit,[20] judicavit. 71. Sed isti,[1] qui Clodii leges timuerunt, quemadmodum ceteras observarunt? Senatus quidem, cujus est gravissimum judicium de jure legum, quotiescumque de me consultus est, toties eam nullam esse judicavit. Quod idem tu, Lentule,[l] vidisti in ea lege, quam[2] de me tulisti: nam non est ita latum, ut mihi Romam venire liceret, sed ut venirem: non enim voluisti id, quod licebat, ferre, ut liceret; sed me ita esse in republica, magis ut arcessitus imperio populi Romani viderer, quam ad administrandam civitatem restitutus.

72. Hunc tu etiam, portentosa[3] pestis, exulem appellare ausus es, cum tantis sceleribus esses et factis[4] notatus, ut omnem locum, quo adisses, exilii simillimum redderes? quid est enim exul? ipsum per se nomen, calamitatis,[5] non turpitudinis. Quando[6] igitur est turpe? re vera, quando est pœna peccati; opinione[7] autem hominum, etiam[8] si est pœna damnati. Utrum igitur peccato meo exulis[9] nomen subeo, an re judicata?[m] Peccato?[n]

Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—20 C *retulerit.* Franc. 1. *una tecum retulit.*—1 *Sed vero isti* C S T χ, Franc. 1. et Ms. Car. Steph. *Sed vere isti* H: *Sed non isti* Dresd. *Si vero isti* ed. 1472.—2 Pro *quam* in χ *jam.* Tum, Franc. 1. et ed. 1472. *ad ministrandam.* '*Ad admin. civ. rest.*] Non convenit illud verbo *restitutus.* Videntur permutata esse hæc, et a Cicerone esse, *magis ut arcessitus ad admin. civitatem viderer, quam imperio pop. Rom. restitutus.*' Ern. —3 H S et edd. vett. *perniciosa.*—4 Verba *et factis* omittunt Franc. Dresd. Barb. et ed. Wald. cum Græv. et Lall. Pro *esses et factis* Guelf. habet *esses annotatus;* C χ *esses et factis;* ψ *factis esse.* Ern. conjecit legend. *esses et malefactis.*—5 Post *calam.* Lamb. addit *est.*—6 Pro *Quando* T *Quod:* in Dresd. deest. Ed. 1472. *Quid igitur est turpe revera.* Ante *re vera* χ addit *est.* Dein, *quum est pœna* C T χ, Franc. 1. Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. ed. 1472. Ven. 1480. Junt. Lamb. Wolf. Beck. et Orell.—7 C *opinionem.*—8 In C H S χ deest *etiam.*—9 C H S T χ ψ, Franc. Dresd. et ed. 1472. *exulis* omittunt.

NOTÆ

[l] *Idem tu, Lentule*] Confirmare testimoniis pergit, legem Clodii contra se nullam esse, quia per vim lata est.

[m] *An re judicata*] Nullo judicio damnatus exilio fuit Cicero; ideoque ipsi turpe non fuit.

[n] *Peccato*] Non damnatus fuit propter aliquod peccatum Cicero: neque id dicere audet Clodius, qui felix Catilina a suis appellatur, quia ejecit Ciceronem, quem ipse Catilina non potuit.

Jam neque tu id dicere audes, quem isti satellites tui felicem Catilinam nominant, neque quisquam eorum, qui solebant.[10 o] Non modo[11] jam nemo est tam imperitus, qui ea, quæ gessi in consulatu, peccata esse dicat;[12] sed nemo est tam inimicus patriæ, qui non meis consiliis patriam conservatam esse fateatur. XXVIII. 73. Quod enim est[13] in terris commune tantum tantulumve consilium, quod non de meis rebus gestis ea, quæ mihi essent optatissima et pulcherrima, judicarit? Summum est populi Romani, populorumque et gentium omnium ac regum consilium, senatus. Decrevit, ut omnes, qui rempublicam salvam esse vellent, ad me unum defendendum venirent; ostenditque, nec stare potuisse rempublicam,[14] si ego non fuissem, nec futuram esse ullam, si non rediissem. Proximus est huic dignitati ordo equester. 74. Omnes omnium publicorum[15 p] societates[q] de meo consulatu, ac de meis rebus gestis amplissima atque ornatissima decreta fecerunt. [*p.* 228.] Scribæ, qui nobiscum in rationibus monumentisque publicis versantur, non obscurum[16] de meis in rempublicam beneficiis suum judicium decretumque esse voluerunt. Nullum est in hac urbe collegium, nulli pagani[r] aut montani, (quoniam plebei[17] quoque urbanæ[s]

—10 In Pal. 9. et Ms. Vict. *qui ei solebant*: ψ *qui soleant.*—11 In T deest *Non modo.* χ caret *jam.* C *tam* omittit. Pro *qui* C H S T ψ habent *quin.*—12 Verba *esse dicat* in S desunt.

CAP. XXVIII. 13 Edd. nonnullæ *est* omittunt. Mox, in T, Dresd. et ed. 1472. *populorum* sine copula. Verba *et gentium* in S desunt. Paulo post, in H S T χ ψ deest *ac.* Tum, Dresd. et al. *consilium. Senatus decr.*—14 C *potuisset respubl.* Post *fuissem* sex Oxonn. Mss. et al. cum Junt. Græv. Oliv. et Lall. addunt *restitutus.*—15 *Publicanorum* Dresd. quinque Oxonn. Mss. et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. Wolf. *populorum* ed. 1472.—16 χ *obscuris.* Mox, χ *in rep.*—17 Franc. et ed. 1472. *plebeii.* Mox, C S χ ψ, Dresd. Franc.

NOTÆ

o *Qui solebant*] Nempe sic loqui, antequam restitueretur Cicero.

p *Publicorum* [*publicanorum*] Ex equestri ordine erant publicani; ii videlicet qui pop. Rom. vectigalia conducebant.

q *Societates*] Societates nomen sumebant ab ea provincia, cujus vectigalia redemerant.

r *Nulli pagani*] Pagani dicuntur, qui nullo militiæ sacramento tenentur, quique pagos extra urbem, in agro tamen Romano habitant.

s *Plebei urbanæ*] Plebs urbana ea

majores nostri conventicula,[t] et quasi consilia quædam esse voluerunt) qui non amplissime, non modo de salute mea, sed etiam de dignitate decreverint.[18] 75. Nam quid ego illa divina atque immortalia municipiorum et coloniarum, et totius Italiæ decreta commemorem, quibus, tanquam gradibus, mihi videor in cœlum ascendisse, non solum [19] in patriam revertisse? Ille vero dies [u] quis fuit,[20] cum te, P. Lentule, legem de me ferentem, populus Romanus vidit, sensitque, quantus et quanta dignitate esses? [1] Constat enim, nullis unquam comitiis, Campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruisse. Omitto civitatum, nationum, provinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis in omnes [2] mortales meritis unum judicium, unumque consensum: adventus meus atque introitus in urbem qui fuit! Utrum me patria sic accepit, ut lucem salutemque [3] redditam sibi ac restitutam accipere debuit, an ut crudelem tyrannum? quod vos, Catilinæ gregales, de me dicere solebatis. 76. Itaque ille unus [4] dies, quo die me populus Romanus a porta [x] in Capitolium, atque inde domum sua

1. et ed. 1472. *urbani mores inde convent.* H *urbanique mores inde convent.* Dein, *concilia* Franc. Dresd. Barb. et edd. ante Manut. cum Lall.—18 H S χ *decreverunt.*—19 C χ *non modo.*—20 C, Ms. Steph. et Ms. Lamb. cum Beck. Schutz. et Orell. *qui fuit*, ut Faërnus volebat. Mox, ψ *ad me ferentem:* Ven. 1480. *de me ferente*, ut Faërn. voluit. Tum, edd. ante Græv. cum Oliv. Lall. *pop. Rom. ipse vidit.* In Dresd. *Romanus* deest. Denique, C *sentitque.*—1 *Essem* C H S T χ, Barb. Pall. Ms. Lamb. Ven. 1483. Junt. *esset* Schutz. e conjectura Lambini et Faërni.—2 Dresd. omittit *omnes.* In Franc. 1. est *de meis immortalibus:* Ms. Car. Steph. *de meis in omnes immortalibus:* unde Garaton. conjecit *de meis in omnes immortalibus.*—3 C *salutem*, sine copula.—4 In T deest *unus.* Sex Oxonn. Mss. *die* omittunt. Tum, in Dresd. legitur *popu-*

NOTÆ

fuit, quæ Romam; rustica, quæ rus incolebat.

[t] *Conventicula*] Conventicula a rege Numa instituta sunt, ut Florus testatur.

[u] *Ille vero dies*] Pridie Nonas Sextil. Lentulus de revocando Cicerone retulit.

[x] *A porta*] Cum venisset ab exilio ad portam Capenam, qua Via Appia in urbem ducit, gradus templorum ab infima plebe completi sunt: a qua plausu maximo cum esset Ciceroni gratulatio significata, similis et frequentia, et plausus eum usque in Capitolium celebravit. In foro et in

celebritate lætitiaque comitatum[5] honestavit, tantæ mihi jucunditati fuit, ut tua mihi conscelerata illa vis, non modo non[6] propulsanda, sed etiam emenda[7] fuisse videatur. Quare illa calamitas (si ita est appellanda) excussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam audeat jam[8] reprehendere consulatum meum, tot, tantis, tam ornatis judiciis, testimoniis, auctoritatibus comprobatum. XXIX. Quodsi[9] in isto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum objectas, sed etiam laudem illustras meam; quid te aut fieri aut fingi dementius potest? uno enim maledicto, bis a me patriam servatam esse concedis;[10] semel, cum id feci, quod omnes non negent immortalitati, si fieri potest,[11] mandandum, tu supplicio puniendum putasti; iterum, cum tuum, multorumque propter te,[12] inflammatum in bonos omnes impetum, meo corpore excepi, ne eam civitatem, quam servassem inermis, armatus in discrimen adducerem.[13]

77. Esto, non fuit in me pœna ulla peccati: at fuit[14] judicii. Cujus? quis me unquam ulla lege interrogavit?[y] quis postulavit? quis diem dixit? Potest igitur damnati pœnam sustinere indemnatus? hoc tribunicium est? hoc populare?[15] quanquam ubi tu te popularem, nisi cum

lus a Roma in Cap.—5 Græv. e Franc. 1. dedit *ac comitatu:* etiam Ms. Guelf. habet *comitatu*, sed sine copula. Ern. conjecit *comitatus* legend. Mox, Franc. *joconditati*, et sic semper.—6 *Non* ante *propulsanda* Barb. et edd. vett. paucæ omittunt.—7 In χ *emendanda.*—8 χ caret *jam.*

Cap. XXIX. 9 C H S T χ *Quod*, omisso *si.*—10 C χ et Dresd. *concedas.*—11 Ern. conjecit *possit.*—12 C H S χ *preter te.*—13 Franc. 1. *advocarem.*—14 C T χ ψ *Affui.*—15 *Pop. est* H S et edd. vett. In Dresd. deest *hoc* ante *populare.* Franc. Dresd. et ed. 1472. *hoc tribunitium est populare;* unde Græv. conjecit *hoc trib. est et pop.* Pantagathus *hoc tribunitium? hoc pop. est?* Mox,

NOTÆ

Capitolio miranda multitudo fuit. Vide Epistt. ad Att. IV. 1.

[y] *Lege interrogavit*] Lege interrogare, est legis alicujus auctoritate aliquem interrogare, numquid aliquod facinus admiserit: cum enim in jus ventum esset, dicebat accusator apud prætorem reo, 'Aio te, Siculos,' v. g. 'spoliasse.' Si tacuisset, lis ei æstimabatur ut victo: si negasset, petebatur a magistratu dies inquirendorum ejus criminum, et instituebatur accusatio. Occupat autem Cicero id quod a Clodio dicebatur, non propter crimen eum ejectum esse, sed propter judicium: at id refellit ab adjunctis.

pro[16] populo fecisti,[z] potes dicere? Scilicet cum hoc juris a majoribus proditum sit, ut nemo civis Romanus aut libertatem[17] aut civitatem possit amittere, nisi ipse auctor[18] factus sit:[y] quod tu ipse potuisti in tua causa discere. Credo enim, quanquam in illa adoptione legitime factum est nihil, tamen te esse interrogatum, auctorne esses, ut in te P. Fonteius vitæ necisque[a] potestatem haberet, ut in filio.[19] Quæro, si aut negasses, aut tacuisses, si tamen[z] id XXX curiæ[20][b] jussissent, num id jussum[1] esset ratum? certe non. Quid ita? quia jus a majoribus nostris, qui non ficte et fallaciter populares, sed vere et sapienter fuerunt, ita comparatum est, ut civis Romanus libertatem[c] nemo possit[2]

[y] *Nisi ipse consenserit.* [z] *Tametsi.*

in edd. vett. nonnullis deest *tu.*—16 *Pro* omittunt C T χ, Franc. Barb. Pall. Tum, in Ven. 1483. *potest dicere.* Pro *Scilicet* C H S χ, Guelf. et edd. vett. *Sed*; et pro *cum* Ven. 1480. Junt. *quod.* Lamb. e conj. dedit *potes dicere? Potest desinere civis esse, cum hoc juris, &c.*—17 Pro *libertatem* Dresd. *in pietatem*; C T χ *impietatem*, sed C habet asteriscum. Verba *aut civitatem* in χ desunt.—18 Pro *ipse auctor* T *senatus auctoritate*; ψ *se auctor.* Tum, T *factum sit.*—19 *Filium* Lamb. qui tamen hæc *ut in filio* pro spuriis habebat.—20 C H S χ ψ *decuriæ*: Franc. 1. *cives*, prob. Græv. Dein, ed. 1472. *jussi essent.*—1 H et S *id injussum.* Pro verbis *num id jussum esset ratum*, Ms. Car. Steph. habet *num minus jussum est.* Pro *non Quid* in C S χ ψ *numquid*; H *non nunquid.*—

NOTÆ

[z] *Pro populo fecisti*] Facere pro populo, est sacrificium offerre pro populo. Carpit hic acriter Clodium: vult enim significare muliebri habitu in arcanum Bonæ Deæ ingressum esse, quo adire viris nefas fuit.

[a] *Vitæ necisque*] Cum in alienam familiam quis intraret, aut id per prætorem fiebat, aut per populum: si per prætorem fiebat, adoptio dicebatur: si per populum, arrogatio; quia genus hoc in alienam familiam transitus, per populi rogationem fiebat. Ejus porro rogationis verba hæc sunt: 'Velitis, jubeatis, uti L. Valerius L. Titio tam jure, legeque filius siet, quam si ex eo patre, matreque familias ejus natus esset: utique ei vitæ necisque in eum potestas siet, uti patri endo filio est. Hoc ita ut dixi, ita vos, Quirites, rogo.'

[b] *XXX curiæ*] Curiæ erant urbis partes in quas Romulus populum diviserat: sic dictæ, quod tunc reipublicæ curam per sententias partium earum expediebat. Curiatæ vero leges sunt quæ ad populi curias feruntur, hoc est, quæ curiatis comitiis rogabantur, cum populus per curias suffragia inibat.

[c] *Libertatem*] Is amittebat libertatem, qui per arrogationem in alienam potestatem transibat.

invitus amittere. 78. Quinetiam, si[3] decemviri[d] sacramentum[e] in libertatem injustum judicassent, tamen, quotiescumque vellet quis, in hoc genere solo rem judicatam referre[a] posse voluerunt.[4] [*p.* 229.] Civitatem vero nemo unquam[5] ullo populi jussu amittet invitus. XXX. Qui cives Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui non[6] erant auctores facti, nomenque dederant. Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem[f] amittebant, quam erant in eam[7] recepti, quo vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant: id autem ut esset faciundum, non ademtione[8] civitatis, sed tecti, et aquæ et ignis interdictione faciebant. 79. Populus Romanus, L. Sulla[g] dictatore ferente, comitiis centuriatis, municipiis civitatem ademit: ademit iisdem[9] agros. De agris ratum est: fuit enim populi potestas: de civitate, ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma valuerunt. Hanc vero Volaterranis,[10][h] cum etiam tum essent in armis, L. Sulla victor, republica recuperata, comitiis centuriatis, civitatem eripere non potuit:

[a] *Retractare.*

2 Mss. plerique, Junt. Grut. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *posset.*—3 In C H χ *si* deest.—4 Edd. vett. *hoc in genere se rem jud. referre voluerunt.* In C H S χ, Pall. plerisque, et al. legitur *se rem;* in T, Pal. 9. Barb. Ms. Vict. et Mss. Faërni *sororem.* Pro *referre posse* Faërnus, Manut. Hotom. Wolf. malebant *referri.*—5 In T deest *unquam.* Mox, in eodem Ms. legitur *populari jussu.*

CAP. XXX. 6 In Dresd. Franc. 1. sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. deest negativa particula ante *erant.*—7 C *in ea.*—8 H *adoptione.*—9 χ ψ *ademit; isdem.* In Barb. et Ven. 1480. semel verbum ponitur, *munic. civ. ademit; eisdem agros.* Astipulantur his ed. Rom. Ven. 1483. et Hervag. nisi quod illæ

NOTÆ

[d] *Decemviri*] Decemviri litibus, sive stlitibus, ut olim loquebantur, judicandis creati sunt. Lites autem, easque causas judicabant, in quibus de jure controversia erat.

[e] *Sacramentum*] Sacramentum certa est et legitima pecuniæ summa, quæ ab actore et reo deponebatur in sacro, ut qui victus et damnatus esset, is pecunia sua mulctaretur: qui vicisset, suam recuperaret.

[f] *Civitatem*] Exemplum affert de amissione civitatis, quam exemplo coloniarum, exulum, et Volaterranorum illustrat; contenditque neminem invitum libertatem amittere.

[g] *L. Sulla*] Sulla multas civitates mœnibus suis nudavit, et tributis afflixit, quas sibi non favisse crediderat.

[h] *Volaterranis*] Volaterra colonia, et urbs Etruriæ antiquissima.

hodieque Volaterrani non modo cives, sed etiam optimi cives, fruuntur nobiscum [11] simul hac civitate. Consulari homini [i] P. Clodius, eversa republica, civitatem adimere potuit, concilio advocato,[k] conductis operis [12] non solum egentium, sed etiam servorum, Sedulio [13] principe,[l] qui se illo die [m] confirmavit Romæ non fuisse? 80. Quod si [14] non fuit, quid te audacius, qui in ejus nomen [15] incideris? [n] quid desperatius, qui ne [16] ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? Sin autem is [17] primus scivit,[o] (quod facile potuit, propter inopiam tecti, in foro per-

hisdem, hæc *iisdem*.—10 Lamb. e conj. edidit *An vero Vol.*—11 H *vobiscum*.—12 C H S χ *operibus*.—13 '*Sedulio*] Ita in quinque codd. Oxonn. scriptum, ut in Rom. et utraque Ven. Franc. Dresd. et ed. 1472. in VV. LL. ed. Græv. dicuntur legere *Sedulio*, sed in Not. *Fidulio*, et ibid. Garaton. ait Barb. cum Grævianis legere *Sedulio*. T *Sydulio*: Pith. *Fidulo*. Atque ita semel c. 31. Car. Stephanus e cod. notavit *Fidulus*. Gembl. et Erf. *Fidulio principe, quæstoris filio, qui se, &c.* unde Gulielm. effecit *Q. F.* sed Gruter. putat *filio* extitisse ex *se illo*. Pal. 9. *Fidulio principe filio illo diem conf. Fidulius* postea (c. 31.) in omnibus Pall. codd. et Vict. legitur.' *Beck.* Tum, *confirmat* Pal. 9. Barb. Pariss. Mss. Lambini ac Grævii, cum Græv. et Lall.—14 Dresd. *Qui si.* Mox, Franc. *audactius*.—15 *Qui ejus nomen* C H S χ ψ, Barb. Pall. ed. Rom. et Ven. 1480. cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *qui in æs ejus nomen* Manut. Lall. *quis ei nom.* Pal. 9. *qui in æs nomen* Pantagath. Vid. Not. Delph.—16 In Dresd. *ne* deest. H habet *qui te non ement.*—17 ψ *iis*. Dresd. *in primis*. Pro *potuit* C H χ, Rom. Ven. 1480. 1483. *fuit*.—18 Mss. Lamb. et

NOTÆ

[i] *Consulari homini*] Ciceroni non potuit eripere Clodius civitatem in eo concilio, quod ex perditis et egenis conflatum erat, si Sulla Volaterranis non potuit in comitiis centuriatis.

[k] *Concilio advocato*] Veteres concilium dicebant de parte aliqua plebis, quæ ad concionem in foro conveniebat: hinc concilium edicere, non comitia, debebat is, qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubebat. Vid. Gell. xv. 27.

[l] *Sedulio principe*] Sedulius ille fuit ex iis unus, qui legem Clodii comprobasse et jussisse dicebatur, ex cujus testimonio Clodium mendacii arguit.

[m] *Illo die*] Quo die lex illa lata est a Clodio, dixit Sedulius se Roma abfuisse.

[n] *In ejus nomen incideris*] 'Incideris,' id est, qui ejus auctoritatem prætexeris: nisi fortasse melius legendum sit *ejus nomen in æs incideris*; nam in æneis tabulis leges incidebantur, et cum eis eorum nomina, qui primi de iis suffragium tulerant, aut eas sciverant.

[o] *Scivit*] *Scivit* ambiguum est; nam et pro 'jussit,' et pro 'intellexit' sumi potest. Videtur tamen hic sumi pro 'dare suffragium;' quod facile præstare potuit, quia pernoctabat in foro.

noctans,[18]) cur non juret se Gadibus[19] fuisse,[p] cum tu te fuisse Interamnæ[20][q] probaveris? Hoc tu igitur, homo popularis, jure munitam civitatem et libertatem nostram putas esse[1] oportere, ut, si, tribuno plebis rogante, 'Velitis, jubeatisne,'[2][r] Sedulii centum se velle[3] et jubere dixerint, possit unusquisque nostrum amittere? Tum igitur majores nostri[s] populares non fuerunt, qui de civitate et libertate ea jura sanxerunt, quæ nec vis temporum, nec potentia[4] magistratuum, nec res tum[5] judicata, nec denique universi populi Romani potestas, quæ ceteris in rebus est maxima, labefactare posset.[6] 81. At tu etiam, ereptor civitatis, legem de injuriis publicis[t] tulisti Anagnino[7] nescio cui Menulæ, per gratiam, qui tibi ob eam legem statuam in meis ædibus posuit; ut locus ipse, in tua tanta[8] injuria,[u] legem et inscriptionem statuæ[x] refelleret. Quæ res muni-

Car. Steph. *pernoctasse.*—19 Franc. et ed. 1472. *cur non juret Gadimus.* In Barb. quoque *Gadimus:* C χ *Gadilias.* Ant. Augustin. conjecit *in gradibus.*—20 C *Interamnem:* ψ *inter amnem.*—1 In C H S χ ψ *esse* omittitur.—2 Lamb. *velitis, jubeatisve.* Tum, C H χ ψ *Sidulii.* Mss. Lamb. *Fidulus,* ubique.—3 C χ *vellet.* Ante *et jub.* C H χ ψ addunt *ei.* Dein, H χ *dixerunt.* Pro *possit* C *posse.* Post *amittere* C H S χ ψ, Barb. et al. atque edd. vett. cum Oliv. et Lall. addunt *civitatem.*—4 Gulielm. legi mavult *impotentia.*—5 Mss. plerique et edd. vett. cum Græv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *tum* omittunt.—6 *Posset* e conjectura dederunt Ern. et Beck. *possit* ceteri.—7 C S χ ψ *an agnino scio.* Mox *me nullæ* χ ψ: *Menullæ* Lamb. e Mss.—8 Lamb. e Mss.

NOTÆ

[p] *Gadibus fuisse*] Gades, hodie *Calis,* in capite Bæticæ insula est.

[q] *Interamnæ*] Clodius, accusatus de stupro in penetralibus Bonæ Deæ, juravit se eo die Interamnæ fuisse. Interamna porro urbs est Umbriæ; ita dicta, quod inter duos amnes constituta sit.

[r] *Velitis, jubeatisne*] Requiruntur leges ut ejiciatur civis: neque id pendere ex illis verbis, 'velitis, jubeatis,' debet, quæ facile proferri possunt a tribuno apud centum homines pecunia corruptos, qualis ille Sedulius fuit.

[s] *Tum igitur majores nostri*] Ironia. Proponit autem qui vere populares sunt majorum exemplo.

[t] *De injuriis publicis*] Cum Menulæ, civi Anagnino, injuria publice facta esset, P. Clodius in ejus gratiam, legem aliquam videtur tulisse de publicis injuriis, qua pœnam aliquam constituerat: de qua lege nihil alibi legitur.

[u] *In tua tanta injuria*] Fecit injuriam Ciceroni Clodius, cum ejus ædes incendit ac diruit.

[x] *Inscriptionem statuæ*] Statuæ inscripserat Menula P. Clodio, ob latam legem de publicis injuriis.

cipibus Anagninis[9] multo majori dolori fuit, quam quæ idem ille gladiator scelera Anagniæ[y] fecerat.[10] XXXI. Quid? si[11] ne scriptum quidem[z] unquam est in ista ipsa rogatione, quam se Sedulius[12] negat scivisse; tu hujus,[13] ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate cohonestes,[14] auctoritatem amplecteris?

82. Sed, tametsi[15] nihil de me tulisti, quo minus essem non modo in civium numero, sed etiam in eo loco,[a] in quo me honores populi Romani collocaverunt; tamenne eum tua voce[16] violabis, quem post nefarium scelus consulum superiorum, tot vides judiciis senatus, populi Romani, totius Italiæ[17] honestatum? quem ne tum quidem,[18] cum aberam, negare poteras esse tua lege senatorem? Ubi enim tuleras, ut mihi aqua et igni[19] interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio,[b] Saturninus de Metello[c] tulit.

tanta tua. Mox, C H S χ *scriptionem*—9 C χ ψ *an agnitiis.* Post *Anagninis* Mss. et edd. præter Ern. addunt *ornatissimis*, quod abest a Mss. Lambini.—10 χ *effecerat.*

Cap. XXXI. 11 C *Qui si.* Mox, Lallem. e conjectura Gulielmii *usquam.* —12 C S *Sidulius:* χ ψ *Fidulius:* al. *Fidulus.*—13 Pro *hujus* in Ms. Car. Steph. *autem.*—14 *Honestes* H S T χ, Franc. Dresd. Barb. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. Græv. Wolf. et Oreil. Tum, *auctorem* C H S χ, et Ms. Car. Steph. Verba *auctor. amplect.* in Franc. Dresd. et ed. 1472. desunt.—15 C H S ψ, Junt. *tamen si:* al. *tamen etsi.* In Franc. Dresd. et ed. 1472. legitur *Si nihil de me.*—16 In Franc. desunt verba *tua voce.* Pro *quem* χ habet *quæ.*—17 Ante *totius Italiæ* Franc. et Dresd. addunt *et.*—18 C et Franc. *tu quidem.* Pro *aberam* Franc. Dresd. et ed. Wald. *ad horam.*—19 *Ignis* C S T

NOTÆ

[y] *Anagniæ*] Anagnia civitas fuit Hernicorum in Latio.

[z] *Ne scriptum quidem*] Si nihil scriptum est in illa rogatione pro qua suffragium Sedulius se dedisse negat, sequi ejus auctoritatem non debet Clodius, vel ejus testimonium, ut inde suo tribunatui dignitatem et gloriam conciliet.

[a] *In eo loco*] Nihil Clodium protulisse ait, quo vel eum a numero civium, vel a senatoria dignitate amoveret; ad quam patebat iis aditus, qui curulem magistratum gesserant.

[b] *Gracchus de P. Popillio*] Gracchus tribunus plebis habuit multas orationes contra Popillium. Tulit autem ille, ne de capite civis Romani injussu populi judicaretur: qui indicta causa in civem Rom. animadvertisset, de eo populi quæstio constitueretur; quod propter Popillium latum est.

[c] *Saturninus de Metello*] Saturninus Apuleius tulit, uti Q. Metello Numidico consuli, quod legi ipsius agrariæ, quæ intra quintum diem jurari in eam jubebat, non paruisset, aqua et igni interdiceretur. Ille in eam le-

Homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis civibus non, ut esset interdictum, quod ferri non poterat,[20] tulerunt, sed ut interdiceretur. Ubi cavisti, ne meo me loco censor in senatum legeret?[d] quod de omnibus, etiam quibus[1] damnatis interdictum est, scriptum est in legibus.[e] 83. Quære hoc[2] e Sex. Clodio, scriptore legum tuarum: jube[3] adesse: latitat omnino: sed si requiri[b] jusseris, invenient hominem apud sororem tuam, occultantem se, capite demisso.[4] [f] Sed si patrem tuum,[g] civem,[5] medius fidius, egregium, dissimilemque[6] vestri, nemo unquam sanus exulem appellavit (qui, cum de eo tribunus plebis promulgasset, adesse propter iniquitatem[h] illius Cinnani temporis noluit, eique imperium est abrogatum); [*p.* 230.] si in illo pœna legitima turpitudinem non habuit propter vim temporum; in me, cui dies dicta non[8] est,[c] qui reus non fui, qui nunquam sum a tribuno plebis citatus, damnati pœna esse

[b] *Produci.* [c] *Qui nunquam vocatus fui in judicium.*

ψ, Franc. Dresd. et edd. pr. cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—20 *Quod fieri non poterat* C H, Gryph. Lamb. Grut. *quod ferre non poterant* Franc. Dresd. ed. Wald. et Græv. Ceteri ut Ern.—1 Mss. pauci, Junt. Lamb. Gruter. *quibusdam.* Pantagathus legi maluit *civibus jam damn.* Verba *scriptum est in* χ desunt.—2 S *Quæro,* et Ms. Car. Steph. *hæc.* Tum, edd. ante Grut. *ex Clodio.*—3 H et T *jubet.*—4 Verba *invenient . . . demisso* absunt a Dresd.—5 Franc. et ed. 1472. omittunt *civem.*—6 In Dresd. Barb. sex Oxonn. Mss. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. *dissimilem* sine copula. Dein, T *nostri.*—7 ψ *voluit.* Pro *eique* Franc. Dresd. edd. pr. *et æque;* χ, Barb. *et eque;* ψ *et æquæ;* C *æque;* Ms. Car. Steph. *donec.* Grævius corrigit *et inique.*—8 Pro

NOTÆ

gem jurare noluit.

[d] *In senatum legeret*] Exulibus olim, vel qui ejecti erant, vel voluntarie in exilium exivissent, si quando judicabatur a populo aut senatu, quod inique essent ejecti, reservabatur subsellium vacuum; nemoque in eorum locum substituebatur: si vero quis jure esset ejectus, consensu omnium, et jubentibus legibus, alius in ejus locum substituebatur.

[e] *Scriptum est in legibus*] Scriptum est legibus, ut in locum condemnati aliquis substituatur.

[f] *Capite demisso*] Indicat nefariam hominis turpitudinem.

[g] *Patrem tuum*] Pater Clodii Appius Claudius fuit, qui cum Publio Servilio Isaurico consul fuit, et cui imperium consulare abrogatum est.

[h] *Adesse propter iniquitatem*] Maluit remanere potius in exilio voluntario quam redire Romam, quæ tot factionibus premebatur.

potuit, ea præsertim, quæ ne in ipsa quidem rogatione[i] proscripta[9] est? XXXII. 84. At[10] vide, quid intersit inter illum iniquissimum patris tui casum,[11] et hanc fortunam conditionemque nostram. Patrem tuum, civem optimum, clarissimi viri filium, (qui si viveret, qua severitate fuit, tu profecto non viveres) L. Philippus[k] censor, avunculum suum, præteriit in recitando senatu. Nihil enim poterat dicere, quare rata non essent, quæ erant acta[12] in ea republica, in qua se illis ipsis temporibus censorem esse voluisset: me L. Cotta,[13] homo censorius, in senatu juratus[l] dixit, se, si censor tum esset,[14] cum ego aberam, meo loco senatorem recitaturum fuisse. 85. Quis in meum locum judicem subdidit?[m] quis meorum amicorum testamentum discessu meo[d] fecit, qui[15] mihi non idem tribuerit, quod et si adessem?[16] Quis me, non modo civis, sed socius, recipere contra tuam legem et juvare[17] dubitavit? Denique universus senatus multo ante, quam est lata lex de me, gratias agendas censuit civitatibus iis,[18] 'quæ M. Tullium ...' tantumne? immo etiam, 'civem optime de republica meritum,

[d] *Me absente.*

non edd. vett. paucæ et Græv. *nunquam.* Tum, Wald. *data est.*—9 *Præscripta* S T χ ψ, Barb. Mss. Lambini ac Grævii, ed. Wald. *perscripta* omnes aliæ edd. præter Ern. qui e conjectura Grævii dedit *proscripta.*

CAP. XXXII. 10 Sex Oxon. Mss. *Ac.* Pro *vide* ψ *inde.*—11 H *causam.*—12 C et χ *quæ essent acta.* In T deest *ea.*—13 Ed. 1472. *M. L. Cocta.*—14 Franc. Dresd. ed. 1472. *juratus dixit rei censor cum esset.* Mox, in C H S T χ, Franc. Dresd. ed. 1472. deest *ego.* Tum, Jannoctius e Ms. Puccii *meo me loco,* ut Manutius volebat.—15 H S T *quis.*—16 'Ed. Juntæ habet *quod si adessem.* Melius. Credo excidisse aliquot syllabas, et fuisse *quod tribueret, si adessem.*' Ern. 'Deest *et* in C χ ψ. Grævius jam conjecit *quam* (sed videtur voluisse *quod,* ut recte Garaton. monuit) *si adessem,* aut *si adfuissem.*' Beck.—17 Franc. et Dresd. *jurare.*—18 H S *his,* omisso *quæ.* In T *iis quæ*

NOTÆ

[i] *In ipsa quidem rogatione*] In rogatione Clodii non scriptum fuit, ut aqua et ignis interdiceretur.

[k] *L. Philippus*] L. Philippus orator eximius fuit, et ejus Philippi pater, qui Octaviani vitricus fuit.

[l] *Juratus*] Addito juramento Cotta dixit, si censor tum fuisset, cum Cicero ejectus est, se eum loco suo nominaturum fuisse inter senatores.

[m] *Judicem subdidit*] Erant judicum decuriæ perscriptæ ex senatorum numero: in demortui autem locum alter sufficiebatur: nemo autem subditus est in Ciceronis locum.

recepissent.' Et tu unus, pestifer civis, eum restitutum negas esse civem, quem ejectum [19] universus senatus non modo civem, sed etiam egregium civem semper putavit? 86. At vero, ut annales populi Romani et monumenta vetustatis loquuntur, Cæso [20] ille Quintius,[n] et M. Furius Camillus,[o] et M. Servilius Ahala,[p] cum essent optime de republica meriti, tamen populi incitati vim [e] [1] iracundiamque subierunt: damnatique comitiis centuriatis [q] cum in exilium profugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti. Quodsi his [2] damnatis non modo non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam honestavit (nam, etsi optabilius [3] est, cursum vitæ conficere sine dolore, et sine injuria; tamen ad immortalitatem gloriæ plus affert, desideratum esse a suis civibus, quam omnino nunquam esse violatum); mihi,[4] sine ullo judicio populi profecto, tum amplissimis [5] omnium judiciis restituto, maledicti locum aut criminis obtinebit? 87. Fortis et constans [6] in optima ratione civis P. Popillius semper fuit: tamen ejus in omni vita nihil est ad laudem [7]

[e] *Seditionem.*

desunt.—19 C χ *electum.*—20 *Kæso* e conjectura Augustini et Manutii dederunt Beck. et Schutz. *Censor* C H S T χ et edd. ante Lamb. Tum, Franc. *Quintus:* al. *Quinctius.* Porro, H *et consularis M. Furius Cam.* Denique, Schutz. e conjectura Mureti et aliorum edidit *C. Servilius Ah.* Pro *Ahala,* quod in C H S T χ, Barb. Rom. Ven. 1483. deest, Franc. habet *Ala,* Lamb. *Hala.*—1 Pro *vim* C H S χ ψ, Franc. Dresd. et ed. 1472. habent *in.* Dein, *iracundiam quæ* H S χ ψ: *iracundiam quam* Franc. *iracundiam quo* Dresd. *iracundiam* Ms. Car. Steph. In Ms. Lambini *populi concitati iracundiam sub.*—2 Edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. *iis.* Tum, T *damnatisque.* In χ deest *non* post *non modo.* Mox, Franc. *minuit.* Pro *nominis* Dresd. habet *hominis.*—3 H *tam,* et C χ *si opt.*—4 Ern. conjecit *in me* legend. Lambinus dedit *mihi, cum sine.*—5 Al. *cum ampl.* Barb. et Ven. 1480. *non cum ampl.*—6 H et S

NOTÆ

[n] *Cæso ille Quintius*] Defensor ille fuit nobilitatis contra plebem, et apud Tuscos exulatum abiit. Probat autem comparatione exemplorum eandem rem, et amplificat.

[o] *Camillus*] Camillus urbem Romam a Gallis liberavit.

[p] *Servilius Ahala*] Hic magister equitum Sp. Melium, regnum affectantem, jussu Quintii Cincinnati dictatoris manu sua interfecit.

[q] *Comitiis centuriatis*] In quibus legem tulit Lentulus de illorum exilio.

illustrius, quam calamitas ipsa. Quis enim jam meminisset, eum bene de republica meritum, nisi et ab improbis expulsus esset, et per bonos restitutus? Q. Metelli[r] præclarum imperium in re militari fuit, egregia censura, omnis vita plena gravitatis: tamen hujus viri laudem ad sempiternam memoriam[8] temporis calamitas propagavit. XXXIII. Quodsi et illis,[9] qui expulsi sunt inique, sed tamen legibus reducti, inimicis interfectis,[10] rogationibus tribuniciis, non auctoritate senatus, non comitiis centuriatis, non decretis Italiæ, non desiderio civitatis, inimicorum injuria probro non fuit; in me, qui profectus sum integer,[f] abfui[11] simul cum republica, redii[12] cum maxima dignitate, te vivo, fratre tuo altero consule[13] [s] reducente, altero prætore[t] petente,[14] tuum scelus meum probrum putas esse oportere? 88. Ac,[15] si me populus Romanus, incitatus iracundia aut invidia, e civitate ejecisset, idemque postea mea in rempublicam[16] beneficia recordatus, se collegisset, temeritatem atque injuriam[17] suam restitutione mea reprehendisset; [*p.* 231.] tamen profecto nemo tam esset amens, qui mihi populi tale judicium[18] non dignitati potius, quam dedecori putaret esse oportere. Nunc vero, cum me in judi-

[f] *Indemnatus.*

constantis.—7 H S T χ ψ *tam ad laudem.*—8 C H S χ *ad semp. gloriam sive mem.*

CAP. XXXIII. 9 C χ *Quod si ex illis.* Lambinus copulam omisit.—10 C H T χ ψ *interjectis.*—11 Dresd. et ed. 1472. *affui.*—12 Pro *redii*, quod in Franc. 1. et ed. Junt. deest, Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Græv. habent *dicam.* In Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. ed. 1472. Ven. 1480. et al. deest præpositio *cum*, et legitur *dicam max. dign. abfui simul cum R. P.* Præpositionem quoque omittunt ed. Rom. et Ven. 1483. *Max. cum dign.* dederunt Lamb. Oliv. Lall. Wolf. Pro *te vivo* Pantagathus *te invito* legi maluit. In H S T χ *te* deest.—13 H S T χ ψ, Franc. 1. Dresd. *consulari.*—14 *Petenti* C S χ: *dicente* Pal. 9. *ducente* Gembl. *patiente* Aldus Nepos e conjectura Manutii. In T deest.—15 T, Franc. 1. Dresd. Ms. Steph. et ed. 1472. *At.* Mox, Dresd. *inritatus.*—16 *Mea in rep.* C: *in ea rep.* Dresd.—17 H *incuriam.*—18 Lamb.

NOTÆ

[r] *Q. Metelli*] Q. Metellus Numidicus censor Saturninum notavit, a quo postea tribuno plebis in exilium ejectus est.

[s] *Consule*] Metello Nepote consule referente, revocatus fuit Cicero.

[t] *Prætore*] Appius, Clodii germanus frater, prætor tum erat.

cium populi nemo omnium [19] vocarit; condemnari non potuerim, qui accusatus non sim; [20] denique ne expulsus quidem ita sim, ut, [1] si contenderem, superare non possem; contraque a populo Romano [2] semper sim defensus, amplificatus, ornatus; quid est, quare quisquam mihi se ipsa populari ratione [3] anteponat? 89. An tu populum Romanum esse illum putas, [4] qui constat ex iis qui mercede conducuntur? qui impelluntur, ut vim afferant magistratibus? ut obsideant senatum? optent quotidie cædem, [5] incendia, rapinas? quem tu tamen populum, nisi tabernis [6] clausis, [u] frequentare non poteras; cui populo duces Lentidios, [x] Lollios, [7] Plaguleios, Sergios præfeceras. O speciem [y] dignitatemque populi Romani, quam reges, quam nationes exteræ, quam gentes ultimæ pertimescant, [8] multitudinem hominum ex servis, ex conductis, ex facinorosis, ex [9] egentibus congregatam! 90. Illa fuit pulchritudo [z] populi Romani, illa forma, quam in Campo vidisti tum, cum etiam tibi, contra senatus totiusque Italiæ auctoritatem et studium, dicendi potestas fuit. [10] Ille, ille populus est domi-

tale populi jud.—19 Franc. Ms. Puccii, et ed. Junt. *omnino.*—20 χ *fuerim.* Mox, *pulsus* C H S χ, Ms. Car. Steph. ed. Rom. Ven. 1483.—1 Pro *ut* C H S χ ψ habent *ne.* Tum, T *si ne cont.* Dresd. *si me cont.*—2 ψ *a rep.*—3 Car. Steph. et Lamb. *ipsa populi rat.* Ern. legi mavult *in ipsa populari rat.* Pantagathus legit, *in ipsa populari rat. anteponatur.*—4 Lamb. e Ms. *putas illum.* Mox, C *ex his.*—5 Ms. Car. Steph. *optent Catilinæ cædem.* Garaton. legi mavult *qui optant.*—6 Franc. 1. Ms. Car. Steph. et ed. 1472. *nisi his tab.* Pro *nisi* C H S χ et Dresd. habent *in his.*—7 T *Lentulos, lilis.* In C *Lillios.* Dein, Erf. *Placuleios.* Grævius dedit *Lentidios, Plaguleios, Lollios.* In C H S T χ et edd. plerisque ante Lamb. deest *Plaguleios.* Denique, T *Sirgios.*—8 Edd. ante Ern. *pertimescunt.* Tum, C H S T χ *multitudine.* Paulo post, *ex servis, ex conductis* Guelf. Barb. Junt. Græv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. *ex servis conductis* ceteri,—9 In Franc. 1. deest præpositio ante *egentibus.*—10 Lamb. *defuit.* Pronomen *ille* semel tantum legitur in C H S T χ, Franc. Dresd. et

NOTÆ

[u] *Nisi tabernis clausis*] Loquitur de plebe urbana, quæ constabat opificibus, quæque inferior rusticana habebatur.

[x] *Lentidios, &c.*] Lentidii, Lollii, Sergii, homines apti ad seditiones concitandas fuerunt, quibus Clodius ad vilem sibi plebeculam comparandam utebatur.

[y] *O speciem*] Ironica exclamatio.

[z] *Illa fuit pulchritudo*] Ostendit qui vere populus Rom. dicendus sit.

nus regum, victor atque imperator omnium gentium, quem illo clarissimo die, scelerate, vidisti tum, cum omnes principes civitatis, omnes ordinum[11] atque ætatum omnium, suffragium se, non de civis, sed de civitatis salute ferre[12] censebant: cum denique homines in Campum, non tabernis, sed municipiis[a] clausis, venerunt.[13] XXXIV. 91. Hoc[14] ego populo, si tum consules aut fuissent in republica, aut omnino non fuissent, nullo labore, tuo præcipiti furori atque impio sceleri restitissem. Sed publicam causam contra vim armatam sine populi præsidio[15] suscipere nolui: non quo[16] mihi P. Scipionis,[b] fortissimi viri, vis[17] intima,[g] privati hominis, displiceret; sed[18] Scipionis factum statim P. Mucius[19] consul, qui in gerenda republica putabatur fuisse segnior,[c] gestam[20] multis senatusconsultis non modo defendit, sed etiam ornavit: mihi aut, te interfecto, cum consulibus, aut, te vivo, et tecum, et cum illis, armis decertandum fuit. 92. Erant eo tempore multa etiam alia metuenda. Ad servos, medius fidius, res pervenisset: tantum homines impios ex vetere illa conjuratione[d] inustum[1] nefariis mentibus bonorum odium retinebat.[2]

Hic tu me etiam gloriari vetas: negas esse ferenda, quæ soleam de me prædicare: et homo facetus inducis etiam

[g] *Summa.*

ed. Wald.—11 χ *ordines.* Mox, Ern. conjecit legend. *omnium homines.*—12 C S χ *fore.*—13 C *venerant,* ut Ern. volebat.

CAP. XXXIV. 14 ψ *Hæc.*—15 Garaton. conjecit *sine publico præs.*—16 C H S χ ψ, Junt. Lamb. Wolf. Beck. et Orell. *non quo.* Ceteri *non quod.*—17 In T *vis* deest. Vid. Nott. Varr.—18 χ *sed si.*—19 Al. *Mutius.*—20 *Segnior quam gesta* Lamb. Oliv. *segnior, gestam multis* Ern. e conjectura. *Segnior,*

NOTÆ

[a] *Non tabernis, sed municipiis*] Ait non e tabernis vilem populum, sed x omnibus municipiis et civitatibus venisse pro Cicerone supplicatum.

[b] *P. Scipionis*] Non improbavit Cicero factum P. Scipionis Nasicæ, qui T. Gracchum occidit. Vide Plutarchum in Gracchis.

[c] *Fuisse segnior*] P. Mucius contra T. Gracchum arma capere noluit, ne alicujus belli civilis auctor haberetur; sed multis tamen laudibus Scipionis factum extulit.

[d] *Vetere illa conjuratione*] Ex Catilinaria conjuratione multi ad arma prodiissent, a quibus respublica periclitata esset.

sermonem urbanum ac venustum: me dicere solere, esse me Jovem; eundemque[3] dictitare, Minervam esse sororem meam. Non tam insolens sum, quod Jovem esse me dico, quam ineruditus, quod Minervam sororem Jovis esse existimo.[4] Sed tamen, ego mihi sororem virginem [e] ascisco: tu sororem tuam virginem esse non sivisti.[5] [f] Sed vide, ne tu te[6] debeas Jovem dicere, quod tu jure eandem sororem et uxorem appellare possis. XXXV. Et quoniam hoc re-

gesta, multis ceteri.—1 Dresd. *injustum.*—2 Hervag. *tenebat.*—3 χ *eum denique.* Tum, H *dictare.*—4 'Libri quidam scr. et edd. *non tam ineruditus:* alii ut Guelf. ed. Vict. *non tam eruditus:* illud recepit Grævius; male.' *Ernest.* 'Quam Gruterus dedit loci scripturam, ab Ern. et Wolf. quoque servatam, ea petita est ex cod. Gembl. cui astipulatur cod. Vict., nisi quod is habet, ut Pal. 9. *eruditus.* Pal. 9. præterea, *me dicam tam eruditus, quod Min. sororem Jov. esse existimo.* Cod. Franc. *quod Jovem me esse dicam, non tam erud., quod Min. sororem Jovis esse sororem meam existimem* (sed vetusta manus voc. *eruditus* superscripserat *quam ineruditus*). Similiter Dresd. et pleræque vett. edd. nisi quod *ineruditus* habent. Hinc Grævius (cum in codd. Grut. desit *sororem meam*) edidit, *Jovem esse me dico, non tam ineruditus, quod Min. sororem Jovis esse existimo.* Naugerius, *quod Jovem me esse* (s. *esse me*) *dico, quam eruditus, quod Min. sororem Jovis esse existimo.* Eam scripturam, etsi ab Ursino improbatam, retinuerunt Oliv. Lall. Oxonn. (in quibus *esse me*); et Lallem. unum e suis codd. ita legere ostendit. Hervag. et Cam. dederunt, *qui Jovem esse me dicam, non tam ineruditus, qui Min. Jovis sororem meam esse sororem existimem:* ita etiam Car. Steph. Manut. et Lamb. Atque sic legi in cod. quodam Ant. Augustini Ursinus auctor est. Unus e Lall. codd. habet, *qui Jov. esse me dicam, non tam ineruditus, qui Min. Jovis sororem esse existimem.* In cod. Barb. est, *quod Jovem esse me dicam, nec tam eruditus, quod Min. me sororem meam Jovis esse sororem existimem:* quæ etiam ineptiora sunt. Lambinus edidit, *qui Jovem esse me dicam, non tam ineruditus, qui Min. Jovis filiam, meam sororem esse existimem:* idemque monet, Passeratium legere, *qui Min. Jovis* (subintell. filiam), *sororem meam, &c.* Ant. Augustinus legit, *non tam ineruditus qui Min. Jovis esse sororem existimem:* Ursinus autem, Pantagathum secutus, rectissime legi existimat, *qui Jovem esse me dicam, nec tam ineruditus, qui Minervam sororem existimem;* atque ita postea in cod. Nic. Perotti scriptum invenit.' *Beck.* Pro *tam* ante *insolens* C χ habent *ita:* pro *dico* C H S χ ψ *dicam:* pro *quam* C H S χ *non tam.* Tum, C H S χ *me sororem Jovis esse existimem.* Vid. Nott. Varr.—5 C, ed. Rom. et al. cum Beck. *sisti.*—6 In C T χ *te* deest. Pro *debeas* Pal. 9. Gembl. et Ms. Vict. habent *soleas.* T *dicere* omittit.

NOTÆ

[e] *Sororem virginem*] Ait se tractare Minervam ut virginem, et suis honeste studiis uti. Volunt autem poëtæ hoc figmento Minervæ; quod omnes literati quasi fratres ejus sunt, quia studia tractant liberaliter, non quæstus gratia. Porro filia Jovis, et ex capite illius prognata traditur.

[f] *Non sivisti*] Clodius prostituerat sororem suam, et nunc ei stuprum ejus objicit.

prehendis, quod solere me dicas de me ipso gloriosius prædicare; 93. quis unquam audivit, cum ego de me, nisi coactus ac necessario dicerem? Nam si, cum mihi furta, largitiones, libidines objiciuntur, ego respondere soleo, meis consiliis, periculis, laboribus, patriam esse conservatam,[7] non tam sum existimandus de gestis rebus gloriari, quam de objectis[8] non confiteri. [*p.* 232.] Sed si mihi, ante hæc durissima reipublicæ tempora,[g] nihil unquam aliud objectum est, nisi crudelitas illius temporis,[9][h] cum a patria perniciem depuli; quid? me huic maledicto utrum non respondere, an demisse[*h*] respondere decuit? 94. Ego vero[10] etiam reipublicæ semper interesse putavi, me illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate senatus, consensu bonorum omnium, pro salute patriæ, gessissem, splendorem verbis[11] dignitatemque retinere; præsertim cum mihi uni in hac republica, audiente populo Romano, opera mea hanc urbem et hanc rempublicam esse salvam, jurato dicere fas fuisset.[i] Exstinctum est jam illud maledictum crudelitatis, quod me, non ut crudelem tyrannum, sed ut mitissimum parentem,[12] omnium civium studiis desideratum, repetitum, arcessitum vident. 95. Aliud exortum est: objicitur mihi meus ille discessus: cui ego crimini respondere sine mea maxima laude non possum. Quid enim, pontifices, debeo dicere? Peccati me conscientia

[*h*] *Lente.*

Cap. xxxv. 7 Barb. Mss. Car. Stephani et Lambini *servatam.* Tum, Lallem. delevit *non* ante *tam sum exist.*—8 Post *objectis* χ addit *rebus*, sed *non* ante *confiteri* omittunt Pal. 9. Ms. Vict. unus Pariss. Ms. Car. Steph. cum Schutz. et Orell.—9 Pro *illius temporis* Erf. Pal. 9. Franc. Ms. Vict. Ms. Car. Steph. habent *ea unius.*—10 Ms. Car. Steph. *vero* omittit. In C H S χ ψ deest *etiam.*—11 C, Franc. Ms. Vict. ed. Ven. 1480. *urbis.* Pro *retinere*

NOTÆ

[g] *Durissima reipublicæ tempora*] Ea intelligit tempora quibus ejectus est.

[h] *Crudelitas illius temporis*] Tempus designat quo Catilinæ conjurationem oppressit.

[i] *Jurato dicere fas fuisset*] Ultimo die consulatus, cum Ciceronem tribunus plebis Q. Metellus Nepos concione privasset, juravit rempub. a se servatam fuisse: tunc populus eum jure jurasse juravit. Vide lib. v. Ep. ad Metellum.

profugisse? At [13] id, quod mihi crimini dabatur, non modo peccatum non erat, sed erat res, post natos homines [14] pulcherrima. Judicium populi pertimuisse? At [15] id nec propositum ullum [16] fuit; et, si fuisset, duplicata gloria [k] discessissem. Bonorum mihi præsidium defuisse? falsum est. Me mortem timuisse? turpe est. XXXVI. Dicendum igitur est id, quod non dicerem, nisi coactus: (nihil enim unquam de me dixi sublatius,[i] [17] asciscendæ laudis causa potius, quam criminis depellendi:) dico igitur, et quam possum [18] maxima voce dico: 96. Cum omnium perditorum et conjuratorum incitata [19] vis, duce tribuno [1] plebis, consulibus auctoribus, afflicto [20] senatu, perterritis equitibus Romanis, suspensa [k] ac solicita [1] tota civitate, non tam in me impetum faceret, quam per me in omnes bonos; me vidisse, si [2] vicissem, tenues reipublicæ reliquias; si victus essem, nullas futuras. Quod cum judicassem; deflevi conjugis miseræ discidium,[l] [3] liberorum carissimorum solitudinem, fratris absentis amantissimi atque optimi casum, subitas fundatissimæ familiæ ruinas: sed his omnibus rebus vitam anteposui meorum civium; remque publicam [4] concidere unius discessu, quam omnium interitu occidere malui. Speravi (id quod accidit) me ja-

[i] *Gloriosius.* [k] *Dubia.* [l] *Disjunctionem.*

Wolf. legi mavult *tueri.*—12 χ *patrem.*—13 C T χ ψ *Aut.* Mox, ψ *crimen.* Pro *modo* H habet *mei.*—14 Lamb. *post hom. natos.*—15 C χ ψ *Aut.*—16 S *illum:* H *illud.*

CAP. XXXVI. 17 Gulielm. conjecit *sufflatius.*—18 Barb. *qua poss.*—19 *Incita* Pal. 9. Barb. Ms. Vict. et Ms. Lamb. cum Grut. In Pal. 3. 4. 5. deest.—20 Ante *afflicto* C H S T χ addunt *et.* Mox, in C et χ *præteritis.*—1 ψ et edd. nonnullæ *solicitata:* Franc. *solicitata ac suspensa.*—2 In χ deest *si.* —3 Edd. ante Lamb. *dissidium.* Tum, C S χ *solicitudinem.* Postea, C *amantissimi.*—4 C H S T *rempublicam.* Dein, *concedere* T, Pal. 1. 9. Ms. Vict. Ms. Car. Steph. Mss. Lambini: *condere* C H S χ, Barb. Mss. Ursini et edd. ante Lamb. *occedere* maluit Gulielm. Pro *unius* C H S T χ, Barb. et edd.

NOTÆ

[k] *Duplicata gloria*] Gloria ejus, 1. fuit cum Catilinæ conjurationem oppressit: 2. cum Clodio cessit, ne respublica perturbaretur, si quid ei restitisset.

[1] *Duce tribuno, &c.*] Consulibus Pisone et Gabinio, tribunus erat Pub. Clodius.

centem posse a vivis [5] viris fortibus excitari; si una cum bonis interiissem, nullo modo posse recreari. 97. Accepi, pontifices, magnum atque incredibilem dolorem: non nego: neque istam mihi ascisco sapientiam,[m] quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto esse atque afflicto loquebantur. An ego poteram, cum a tot rerum tanta varietate [6] divellerer (quas idcirco prætereo, quod ne nunc quidem sine fletu commemorare possum), inficiari me esse hominem, et communem naturæ sensum repudiare? Tum vero neque illud meum factum laudabile, nec [7] beneficium ullum a me in rempublicam [8] profectum dicerem, si quidem ea reipublicæ causa reliquissem, quibus æquo animo carerem: eamque animi duritiam, sicut corporis, quod, cum uritur, non sentit, stuporem potius, quam virtutem putarem. XXXVII. 98. Suscipere tantos animi dolores, atque ea, quæ capta urbe, accidunt victis, stante urbe, unum [9] perpeti, et jam se videre distrahi a complexu suorum, disturbari [10] tecta, diripi fortunas, patriæ denique causa [11] patriam ipsam amittere, spoliari populi Romani beneficiis amplissimis, præcipitari ex altissimo dignitatis gradu, videre prætextatos [12] inimicos,[n] nondum morte complorata, arbitria petentes [13] funeris;[o] hæc omnia subire conservandorum civium causa, atque ita, ut [14] dolenter ab-

vett. *meo;* Gryph. 1550. *meo unius*, prob. Garaton.—5 In T deest *vivis.*—6 Ern. conjecit *suavitate* vel *caritate* legend.—7 Lamb. *neque.*—8 C T *rep.* Franc. *republica.* Tum, T *confectum.*

CAP. XXXVII. 9 Rom. Ven. 1480. 1483. *virum.*—10 C H S χ *disturbare.*—11 Pro *causa* C H S χ *eam.*—12 H S T χ ψ, Franc. omnes Pall. et Ms. Vict. *prætextos.*—13 *Parentes* C H S χ: *parentis* Dresd.—14 Pro *ut* C *tu;* H S χ *tum;* Dresd. et al. *cum;* Franc. *ut cum;* ed. 1472. *tamen.* Pro *absis* χ et

NOTÆ

[m] *Ascisco sapientiam*] Indolentiam Stoicorum intelligit.

[n] *Prætextatos inimicos*] Prætextatos inimicos dicit, quia magistratus gerebant quorum prætexta insigne fuit.

[o] *Arbitria funeris*] Per arbitria funeris pœnas lethales intelligit: nam vox hæc 'arbitrium' usurpabatur etiam in funeribus pro mercede libitinariorum, vespillonum, pollinctorum, et eorum omnium qui funera curabant.

sis, non tam sapiens, quam ii,[p] qui nihil curant, sed tam amans tuorum ac tui, quam communis humanitas postulat;[15] ea laus præclara atque divina. Nam, qui ea, quæ nunquam cara ac jucunda duxit, animo æquo reipublicæ causa deserit, nullam benevolentiam insignem in rempublicam[16] declarat: [*p.* 233.] qui autem ea relinquit, reipublicæ causa, a quibus cum summo dolore divellitur, ei patria cara est; cujus salutem[q] caritati[17] anteponit suorum. 99. Quare, disrumpatur licet ista furia,[r] [atque] audiat hæc ex me, quoniam lacessivit. Bis servavi,[18] ut consul togatus[s] armatos vicerim, privatus[t] consulibus[19] armatis cesserim. Utriusque temporis fructum tuli[20] maximum; superioris, quod[1] ex senatus auctoritate, et senatum, et omnes bonos, meæ salutis causa, mutata veste vidi; posterioris, quod et senatus, et populus Romanus, et omnes mortales, et privatim et publice judicarunt, sine meo reditu rempublicam salvam esse non posse.

100. Sed hic meus reditus, pontifices, vestro[2] judicio

Dresd. *assis;* C *adsis.*—15 ψ *postulabat.* Edd. pleræque ante Grut. *præcl. ac div.* Lamb. *præcl. est ac div.*—16 C *in rep.*—17 C χ *caritatem.*—18 Lamb. (nisi quod hic *dirumpatur*), Oliv. Beck. et Orell. *Quare rempublicam* (*disrumpatur . . . lacessivit*) *bis servavi, &c.* Schutz. *Quare* (*disrumpatur . . . lacessivit*) *rempublicam bis servavi.* Ernesto *atque* suspectum est. In χ pro *atque* legitur *at:* præterea S χ *dirumpatur.* Garaton. conjecit legend. *Quare dirumpatur licet, audiat hæc ex me ista furia, quoniam lacessivit. Remp. bis servavi, qui consul tog. &c.*—19 ψ *consul.* Lamb. h. l. ita dedit, *et cum consul tog. arm. vici, et cum priv. cons. arm. cessi.*—20 Franc. *retuli.*—1 Pro *quod* ed. Wald. habet *quidem.* In Franc. 1. deest.—2 Pro *vestro* χ habet *non.* Mox, Franc. 1. *in*

NOTÆ

[p] *Ut dolenter absis, non tam sapiens quam ii*] Dicit Cicero se multa laude dignum esse, quod abfuerit cum suo suorumque dolore, non ut ii philosophi qui nihil rerum humanarum curant, quales sunt Stoici; se autem omnia amplexum fuisse in quibus agebatur de reipublicæ salute.

[q] *Cujus salutem*] Discessit Cicero in exilium reipublicæ causa, ne si armis se defenderet contra Clodium, rempub. in discrimen adduceret.

[r] *Disrumpatur ista furia*] Furiam Clodium appellat, quo invito ostendit non minus gloriosum sibi fuisse reditum suum, quam victoriam de Catilinæ conjuratione reportatam.

[s] *Consul togatus*] Cicero togatus, et versatus semper in foro, Catilinam vicit, et illius socios conjurationis.

[t] *Privatus*] Clodio et coss. eundo in exilium cessit privatus, quia tunc nullum magistratum gerebat.

continetur. Nam, si vos me in meis ædibus collocatis, (id quod in omni mea causa semper studiis, consiliis,[3] auctoritatibus, sententiisque fecistis) video me plane ac sentio restitutum. Sin mea domus non modo mihi non redditur, sed etiam monumentum præbet[4] inimico doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis; quis erit, qui hunc reditum potius, quam pœnam sempiternam putet? In conspectu præterea totius urbis[5][u] domus est mea, pontifices: in qua si manet illud, non monumentum [urbis], sed sepulcrum, inimico[6] nomine[m] inscriptum; demigrandum potius aliquo est, quam habitandum in ea urbe, in qua tropæa[x] et de me et de republica videam constituta. XXXVIII. 101. An ego tantam aut animi duritiem[7] habere, aut oculorum impudentiam[y] possim, ut, cujus urbis servatorem me esse senatus omnium assensu toties judicarit, in ea possim intueri domum meam eversam, non ab inimico meo, sed ab hoste communi,[8] et ab eodem exstructam et positam in oculis civitatis,[n] ne unquam conquiescere[9] possit fletus bonorum? Sp. Melii,[10][z] regnum appetentis, domus est

[m] *Verbis inimici.* [n] *Conspectu omnium.*

meis sedibus.—3 In C H S χ ψ deest *consiliis.*—4 C *probet.*—5 Verbum *urbis* suspectum est Ernesto.—6 Lamb. *inimici.* Tum, alii *scriptum.*

Cap. xxxviii. 7 C H T et Lamb. *duritiam.*—8 Pro *communi* χ *criminum.* Ante *exstructam* Lamb. et Oliv. addiderunt *ædem.* Pantagathus conjecit legend. *exstructam sepulturam.* Quidam ap. Ern. conjecit *domum exstructam.* In T *destructam.*—9 χ *nunquam,* et Dresd. *exquiescere.*—10 C χ *Sp. Malii:* ed.

NOTÆ

[u] *In conspectu totius urbis*] In Palatio sita erat domus Ciceronis.

[x] *Tropæa*] Tropæum monumentum dixerunt, nunc marmoreum, nunc æneum cum inscriptione, et titulis ævo perpetuo duraturis. Interdum si materia non suppetebat, lapides in ingentem cumulum aggerendo, vel arborem ingentem excisis ramis, ibidemque hostium spolia statuendo, in memoriam posteritatis, bonis et fortibus viris pro tropæis erigebant. Vide Alex. ab Alex. Genial. Dier. I. 21.

[y] *Oculorum impudentiam*] Oculi signa sunt pudoris.

[z] *Sp. Melii*] Melius ille interfectus est a Servilio Ahala, cum in penuria frumenti largitiones fecisset populo: ejus domus diruta est, et publicata bona.

complanata.[o] Ecquid[11] aliud? æquum accidisse Melio populus Romanus[12] judicavit:[p] nomine ipso Æquimelii,[a] stultitia pœna[13] comprobata est. Sp. Cassii[b] domus ob eandem causam[14] eversa: atque in eodem loco ædes posita Telluris. In Vacci[15] pratis domus fuit M. Vacci,[c] quæ publicata est et eversa, ut illius facinus memoria et nomine loci notaretur. M. Manlius,[16] cum ab ascensu Capitolii Gallorum impetum repulisset,[d] non fuit contentus beneficii sui gloria: regnum appetisse est judicatus: ergo ejus domum eversam duobus lucis[17] convestitam videtis. Quam igitur majores nostri[e] sceleratis ac nefariis civibus maximam pœnam constitui posse arbitrati sunt; eandem ego subibo ac sustinebo, ut apud posteros nostros non exstinctor conjurationis et sceleris, sed auctor et dux fuisse videar?[18] 102. Hanc vero, pontifices, labem[q] turpitudi-

[o] *Æquata solo.*
[p] *Populus judicavit tractatum fuisse pro merito.*
[q] *Notam.*

Wald. *Sp. Metelli.* Al. *Mælii . . . Mælio . . . Æquimelii.*—11 C H S *et quid.* In Franc. *et si quid aliud æqui accidisse:* Dresd. et ed. Wald. *et quid aliud æquum accidisse.*—12 C χ ψ *populus R. Mallio:* Barb. et Mss. Lambini *populus R. Melio.*—13 Lambinus dedit *Ecquid aliud* (omisso *æquum*) *accidisse . . . judicavit? nomine . . . stultitiæ pœna.* Schutz. quoque recepit *stultitiæ.* Lallem. e conjectura Grævii recepit *Æquimelii Melii pœna compr. est:* et Beck. de sententia Marclandi *Ecquid aliud? æq. . . . judicavit nomine ipso Æquimælii; stultitia pœna compr. est.* Garaton. conjecit legend. *Sp. Melii oppetentis domus est compl.; æq. accid. Melio populus Romanus jud.: nomine ipso Æquimelii pœna compr. est.* Vid. Nott. Varr.—14 Ms. Lamb. *Sp. Cassio,* et C H S χ *ob eam causam.*—15 χ *Vacti:* ita etiam paulo post C χ ψ. Pro *pratis* C *patris.*—16 Al. *Manilius.*—17 C H T χ, Franc. Dresd. ed. 1472. *locis.*—18 C

NOTÆ

[a] *Æquimelii*] Complanatio illa ubi Melii domus sita erat, postea Æquimelium dictum est.

[b] *Sp. Cassii*] Spurius Cassius ter consul fuit; verum cum in suspicionem regni affectandi venisset, de rupe Tarpeia dejectus est A. U. C. 282. Liv. lib. II.

[c] *M. Vacci*] M. Vaccus, Fundanorum dux, contra Romanos pugnavit: ejus ædes in Palatio dirutæ sunt, et prata Vacci appellatæ.

[d] *Repulisset*] A. U. C. 369. ut Livius lib. VI. refert, Manlius repulit Gallos qui, incensa urbe, in Capitolium irrumpebant. Verum cum in suspicionem regni affectandi venisset, e Capitolio præceps datus est.

[e] *Quam igitur majores nostri*] Ostendit quam indignum sit, ut qui rempublicam conservavit, eadem infamia, spoliatus domo, notetur, qua notati sunt a majoribus, qui eam perdere conati sunt.

nis et inconstantiæ poterit populi Romani dignitas sustinere, vivo senatu, vobis[19] principibus publici consilii, ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Fulvii Flacci,[20] [f] ad memoriam pœnæ publice constitutæ conjuncta esse videatur? M. Flaccus, quia cum C. Graccho contra salutem reipublicæ fecerat, et senatus sententia est interfectus, et[1] ejus domus eversa et publicata est; in qua[2] porticum post aliquanto Q. Catulus[g] de manubiis[h] Cimbricis fecit. Ista autem fax[i] ac furia patriæ, cum urbem, Pisone et Gabinio ducibus, cepisset,[3] occupasset, teneret, uno eodemque tempore et clarissimi viri mortui monumenta delebat, et meam domum cum M.[4] Flacci domo conjungebat: ut, qua pœna senatus affecerat eversorem civitatis, eadem iste, oppresso senatu, afficeret eum, quem patres conscripti custodem patriæ judicassent. XXXIX. 103. Hanc vero in Palatio atque in pulcherrimo urbis loco porticum esse patiemini, furoris tribunicii, sceleris consularis, crudelitatis conjuratorum, calamitatis reipublicæ, doloris mei defixum[r] indicium[5] ad memoriam omnium gentium sempiternam? [p. 234.] quam porticum pro amore,[6] quem habetis in rempublicam, et semper habuistis, non modo sententiis, sed, si opus esset, manibus vestris disturbare cuperetis;

[r] *Stabilitum.*

videatur.—19 T et Ms. Lamb. *nobis:* χ *vivis.*—20 Lamb. *Fulvii et Flacci.* Mox, ψ *publicæ.*—1 Particulas *et* ante *senatus* atque ante *ejus* delevit Lamb. Pro *ejus* in χ *cujus.*—2 Pro *in qua* Beck. legi mavult *in cujus area.* —3 Pro *ducibus* χ *consulibus,* et pro *cepisset* Franc. Dresd. *confecisset;* ed. 1472. *fecisset.*—4 Prænomen omittunt Franc. Barb. Ms. Steph. et Ms. Lamb.

CAP. XXXIX. 5 C χ *judicium.*—6 In marg. ed. Lamb. conjicitur *pro eo*

NOTÆ

[f] *Flacci*] Fuit ille M. Flaccus, qui cum Graccho, Tiberii fratre, a L. Opimio consule interfectus est A. U. C. 632. Lege Plut. in Gracch.

[g] *Q. Catulus*] A. U. C. 652. Q. Lutatius Catulus proconsul cum Mario Cimbros vicit.

[h] *De manubiis*] Manubiæ sunt spolia quæ ab hostium manibus ablata sunt.

[i] *Ista autem fax*] Clodius fax ab Cicerone dicitur, quia rempublicam perdebat.

nisi quem forte illius castissimi sacerdotis[k] superstitiosa dedicatio deterret.[7]

104. O rem, quam homines soluti ridere[8] non desinant; tristiores autem sine maximo dolore audire non possint![9] Publiusne Clodius, qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is[10] in meam intulit? hunccin' vos,[11] qui estis antistites cærimoniarum et sacrorum, auctorem habetis et magistrum publicæ religionis? O Dii immortales! (vos enim hæc audire cupio) P. Clodius vestra sacra curat? vestrum numen horret? res omnes humanas religione vestra contineri putat? Hic non illudit auctoritati horum[12] omnium, qui adsunt, summorum virorum? non vestra, pontifices, gravitate abutitur? Ex isto ore, religionis verbum excidere aut elabi potest? quam[13] tu eodem ore, accusando senatum, quod severe de religione decerneret,[l] impurissime teterrimeque violasti.[14] XL. 105. Aspicite, aspicite,[15] pontifices, hominem religiosum, et, si vobis videtur, (quod est bonorum pontificum) monete eum, modum quendam esse religionis: nimium esse superstitiosum[16] [m]

amore.—7 T *deterreret.*—8 *Soluti et cura liberati rid.* Franc. Dresd. *soluti, a cura liberati, rid.* edd. ante Grut. qui auctoritate Pal. 9. et Gembl. delevit verba *a cura liberati.* Pro *soluti* in C H S *a cura liberati;* T χ ψ *soluti a cura.* Lamb. edidit *homines cura soluti ac liberati;* et in marg. legitur, ' Al. *homines soluti a cura et liberati.*' Mox, H S χ ψ, Barb. et ed. Hervag. *desinunt.*—9 H ψ, Franc. Dresd. Barb. ed. Hervag. *possunt.*—10 In Ms. Car. Steph. deest *is.* —11 *Hunc, inquam, in vos* C T χ: *hunc, inquam, vos* H S, Franc. Dresd. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. *hunc vos* Ms. Car. Steph. *hunc, inquam, etiam vos* Lamb. *hunccine vos* alii.—12 C *eorum.*—13 *Quam* Lamb. Wolf. Beck. et Orell. *quum* ceteri.—14 Post *violasti* Lambinus interrog. notam posuit.

CAP. XL. 15 *Aspicite* semel tantum legitur in T, Ms. Lamb. et Ms. Car. Steph.—16 Verba *nimium esse superstitiosum* suspecta fuerunt Lambino.—

NOTÆ

[k] *Castissimi sacerdotis*] Acerba in Clodium ironia, qui habitu muliebri in domum Cæsaris, pontificis maximi, in qua mulieres pro populo faciebant, libidinis causa ingressus est.

[l] *Quod severe de religione decerneret*] Quando Clodius de incestu accusatus est, spe corrumpendi judicii obtinuit, annitente M. Pupio consule, ne ea de re senatus judicaret.

[m] *Superstitiosum*] Ridet et pungit Clodium ironice, quem superstitiosum nimis esse ait, id est religiosum, et cupidum videndi, quæ viris videre non licet.

non oportere. Quid tibi necesse fuit anili[17] superstitione,[n] homo fanatice,[o] sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisere? quæ[18] autem te tanta mentis imbecillitas tenuit, ut non putares, Deos satis posse placari, nisi etiam muliebribus[19] religionibus[p] te implicuisses? quem unquam audisti majorum tuorum, qui et sacra privata coluerunt, et publicis sacerdotiis præfuerunt, cum sacrificium Bonæ Deæ fieret, interfuisse? neminem, ne illum quidem,[20] qui cæcus est factus.[1] [q] Ex quo intelligitur, multa in vita falso homines opinari; cum ille, qui nihil viderat[2] sciens quod nefas esset, lumina amisit;[3] istius, qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio et stupro polluit cærimonias, pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conversa.[4] Hoc auctore tam casto, tam religioso, tam sancto, tam pio, potestis, pontifices, non commoveri, cum suis dicat se manibus domum civis optimi evertisse, et eam iisdem manibus consecrasse?

106. Quæ tua fuit consecratio?[r] Tuleram, inquit, ut

17 Franc. *an illa:* ed. 1472. *an illi.*—18 T *An quæ.* In C H S T χ *te* deest. Dein, T *tantæ.*—19 Pro *muliebribus* T *vulneribus.*—20 In H deest *quidem.*—1 Nonnullæ edd. vett. *factus est.*—2 Sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. *videret.*—3 Marclandus conjecit *amiserit* legend. Wolf. legi mavult *si quidem . . . amiserit.*—4 Dresd. *stupro ad cæcitatem ment. est conversa;* Franc. 1. et ed. 1472. *stupro ad cæcitatem ment. est conversus,* omissis verbis interjectis.—

NOTÆ

[n] *Anili superstitione*] Iterum significat Clodii ingressum in opertum Bonæ Deæ.

[o] *Fanatice*] Fanatici proprie sacerdotes sunt, qui furore correpti in fanis oracula fundebant. Ii porro furore illo affecti caput jactare, et comas excutientes rotare solebant, ut ait Fabius II. 3. ex quo qui atræ bilis abundantia caput jactant, fanatici quoque appellantur ab Ulpiano.

[p] *Muliebribus religionibus*] Per muliebres religiones ea intelligit sacrificia quæ a solis mulieribus Bonæ Deæ de nocte fiebant. Incestum Clodii impium profert.

[q] *Qui cæcus est factus*] Appius Claudius, licet præ senectute oculis orbatus esset, tamen senatus principatum tenuit, et cum Pyrrho pacem dissuasit. Livius ait lib. IX. ira Deorum excæcatum esse.

[r] *Consecratio*] Consecratio sine aræ aut signi dedicatione, et a tribunis plebis capite velato, concione advocata, adhibito tibicine, foculo posito in rostris, fiebat. Dedicatio vero nec sine templo, vel ara, vel signo adhibito, nec sine universo pontificum collegio, uno eorum postem tenente,

mihi liceret.[s] Quid? non exceperas,[5] ut, si quod jus non esset rogare,[t] ne esset rogatum?[6] Jus igitur statuetis[u] esse, uniuscujusque vestrum sedes, aras, focos, Deos penates subjectos[7] esse libidini tribuniciæ? in quem quisque per homines concitatos irruerit, quem impetu[8] perculerit, hujus domum non solum affligere, (quod est præsentis insaniæ,[9] quasi tempestatis repentinæ) sed etiam in posterum tempus religione sempiterna[10] obligare? XLI. 107. Equidem sic accepi, pontifices, in religionibus suscipiendis, caput esse, interpretari, quæ voluntas Deorum immortalium esse videatur: nec est ulla erga Deos pietas, nisi[11] honesta de numine eorum ac mente opinio, cum expeti nihil ab iis, quod sit injustum atque inhonestum,[12] arbitrere. Hominem invenire ista labes tum, cum omnia tenebat, neminem potuit, cui meas ædes[13] addiceret, cui traderet, cui donaret: ipse[14] cum loci illius, cum ædium cupiditate flagraret, ob eamque causam unam, una justa illa rogatione[15] sua vir bonus dominum se in meis bonis esse[16] vo-

5 Edd. nonnullæ, teste Grævio, *Quid nam exc.?* al. *Quid non exc.* ed. 1472. *Quid non expectas?* Mox, pro *quod* C habet *quiem* cum asterisco; H χ ψ *quem;* T, Dresd. Barb. *quis;* Lamb. Wolf. Beck. et Orell. *quid.* In T, Dresd. Barb. deest *ut.*—6 Ms. Car. Steph. *nec esset,* et H *rogatus.* Pro *Jus* C χ habent *His.*—7 χ, Dresd. Franc. ed. 1472. *sublatos.*—8 C H S *impetum.* Tum, H S T χ *pertulerit.*—9 Lamb. e conjectura dedit *infamiæ.*—10 Junt. Lamb. *semp. relig.*

Cap. XLI. 11 Pro *nisi* C χ exhibent *si.* Ante *de numine* χ addit *et.*—12 *Inj. aut inh.* C T, Barb. ed. Hervag. *inj. ac inh.* H et edd. vett. Dein, *arbitrari* H: *arbitrare* C S χ ψ, Barb. et edd. ante Naug.—13 C *meas sedes:* Hervag. Manut. Lamb. *ædes meas:* ed. Rom. Ven. 1483. Naug. *sedes meas.* In Barb. et Ven. 1480. deest *ædes.*—14 C H S χ ψ omittunt *ipse.* Mox, in C H S χ, Franc. ed. Rom. Ven. 1483. legitur *tum ædium.*—15 ‘ *Una justa illa rog.*]

NOTÆ

et prisca et solennia verba dicente, fiebat.

[s] *Ut mihi liceret*] Per dialogismum narrat Clodium tulisse, ut Ciceronis domus consecraretur; id est, addiceretur numini alicui, et obligatione sempiterna obligaretur.

[t] *Si quod jus non esset rogare, &c.*] Debuisset etiam ferre Clodius, ut, si nullum esset jus legitimum consecrandi meam domum, hæc consecratio nulla foret.

[u] *Jus igitur statuetis*] Ostendit a consequentibus quam furiosa futura sit tribunicia potestas, si ei semel consecrandi domum facultas concedatur.

liusset; tamen illo ipso in furore suo non est ausus meam domum, cujus cupiditate inflammatus erat, possidere. [*p.* 235.] Deos immortales existimatis, cujus labore et consilio sua ipsi templa tenuerunt, in ejus domum afflictam et eversam per unius hominis[17] sceleratissimi nefarium latrocinium, immigrare voluisse?[x] 108. Civis est nemo in tanto populo,[18] extra[s] contaminatam illam et cruentam P. Clodii manum, qui rem ullam de meis bonis attigerit, qui non pro suis opibus in illa tempestate[19] defenderit: at, qui aliqua se contagione prædæ, societatis, emtionis, contaminaverunt, nullius neque privati neque publici judicii pœnam effugere potuerunt. Ex his igitur bonis, quorum nemo[20] rem ullam attigit, qui non omnium judicio sceleratissimus haberetur, Dii immortales domum meam concupiverunt? Ista tua pulchra[y] Libertas Deos penates et[1] familiares meos lares expulit, ut a te ipsa,[z] tanquam in captivis sedibus, collocaretur?[2] 109. Quid est sanctius,[a] quid omni religione munitius, quam domus uniuscujusque civium? hic aræ sunt, hic foci, hic Dii penates, hic sacra,[3] religiones, cærimoniæ, continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde abripi[4] neminem fas sit. XLII. Quo

[s] *Præter.*

Hoc vitiosum esse nemo dubitet. Lambinus corrigit *universa illa rog.* nullo sensu: Gruterus *ista illa rog.* deleto *una*: non melius. Quid si *injusta illa rog.?*' Ern. In C H S χ ψ deest *sua.*—16 C non habet *esse.* Tum, in H et S legitur *voluit.* Paulo post, in χ deest *suo.*—17 Gruter. e Pal. 9. et Ms. Vict. dedit *per vim hominis.* Ern. conjecit *per istius hominis* legend.—18 Junt. Lamb. *tanto in pop.*—19 C H S T χ, Barb. *illam tempestatem;* unde Garaton. conjecit *in illa me temp.* Dein, H S *defenderet:* ψ *defenderim.*—20 Ms. Car. Steph. *quibus nemo:* Ms. Lamb. *ex quibus nemo.*—1 Dresd. copulam omittit. —2 *Ut te ipsa . . . collocaret* Pal. 9. Ms. Vict. Lamb. et Gruter. Pro *ipsa* in T est *ipso.* Pro *captivis* idem Ms. *capitis.* Tum, Dresd. *collocaverunt.* Nonnulli ap. Lamb. legi jusserunt *in capt. ædibus.*—3 C H S T χ *sacræ.* Edd. ante Lamb. *sacræ religionis cerimoniæ.*—4 C T ψ *arripi.*

NOTÆ

[x] *Immigrare voluisse*] Docet Deam Libertatem non venire per latrocinium in ejus ædes eversas, qui libertatem in hac urbe conservavit.

[y] *Ista tua pulchra*] Ironia.

[z] *Ut a te ipsa*] Optabat Clodius hanc habere Ciceronis domum.

[a] *Quid est sanctius*] Dicitur illud sanctum, quod est inviolabile, et religione sancitum ac munitum.

magis est furor istius [5] ab auribus vestris repellendus, qui, quæ majores nostri religionibus tuta nobis et sancta esse voluerunt, ea iste [6] non solum contra religionem labefactavit, sed etiam ipsius religionis nomine evertit.

110. At quæ Dea est? Bonam esse oportet,[b] quandoquidem [7] est abs te dedicata. Libertas, inquit, est.[8] Eam tu igitur domi meæ collocasti, quam ex urbe tota sustulisti? Tu, cum collegas [9] tuos, summa potestate præditos, negares liberos [c] esse; cum in templum Castoris aditus [d] esset apertus nemini; cum hunc [e] clarissimum virum, summo genere natum, summis populi beneficiis usum, pontificem, et consularem, et singulari bonitate et modestia [10] præditum, (quem satis mirari, quibus oculis aspicere audeas, non queo [11]) audiente populo Romano, a pedissequis conculcari juberes; cum indemnatum [12] [f] exturbares, privilegiis tyrannicis irrogatis; cum principem [g] orbis terræ virum,[13] inclusum domi contineres; cum forum armatis ca-

CAP. XLII. 5 A Franc. Dresd. et ed. 1472. abest *istius*. Mox, C χ *nostris*.—6 Nonnulli, teste Lamb. omittunt *iste*. Mox, in Dresd. deest *ipsius*.—7 *Quoniam quidem* χ, Franc. Barb. Guelf. et edd. vett. quædam: *quin quidem* Dresd. *quæ quidem* conjecit Grævius. In C H χ *est* omittitur.—8 *Est* omittunt C H S T χ, Franc. Dresd. Barb. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. Beck. et Orell. Verba *Eam . . . sustulisti* in Dresd. desunt.—9 *Tecum colligas* χ: *Tum, cum collegas* Dresd. Mox, C χ *negaret*.—10 *Bonitate ejusdem et mod.* Dresd. Barb. ed. 1472. *bonitate eidem et mod.* χ: *bonitate eundem et mod.* Franc.—11 Edd. pleræque ante Lamb. *quem, quibus oculis aspicere audeas, satis mirari non queo*. Pro *audiente* χ habet *audire*; et pro *a pedissequis* Dresd. *impedisse quis*.—12 T *indamnatum*: H *in dominatus*.—13 Franc. *terrarum*, omisso *virum*, prob. Grævio. Mox, in C deest *forum*.—

NOTÆ

[b] *Bonam esse oportet*] Alludit ad Bonam Deam, cujus incestu sacra Clodius violaverat: hincque ei conciliat odium ex repugnantibus: nam libertatem sublatam probat signorum frequentatione.

[c] *Negares liberos*] Cum intercederent ejus collegæ pro reditu Ciceronis, eos esse liberos negavit, adeoque hanc intercedendi potestatem non habuisse.

[d] *In templum Castoris aditus*] Clodius in hoc templo tulit legem contra Ciceronem, qui, ne impediretur, gradus abstulit, ne cui in illud pateret aditus.

[e] *Hunc*] Lucullum intelligit.

[f] *Indemnatum*] Ciceronem significat, qui indemnatus pulsus est in exilium.

[g] *Cum principem*] De Pompeio loquitur, qui cum deprehendisset se a sicario a Clodio immisso appetitum esse, coactus est abstinere a publico.

tervis perditorum hominum possideres;[14] Libertatis simulacrum in ea domo[15] collocabas, quæ domus erat ipsa indicio[t] tui crudelissimi dominatus, et miserrimæ populi Romani servitutis? 111. Eumne potissimum Libertas domo sua[16] debuit pellere, qui nisi fuisset, in servorum potestatem civitas tota venisset? XLIII. At unde inventa[17] est ista Libertas? quæsivi enim diligenter. Tanagræa[h] quædam meretrix fuisse dicitur: ejus non longe a Tanagris simulacrum e marmore in sepulcro positum fuit. Hoc quidam homo nobilis,[i] non alienus ab hoc religioso Libertatis sacerdote, ad ornatum ædilitatis suæ deportavit: etenim cogitarat omnes superiores muneris splendore superare. Itaque omnia signa, tabulas,[18] ornamentorum quod superfuit in[19] fanis, et communibus locis, tota e Græcia, atque insulis omnibus, honoris populi Romani causa,[20][k] sane frugaliter[l] domum suam deportavit. 112. Is posteaquam intellexit, posse se, interversa[u][1] ædilitate, a L. Pisone consule prætorem renuntiari, si modo eadem prima[2]

[t] *Nota.* [u] *Subtracta.*

14 Græviis legi mavult *obsideres.*—15 H S *in hac domo.*—16 Franc. *sua domo.* Tum, C T χ, Dresd. *depellere.* Paulo post, C χ et Dresd. *potestate.*

CAP. XLIII. 17 *Inventa* non est in S. Mox, C *diligentes.* Pro *Tanagræa* Dresd. habet *tam grata.*—18 H et S *tabularum.*—19 Dresd. præpositionem omittit. In T et ed. Wald. legitur *infamibus.* Mox, *locis* omittunt S χ, Pal. 9. et Ms. Vict. prob. Grutero. In Franc. legitur *et locis omnibus.* Tum, C T χ *in tota Græcia.* H S præpositionem omittunt. Denique, Lamb. *atque ex insulis.*—20 In Dresd. deest *causa.*—1 Ern. conjecit *intermissa* legend. Pro *ædilitate* χ *utilitate;* et pro verbis *a L. Pisone* C H S χ ψ *Alpis se.* Post *consule* H S addunt *posse.* In S deest *prætorem*, spatio relicto. Denique, C T χ exhibent *renuntiare.*—2 Dresd. *si modo eam prima litera comp. hab. aliquam.*

NOTÆ

[h] *Tanagræa*] Tanagra, seu Tanagris, urbs fuit Bœotiæ. In illa civitate fuit quædam insignis meretrix, cujus statua a Clodio pro Bona Dea, sive Libertate, consecrata fuit.

[i] *Homo nobilis*] Appium Clodii fratrem, hic joco Libertatis sacerdotem appellat.

[k] *Honoris populi Romani causa*] Prima vice qua ædiles ludos dabant, asportari curabant res pretiosissimas e toto orbe, et ex eis præcipue provinciis, in quas aut legati aut quæstores profecti fuerant, ut eas populo exhiberent.

[l] *Sane frugaliter*] Ironice furta Clodii carpit.

litera[m] competitorem habuisset aliquem; ædilitatem[n] duobus in locis, partim in arca,[o] partim in hortis suis collocavit: signum de busto[p] meretricis ablatum isti dedit, quod esset signum magis istorum,[3] quam publicæ libertatis. Hanc Deam quisquam violare audeat, imaginem[4] meretricis, ornamentum sepulcri, a fure sublatam, a sacrilego collocatam? hæc me domo mea pellet? [*p.* 236.] hæc, ultrix[5] afflictæ civitatis, reipublicæs poliis ornabitur? hæc erit in eo monumento, quod positum est, ut esset indicium[6] oppressi senatus ad memoriam sempiternam[7] turpitudinis? 113. O Q. Catule,[q] (patremne appellem,[8] an filium? recen-

In C H S T χ quoque legitur *aliquam*. Pantagathus conjecit *si modo eadem præmaturitate comp.* Schottus Nod. Cic. I. 18. præposuit, *eadem prima lege*, aut *eadem prima licentia*, aut *si modo ea ademta alterum comp. hab. al.* aut *si modo eadem prætura comp. hab. al.*—3 Lamb. e conjectura *istorum sceleris*: Marclandus legi maluit *istorum licentiæ*.—4 C H S T χ *et imag.*—5 Ern. et Garaton. *victrix* maluerunt.—6 In C S χ *judicium*.—7 Pal. 9. Ms. Vict. et Ms. Car. Steph. *sempiternæ*. Lamb. edidit *turp. sempiternam*.—8 Grævius e Franc.

NOTÆ

[m] *Eadem prima litera*] Id est, si in ædilitate sua competitorem habuisset. Narrat Cicero, hunc nobilem hominem non alienum a Pub. Clodio intellexisse se posse prætorem a L. Pisone consule renuntiari, 'si modo,' inquit, 'eadem prima litera aliquem competitorem habuisset.' Porro appellat Cicero eadem prima litera competitorem, qui ejusdem est prænominis cum Pisone consule, id est, qui Lucius vocatur, quod prænomen prima tantum litera L vulgo scribebatur. Itaque recte dicit Cicero, appellatque eadem cum Pisone consule prima litera competitorem, qui non minus quam Piso, Lucius dicebatur, atque eadem prima litera L designabatur. Dum autem ait se posse prætorem a Pisone renuntiari, si Lucium competitorem habuerit aliquem, ludit scilicet Tullius in hac varia hujus prænominis Lucii acceptione, et data occasione Pisonem consulem hostem suum carpit et notat. 'Lucius' igitur dicebatur homo vilis et improbus, ut patet ex Tertulliano Apol. cap. 3. Dicit igitur Cicero, illum nobilem virum potuisse a Lucio Pisone prætorem renuntiari, si modo Lucium aliquem, hoc est vilem et improbum, non minus quam erat Lucius Piso, competitorem habuisset.

[n] *Ædilitatem*] Per ædilitatem, designat furta quæ in ea patrata sunt a Clodio: nam signa in provinciis ædiles conquirebant, et Romam deportabant ad ludorum ornatum: at hæc postea sibi Clodius retinuit.

[o] *In arca*] Pecuniam furto ablatam in arca sua deposuit, et alia signa in hortis suis, quo essent magnificentiores.

[p] *De busto*] Signum de sepulcro meretricis ablatum dedit Clodio fratri suo. Bustum autem appellat, quia in eodem loco, quo comburebantur corpora, sepeliebantur.

[q] *Q. Catule*] Q. ille Catulus Ciceronem patrem patriæ nominavit.

tior memoria filii est, et cum rebus meis gestis conjunctior) tantumne te fefellit, cum mihi summa et quotidie majora præmia in republica fore putabas? negabas fas esse, duos consules[9] esse in hac civitate inimicos reipublicæ. Duo sunt inventi, qui senatum tribuno furenti constrictum traderent; qui pro me patres conscriptos[r] deprecari, et populo supplices esse, edictis atque imperio vetarent; quibus inspectantibus[10] domus mea disturbaretur, diriperetur; qui denique ambustas fortunarum mearum reliquias suas[11] in domos comportari juberent. 114. Venio nunc ad patrem. Tu, Q. Catule, M. Fulvii domum, cum is fratris tui socer fuisset, monumentum tuarum manubiarum[12] [s] esse voluisti, ut ejus, qui perniciosa reipublicæ consilia cepisset, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Hoc si quis[13] tibi ædificanti illam porticum diceret,[14] fore tempus, cum is tribunus plebis, qui auctoritatem[15] senatus, judicium bonorum omnium neglexisset, tuum monumentum, consulibus non modo inspectantibus, verum adjuvantibus disturbaret, everteret, idque cum ejus civis, qui[16] rempublicam ex senatus auctoritate consul defendisset, domo conjungeret; nonne responderes, id, nisi eversa civitate, accidere non posse?

XLIV. 115. At videte hominis intolerabilem[17] audaciam cum projecta quadam et effrænata cupiditate. Monumen-

dedit *appellemne patrem*. Post *recentior* C H S T χ addunt *enim*.—9 Græv. e Mss. *duo cons.* In H deest *esse*.—10 C H S T χ, Barb. et edd. vett. *spectantibus*.—11 H S, Dresd. Barb. *tuas*. In C H S χ, Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. edd. Rom. Ven. 1483. præpositio deest. Pro *comportari juberent* C H S T χ, Dresd. Ven. 1480. habent *comportarent*.—12 χ *monumentorum*, et C *tuorum manubiorum*.—13 Ed. Rom. *si qui*.—14 Ern. conjecit *dixisset*, et paulo post *respondisses*.—15 Franc. 1. *qui ad auct. &c.* ed. 1472. *qui auct. sen. ad jud. bon.*—16 Verba *civis qui* in Dresd. desunt.

NOTÆ

[r] *Patres conscriptos*] Totus senatus intercedebat apud populum pro iis qui injuste a populo damnabantur; ac tum qui intercedebant, patres conscripti dicebantur.

[s] *Manubiarum*] De his jam dictum orat. I. in Verr. § 154. not.

tum iste nunquam aut religionem ullam excogitavit:[18] habitare laxe[19] et magnifice voluit, duasque et magnas et nobiles domos conjungere. Eodem puncto temporis, quo meus discessus isti causam cædis eripuit, a Q. Seio[20][t] contendit, ut sibi domum venderet: cum ille id negaret, primo se luminibus ejus[1] esse obstructurum minabatur. Affirmabat Postumus,[2] se vivo, illam domum istius nunquam futuram. Acutus adolescens ex ipsius sermone intellexit, quid fieri oporteret: hominem veneno apertissime[3] sustulit: emit domum, licitatoribus[4] defatigatis, prope dimidio carius, quam æstimabat.[5] 116. Quorsum igitur hæc oratio pertinet? domus mea illa[6] prope tota vacua est: vix pars ædium mearum decima ad[7] Catuli porticum accessit. Causa[8] fuit ambulatio,[u] et monumentum,[*] et ista[9] Tanagræa,[x] oppressa libertate, Libertas. In Palatio, pulcherrimo prospectu,[10] porticum cum conclavibus[y] pavimentatam tre-

[*] *Ædes sacra.*

CAP. XLIV. 17 χ *intollerabilis.*—18 *Unquam aut rel. ullam excogitavit?* Mss. nonnulli et edd. vett. cum Lallem.—19 Pro *laxe* T habet *late;* et C supra lin. *laxe.*—20 Pro verbis *a Q. Seio* C H S χ, edd. Rom. Brix. Ven. 1480. Med. habent *atque severe;* T *ut quæ sint;* Dresd. et Barb. *quæsivit;* ed. 1472. *ut quæsivit.* Tum, Naug. Oliv. *ut Q. Postumius sibi vend.* Pro verbis *Q. Postumius* C H habent *Vectius;* S, Rom. Brix. Ven. 1480. 1483. Med. *Q. Vesteius.*—1 In ψ deest *ejus.*—2 Nonnullæ edd. vett. cum Oliv. et Lall. *Postumius.* Pantagathus totum locum ita refinxit, *a Q. Seio contendit per Q. Postumium, ut sibi dom. venderet . . . Affirmabat Postumius Seio vivo illam domum, &c.* In Dresd. et Franc. legitur *ullam domum.* Paulo post, C χ *unquam fut.*—3 Dresd. *apparatissime.*—4 *Litigatoribus* Mss. et edd. ante Grut. qui e conjectura Augustini et Pantagathi dedit *licitatoribus* cum edd. seqq. —5 *Existimabat* χ: *extimabat* Franc. et ed. 1472. *æstimabatur* Schutz. e conjectura Garatoni, prob. Orellio.—6 Lamb. e Mss. *domus illa mea.* Pantagathus legi mavult *domus vicina illa.*—7 In Dresd. deest *ad.*—8 Pro *Causa* Ms. Guelf. *cã*, unde Ern. conjecit *ea* legend. Pantagathus legi maluit *Consuta.* —9 χ *ita.*—10 C χ *prospectum:* H *prospectam.* Mox, in C et χ deest *cum.* Tum,

NOTÆ

[t] *A Q. Seio*] Seius ædes continenter habuit: petiit autem ab eo Clodius superbe ut sibi domum venderet; ni faceret, ædificium exstructurum, quo aspectum ejus impediret.

[u] *Causa fuit ambulatio*] Non alia de causa vix decimam domus partem ad porticum Catuli adjecit, quam quia habere voluit ambulationem latam, et templum erigere illi meretrici sub nomine Libertatis.

[x] *Tanagræa*] Id est, meretrix illa, cui, sub nomine Libertatis Deæ, signum erexit.

[y] *Conclavibus*] Conclave locus est secretior in interioribus ædibus.

centum pedum concupierat, amplissimum peristylum;[11] [z] cetera ejusmodi, facile ut omnium domos et laxitate et dignitate superaret. Et homo religiosus, cum ædes meas idem emeret et venderet; tamen illis tantis tenebris[12] non est ausus suum nomen emtioni illi ascribere. Posuit scilicet Scatonem[13] illum, hominem sua virtute egentem,[y] [14] ut is, qui in Marsis,[a] ubi natus est, tectum, quo[15] imbris vitandi causa succederet, nullum haberet, ædes in Palatio nobilissimas emisse se diceret. Inferiorem ædium partem assignavit non suæ genti Fonteiæ,[16] [b] sed Clodiæ, quam reliquit: quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit, nisi aut egestate aut scelere perditus. XLV. Hanc vos, pontifices, tam variam, tam novam[17] in omni genere voluntatem, impudentiam,[18] audaciam, cupiditatem comprobabitis?

117. Pontifex, inquit, affuit.[c] Non te pudet, cum apud pontifices res agatur, pontificem dicere, non collegium[19] pontificum affuisse; præsertim cum[20] tribunus plebis, vel denuntiare potueris, vel etiam cogere?[d] Esto: collegium

[y] *Deditum suis vitiis.*

Dresd. *clavibus.*—11 H et Lamb. *peristylium:* Dresd. *pistillum.*—12 Pantagathus conjecit *tantis in ten.*—13 *Catonem* C H S T χ, ed. Rom. *Stratonem* Gryph. *Statonem* edd. vett. pleræque. In Dresd. et ed. 1472. *posuit esse Catonem.*—14 Lamb. e conjectura dedit *sine virtute, egentem.*—15 C H S T χ, Barb. et edd. omnes ante Lamb. cum Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *quod.*—16 C *Fontoiæ.*

CAP. XLV. 17 T *quam novam.*—18 Gulielm. conjecit *volutatam impudentiam.* Tum, *comprobatis* H S χ ψ, Dresd. *improbatis* C: *approbabitis* ed. 1472.—19 Ms. Car. Steph. *dicere, et non coll.* C H S χ ψ *dicere te, non coll.*

NOTÆ

[z] *Peristylum*] Peristylum locus est ædificatus in amplitudinem multis stylis, sive columnis, suffultus: porticus vero in longitudinem. Porro ista porticus strata lapidibus fuit.

[a] *In Marsis*] Marsi fortissimi sunt Italiæ populi, a Marso, Circes filio, orti; ex qua natione erat ille Scato, cujus nomine ædes illæ emebantur, ne eas sibi emere Clodius videretur.

[b] *Genti Fonteiæ*] In gentem Fonteii adoptatus transierat Clodius.

[c] *Pontifex affuit*] In consecratione domus affuisse pontificem Clodius dicebat; ideoque rite fuisse domum consecratam: sed eam ex hoc capite non recte consecratam fuisse probat Cicero.

[d] *Cogere*] Tribunorum hæc potestas fuit, ut pontificum collegium, captis

non adhibuisti.[1] Quid? de collegio quis tandem affuit? [p. 237.] posuerat enim auctoritatem [e] in uno;[2] quæ est in his omnibus: sed tamen auget et ætas et honos dignitatem. Opus erat etiam [3] scientia; quam etsi omnes consecuti sunt, tamen [4] certe peritiores vetustas facit. 118. Quis ergo affuit? Frater, inquit, uxoris [f] meæ. Si auctoritatem quærimus, etsi id est ætatis,[z] ut nondum [5] consecutus sit; tamen quanta [6] est in adolescente auctoritas, ea, propter tantam conjunctionem affinitatis, minor est putanda. Sin autem scientia est quæsita; quis erat minus peritus, quam is, qui paucis illis diebus in collegium venerat? qui etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti,[g] cum se, fratrem [7] uxoris tuæ, fratri tuo germano antelatum videbat: etsi in eo providisti,[h] ne frater te accusare posset.[8] Hanc tu igitur dedicationem appellas, ad quam non collegium, non honoribus populi Romani ornatum pontificem, non denique adolescentem quenquam,[9] cum haberes in collegio familiarissimos, adhibere potuisti? Affuit is, si modo affuit, quem tu impulisti, soror rogavit, mater coëgit. 119. Videte igitur, pontifices, quid statuatis in mea causa de omnium fortunis. Ergone pontificem [10] putatis, si is pos-

[z] *Ejus ætatis.*

—20 In C deest *cum.*—1 Post *adhibuisti* in χ signum est interrog. et deinde scribitur *Quis.*—2 Verba *in uno* C H S χ omittunt.—3 Pro *etiam* C habet *et.* Mox, pro *etsi,* quod in Ms. Car. Steph. deest, C H ψ habent *si.*—4 Pal. 9. *tamen* omittit, prob. Grutero.—5 H *non solum.*—6 Lamb. *quanta quanta.*—7 C *fratris.* Mox, H et χ *videbit.*—8 Ms. Lamb. *possit.*—9 Post *quenquam* Lambinus addi volebat *scientem.*—10 *Verbone pontifices* Mss. plerique et edd.

NOTÆ

pignoribus, cogere possent certo loco adesse.

[e] *Posuerat enim auctoritatem*] Unus pontifex nihil efficiebat; sed omnes simul agere debebant: at istum non potuisse consecrare probat ab ætate, ab honore, et scientia, quæ in eo desiderabantur, et ad pontificis auctoritatem requiruntur.

[f] *Frater uxoris*] Fulviæ frater, qui unus erat e pontificibus, adhibitus fuit; qui etsi auctoritatem haberet et ætatem, tamen esset rejiciendus propter affinitatem cum Clodio.

[g] *Beneficio recenti*] Minus peritus erat, quia recenti beneficio Clodii ad pontificatum pervenerat.

[h] *Providisti*] Venenum fratri suo paravit Clodius.

tem[i] tenuerit et aliquid dixerit, domum uniuscujusque consecrare posse? At istæ dedicationes, et templorum et delubrorum religiones, ad honorem Deorum immortalium, sine ulla civium calamitate, a majoribus nostris constitutæ sunt. Est inventus[11] tribunus plebis, qui, consularibus copiis instructus, omni impetu furoris in eum civem irruerit, quem perculsum ipsa respublica suis manibus extolleret. XLVI. 120. Quid, si quis similis istius[k] (neque enim jam deerunt, qui imitari velint) aliquem mei dissimilem, cui respublica non tantum debeat, per vim afflixerit, domum ejus per pontificem dedicarit; id, vos ista auctoritate constituetis, ratum esse oportere? Dicetis,[12] quem reperiet pontificem? Quid? et tribunus plebis idem esse non potest pontifex? M. Drusus,[l] ille clarissimus[13] tribunus plebis, pontifex fuit. Ergo, si is Q. Cæpionis, inimici sui, postem[14] ædium tenuisset, et pauca verba fecisset, ædes Cæ-

pr. cum Grut. Oliv. *Ergone pontifices* Mss. pauci cum Græv. Hinc Ern. e conjectura cum Wolf. dedit *Ergone pontificem*. Ern. quoque conjecit legend. *Ergo per pontificem*. Lallem. e duobus Mss. suis recepit *Verbone pontificis*. Lamb. edidit *Verbone, pontifices, putatis, pontificem*. Pro verbis *putatis si* in T legitur *putatis ne*, et pro *postem* in χ ψ *pestem*. Tum, Mss. plerique et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *consecrari*. Paulo post, *At istæ ... sunt* e conjectura Grævii recepit Ern. *An istæ ... sunt?* ceteri. Dresd. præpositionem omisit ante *majoribus*. Denique, in C S χ *const. sint*.—11 Lamb. *Inventus est*.

CAP. XLVI. 12 C H S χ, Franc. Barb. ed. Rom. 1472. Ven. 1480. 1483. *Dicis:* Naug. Manut. et al. *Dicitis*. Tum, *reperit* C H S T χ, Franc. ed. Wald. *repererit* Ms. Car. Steph. Paulo post, Dresd. *Quidem trib. plebis:* Franc. et ed. 1472. *Qui et trib. pl.* Denique, Lamb. dedit *esse pontifex non potest*. C et edd. nonnullæ *potest* omittunt. In H S T χ ψ, Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. Rom. Ven. 1480. 1483. et al. deest *pontifex*.—13 Post *claris-*

NOTÆ

[i] *Si is postem*] Quando ædes consecrabatur, postes ædis tenebantur, et verbis quibusdam sacris, præsentibus omnibus pontificibus, consecrabatur: at nihil horum a Clodio in hac domus consecratione observatum est.

[k] *Quid, si quis similis istius*] Hypothesim eventorum subjicit, ad periculum demonstrandum.

[l] *Drusus*] Cum senatus moleste ferret ab equitibus judicia exerceri, omni ope conatus est, ut per M. Drusum tribunum plebis ad se judicia transferret. Contra Drusum pro equitibus stetit Q. Servilius Cæpio. Si igitur Drusus, qui tribunus plebis erat et pontifex, postem domus Cæpionis tenuisset, additis verbis solennibus, eam consecrasset: quod nemo dixerit.

pionis essent dedicatæ? 121. Nihil loquor [m] de pontificio jure, nihil de ipsius verbis dedicationis, nihil de religione, cærimoniis: [15] non dissimulo me nescire ea, quæ, etiamsi scirem, dissimularem, ne aliis molestus, [16] vobis etiam curiosus viderer: etsi effluunt [17] multa ex vestra disciplina, quæ etiam ad nostras aures sæpe permanant. Postem teneri [18] in dedicatione oportere videor audisse templi: ibi enim postis est, ubi [19] templi aditus est et valvæ. Ambulationis postes nemo unquam tenuit in dedicando: simulacrum autem, [n] aut aram si dedicasti, sine religione loco moveri potest. Sed jam hoc dicere [20] tibi non licebit, quoniam pontificem postem tenuisse dixisti.

122. Quanquam quid ego de dedicatione [1] loquor? aut quid de vestro jure, et religione contra, quam proposueram, disputo? XLVII. Ego vero, si omnia solennibus verbis, [o] veteribus et priscis [2] institutis acta esse dicerem; tamen me reipublicæ jure defenderem. An, cum tu ejus civis [3] discessu, cujus unius opera senatus atque omnes boni civitatem [4] esse incolumem toties judicassent, oppressam te-

simus Victor. Lamb. et Grut. addunt *vir.*—14 χ *pestem.*—15 Lamb. *et cær.* —16 C *molestiis.*—17 Dresd. et ed. 1472. *affluunt.* Tum, H et ed. 1472. *ex nostra discipl.*—18 ψ *tenere.*—19 Pro *ubi* in Dresd. *ut.* Lamb. malebat *ubi enim postis est, ibi templi, &c.* In Franc. 1. sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. deest copula ante *valvæ.* Tum, Franc. Dresd. et edd. vett. verba *valvæ ambulationis* conjungunt.—20 C *dicet :* H S, Barb. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *diceret:* ed. 1472. *dicitur.* Pro *tibi* H S, Barb. Franc. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. habent *ibi.* Tum, C *liceret.* Ante *tenuisse* χ addit *postem.*—1 S χ *de dicatione.* Dein, Ern. e conjectura cum Schutz. *loquor*, et paulo post *disputo*, ut est in Ms. Guelf. Ceteri *loquar . . . disputabo.*

CAP. XLVII. 2 Pro *priscis* in C H χ *præditis;* T et edd. vett. *prædictis;* Franc. Barb. Jannoctian. ed. 1472. *publicis.* Mox, in marg. ed. Lamb. scriptum, 'Fort. *acta esse diceres.*' Tum, ψ *resp. jure defenderet,* et in marg. 'Al. *reprehenderet.*'—3 In Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. deest *civis.*—4 C χ omittunt

NOTÆ

[m] *Nihil loquor*] A consecrandi ritu per præteritionem, non legitimam fuisse consecrationem ostendit.

[n] *Simulacrum autem*] Simulacrum Tanagrææ Deæ Libertatis sine piaculo dejici potest, quia sine religione consecratum fuit.

[o] *Solennibus verbis*] Solennia verba sunt, quæ certis temporibus ac cærimoniis dicuntur, quæque legitima et ordinaria sunt. Facit autem hic concessionem hypotheticam, ut ad reipublicæ jus, id est, non sacrum et publicum, transeat.

terrimo latrocinio cum duobus sceleratissimis consulibus [p] rempublicam teneres;[5] domum ejus, qui patriam a se servatam perire suo nomine noluisset,[6] per pontificem aliquem dedicasses; posset recreata [a] respublica [7] sustinere. 123. Date [8] huic religioni aditum,[b] pontifices: jam nullum fortunis [q] communibus exitum reperietis. An, si postem tenuerit pontifex,[r] et verba, ad religionem Deorum immortalium composita,[c] ad perniciem civium transtulerit, valebit ad injuriam [9] nomen sanctissimum religionis; si tribunus plebis, verbis non minus [10] priscis, et pæne solennibus, bona civis cujuspiam consecrarit, non valebit? [*p.* 238.] Atqui C. Atinius,[s] patrum memoria, bona Q. Metelli,[t] qui eum ex senatu censor ejecerat,[11] avi tui, Q. Metelle, et tui, P. Servili,[u] et proavi tui, P. Scipio,[x] consecravit,[12] foculo posito

[a] *Restituta.* [b] *Date aditum huic consecrationi.*
[c] *Accommodata.*

civitatem. Pro *toties* ψ *totius.*—5 C H S T χ *tenere.*—6 χ *voluisset.*—7 C *rep.* —8 In T et Ms. Car. Steph. deest *date.* Tum, *de hac religione* habent C H S T χ, Ms. Car. Steph. et edd. ante Grut. Orellius conjecit legend. *Date, date huic religioni.*—9 *Val. injuria* C H S T χ, Pal. 9. Dresd. Barb. Ms. Vict. ed. 1472. *val. in injuriam* Franc. ed. Rom. Ven. 1480. *val. in injuria* Ven. 1483. ut volebat Gruter.—10 Pro *minus* χ *nimis.* Lambinus legi jussit aut *nec minus sol.* aut *et plane sol.* Ern. suspicabatur *bene* legend.—11 Franc. Dresd. sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. *rejecerat.* Tum, χ *Metelli.*

NOTÆ

[p] *Consulibus*] Pisone et Gabinio consulibus annitentibus, Clodius absentis civis domum consecravit, cum rempublicam oppressam teneret: quam consecrationem sibi iniquam ferre non debet respublica jam recreata.

[q] *Jam nullum fortunis, &c.*] Si aditus ille aperiatur, ut domus bene meriti de republica civis consecretur; idem etiam fortunis omnium bonorum civium perdendis ab improbis et factiosis civibus dabitur.

[r] *An, si postem tenuerit pontifex*] Ex pari probat non valere hanc consecrationem.

[s] *Atinius*] Cum Q. Metellus censor in legendo senatu Atinium Labeonem tribunum plebis præteriisset, ab eo de saxo Tarpeio dejici jussus est; sed obstitere reliqui tribuni plebis. Exemplis autem idem quod superius confirmat, ostenditque multas consecrationes factas a tribunis non valuisse.

[t] *Q. Metelli*] Is Metellus Macedonicus dictus est: de quo vide Plin. VII. 44.

[u] *P. Servili*] Loquitur de Servilio Isaurico.

[x] *Proavi tui, P. Scipio*] Is est Scipio, quem Metellus Pius, Numidici filius, adoptavit.

in rostris,[y] adhibitoque tibicine. Quid tum? num ille furor tribuni plebis, ductus ex nonnullis [13] veterum temporum exemplis, fraudi Metello fuit,[d] summo illi et clarissimo viro? Certe non fuit.[z] 124. Vidimus, hoc idem Cn. Lentulo[a] censori tribunum plebis facere. Numquid [14] igitur is bona Lentuli religionibus [15] obligavit? Sed quid ego ceteros? Tu, tu, inquam, capite velato,[b] concione advocata, foculo posito, bona tui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Arabum, Persarumque donaras,[16] consecrasti. Quodsi tum nihil est actum,[17] quid in meis bonis agi potuit? sin est ratum, cur ille gurges, helluatus[c] tecum simul reipublicæ [18] sanguinem, ad cœlum tamen exstruxit villam[d] in Tusculano visceribus ærarii; mihi meas ruinas, quarum ego similem totam urbem esse passus non sum, aspicere non licuit? XLVIII. 125. Omitto Gabinium. Quid? exemplo tuo bona tua nonne L. Mummius,[19] [e] vir omnium fortissi-

[d] *Nocuit.*

Paulo post, S χ *Servilii.*—12 H *conservavit.*—13 T *nonnullorum.* Dein, *per veterum temporum* C H S χ, Barb. Guelf. Pal. 9. Ms. Vict. Ms. Car. Steph. edd. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. cum Lamb. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. Pro *exemplis* in T *exemplum.*—14 χ *Numquam.*—15 *Religioni* χ ψ, Grut. Græv. Oliv. Lall. *religione* Lamb. Tum, T supra lin. *relegavit:* alii *religavit.*—16 C *dona:* H S χ ψ *donas.*—17 C *nihil extractum:* χ *nihil est ratum.* —18 Franc. *simul sugit reip.* ed. 1472. *simul fugit reip.* In C H S χ *sanguine.* Mox, *exstruit* C χ, Franc. Barb. ed. Wald. Beck. Schutz. et Orell. Postea, Lamb. conjecit *de visc. ærarii.*

CAP. XLVIII. 19 *Numius* Barb. *Ninnius* e conjectura Garatoni dederunt

NOTÆ

[y] *Foculo posito in rostris*] Describit ritus observari solitos in consecrationibus, quibus præterea addebatur sacrificium, ut habetur ex Plinio XXII. 6.

[z] *Non fuit*] Nulla fuit illa consecratio, non valuit, et bona sua Metellus, quanquam consecrata, retinuit.

[a] *Cn. Lentulo*] Lentulus censor fuit cum L. Gellio sex annis ante Ciceronem consulem.

[b] *Capite velato*] Pontifices sæpe capite velato sacra faciebant. Consecraverat autem Clodius bona Gabinii; et tamen hæc consecratio nulla habita est: ergo et suæ domus nulla est.

[c] *Helluatus*] Id est, sua omnia bona intemperantissime consumsit Clodius cum Gabinio, cui pecuniam publicam lege sua ex ærario decreverat pro administratione Syriæ.

[d] *Exstruxit villam*] Hac pecuniæ parte, quam non helluatus est in libidinibus, exstruxit villam Gabinius in Tusculano agro magnificentissimam.

[e] *Nonne L. Mummius*] Dilemmate

mus atque optimus, consecravit? Quod si, quia[20] ad te pertinet, ratum esse negas oportere; ea jura constituisti in præclaro tribunatu tuo, quibus in te conversis, recusares,[1] alios everteres? Sin ista consecratio[f] legitima est; quid est, quod profanum in tuis bonis esse possit? An consecratio[2] nullum habet jus, dedicatio[g] est religiosa? Quid ergo illa tua tum[3] obtestatio tibicinis? quid foculus? quid preces? quid prisca verba[4] voluerunt? ementiri, fallere, abuti Deorum immortalium numine ad hominum timorem[5] quid voluisti? Nam si est illud ratum,[h] (mitto Gabinium) tua domus certe, et, quicquid habes aliud, est Cereri consecratum.[i] Sin ille[6] tibi ludus fuit, quid te impurius, qui religiones omnes pollueris[7] aut ementiendo,[k] aut stuprando?[l] 126. Jam fateor,[m] inquit, in Gabinio me[8] nefarium fuisse.

Beck. Schutz. et Orell. Mox, in C H S χ ψ, ed. Rom. Ven. 1480. deest *omnium*, quod Beck. uncis includit.—20 Pro *quia* in Franc. est *quod*, in Dresd. *quam*, in ed. 1472. *qua*. Unde Grævius conjecit legend. *quod si cum ad te pert.* In Ven. 1480. legitur *qua ad te pertinent, ratum, &c.* in Barb. *quæ ad te pertinent, rata, &c.*—1 Alii, teste Grævio, *recusaret*. Hotomann. putabat *uti recusares*.—2 H S *posset*, et T *An si cons.* Tum, Lamb. edidit *nullam habet religionem*: Garaton. conjecit *nullam habet vim*. In C H S χ ψ, Guelf. Barb. Ms. Lambini, Rom. Brix. deest *jus*. Pro verbis *nullam* . . . *religiosa* in T legitur, *vim non habet vel nullum habet vis dedicatio*.—3 Pro *tum*, quod in Franc. deest, C et χ habent *tam*. Lambinus edidit *tum tua illa obt.*—4 In C H S χ ψ, Barb. ed. Rom. *verba* omittitur. Ven. 1480. Junt. habent *prisca jura*: unde Jannoctian. conjecit *quid rica vol.* Lambinus maluit aut ante *voluerunt* addi *sibi*, aut scribi *valuerunt*.—5 ψ *ab hominis timore*. Tum, *quid* omittunt Manut. Car. Steph. Lamb. Oliv. Lall. Wolf. et Schutz. In C χ legitur *quidem*: in Ms. Car. Steph. *qui*. In ed. Rom. ita interpungitur, *ementiri? fallere? abuti . . . timorem? quid voluisti.*—6 T *Si ille*. In Mss. plerisque et edd. ante Grut. deest *tibi*, quod Beck. et Orell. uncis incluserunt.—7 ψ

NOTÆ

ex pari utitur: nam contendit Clodius non recte a Mummio tribuno plebis bona sua esse consecrata; ergo neque etiam a Clodio bene sua bona consecrata fuisse Cicero juste contendit.

[f] *Sin ista consecratio*] Consecratio de bonis fiebat.

[g] *Dedicatio*] De templis dedicatio fiebat.

[h] *Si est illud ratum*] Dilemmate probat quod si valet dedicatio quam Libertati de suis ædibus fecit Clodius, etiam quæ de bonis Clodii Cereri facta est, valere debet.

[i] *Cereri consecratum*] Omnes consecrationes alicui numini fiebant.

[k] *Ementiendo*] Mentitur Clodius, quia mox valere, mox non valere consecrationem ait.

[l] *Stuprando*] Stuprum intulit in sacrificiis Bonæ Deæ.

[m] *Jam fateor*] Fatetur Clodius injustum fuisse se in Gabinium, virum

Quippe vides, pœnam illam, a te in alium institutam, in te ipsum esse conversam. Sed, homo omnium scelerum flagitiorumque documentum![e] quod in Gabinio fateris, cujus impudicitiam[9] pueritiæ, libidines adolescentiæ, dedecus et egestatem reliquæ vitæ, latrocinium consulatus, vidimus; cui ne ista quidem ipsa[10] calamitas injuria potuit accidere; id in me infirmas?[11] et gravius esse dicis, quod uno adolescente, quam quod concione tota teste,[f][12] fecisti? 127. Dedicatio magnam, inquit, habet religionem. XLIX. Nonne vobis Numa Pompilius[n] videtur loqui? discite orationem, pontifices, et vos, flamines: etiam tu, rex,[o] disce a gentili homine;[p] quanquam[13] ille gentem istam reliquit: sed tamen disce ab homine religionibus dedito, justo, tum[14] omnium religionum perito. Quid? in dedicatione, nonne, et quis dicit,[15] et quid, et quomodo, quæritur? An tu hæc[16] ita confundis et perturbas, ut, quicumque velit, quod velit, quomodo velit, possit dedicare? quis eras tu, qui dedicabas? quo jure? qua lege? quo exemplo? qua potestate? ubi te isti rei populus Romanus præfecerat? Video enim

[e] *Exemplum.* [f] *Teste toto populo.*

polliceris.—8 Lamb. *me in Gab.*—9 C *impudentiæ:* H S χ *impudicitiæ.*—10 In sex Oxonn. Mss. *ipsa* deest.—11 Franc. et ed. 1472. *affirmas.*—12 *Teste* abest a sex Oxonn. Mss. Dein, *effecisti* habent H S T χ ψ, Junt. et Lamb.

CAP. XLIX. 13 C H S χ et nonnullæ edd. vett. *a gentili ambitu, at tu quanq.* T et Barb. *a gentili, at tu quanq.* sed in T suprascr. *ac.* Franc. Dresd. ed. 1472. *e gentili, quanq.* Ascens. et Cratand. *a gent. et tu quanq.* Naug. Manut. Grut. *a gentili homine tuo; quanq.* Lamb. Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell. *a gentili tuo; quanq.* Ern. e conjectura et Schutz. *a gentili homine; quanq.*—14 Lamb. e conjectura edidit *ab hom. cum relig. ded., tum,* omissa voce *justo.* Dein, in H *religionum* deest.—15 Lamb. *dicat,* prob. Ern. Tum, C S carent vocibus *et quid.* H χ ψ tantum copulam omittunt.—16 In Dresd. *At tu hæc.* Mox Franc. 1. *quid velit.* Ante *quomodo*

NOTÆ

infamem, et fateri non vult in Ciceronem fuisse.

[n] *Numa Pompilius*] Numa potuit distinguere aves idoneas ad augurandum, ab illis quæ non erant idoneæ. Ridet autem Clodium per dissimulationem.

[o] *Tu, rex*] Loquitur de L. Clodio, rege sacrorum.

[p] *Homine*] P. Clodium ironice ridet.

esse legem veterem[17] tribuniciam,[q] quæ vetet, injussu plebis, ædes, terram, aram consecrare. Neque tum[18] hoc ille[r] Q. Papirius, qui hanc legem rogavit, sensit, neque suspicatus est, fore periculum,[19] ne domicilia aut possessiones indemnatorum civium consecrarentur: neque enim id fieri fas erat, neque quisquam fecerat, neque erat causa, cur prohibendo non tam deterrere[20] videretur, quam admonere. 128. Sed quia consecrabantur ædes, non privatorum domicilia, sed quæ sacræ nominantur; [*p.* 239.] consecrabantur agri, non ita[1] ut nostra prædia, si quis[2] vellet, sed ut imperator agros de hostibus captos consecraret; statuebantur aræ, quæ religionem afferrent,[3] [s] [ipso] si loco essent consecratæ: hæc, nisi plebs jussisset, fieri vetuit. Quæ si tu interpretaris de nostris ædibus[t] atque agris[4] scripta esse; non repugno: sed quæro, quæ lex lata sit, ut tu ædes meas[5] consecrares; ubi tibi hæc potestas data sit; quo jure feceris. Neque ego nunc de religione, sed de bonis omnium

ed. 1472. addit *et*. Paulo post, C H χ *posset*.—17 Ed. Oliv. *legem veterum*. In T desunt verba *ubi te . . . consecrare*.—18 C H S χ ψ, ed. Rom. 1472. Ven. 1480. 1483. *Neque tamen*. In iisdem Mss. et Franc. Dresd. Barb. ed. Hervag. aliisque ante Naug. deest *ille*, quod Beck. uncis inclusit.—19 *Periculum* non est in χ.—20 H *deterreret*, et mox *admoneret*. In C H S χ ψ deest *videretur*. T, Franc. Dresd. ed. 1472. exhibent *videatur*.—1 *Ita* Ernesto suspectum est.—2 Dresd. *si qui*.—3 T *afferent:* al. *offerrent*. Tum, *ipsi si loco* C H T, Franc. Dresd. Barb. Guelf. et ed. Wald. *ipsi loco* Lamb. Pronomen *ipso*, quod Grævio, Ernesto, et Beckio suspectum est, delevit Schutz.—4 χ

NOTÆ

[q] *Tribuniciam*] Papirius tulit legem, ne injussu plebis ædes, terra, ara, aliave res ulla consecraretur. Consecravit autem Clodius domum Ciceronis sine jure, sine cærimoniis requisitis, idque confuse et perturbate.

[r] *Neque tum hoc ille*] Probat ex lege Papirii Clodio non licuisse ædes suas consecrare: tametsi enim licuerit ei hostium bona aliquando consecrare, civium tamen consecrare bona indemnatorum, et sine jussu populi, non licere ostendit, non quidem ex legis Papiriæ verbis, sed ex legitima ejusdem interpretatione.

[s] *Religionem afferrent*] Erigebantur altaria, ut metum Deorum afferrent; sed non erigebantur sine populi consensu ex lege Papiria.

[t] *Quæ si tu interpretaris de nostris ædibus*] Fateri se Cicero dicit, suas ædes fuisse consecratas, si quæ lex de iis consecrandis proferatur, vel in ipsa lege Clodii, quæ revera lex non est appellanda.

nostrum,[6] nec de pontificio, sed de jure publico disputo. L. Lex Papiria vetat, ædes injussu plebis consecrari. Sit sane hoc de nostris ædibus, ac non de publicis templis. Unum ostende verbum consecrationis in ipsa tua lege; si illa lex est,[7] ac non vox sceleris, et crudelitatis tuæ. 129. Quodsi tibi tum in illo reipublicæ naufragio omnia in mentem venire potuissent, aut si tuus scriptor [u] in illo incendio civitatis non syngraphas cum Byzantiis [8] exulibus [x] et cum legatis regiis [y] faceret, sed vacuo animo tibi ista non scita,[z] sed portenta conscriberet; esses omnia, si minus re, at [9] verbis legitimis consecutus. Sed uno tempore cautiones [a] fiebant pecuniarum; fœdera feriebantur provinciarum; regum appellationes [10] venales erant; servorum [11] omnium vicatim celebrabatur tota urbe descriptio; inimici in gratiam reconciliabantur; imperia ascribebantur [b] novæ juventuti; [12] Q. Seio venenum misero parabatur; de Cn. Pompeio, propugnatore [13] et custode imperii, interficiendo consilia ini-

aris.—5 Lamb. *meas ædes.*—6 Post *nostrum* C addit *disputo*, sed infra *disputo* in C H S T deesse dicitur. C H S T χ omittunt præpositionem ante *pontificio.*

Cap. L. 7 χ non habet *est.*—8 C χ *syngr. et cum Byz.* Pro *regiis* C H S T χ *rogatis.*—9 χ *aut.*—10 Barb. et Græv. sic distinguunt, *fœdera feriebantur; provinciarum, regum appell.* Vid. Nott. Varr.—11 Pro *servorum* Franc. *sermone;* C H S T χ, Dresd. Ms. Car. Steph. ed. 1472. Med. *sermones.* Pro *vicatim* Dresd. *judicaturi.* Tum, ψ *celebrabantur.*—12 Ms. Memmian. *ascrib. nova, juventusque se juvenum;* unde Lamb. recepit *scribebantur nova,* omisso *juventuti.* Beck. Schutz. et Orell. ex ed. Ven. 1480. dederunt *ascr. nova juventuti.* In T, Franc. Dresd. Barb. et Ms. Ursini *ascr. nova juventute.* Pantagathus correxit *ascr.; inveniebantur.* Ursinus maluit *perscribebantur.* Gulielm. conjecit *ascr. nova e juventute.* Garaton. ex orat. pro Sext. c. 30.

NOTÆ

[u] *Tuus scriptor*] Sextus Clodius debet intelligi.

[x] *Byzantiis exulibus*] De his jam dictum § 52.

[y] *Legatis regiis*] Legati a Clodio regum appellationes emebant.

[z] *Non scita*] Scita plebeia appellantur ea, quæ plebs suo suffragio sine patribus jussit, plebeio magistratu interrogante.

[a] *Cautiones*] Venditiones et promissiones, certis conditionibus, Pisoni et Gabinio fiebant. Hic per frequentationem commemorat quæ per vim et scelus a Clodio exercebantur.

[b] *Ascribebantur*] Sorte, non per suffragia, et privatim, juventuti novæ, nondum in reipublicæ rebus exercitæ, donabantur.

bantur;[14] senatus ne quid esset;[15] ut lugerent boni semper; ut capta respublica consulum[16] proditione, vi tribunicia teneretur. Hæc cum tot tantaque agerentur; non mirum est, præsertim in furore animi et cæcitate, multa illum[c] et te fefellisse.

130. At videte,[d] quanta vis sit[17] hujus Papiriæ legis, in re tali; non qualem tu affers,[18] sceleris plenam et furoris. Q. Marcius, censor, signum Concordiæ fecerat, idque in publico collocarat. Hoc signum C. Cassius censor cum in curiam transtulisset, collegium vestrum consuluit, numquid esse causæ videretur, quin id signum curiamque Concordiæ dedicaret.[19] LI. Quæso, pontifices, et hominem cum homine,[20] et tempus cum tempore, et rem cum re comparate. Ille erat summa modestia et gravitate censor; hic tribunus plebis, scelere et audacia singulari. Tempus illud erat tranquillum,[1] et in libertate populi et gubernatione positum senatus: tuum porro tempus,[2] libertate populi Romani oppressa, senatus auctoritate deleta. Res illa plena justitiæ, sapientiæ, dignitatis: censor enim, penes quem majores nostri (id quod tu sustulisti[3] [e]) judicium senatus de dignitate esse voluerunt, Concordiæ signum volebat in curia, curiamque[4] ei Deæ dedicare. 131. Præclara voluntas, at-

effecit *describebantur nova juventuti*.—13 χ *procuratore*.—14 C *iniebantur*.—15 Al. *ne quis*, et Dresd. *deesset*.—16 C *republica consilium*. In χ quoque *consilium*: edd. nonnullæ, teste Grævio, *consilio*.—17 Junt. Lamb. *sit vis*.—18 Erf. et Pal. 9. *asseris*. Pro *plenam* H habet *pœnam*. In Ms. Car. Steph. deest prænomen ante *Marcius*.—19 H S, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *dicaret*.

CAP. LI. 20 Verba *cum homine* in C desunt.—1 χ *erat et tranq*. Mox, C *et in gubern*.—2 χ *tuum vero tempus*. Pro *Romani* C *resp*. χ *r. p*. Paulo post, χ *delata*.—3 ψ *cum tu sust*. Tum, Lamb. edidit *de sen. dign*.—4 Car. Steph.

NOTÆ

c *Illum*] Clodium, scriptorem Pub. Clodii, multa fefellisse ait propter animi cæcitatem.

d *Videte*] Ex vi Papiriæ legis exemplorum, et rerum differentium contentionem, affert, ut ostendat non juste a Clodio suas ædes fuisse consecratas.

e *Quod tu sustulisti*] In more fuerat ut quinto quoque anno censores de moribus populi judicarent; sed eam consuetudinem Clodius tribunus, quæ ultra quadringentos annos duraverat, antiquavit.

que omni laude digna. Præscribere enim se[5] arbitrabatur, ut, sine studiis dissensionis, sententiæ dicerentur, si sedem ipsam ac templum publici consilii religione Concordiæ devinxisset. Tu cum[6] ferro, cum metu, cum edictis,[7] cum privilegiis, cum præsentibus copiis perditorum, absentis exercitus terrore[f] et minis, consulum societate et nefario fœdere, servitute oppressam civitatem teneres, Libertatis signum posuisti magis ad ludibrium pudicitiæ,[8] quam ad simulationem religionis. Ille in curia, quæ poterat, sine cujusquam incommodo, dedicabat:[9] tu in civis optime de republica meriti cruore ac pæne ossibus simulacrum, non libertatis publicæ, sed licentiæ,[10] collocasti. 132. Atque ille tamen ad collegium retulit: tu ad quem retulisti? Si quid deliberares, si quid tibi aut piandum aut instituendum fuisset religione domestica; tamen instituto[11] ceterorum vetere, ad pontificem detulisses: [*p.* 240.] novum delubrum cum in urbis clarissimo loco, nefando quodam atque inaudito instituto, inchoares; referendum ad sacerdotes publicos non putasti? At, si collegium[12] pontificum adhibendum non videbatur, nemone horum tibi idoneus visus est, qui ætate, honore, auctoritate antecellunt, ut cum eo dedicationem communicares? quorum quidem tu non contemsisti, sed pertimuisti dignitatem. LII. An tu auderes quærere ex P. Servilio, aut ex M. Lucullo, (quorum ego consilio atque auctoritate rempublicam consul ex vestris manibus ac faucibus[13] eripui) quibusnam verbis, aut quo

et Lamb. *aramque*. In Barb. *Deæ* omittitur. Dein, C H S χ, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *dicare.*—5 Pro *se* Ms. Car. Steph. *sic.* Tum, C H S T ψ *arbitrabantur.*—6 C *Tum cum.*—7 H S *additis:* T *audaciis.*—8 Pal. 9. *impudicitiæ:* Ern. *pudicitiæ*, ut est in marg. Lambini. Ceteri *impudentiæ.*—9 C H S T χ *dedicari.*—10 Marcland. scribi mavult *licentiæ tuæ.*—11 Dresd. *tum inst.* Pro *vetere*, quod in T deest, C H χ ψ, Dresd. Barb. ed. 1472. habent *uterere.* Postea, Lamb. *retulisses.* Denique, C H S χ ψ *non novum del.* Dresd. *non novi del.*—12 In marg. Lamb. conjicitur, *At si tibi coll.*

CAP. LII. 13 Franc. Dresd. Barb. Ms. Car. Steph. et Mss. Lambini *faci-*

NOTÆ

[f] *Absentis exercitus terrore*] Loquitur de Julii Cæsaris exercitu, qui Clodio favebat.

ritu, primum hoc dico, civis domum consecrares; deinde civis ejus, cui princeps senatus, cui etiam ordines[14] omnes, deinde Italia tota, post cunctæ gentes, testimonium hujus urbis atque imperii conservati dedissent? 133. Quid diceres, o nefanda et perniciosa labes civitatis? Ades, ades,[15] Luculle, Servili, dum dedico domum Ciceronis, ut mihi præeatis,[16] [g] postemque teneatis.[h] Es tu quidem cum audacia,[17] tum impudentia singulari; sed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidissent,[18] cum te viri, qui sua dignitate personam populi Romani atque auctoritatem imperii sustinerent, verbis gravissimis perterruissent;[19] neque sibi fas esse dixissent, furori interesse tuo, atque[20] in patriæ parricidio et scelere. 134. Quæ cum videres, tum te[1] ad tuum affinem,[i] non delectum a te, sed relictum a ceteris, contulisti: quem ego tamen credo, si est ortus ab illis,[k] quos memoriæ proditum est ab ipso Hercule, perfuncto jam laboribus, sacra didicisse,[2] [l] in viri fortis ærumnis, non ita crudelem fuisse, ut in vivi et jam spirantis[3] caput bustum suis manibus imponeret: qui aut nihil dixit aut fecit omnino, pœnamque hanc[4] maternæ temeritatis tulit,[5] ut mu-

bus: ed. 1472. *fascibus.*—14 Ms. Vict. et Ms. Car. Steph. *tum etiam ord.* In T *cui* deest.—15 *Ades* semel tantum legitur in T. Barb. in marg. sed antiqua manu habet, *Ades, Luculle, ades, Servili:* ed. Ven. 1480. *ades, ades, Luculle, ades, Servili.*—16 C H S T χ, Pall. nonnulli et edd. pr. *pareatis.*—17 H *tum aud.*—18 χ *occidissent.*—19 Mss. Lambini *proterruissent.*—20 'Suspicatus sum delendum esse *atque*, nisi totum est a glossatore *furoris.*' Ern. Garaton. legi maluit *furori int. tuo, in patriæ parr. exultanti.* Pro *parricidio* Lamb. edidit *patricidio;* in χ *periculo.*—1 H *cum te.* Mox, χ *finem.* Tum, C χ, Franc. Dresd. ed. 1472. *dejectum.* Verba *a ceteris* in Dresd. desunt.—2 Dresd. sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. *dedisse.*—3 Orell. e conj. Garatoni dedit *viventis etiam et spir.* Lamb. conjecit legend. *vivi etiam tum spir.* Pro *caput bustum* C H S T χ habent *capitibus tum.*—4 *Qui aut nihil dicit, nec fecit*

NOTÆ

[g] *Præeatis*] Prosopopœia invidiosa Clodium inducit petentem a Lucullo et Servilio ut sibi carmen dicant, quod sibi dicendum est in dedicatione ædium inimici, Ciceronis.

[h] *Postem teneatis*] Pontifices tenebant postem domus quam consecrabant.

[i] *Ad tuum affinem*] Fratrem uxoris suæ juniorem pontificem assumsit Clodius.

[k] *Ab illis*] Potitii et Pinarii primi omnium ab Evandro instituti sunt, ut Herculis sacra tractarent.

[l] *Sacra didicisse*] Hercules Romanos docuit cærimonias sacrorum.

tam in delicto personam,[m] nomenque præberet; aut, si dixit aliquid verbis hæsitantibus,[6] postemque tremebunda manu tetigit, certe nihil rite, nihil caste, nihil more instituto que perfecit. Viderat ille Murenam,[n] vitricum suum, consulem designatum, ad me consulem cum Allobrogibus communis exitii indicia afferre: audierat ex illo,[7] se a me bis salutem accepisse, separatim[o] semel, iterum[8] cum universis.[p] 135. Quare quis est, qui existimare possit, huic novo pontifici, primam hanc post sacerdotium initum religionem[9] instituenti,[q] vocemque mittenti, non et linguam obmutuisse, et manum obtorpuisse, et mentem debilitatam metu concidisse; præsertim cum ex collegio tanto,[r] non regem, non flaminem, non pontificem videret; fierique particeps alieni sceleris invitus cogeretur, et gravissimas pœnas affinitatis impurissimæ[s] sustineret?

LIII. 136. Sed, ut revertar ad jus publicum vindicandum,[10] quod ipsi pontifices semper, non solum ad suas cærimonias, sed etiam ad populi jussa accommodaverunt;[11]

---

omnino, pœnamque hanc Ms. Car. Steph. prob. Garaton. *qui aut nihil fecit, aut si fecit, omnino pœnam hanc* Lamb. *qui aut nihil dixit, aut, si fecit, omnino pœnam hanc* Grut. Græv. Oliv. Lall. *qui nihil dixit, aut fecit omnino, pœnamque hanc* conjecit Pantagathus.—5 In marg. Lamb. conjicitur *luit.* Mox, C H χ *mutuam.*—6 Lamb. e conjectura edidit *aut si dixit aliquid, dixit verbis hæs.* Mox, pro *perfecit* Guelf. habet *perfecerit,* prob. Ern.—7 C H S χ *ab illo.*—8 Lamb. *semel sep.* et χ *iterumque.*—9 χ *religione.* Mox, C χ *voceque.*

CAP. LIII. 10 *Judicandi* C H S χ, Ms. Steph. Mss. aliquot Gruteri, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *judicandum* T, Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. *dedicandi* Pal. 1. Græv. Oliv. Lall. Wolf. Beck. et Orell.—11 ψ *accommodave-*

NOTÆ

[m] *Mutam personam*] Mutam personam dicit, quia neque Deum nominabat, cui dedicaret Ciceronis ædes; neque suum nomen; dicendo, Ego talis consecro has ædes huic aut illi Deo. Hunc vero Cicero non nominat in tota oratione; quare ignotum est, quisnam fuerit ille juvenis pontifex.

[n] *Murenam*] Murenam defendit in judicio. Extat ejus oratio.

[o] *Separatim*] Murena absolutus est, et evasit judicium ambitus.

[p] *Iterum cum universis*] Cum patefacta est conjuratio Catilinæ, urbi et reipublicæ exitium minitantis.

[q] *Religionem instituenti*] Institui dicitur religio ab aliquo, cum hoc primo sui sacri muneris officio fungitur.

[r] *Collegio tanto*] Pontificum cœtum intelligit.

[s] *Affinitatis impurissimæ*] Quia frater erat uxoris Clodii, hominis impurissimi.

habetis in commentariis vestris, C. Cassium censorem de signo Concordiæ dedicando ad pontificum collegium retulisse, eique M. Æmilium,[t] pontificem maximum, pro collegio respondisse, nisi eum populus Romanus nominatim præfecisset, atque ejus jussu[12] faceret; non videri ea[13] recte posse dedicari. Quid, cum Licinia,[14] virgo Vestalis, summo loco nata,[15] sanctissimo sacerdotio prædita, T. Flaminino,[16] Q. Metello, consulibus, aram, et ædiculam, et pulvinar[u] sub Saxo Sacro[17] dedicasset, non eam rem, ex auctoritate senatus, ad hoc collegium Sex. Julius prætor retulit? cum P. Scævola, pontifex maximus,[18] pro collegio respondit, quod in loco publico Licinia, Caii filia,[19] injussu populi dedicasset, sacrum non videri.[20] Quam quidem rem quanta severitate, quantaque diligentia senatus sustulerit,[1] ex ipso senatusconsulto facile cognoscetis. Recita senatusconsultum. (*Senatusconsultum.*[2]) 137. Videtisne, prætori urbano[x] negotium datum, ut curaret, ne id sacrum esset? [*p.* 241.] et ut, si quæ essent incisæ aut inscriptæ literæ, tollerentur? O tempora! o mores! Tum censo-

rint.—12 ψ *atque e jussu.*—13 Ern. conjecit *id* legendum, aut *ea* delendum: hinc Beck. *ea* uncis inclusit. Lamb. edidit *id.* In Ven. 1480. *ea ratione recte posse dedicari.* Garaton. scribi maluit, aut *eum recte posse dedicare,* (quia *dedicare* in Barb. legitur) aut *ab eo dedicari.* Ms. Ursini habet *eo.*—14 C H S χ *Lucinia.* In T deest.—15 Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. *nata* omittunt.—16 C H S T χ, Junt. Lamb. *Flaminio.*—17 Franc. *sub sacro saxo:* Dresd. *sub saxo sanco.* In χ et ed. Rom. deest *sacro.* Mox, C T χ *nonne.*—18 C *cui, P. Scævola, pontifice maximo.*—19 Pro *Caii filia* T, Franc. et ed. 1472. *castissima fœmina;* χ et Græv. *C. F.* Tum, T *in jussu.*—20 *Videri esse* χ, Junt. Grut. Græv. *viderier esse* Erf. *viderier* Ms. Vict. Beck. Schutz. et Orell. *videri* ceteri.—1 Verbum *sustulerit* Lambino et Ernesto suspectum est.—2 Verba *Recita senatusc. senatusconsultum* desunt in H S T χ, Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. aliisque vett. *Recita. Senatusconsultum* dederunt Oliv. et Lall.—

NOTÆ

[t] *M. Æmilium*] Vel is Æmilius intelligitur, qui cum Popillio consul fuit, quinquennio ante censores M. Valerium Messallam et C. Cassium Longinum; vel ejus pater, qui sexies princeps senatus fuit, qui ad Messallam usque et Longinum censores vixit.

[u] *Pulvinar*] Pulvinaria in templis dicebantur lectuli Diis dicati, in quibus illorum simulacra solebant reclinari.

[x] *Prætori urbano*] Julius tum prætor erat urbanus. De prætoribus dictum est.

rem,[3] hominem sanctissimum, simulacrum Concordiæ dedicare pontifices in templo inaugurato[y] prohibuerunt: post autem senatus in loco augusto consecratam eam aram,[4] tollendam[z] ex auctoritate pontificum censuit, neque ullum est passus ex ea dedicatione literarum extare monumentum. Tu, procella patriæ, turbo[5] ac tempestas pacis atque otii, quod in naufragio, reipublicæ tenebris offusis,[6] demerso populo Romano, everso atque ejecto senatu, dirueris, ædificaris, religione omni violata, reipublicæ tantum[g][7] nomine contaminaris; in civis hujusce ædibus, et[8] in urbe, quam suis laboribus ac periculis conservasset,[9] monumentum deletæ reipublicæ collocaris, ad equitum notam,[a] ad dolorem bonorum[10] omnium, sublatoque Q. Catuli nomine, incideris;[11][b] id sperasti rempublicam diutius, quam, quoad mecum simul expulsa careret his mœnibus, esse laturam?

138. At[12] si, pontifices, neque is,[c] cui licuit, neque id, quod fas fuit, dedicavit; quid me attinet jam illud tertium,

[g] *Tamen.*

3 χ *censores.*—4 Pantagathus legi maluit *jam aram.*—5 C χ *turba.*—6 C H S T, Franc. ed. 1472. *effusis.*—7 Mss. nonnulli et edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. *reipublicæ tamen: rei tantum* S T χ ψ, Barb. Ms. Vict. et nonnullæ edd. vett. *religionis tamen* e conjectura Marclandi et Garatoni dederunt Beck. Schutz. et Orell.—8 *Hisce rebus ut* C H S χ: *in his rebus et* Dresd. *in hisce rebus et* ed. Med. *in hujusce rebus et* ed. 1472. In Franc. 1. deest *civis.*—9 χ *consecrasses:* χ, Franc. Barb. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. Med. *consecrasset*, prob. Grævio.—10 In duobus Mss. Lambini et ed. 1472. legebatur *ab equitum nota doloris bonorum, &c.* conjecit autem legend. aut *ad ejus ignominium, ad dolorem, &c.* aut *ad ignominiam ac dolorem, &c.* Pro *ad dolorem* C χ, Dresd. Barb. et edd. pr. *doloris:* Franc. *et dolorem.*—11 Schutz. e conjectura Grævii recepit *tuum incideris.* Vid. Nott. Varr.—12 C H S χ *Ac.* Pro *si* H S T *sic.* Tum, C S T χ *ne quis:* H ψ *ne quid.* Pro *neque id* sex

NOTÆ

[y] *Inaugurato*] Senatum nisi in loco inaugurato haberi fas non fuit. Locus autem auguratus vel inauguratus is erat, qui certis et conceptis verbis ab augure definitus erat.

[z] *Tollendam*] Sublata est ara, quia sine pontifice, a tribuno tantum, aut prætore fuerat dedicata, ad quos ea potestas non pertinebat.

[a] *Ad equitum notam*] Erigebatur simulacrum, in domo Ciceronis consecrata, ad equitum infamiam, quia Cicero erat ex genere equestri.

[b] *Incideris*] Nomen Clodii incidi non passa esset respublica.

[c] *Is*] Minimus omnium pontificum præter fas domum dedicaverat.

quod proposueram, docere, non his institutis[13] ac verbis, quibus cærimoniæ postulant, dedicasse?[14] LIV. Dixi a principio, nihil me de scientia vestra, nihil de sacris, nihil de abscondito jure pontificum,[15] dicturum: quæ sunt adhuc a me de jure dedicandi disputata, non sunt quæsita ex occulto aliquo genere literarum, sed sumta de medio, ex rebus palam per magistratus actis, ad collegiumque delatis,[16] ex senatusconsulto, ex lege. Illa interiora, jam vestra sunt, quid dici,[17] quid præcipi, quid tangi, quid teneri jus fuerit. 139. Quæ si omnia ex Coruncanii[18] [d] scientia, qui peritissimus pontifex fuisse dicitur, acta esse constarent;[19] aut si M. Horatius ille Pulvillus,[e] qui, cum ejus dedicationem[20] multi, propter invidiam, fictis religionibus impedirent, restitit, et constantissima mente[1] Capitolium dedicavit, hujusmodi alicui dedicationi præfuisset; tamen in scelere religio[f] non valeret; nedum valeat[2] id, quod imperitus adolescens, novus sacerdos, sororis precibus, matris

Oxonn. Mss. *ne quid.*—13 Lamb. *iis inst.*—14 C H χ *postulandæ dicasse.*

CAP. LIV. 15 χ ψ *pontificii.*—16 In marg. Lambini, 'Al. *relatis.*' Tum, Franc. *ex S. C. ex lege illa. Interiora.* Ed. 1472. *ex S. C. ex lege illa jam interiora.* Paulo post, Franc. et ed. 1472. *nostra.*—17 C *quid dicere.* Dein, *præcipi* e Ms. Guelf. receperunt Ern. Beck. Schutz. et Orell. In C *percipere.* Ceteri *præcipere.* Verba *quid tangi* absunt a Guelf. Franc. Dresd. Barb. et ed. 1472.—18 C χ *e Corruncanis:* H *Corruncani:* S *Coruncani:* ψ *e corrunchani.* Mox in χ *pontifex* deest.—19 Lamb. *constaret.*—20 Sex Oxonn. Mss. *dedicationem* omittunt. In Ms. Car. Steph. et ed. pr. legitur *cum eum multi.*—1 χ *ex*

NOTÆ

[d] *Coruncanii*] Coruncanius jurisconsultus, consul cum P. Valerio, A. U. C. 682. primus jus civile docere ac profiteri cœpit, cum priores id in latenti retinere cogitarent, solumque consultatoribus vacare. De illo Cicero sic loquitur in Bruto: 'ex pontificum commentariis intelligi eum longe plurimum ingenio valuisse:' et in lib. III. de Orat. pontificem maximum eum fuisse tradit; ad eum, ejusque similes, de omnibus divinis atque humanis rebus referri solitum.

[e] *M. Horatius Pulvillus*] Horatius Pulvillus pontifex fuit maximus tanta constantia, ut cum Capitolini Jovis ædem dedicaret, posteaque tenenti de morte filii nuntiatum esset, neque prius vultum mutarit, neque postem remiserit, carmenque, quod pronuntiabat, interruperit, quam esset absoluta dedicatio. Val. Max.

[f] *Religio*] In re instituta contra jus et fas religio non valet, licet ea ab Horatio, maximo pontifice, probaretur: ergo multo minus res illa quæ a novo pontifice, et ignaro cærimoniarum instituta est.

minis adductus, ignarus, invitus, sine collegis, sine libris, sine auctore,[g] sine fictore,[3] furtim, mente ac lingua titubante fecisse dicatur: præsertim cum iste impurus atque impius hostis omnium religionum, qui contra fas inter viros[4][h] sæpe mulier, et[5] inter mulieres[i] vir fuisset, ageret illam rem ita raptim et turbulente, ut neque mens, neque vox, neque lingua consisteret. LV. 140. Delatum tum est[6] ad vos, pontifices, et post omnium sermone celebratum, quemadmodum iste præposteris verbis, ominibus[7] obscœnis, identidem se ipse revocando, dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter, ac vos in monumentis habetis, et pronuntiarit, et fecerit. Quod quidem[k] minime mirum est, in tanto scelere, tantaque dementia, ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. Etenim, si nemo unquam prædo tam barbarus atque immanis fuit, qui cum fana[8] spoliasset, deinde aram aliquam in littore deserto, somnis[9] stimulatus, aut religione aliqua, consecraret,[10] non horreret animo, cum divinum numen, scelere violatum, placare precibus cogeretur; qua tandem istum perturbatione mentis, omnium templorum atque tectorum totiusque urbis[11] prædonem, fuisse censetis, cum pro detestatione tot scelerum unam aram nefarie consecraret? 141. Non potuit[12] ullo modo (quanquam et insolentia dominatus extu-

const. mente.—2 C H S T χ *ne valeat.*—3 T *sine victore:* edd. vett. paucæ *sine scriptore.*—4 Ante verba *inter viros* sex Oxonn. Mss. cum Beck. et Orell. addunt *et.*—5 In T deest copula ante *inter mulieres.* Mox, C T *esset.*

CAP. LV. 6 *Delata tum sunt* C χ: *Delata tamen sunt* T, Barb. et Ven. 1480. *Delatum jam tum est* Lamb. Mox, *celebrata* C χ, Barb. et Ven. 1480.—7 H S T χ *omnibus.*—8 Pro *fana* Franc. Dresd. ed. 1472. *funus.* In χ *fama exspoliasset.*—9 *Somniis* C T χ ψ, Barb. Junt. Lamb. Oliv. Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—10 C χ *consecrasset.*—11 C T *totius urbis.*—12 *Poterat*

NOTÆ

[g] *Sine auctore*] Nullum habebat auctorem qui eum, propter imperitiam, doceret.

[h] *Inter viros*] In sententiis dicendis mulieri potius similis fuit Clodius, quam viro; adeoque totam illam dedicationem ageret, faciendamque hunc pontificem juniorem doceret.

[i] *Inter mulieres*] In sacris Bonæ Deæ visus est muliebri habitu Clodius.

[k] *Quod quidem*] Comparatione cum latrone sacrilego rem auget.

lerat animos,[13] et erat incredibili armatus audacia) non in agendo ruere, ac sæpe[14] peccare, præsertim illo pontifice,[l] et magistro, qui cogeretur docere,[15] antequam ipse didicisset. [*p.* 242.] Magna vis est[m] cum in[16] Deorum immortalium numine, tum vero in ipsa republica. Dii immortales suorum templorum custodem[n] ac præsidem sceleratissime pulsum cum viderent, ex suis templis in ejus ædes[17] immigrare nolebant: itaque istius vecordissimi mentem cura metuque terrebant. Res vero publica, quanquam erat exterminata mecum, tamen obversabatur[18] ante oculos exstinctoris sui, et ab istius inflammato atque ignito[19] furore jam tum me seque[20] repetebat. Quare quid est mirum, si iste metus furore instinctus,[1] scelere præceps, neque institutas cærimonias persequi, neque verbum ullum[2] solenne potuit effari?

LVI. 142. Quæ cum ita sint, pontifices, revocate jam animos vestros ab hac subtili[3] nostra disputatione ad universam rempublicam, quam antea cum viris fortibus multis, in hac vero causa solis[4] vestris cervicibus sustinetis. Vobis universi senatus perpetua auctoritas, cui vosmetipsi

C H S χ ψ et edd. pr. cum Lamb. Wolf. Beck. Schutz. et Orell.—13 χ *animo.*—14 Pro *sæpe*, quod in H S deest, C χ habent *se.*—15 H *dicere.*—16 C H S T χ præpositionem omittunt.—17 In Franc. Dresd. Barb. ed. 1472. *in ejus sedes.*—18 C T ψ *observabatur.* Pro *exstinctoris* Franc. Hervag. Car. Steph. et Lamb. *exterminatoris.* In Barb. marg. antiqua manu ascriptum est, ' Alii *exterminatoris.*'—19 *Inico* Pal. 9. *inito* Barb. sex Oxonn. Mss. et edd. pr. pleræque: *imito* ed. 1472. *incito* Junt.—20 Franc. et Lamb. *se meque.* Dresd. et Barb. *meque*, omisso *se.* In T et ed. 1472. *seque* deest.—1 *Si iste invictus metu, furore inst.* Junt. *si iste metu, si furore inst.* Manut. Oliv. Lall. *metu perturbatus, si furori inst.* Lamb. 1584. sed in ed. 1566. *metu perculsus.* Schutz. conjecit legend. *si iste metu instinctus.* Beck. legi mavult *metu agitatus.*—2 C H S χ ψ *verbum unum.* Mox, C *affari.*

CAP. LVI. 3 Dicendum potius fuisse *futili* censet Wolf.—4 Lamb. *soli.*—

NOTÆ

[l] *Illo pontifice*] De juniore et imperito pontifice illo loquitur.

[m] *Magna vis est*] Subjicit amplificationem egregiam a Deorum majestate, et suorum cultorum cura, et reipublicæ dignitate; etenim Dii violatores voluntatum suarum timore et cura replent.

[n] *Templorum custodem*] Se Ciceronem intelligit, qui templa Deorum incendio liberavit, exstincta Catilinæ conjuratione.

præstantissimi[5] semper in mea causa præfuistis;[6] vobis Italiæ magnificentissimus ille motus,[o] municipiorumque concursus; vobis Campus,[p] centuriarumque una vox omnium, quarum vos principes atque auctores fuistis; vobis omnes societates, omnes ordines, omnes, qui aut re,[7] aut spe denique sunt bona, omne vobis erga meam dignitatem studium, et judicium non modo commissum, verum etiam commendatum, esse arbitrantur.[8] 143. Denique ipsi Dii immortales, qui hanc urbem atque hoc[9] imperium tuentur, ut esset omnibus gentibus posteritatique perspicuum, divino me numine esse reipublicæ redditum,[10] idcirco mihi videntur fructum ipsum reditus et gratulationis meæ, ad suorum sacerdotum potestatem judiciumque revocasse. Hic est enim reditus, pontifices, hæc restitutio, in domo, in sedibus, in aris, in focis, in Diis penatibus recuperandis: quorum si iste[11] suis sceleratissimis manibus tecta sedesque convellit; ducibusque consulibus, tanquam urbe capta, hanc unam domum, quasi acerrimi propugnatoris, delendam putavit; tamen illi Dii penates ac familiares mei, per vos, in meam domum mecum[12] erunt restituti. LVII. 144. Quocirca te, Capitoline,[13] [q] quem propter beneficia

5 Pro *præstantissimi*, quod in Mss. nonnullis deest, teste Lambino, Pantagathus conjecit legend. *præstantissime;* Ern. legi mavult *præsentissime.*—6 χ *fuistis.*—7 H *revera.* Pro *spe* Ursinus *specie* reponi voluit. Tum, *boni* Barb. sex Oxonn. Mss. Junt. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Denique, pro *omne vobis* Franc. habet *omnes hi tum;* unde Græv. et Lall. dederunt *omnes hi suum.* In C H S T χ, Barb. Ms. Car. Steph. et edd. pr. *omnes tum.* Wolf. Beck. et Orell. e conjectura Garatoni receperunt *omne suum.* Ceteri *omne vobis.*—8 *Arbitrabantur* C H S T χ, Franc. Barb. et edd. pr. unde Grut. Græv. et Wolf. dederunt *arbitrabuntur.*—9 In Ms. Car. Steph. et Ven. 1480. *hoc* deest.—10 Franc. Dresd. ed. 1472. *reductum.*—11 Lamb. *quorum etsi iste.*—12 *Mecum* omittit Dresd. in quo et H S χ ψ legitur *erant rest.*

Cap. LVII. 13 Post *Capitoline* H addit *Jupiter,* quod deesse conjiciebat

NOTÆ

[o] *Magnificentissimus ille motus*] Motum exprimit quo tota Italia commota est ad dandum sibi testimonium, ut Romam ab exilio revocaretur.

[p] *Campus*] Loquitur de Campo Martio. De eo dictum est orat. pro Rab. § 11. not.

[q] *Te, Capitoline*] Jupiter Capitolinus dictus est, quia colebatur in Capitolio.

populus Romanus Optimum, propter vim Maximum nominavit, teque, Juno regina, et te, custos urbis, Minerva,[r] quæ semper adjutrix consiliorum meorum, testis laborum extitisti, precor ac quæso: vosque, qui maxime me[14] repetistis, atque revocastis, quorum de sedibus hæc mihi proposita est contentio, patrii penates familiaresque, qui huic urbi et reipublicæ præsidetis,[15] vos obtestor, quorum ego[16] a templis ac delubris pestiferam illam et nefariam flammam[17] depuli: teque, Vesta mater,[s] cujus castissimas sacerdotes ab hominum amentia, furore et scelere defendi; cujusque ignem illum sempiternum non sum passus aut sanguine civium restingui, aut cum totius urbis incendio commisceri:[18] 145. ut, si in illo pæne fato reipublicæ objeci meum caput, pro vestris cærimoniis atque templis, perditissimorum civium[19] furori atque ferro; et, si iterum, cum ex mea contentione interitus bonorum omnium quæreretur, vos sum testatus, vobis me ac meos commendavi, meque ac meum[20] caput ea conditione devovi,[t] ut, si et eo ipso[1] tempore, et ante, et in consulatu meo, commodis

Hotomann. Mox, in C et T *populi Ro.*—14 Franc. *me maxime.* In H S T χ *me* deest. Tum, H S *recepistis ac revoc.*—15 C S T χ ψ, Franc. Dresd. et edd. vett. *præsides estis.*—16 In S *ego* deest. Ms. Car. Steph. habet *a templis atque delubr.*—17 Pro *flammam* χ ψ *sedem.* In Ven. 1480. *nef. depuli conspirationem:* Rom. et Ven. 1483. *nef. cædem depuli:* Franc. *pestif. illam feram et nef. flammam.*—18 C *commiserit.* Tum, *ut* in Junt. deest, uti volebat Pantagathus. C *si* omittit. Ed. Rom. Ven. 1480. 1483. habent *et si.*—19 Pro *civium,* in χ *hominum.*—20 Ms. Car. Steph. *meque atque meum.*—1 Idem *ut si*

NOTÆ

r *Minerva*] Habebat domi Cicero Minervæ signum, idque longo tempore religiosissime coluerat. Cum autem ex urbe discessurus esset, hoc signum in Capitolio dedicavit, et subscripsit 'Minervæ custodi urbis.' Plut. et Dio.

s *Vesta mater*] Vesta Saturni filia ex Ope, quæ non raro a poëtis pro terra sumitur, sive quod omnibus terra vestiatur, sive quod vi sua stet. Interdum etiam ponitur pro igne. Cum Vesta pro terra accipitur, de matre Saturni; quando virginem nominant, de filia ejus est intelligendum, quam ignem esse voluere. A Numa Pompilio Romæ coli cœpta est: huic virgines dedicavit, quæ Vestales dictæ sunt; quarum munus fuit ignem perpetuum fovere et conservare.

t *Ea conditione devovi*] De hac devotione vide orat. ad Quir. § 1. not.

meis omnibus, emolumentis, præmiis prætermissis, cura, cogitatione, vigiliis omnibus, nihil, nisi de salute meorum civium, laborassem; tum mihi republica aliquando restituta liceret frui: sin autem mea consilia patriæ non profuissent; [*p.* 243.] ut perpetuum dolorem, avulsus a meis, sustinerem: hanc ego devotionem [2] capitis mei, cum ero in sedes meas restitutus, tum denique convictam esse [3] et commissam putabo. 146. Nam nunc quidem, pontifices, non [4] solum domo, de qua cognoscitis, sed tota urbe careo, in quam videor [5] esse restitutus. Urbis enim celeberrimæ et maximæ partes adversum illud non monumentum, sed vulnus patriæ contuentur: quem cum mihi conspectum morte magis vitandum fugiendumque esse videatis; [6] nolite, quæso, eum, cujus reditu restitutam rempublicam fore putastis, non solum dignitatis ornamentis, sed etiam urbis partibus velle esse privatum.[7] LVIII. Non me bonorum direptio, non tectorum excisio,[8] non depopulatio prædiorum, non præda consulum ex meis fortunis crudelissime capta permovet: caduca semper et mobilia hæc esse duxi: non virtutis atque ingenii, sed fortunæ et temporum munera; quorum ego non tam facultatem unquam et copiam expetendam [9] putavi, quam et in utendo rationem, et in carendo patientiam. Etenim ad nostrum usum propemodum jam est [10] definita moderatio rei familiaris: liberis autem nostris satis amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ, relinquemus. Domo per scelus erepta, per latrocinium occupata, per religionis vim sceleratius etiam ædificata, quam eversa, carere, sine maxima ignominia reipublicæ, meo dedecore ac dolore, non possum. Qua-

meo ipso. Pro *et eo* C H S T habent *de eo ; χ de ipso eo.* Mox, sex Oxonn. Mss. cum Lamb. omittunt copulam ante verba *in cons. meo.*—2 C T χ *devolutionem.*—3 C H χ ψ et Ms. Car. Steph. *conjunctam esse.* Mox, Lamb. conjecit *putem* legend.—4 In χ deest *non.* Pro *solum* C *sum de ; χ solum de.* Mox, C H χ *cognostis:* S *cognoscis.*—5 C *video.*—6 C H S χ ψ *videatur.* —7 χ *privatam.*

CAP. LVIII. 8 Lamb. *tectorum exscissio,* omissa partic. *non.*—9 *Extendendam* C H T χ, Franc. Dresd. Barb. Pall. et edd. pr. cum Grut. et Græv. In S *extrudendam.* Mox, C H χ omittunt præpositionem ante *utendo.*—10

propter, si Diis immortalibus, si senatui, si populo Romano, si cunctæ Italiæ, si provinciis, si exteris nationibus, si vobismetipsis, qui in mea salute principem semper locum auctoritatemque tenuistis, gratum et jucundum meum reditum intelligitis[11] esse; quæso obtestorque vos, pontifices, ut me, quem auctoritate, studio,[u] sententiis restituistis,[12] nunc, quoniam senatus ita vult, manibus quoque vestris in sedibus meis collocetis.

Dresd. *jam adest.* Tum, verba *rei fam.* in Franc. et ed. 1472. desunt.—11 χ *intelligetis.*—12 ψ *restituitis.*

NOTÆ

[u] *Auctoritate, studio*] Patet ex hoc loco pontifices Ciceroni revocando favisse. Sane factum est senatusconsultum, 'Videri Ciceronis domum judicio pontificum religione liberatam; et, ut magistratus curarent, ut ei sine vi ædificare liceret;' ut sequenti oratione videbitur.

M. TULLII CICERONIS

DE HARUSPICUM RESPONSIS,

IN SENATU,

ORATIO XXX.

ARGUMENTUM.

Exaudito in agro propinquo et suburbano, qui Latiniensis vocabatur, strepitu quodam recondito, et horribili armorum fremitu, perterrita tam novo, tantoque motu civitate, senatus (ut solebat in similibus prodigiis atque ostentis) haruspices, Etrusca vetere disciplina instructos, et interpretandi peritos, consulendos censuit. Haruspices hæc responderunt, scriptaque senatui dederunt: 1. Postulationes debitas esse Jovi, Saturno, Neptuno, Diis cœlestibus: 2. Ludos minus diligenter factos, pollutosque: 3. Loca sacra et religiosa profana haberi: 4. Oratores contra jus fasque interfectos: 5. Fidem et jusjurandum neglectum: 6. Sacrificia vetusta occultaque minus diligenter facta, pollutaque: 7. Monere Deos immortales, ne per optimatum discordiam dissensionemque, patribus principibusque cædes periculaque creentur, auxilioque deminuti deficiantur; qua re ad unum imperium provinciæ redeant, exercitusque pulsus, deminutioque accedat: 8. Ne deterioribus repulsisque honos augeatur. Octo sunt hæc haruspicum responsa: quorum ex illo, 'Loca sacra et religiosa profana haberi,' Clodius, ædilis curulis, in concione dixit, in ea causa domum esse Ciceronis; quam a se consecratam, profanam haberi. Inde sumta Cicero occasione suæ domus defendendæ, invidiaque liberandæ, hanc orationem habuit in senatu, in qua, post expiatam ædium suarum religionem, ita in

In Ms. Lamb. inscribitur *De haruspicum responsis in P. Clodium in senatu:* Ms. Barb. *M. T. Ciceronis in P. Clodium oratio incipit:* ed .Ven. 1480. *M. T. C. de responsis aruspicum in P. Clodium oratio.* Asconius in Cornel. *de haruspicum responso* nominat.

ipsum Clodium est invectus, ut omnia fere haruspicum responsa ad ipsum pertinere ostenderit; quodsi quid calamitatis reipublicæ impendeat, ejusdem sceleri furorique tribuendum. Nam quod ad primum responsum attinet, unde commota sit ira Deorum immortalium, 'Ludos minus diligenter factos, pollutosque;' non posse ludos ullos, nisi Megalesia significari, quæ Clodius ædilis fecerat, pollueratque servorum multitudine in scenam immissa, cum ad eos ludos liberi tantum homines accedere solerent. De locis sacris religiosis, quod secundum responsum erat, quod in eum Clodius contulerat, in ipsum retorquet, dicitque, suam domum tribus judiciis esse liberatam; quam vero domum Clodius, vetere domino Q. Seio interfecto, teneat, in ea sacellum, aras fuisse: in eadem causa ponit amicos Clodii, L. Pisonem, qui Dianæ sacellum in Cœliculo sustulerat, et Sex. Serranum, qui sacella suffoderat, incenderat, inædificarat, oppresserat. In tertio responso, 'Oratores contra jus fasque interfectos,' notari, ait, scelus Clodii et Pisonis; quorum ille Theodosium Chium, legatum a libera civitate missum, sica percutiendum curaverit; hic Platorem, ex Orestide, libera Macedoniæ parte, cum ad se legatus venisset, crudelissima nece affecerit. Quarto, 'Fidem et jusjurandum neglectum,' designari judices illos, qui manifesto incestus crimine Clodium contra fidem et jusjurandum absolverant. In quinto, 'Sacrificia vetusta, occultaque, minus diligenter facta, pollutaque,' facile Clodii culpam agnosci, qui sacra Bonæ Deæ, omnium vetustissima et occultissima, stupro nefario polluisset. Sextum, ad Clodium ex parte quadam spectare, quia discordiam optimatium moliretur; ex alia parte ad optimates ipsos inter se dissidentes. Septimum, 'Ne deterioribus repulsisque honos augeatur,' distribuitur in Vatinium et Clodium: repulsam enim tulerat Vatinius in petitione ædilitatis: deterrimus autem omnium mortalium Clodius videbatur, qui parentes, Deos immortales, patriam læsisset.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 243.] HESTERNO die,[1] patres conscripti, cum me et vestra dignitas et frequentia[2] equitum Romanorum, quibus senatus dabatur,[a] [a] magnopere commosset; putavi mihi reprimendam[3] esse P. Clodii impu-

[a] *Pro quibus senatus convenerat.*

CAP. I. 1 T *Postremo die.*—2 C *et quod freq.* Post *Romanorum* Mss. quidam addunt *præsentium,* improbante Garaton. Mox in Barb. *movisset;* sed antiqua manus superscripsit *commosset.*—3 χ *reprimendum.* Dein H U χ,

NOTÆ

[a] *Senatus dabatur*] Frequentissimæ fuerunt discordiæ publicanos inter et provinciales; at tunc præcipue temporis exortæ sunt propter Campanum agrum, qui cum vectigalis esset reipublicæ, a Cæsare divisus fuerat.

dicam impudentiam, cum is publicanorum[b] causam[4] stultissimis interrogationibus[c] impediret, et[5] P. Tullioni Syro navaret operam, atque ei sese, cui[6] totus venierat, etiam vobis inspectantibus venditaret. Itaque hominem furentem exultantemque continui, simulac periculum judicii[7] intendi: duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris ferociamque compressi. 2. Attamen ignarus ille, qui consules essent,[d] exsanguis atque æstuans, se[8] ex curia repente proripuit, cum quibusdam fractis jam atque inanibus minis, et cum illius Pisoniani temporis[e] Gabinianique terroribus. Quem cum egredientem insequi cœpissem; cepi equidem fructum maximum, et[9] ex consurrectione[f] omnium vestrum, et ex comitatu publicanorum: sed vecors repente, sine suo vultu, sine colore, sine voce constitit: deinde respexit; et simulac[10] Cn. Lentulum consulem adspexit, concidit in curiæ pæne limine, recordatione, credo, Gabinii sui, desiderioque Pisonis. Cujus ego[11] de effrænato et

Barb. ed. Rom. et Ven. 1480. *impud. impudicitiam:* in T *impudentiam* deest. Oliv. et Lall. deleverunt *impudicam*. Ern. conj. *impunitam imp.* legend.—4 H *causas.* '*Stultissimis*] Melius fuisset *improbis, malitiosis,* aptius etiam furenti exultantique.' *Wolf.*—5 *Et* ante *P. Tull.* in C H S T U χ, Ms. Steph. deest. Tum Ms. Steph. *Tublioni.* Pro *Syro* C *Sico.*—6 Græv. *qui,* errore typographico, ut ait Beck. Mox pro *etiam* C *et.* Dein χ *spectantibus.*—7 *Judicî,* antiquam genit. formam, ex H χ ψ reposuit Beck.—8 Pro *se* χ *si.* Mox *ex cur.* Ms. Barb. ed. Ven. 1480. Grut. et omnes postea; at Rom. Ven. 1483. Naug. Cam. Man. Gryph. Steph. Lamb. 1566. *e cur.* Lamb. in ed. 1584. præpositionem omisit.—9 *Et* ante *ex cons.* deest in χ ψ.—10 *Simul ad* C H S T U χ, Franc. Barb. edd. vett. Junt. Græv. et Beck. Orellio error videtur.—11 *Ego*

NOTÆ

[b] *Publicanorum*] De publicanis dictum est in Orat. pro Font. § 3. not.

[c] *Interrogationibus*] Interrogationes in jure ad rei pecuniariæ causas pertinebant; erantque olim institutæ, ut, ne male agendo causa perderetur, liceret apud eum qui jus dicebat, adversarium certis de rebus, antequam actio institueretur, interrogare.

[d] *Consules essent*] Consules erant Lentulus et Philippus, qui de republica optime sentiebant.

[e] *Pisoniani temporis*] Putabat Clodius se timorem injecturum, ut solebat illo tempore, quo videlicet Piso et Gabinius consules erant; ac, quibus annitentibus, in exilium missus est Cicero.

[f] *Consurrectione*] Moris fuit ut, cum utilem reipublicæ sententiam dixerat aliquis, ipso abeunte abirent omnes, quibus ille probaretur, eumque ad domum usque, honoris causa, comitarentur.

præcipiti furore quid dicam? haud[12] potest gravioribus a me verbis vulnerari, quam est statim, in facto ipso, a gravissimo viro P. Servilio[g] confectus ac trucidatus; cujus si etiam[13] vim et gravitatem illam singularem, ac pæne divinam, assequi possem;[14] [*p.* 244.] tamen non dubito, quin ea tela, quæ conjecerit inimicus,[h] quam ea, quæ collega patris emisit, leviora atque hebetiora esse videantur.

II. 3. Sed tamen mei facti[i] rationem exponere illis volo, qui hesterno die dolore me elatum, et iracundia longius prope digressum[15] arbitrabantur, quam sapientis hominis cogitata ratio postularet. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu consideratum ac multo ante meditatum. Ego enim,[16] patres conscripti, inimicum me semper esse professus sum duobus,[k] qui me,[17] qui rempublicam,[18] cum defendere deberent, servare possent; cumque ad consulare officium[l] ipsis insignibus illius imperii, ad meam salutem non solum auctoritate, sed etiam precibus vestris

in χ deest.—12 *Haud* deest in Mss. Lamb. et S. Vict. unde Lamb. delevit, positis interr. signis: *aut* est in S χ, Barb. ed. Rom. Ven. 1483. Mss. quibusdam, et in plerisque Pall. *In facto ipso* suspecta sunt Ern. Dein ψ *in sanctissimo viro.*—13 *Si jam* Beck. ex C H S U χ ψ, Pall. Barb. ed. Rom. et Ven. 1483. probante Garaton. *etsi jam* T, Franc. edd. 1472. et Ven. 1480. *si eam* Lambinus.—14 Grut. *possent*, errore typographico, ut ait Ern. Paulo post, pro *quam ea* Ern. suspicabatur *iis* legend. Mox, C H T U, Barb. et edd. vett. *amisit:* Puccii Ms. *immisit.*

Cap. II. 15 *Long. progressum* Beck. ex ψ et Ms. Memm. cum Lamb. et Wolf. *longius prope progressum* Pal. 9. et Ms. Vict. *longius prope digr.* ceteri. Mox *postulasset* U χ, Ms. Barb. edd. vett. et Naug.—16 Post *enim*, P C addunt *nec.*—17 *Me* in C deest.—18 '*Rem meam*] Hanc veterem scripturam, confirmatam plerisque Pall. Franc. 1. C H S T U χ, (de Barb. nihil dictum) et edd. pr. revocavi. Lambinus, cum in cod. reperisset *qui rem* (sine voc. *meam*) ex ingenio edidit *qui remp.* Gruterus autem, e Pal. 9. et Erf. scripsit

NOTÆ

[g] *P. Servilio*] Servilius Isauricus collega fuit in consulatu Appii Claudii, A. U. C. 674. qui P. Clodii pater fuit.

[h] *Inimicus*] Cicero P. Clodii inimicus fuit.

[i] *Sed tamen mei facti*] Purgat se Cicero, ut sibi patres conciliet.

[k] *Duobus*] Pisonem et Gabinium consules exagitat.

[l] *Consulare officium*] In eo potissimum consistit consulum officium, ut rempublicam et bene meritos de ea cives tueantur; quod minime superiores consules, Piso et Gabinius, præstiterunt.

vocarentur; primo reliquerunt, deinde [19] prodiderunt, postremo oppugnaverunt, præmiisque nefariæ pactionis [20] [m] funditus una cum republica oppressum exstinctumque voluerunt; quique suo [1] ductu [n] et imperio, cruento illo atque funesto, supplicia neque a sociorum mœnibus [o] prohibere, neque hostium urbibus inferre potuerunt; excisionem,[2] inflammationem, eversionem, depopulationem, vastitatem eam,[3] sua cum præda, meis omnibus tectis [p] atque agris intulerunt. 4. Cum his furiis et facibus, cum his, inquam, exitiosis prodigiis, ac pæne hujus imperii pestibus, bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum: neque id tamen ipsum tantum, quantum meus ac meorum, sed tantum, quantum [4] vester atque omnium bonorum dolor postulavit. III. In Clodium vero non est hodie meum majus odium, quam illo die fuit, cum illum ambustum [q] religiosissimis ignibus, cognovi muliebri ornatu, ex [5] incesto stupro atque ex domo pontificis maximi [r] emissum: tum, inquam, tum

qui rempublicam, eumque alii secuti sunt.' Beck. Wolf. habet *una cum republ.* —19 *Deinde* in H deest. *Prodiderunt* in H omittitur: C U *perdiderunt.* Mox al. *oppugnarunt.*—20 *Factionis* C H S T U χ, omnes Pall. Barb. ed. Rom. et aliæ vett. quod Garaton. repudiat. Tum *una* in χ deest.—1 In Ms. Car. Steph. *suo* omittitur.—2 *Exscissionem* edidit Lamb.—3 *Eam,* tanquam spurium, uncis inclusit Beck. quem Schutz. et Orell. secuti sunt. *Vastitatem, aucti præda* edidit Lamb. Pro *cum* T *tamen;* et pro *his* C *iis.*—4 *Meus ac . . . quantum* in C H S T χ desunt. Mox pro *vester,* C H *videtur.*

NOTÆ

[m] *Nefariæ pactionis*] Piso Macedoniam, et Gabinius Syriam a Clodio acceperunt, ut Ciceroni nocerent.

[n] *Suo ductu*] Imperium significat, quo consulares illas provincias obtinuerunt Gabinius et Piso.

[o] *Sociorum mœnibus*] Permisit Piso, corruptus pecunia a barbaris, ut illi vexarent Thessalonicenses fœderatos cum Romanis: nam ii oppidum relinquere, et arcem munire coacti sunt.

[p] *Omnibus tectis*] Consulibus Pisone et Gabinio, eversa a Clodio Ciceronis domus est, et villæ ejus direptæ, excisæ arbores, &c.

[q] *Cum illum ambustum*] Causam sui odii in Clodium profert, quem invidiose et contemtim ambustum vocat; quasi propius ad sacros illos ignes accessisset, qui excitabantur a mulieribus, dum Bonæ Deæ facerent, cujus in operta se clam immisit muliebri vestitu.

[r] *Domo pontificis max.*] Tunc C. Julius Cæsar erat pontifex, apud quem illa sacra celebrabantur.

vidi, ac multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipublicæ. Videbam, illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis, nobilis, vulnerati,[s] non posse arceri[b] otii finibus; erupturum illud malum aliquando, si impunitum fuisset, ad perniciem civitatis. 5. Non multum[t] mihi sane post ad odium accessit: nihil enim contra me fecit odio mei, sed odio severitatis,[6][u] odio dignitatis, odio reipublicæ: non me magis violavit, quam senatum, quam equites Romanos, quam omnes bonos, quam Italiam cunctam: non denique in me sceleratior fuit, quam in ipsos Deos immortales.[x] Etenim illos eo scelere violavit,[7] quo nemo antea: in me fuit eodem animo, quo etiam[8] ejus familiaris Catilina, si vicisset, fuisset. Itaque eum nunquam a me esse accusandum putavi non plus, quam stipitem illum,[y] qui, quorum hominum esset,[c] nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret. Quid enim hunc[9] persequar, pecudem ac belluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptum?[10] qui si[11] sensit,

[b] *Excludi.* [c] *Cujus nationis.*

Cap. III. 5 C H χ *et.*—6 Franc. et ed. 1472. *veritatis.*—7 Cod. Barb. *eo scel. p. violavit:* ed. Ven. 1480. plene *eo scel. publico viol.* Garaton. censet *P. C.* interponi posse.—8 *Etiam* in H S χ deest. Tum pro *ejus* ed. Rom. *meus,* et C *suus.*—9 Verba *Quid enim hunc* in T desunt. In C superscriptum *hanc.* —10 Ms. Franc. Gryph. et Schutz. *corruptam:* et pro *glande* ed. 1472. *clade;* et Ms. C *gladiatorem* cum asterisco.—11 *Si* in ψ deest. Barb. ed. Ven. Junt.

NOTÆ

[s] *Vulnerati*] Vulneratum dicit, id est, vocatum in judicium propter pollutas cærimonias Bonæ Deæ. Vocatus quidem fuerat ille in judicium, sed pecunia corruptis judicibus, evasit incolumis.

[t] *Non multum, &c.*] Profitetur Cicero, ab illo tempore non sibi fuisse novam rationem eum odio prosequendi.

[u] *Severitatis*] Odio legum, quæ severe sceleratos puniunt, Ciceronem oderat Clodius.

[x] *Quam in ipsos Deos immortales*] Clodius Deorum religionem violavit, cum incestum commisit in Deorum sacris.

[y] *Stipitem illum*] Cicero indicat Ælium Ligurem, qui, Pisone et Gabinio coss. tribunus plebis fuit cum Clodio; qui cum obscurus esset et ignobilis, cognomen ex gente Ælia sibi assumsit. Volunt alii loqui de Pisone, qui ex materno genere Ligur erat.

quo sese[12] scelere devinxerit,[z] non dubito, quin sit miserrimus: sin autem id non videt, periculum est, ne[13] se stuporis excusatione defendat. 6. Accedit[14] etiam, quod expectatione omnium, fortissimo et clarissimo viro, T. Annio, devota et constituta ista hostia[a] esse videtur; cui me præripere desponsam jam et destinatam laudem, cum ipse ejus opera et dignitatem et salutem recuperarim,[b] valde est[15] iniquum. IV. Etenim, ut P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis, qui illam, a multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactatam,[16] pæne captam aliquando, quasi fatali eventu, solus evertit;[c] sic T. Annius ad illam pestem comprimendam, exstinguendam, funditus delendam, natus esse videtur, et quasi divino munere donatus reipublicæ.[17] [*p.* 245.] Solus ille[18] cognovit, quemadmodum armatum civem,[d] qui lapidibus, qui ferro alios fugaret, alios domi contineret,[e] qui

senserit: Lamb. edidit *sentit.*—12 Beck. *se* recepit ex C H S T U, Barb. et edd. vett.; quem secutus est Orellius. *Quo scel. se* Lamb.—13 Mss. Franc. et Barb. *ut.*—14 T *Accedat.*—15 C *et.* Paulo post pro *exitiumque,* C H *excidiumque.*

Cap. IV. 16 T U, Franc. Barb. Mss. Car. Steph. ed. Ven. 1480. Junt. Lamb. *labefactam.* Mox H U, Franc. *adventu.*—17 *Rei publicæ donatus* Lamb. —18 *Ille* in C deest: idem paulo post *totamque* pro *totam, qui:* et pro *templa*

NOTÆ

[z] *Quo sese scelere devinxerit*] Devinxisse se Ligurem dicit, cum se Clodio adjunxit, ut impediret Ciceronis reditum: nam cum de eo referret Minnius, seu Mummius, intercessit. Si de Pisone loquatur, certe mercede provinciarum salutem Ciceronis cum eo mercatus est Clodius.

[a] *Devota et constituta hostia*] Ostendit quod Clodium ipse nolit accusare, quasi hæc actio debita sit Miloni, a quo, tanquam hostia, immolandus est.

[b] *Recuperarim*] Cum Clodius impediret Ciceronis reditum, et omnia ab eodem Clodio sublata judicia viderentur, emit gladiatores Milo, ut ejus potentiæ obsisteret.

[c] *Evertit*] A. U. C. 607. Scipio Carthaginem delevit. Vide Agr. I. § 5. not.

[d] *Armatum civem*] Clodium ille compressit, cum in urbe seditiones excitavit, dum de Ciceronis reditu ageretur. De hoc dictum est, Pro Domo sua.

[e] *Alios domi contineret*] Pompeium domi continuit, quem per sicarium voluit interficere: ideoque pluribus diebus publico abstinuit.

urbem totam, qui curiam, qui forum, qui templa omnia cæde incendiisque terreret, non modo vincire, verum etiam vincere[19] oporteret. 7. Huic ego, et tali, et ita de me, ac de[20] patria merito viro, nunquam mea voluntate præripiam eum præsertim reum, cujus ille inimicitias non solum suscepit[1] propter salutem meam, verum etiam appetivit. Sed si etiam nunc illaqueatus[f] jam omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, expectatione supplicii jam non diuturna[2] implicatus, feretur tamen hæsitans, et, in me impetum impeditus facere conabitur; resistam, et, aut concedente, aut etiam adjuvante Milone, ejus conatum refutabo: velut hesterno die, cum mihi stans tacenti[3] minaretur, voce tantum attigi legum initium[g] et judicii: consedit ille, conticuit.[4] Diem dixisset,[h] ut jecerat:[5] fecissem, ut ei statim tertius a prætore dies diceretur. Atque hoc sic moderetur,[6] et cogitet, si contentus sit iis sceleribus, quæ commisit, esse jam[7] consecratum Miloni; si quod in

χ *templum.*—19 Edd. vett. Junt. Grut. Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *vincere ... vincire.* Primo loco *vincere* in S deest: in Pal. 9. teste Grut. *vincere ver. et. vinc.* omittitur: in H U χ, Pall. reliquis, Franc. Erf. Barb. ed. 1472. Naug. et Ald. Nep. legitur *vinci*, quod prætulit Camerarius. Fabric. et Ferrat. legi maluerunt *vinci ... vinciri:* in C *lenire:* T *ne inimici.* Vid. Nott. Varr. Mox *ego* post *Huic* omisit Lamb.—20 *De* in H deest.—1 C H *susceperit.*—2 Ms. Franc. ed. 1472. *diuturna non:* et mox H *resistamque.*—3 Ex Lambini et Manutii conjectura, (probante Garaton.) Wolf. et Beck. ediderunt *stanti jacens:* Ern. et Schutz. e conjectura Grævii, *stans tacenti:* ceteri *stanti tacens.* Vide Nott. Varr.—4 Lamb. edidit *concidit ille et cont.* Naug. et Ald. Nep. *concidit ille: cont.* probante Marclando.—5 Ern. e conjectura, *jecerat,* probante Garaton. omnes aliæ edd. *fecerat.* Ms. Steph. *ut faceret.*—6 Quidam ap. Lamb. in not. *meditetur*, probante Garaton. Mox pro *iis*, Ms. Franc. *is*, et ed. 1472. *his.*—7 Junt. Lamb. Oliv. Lall. Wolf. et Beck. *jam se esse:* in C H ψ, Pal. 9. Erf. et Ms. Vict. pronomen deest: in S T U χ, Barb. ed. Rom. 1472. et utraque Ven. *se esse:* in Ms. Franc. verbo *esse* servato, *jam* omittitur. Mox H *intorsit:* S T U χ, Franc. et edd. vett. *intorserit.*

NOTÆ

[f] *Nunc illaqueatus*] Clodius quasi bellua se laqueis implicuit.

[g] *Legum initium*] Accusare de vi Clodium Cicero poterat, quia saxis, ignibus, et ferro vim ejus domibus intulerat.

[h] *Diem dixisset*] Testatur Cicero, si se in judicium vocavisset Clodius dicta die, statim eum etiam vocasset in judicium, et effecisset ut statim ille a prætore ad diem tertium quoque vocaretur: diem vero dicere tantum ad magistratus pertinebat. Erat autem hoc anno ædilis Clodius.

me telum intenderit, statim me esse arrepturum arma judiciorum atque legum.

8. Atqui[8] paulo ante, patres conscripti, concionem habuit, quæ est ad me tota delata: cujus concionis primum universum argumentum sententiamque audite: cum riseritis impudentiam hominis, tum a me de tota concione audietis. v. De religionibus,[i] sacris, et cærimoniis est concionatus, patres conscripti, Clodius:[9] P. (inquam) Clodius sacra et religiones negligi, violari, pollui questus est. Non mirum, si hoc vobis ridiculum videtur:[10] etiam sua concio[k] risit hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis[d] confixum[11] senatusconsultis; quæ sunt omnia contra illum pro religionibus facta, hominemque eum, qui pulvinaribus[l] Bonæ Deæ stuprum intulerit, eaque sacra, quæ viri oculis, ne imprudentis[12] quidem, adspici fas est, non solum adspectu virili, sed flagitio stuproque violarit, in concione de religionibus neglectis conqueri. 9. Itaque nunc proxima concio ejus expectatur de pudicitia. Quid enim interest, utrum ab altaribus religiosissimis fugatus, de sacris et religionibus conqueratur,[13] an ex sororum cubiculo[m] egressus, pudorem pudicitiamque defendat? Responsum haruspicum hoc recens de fremitu[14][n] in concione recitavit: in quo cum

[d] *Multis.*

—8 *Atque* Mss. aliqui et ed. 1472. Dein pro *ad me*, C H *a me*.
Cap. v. 9 Verba *pat. con. Cl.* in χ desunt: ed. 1472. *P. C. Clodius*: C H, *P. Clodius*: U *C. Clodius*. Mox et *P.* et *Clodius* in T deest, ubi Ms. Franc. Barb. edd. 1472. 1480. *Pulcher inquam Clodius*.—10 *Si h. v. r.* in χ omittuntur: et idem habet *et* pro *etiam*.—11 Post *conf.* χ ψ addunt *se*; et statim Lamb. e Mss. recepit *senati consultis*. Mox pro *relig.* C T *legionibus*.—12 C *impudentis*: Tum pro *flagitio* C *flagio*.—13 Pro *conqueratur* χ *queratur*; et pro *sororum* H χ *suorum*.—14 Ern. suspicatur *terræ* excidisse. Postea *id* ante *quod* in

NOTÆ

[i] *De religionibus*] Conciliat sibi attentionem festiva ironia, qua ridet Clodium agere de religionibus, quas omnes polluit.

[k] *Sua concio*] Amicos intelligit, qui venerant ut ei faverent; qui ne quidem sine risu eum dicentem de religionibus audire potuerunt.

[l] *Pulvinaribus*] Pulvinaria pro templis posuit, de quibus dictum est Orat. III. in Catil. § 23. not.

[m] *Ex sororum cubiculo*] Clodius constanti omnium fama creditus est sororibus suis stuprum intulisse.

[n] *De fremitu*] Fremitus auditus fuit in agro Latiniensi.

aliis multis scriptum etiam illud est (id quod audistis) 'loca sacra, et religiosa, profana haberi.' In ea causa esse dixit domum meam, a religiosissimo sacerdote,[o] P. Clodio, consecratam. 10. Gaudeo mihi de toto hoc ostento,[p] (quod haud [15] scio, an gravissimum multis his annis huic ordini nuntiatum sit) datam [16] non modo justam, sed etiam necessariam causam esse dicendi. Reperietis enim ex hoc toto prodigio atque responso, nos de [17] istius scelere ac furore, ac de impendentibus periculis maximis, prope jam [18] voce Jovis Optimi Maximi præmoneri. 11. Sed primum expiabo[e] religionem ædium mearum, si id facere vere ac sine cujusquam dubitatione potero: sin scrupulus tenuissimus [19] residere aliquis videbitur, non modo patienti, sed etiam libenti animo, portentis Deorum immortalium religionique parebo.

VI. Sed quæ tandem est in hac urbe tanta domus, ab ista religionis suspicione tam vacua atque pura? Quanquam vestræ [20] domus, patres conscripti, ceterorumque civium, multo maxima ex parte [1] sunt liberæ religione, tamen una mea domus judiciis omnibus liberata, in hac urbe, sola est. Te enim appello, Lentule, et te, Philippe.[q] Ex hoc haruspicum responso decrevit senatus, ut de locis

[e] *Purgabo.*

C deest.—15 ψ *aut.* Mox *an* in χ deest.—16 χ *datum.*—17 C H χ, Ms. Franc. et ed. 1472. *ex:* et postea pro *ac de* C H *ab*, χ ψ *ac.*—18 χ *propriam:* ed. 1472. *propria.* In Ms. Franc. *jam* deest, sed *prope* legitur. Dein C H S T U χ *promoveri.*—19 *Vel tenuissimus* Lamb. Mox pro *religionique*, C H *religionibusque.*

CAP. VI. 20 χ *nostræ.* Pro verbis *patres conscr. . . . judiciis* in χ legitur tantum *vitiis.*—1 *Ex parte* aberant a Ms. Lamb. unde Lamb. legendum suspi-

NOTÆ

[o] *Religiosissimo sacerdote*] Ironice vocat sacerdotem, quia sacris Bonæ Deæ affuit contra fas omne.

[p] *Hoc ostento*] Ostentum definit Labeo 'omne contra naturam cujusque rei genitum factumque.' Duo autem genera sunt ostentorum; unum, quoties quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte, aut pedibus, aut quavis alia parte corporis, quæ naturæ contraria est; alterum, cum quid prodigiosum videtur.

[q] *Lentule, Philippe*] Hi consules tum erant.

sacris[2] religiosis ad hunc ordinem referretis: potestisne referre de mea domo? [*p.* 246.] quæ (ut dixi) sola, in hac urbe, omni religione, omnibus judiciis, liberata est:[r] quam primum inimicus ipse, in illa tempestate ac nocte reipublicæ, cum cetera scelera stylo illo impuro,[s] Sex. Clodii ore tincto, conscripsisset,[3] ne una quidem attigit litera[f] religionis. Deinde eandem domum populus Romanus, cujus est summa potestas omnium rerum, comitiis centuriatis,[t] omnium ætatum ordinumque suffragiis, eodem jure esse[g] jussit,[4] quo fuisset. 12. Postea vos, patres conscripti, non quod dubia res esset, sed ut huic furiæ (si diutius in hac urbe, quam delere cuperet, maneret) vox interdiceretur,[5] [u] decrevistis, ut de mearum ædium religione ad pontificum collegium referretur. Quæ tanta religio est,[v] qua non in nostris[6] dubitationibus, atque in maximis superstitionibus, unius P. Servilii ac M. Luculli responso ac verbo liberemur? De sacris publicis,[x] de ludis maximis,[y] de Deorum

[f] *Ne quidem religiosam fecit una litera.* [g] *Frui.*

cabatur *multo maximam partem.*—2 Ed. Ven. 1480. ante *religiosis* addidit *et*, Lamb. *ac.* Mox T *referetis.*—3 In edd. ante Gruterum *ore tincto* aberat, et edebatur *Clodius.* Vitio tamen operarum in ejus ed. mansit *Clodius*, ut ait Ern.—4 C *dixit.* Porro pro *vos* Ms. Steph. *vero.*—5 *Intercluderetur* Lamb. probante Ern. Gulielm. maluit *interciperetur:* J. F. Gronov. *incideretur:* C

NOTÆ

[r] *Liberata est*] Liberata est religione domus Ciceronis per pontifices, apud quos superiorem orationem habuit Pro Domo sua.

[s] *Stylo illo impuro*] Sextus Clodius solitus erat leges scribere P. Clodio, tribuno plebis.

[t] *Comitiis centuriatis*] Vid. Agr. II. § 27. not.

[u] *Vox interdiceretur*] Causa de domo Ciceronis ad pontifices ideo remissa est, ut a Clodio nunquam diceretur eam domum fuisse religione consecratam.

[v] *Quæ tanta religio est*] Nullum esse scrupulum ait, quo non sit liberatus per Servilium et Lucullum, cum agitur de religionibus.

[x] *De sacris publicis*] Sacra publica dicuntur, quæ publico sumtu pro populo fiunt.

[y] *Ludis maximis*] Per ludos maximos vulgo Circenses intelliguntur, quod, ut inquit Pedianus, magnis impensis dati sunt. Instituti sunt autem a Tarquinio Prisco, et propterea Circenses dicti sunt, quod primi in Circo, qui Maximus dictus est, habiti sunt. Solennes deinde annui manserunt; et sacri Jovi, Junoni, ac Minervæ, ab ædilibus curabantur.

penatium[z] Vestæque matris[a] cærimoniis, de illo ipso sacrificio, quod fit pro salute populi Romani,[b] quod, post Romam conditam, hujus unius casti tutoris[c] religionum scelere violatum est, quod tres pontifices statuissent, id semper[7] populo Romano, semper senatui, semper ipsis Diis immortalibus satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est. At vero meam domum P. Lentulus, consul et pontifex,[8] P. Servilius, M. Lucullus, Q. Metellus,[d] M' Glabrio,[9] M. Messala,[e] L. Lentulus, flamen Martialis,[f] P. Galba,[g] Q. Metellus Scipio,[10] C. Fannius, M. Lepidus, L. Claudius, rex sacrorum,[h] M. Scaurus, M. Crassus,[11] C. Curio, Sex. Cæsar, flamen Quirinalis,[i] Q. Cornelius, P. Albinovanus, Q. Terentius, pontifices minores,[12][k] causa cognita, duobus locis dicta,[l] maxima frequentia am-

interdiceret: χ *interciderelur.*—6 C T *vestris.*—7 C *per:* H *idem per:* U *item per:* χ *idem pec.* ψ *idem p.* Mox C H U *populum Romanum.*—8 H *pontifices.* Mox C *Luculus.*—9 Prænomen *M'* in C H T U χ, et ed. 1472. deest: alii legunt *M. Glabrio.* Paulo post C *L. Galba.*—10 In C H S T U χ, Ms. Franc. ed. 1472. est tantum *Scipio.* In Lamb. *Q. Scipio.* Fulv. Ursinus reponi maluit *P. Scipio.* Mox pro *M. Lepidus*, U *ac Lepidus.* Dein Ms. Franc. *et Claudius.* Barb. *r. Claudius.* Van Vaassen, Fasti, p. 377. censet *M' Lepidus, C. Claudius* legend.—11 T *Q. Crassus:* et mox pro *Albinovanus*, χ *Albinovianus.*—12 Ms. Franc. et ed. Wolf. *majores.* Mox pro *dicta*, C *eam:* H *ea.*

NOTÆ

[z] *De Deorum penatium*] De his dictum in orat. pro Quintio, § 83. not.

[a] *Vestæque matris*] De ea vide superiorem orationem, § 144. not.

[b] *Quod fit pro salute populi Romani*] Illud sacrificium intelligit, quod in operto Bonæ Deæ fit.

[c] *Casti tutoris*] Clodium ironice tutorem religionum vocat.

[d] *Q. Metellus*] Qui Nepos dictus est.

[e] *M' Glabrio, M. Messala*] Glabrio e gente Acilia fuit, Messala e Valeria; et uterque consularis.

[f] *Flamen Martialis*] Proximus fuit dignitate flamen ille Martialis, ei qui Dialis dictus est. Is ex patribus creabatur, et Marti sacra faciebat.

[g] *Galba*] Sulpicius Galba cum Cicerone consulatum petivit.

[h] *Rex sacrorum*] De hoc dictum est.

[i] *Quirinalis*] Quirinalis major fuit, et patricii generis, a Numa Pompilio in honorem Romuli institutus. Romulus enim Quirinus appellatus est, parens et urbis conditor.

[k] *Pontifices minores*] Pontifices minores fuerunt scribæ pontificum, qui fastos seu annales custodiebant.

[l] *Duobus locis dicta*] Primum dicta fuit causa pro domo Ciceronis in senatu antequam Romam rediisset; deinde apud pontifices ab ipso Cicerone.

plissimorum ac sapientissimorum civium adstante, omni religione, una mente, omnes liberaverunt. VII. 13. Nego unquam post sacra constituta, quorum eadem est antiquitas, quæ [13] ipsius urbis,[m] ulla de re, ne de capite quidem virginum Vestalium,[n] tam frequens collegium judicasse: quanquam ad facinoris [14] disquisitionem [o] interest adesse quamplurimos. Ita est enim interpretatio [h] illa pontificum, ut iidem potestatem habeant judicum. Religionis explanatio [15 p] vel ab uno pontifice perito recte fieri potest; quod idem, in judicio capitis, durum atque iniquum est. Tamen sic reperietis, frequentiores pontifices de mea domo, quam unquam de cærimoniis virginum judicasse. Postero die frequentissimus senatus, te consule designato, Lentule, sententiæ principe,[q] P. Lentulo et Q. Metello consulibus

[h] *Disquisitio.*

CAP. VII. 13 *Quæ* in C deest: et pro *ne de* in C H U legitur *neque de.* Paulo post pro *tam* χ *tamen.*—14 C H *facinorum.* Mox pro *iidem* χ *inde.*—15 Ms. Franc. Junt. Manut. Lamb. Græv. *expiatio:* χ *explanatione.* In ed. Wald. *habeant judicium religionis expiatione, &c.* In Ms. Barb. *expiatione ne ab, &c.* utroque *ne* punctis notato. Pro *vel*, H, superiori linea, *ne:* in S χ

NOTÆ

[m] *Quæ ipsius urbis*] Fere omnia sacra quæ Romæ erant, aut a Romulo, primo urbis conditore; aut a Numa Pompilio, qui anno urbis quadragesimo post Romulum regnavit, instituta fuerunt.

[n] *Vestalium*] Si qua virgo Vestalis polluta crimine detestabili fuerat, omnium pontificum sententiis damnabatur; et ab sacris abstinere jussam stata die, sub effossa humo, ad portam Collinam, in loco qui sceleratus dicebatur, vivam defodiebant. In ea enim subterranea erat fovea, ad quam gradibus descensus fuit, et in imo lectulus, lucerna ardens, panis simul et lac, item aqua, et in gutto oleum. Virginem vero damnatam, demtis vittis e vertice, feretro impositam, cultu miserabili, maximo omnium horrore, eo deducebant; quo cum pervenerat, vinculis solutam, pontifex max. solenne præfatus carmen, capite velato, ad ostium foveæ constituebat; et postquam introgressa fuerat, illo averso, et scalis sublatis, desuper aggesta humo, defodiebant vivam, ita ut ab omni hominis tactu illæsa exstingueretur.

[o] *Ad facinoris disquisitionem*] Ad scelus examinandum, cujus virgo Vestalis arguebatur, maxima judicum multitudo adesse debebat.

[p] *Religionis explanatio*] Lege *expiatio:* supra enim sic habet Cicero, 'Primum expiabo religionem mearum ædium.'

[q] *Sententiæ principe*] Princeps sententiæ dicebatur, qui primus eam proposuerat.

referentibus, statuit (cum omnes pontifices, qui erant hujus ordinis,[r] adessent, cumque alii, qui honoribus populi Romani antecedebant, multa de collegii judicio verba fecissent, omnesque iidem [16] scribendo adessent[s]) domum meam, judicio pontificum, religione liberatam videri. 14. De hoc igitur loco sacro [17] potissimum videntur haruspices dicere, qui locus solus ex privatis locis omnibus hoc [18] præcipue juris habet, ut ab ipsis, qui sacris præsunt, sacer non esse judicatus sit? Verum referte:[t] quod ex senatusconsulto facere debetis. Aut vobis cognitio[u] dabitur, qui primi de hac domo sententiam dixistis, et eam religione omni liberastis; aut senatus ipse judicabit, qui, uno illo solo antistite[x] sacrorum dissentiente, frequentissimus antea judicavit; aut, id quod certe fiet, ad pontifices rejicietur, quorum auctoritati, fidei, prudentiæ, majores nostri sacra [19] religionesque, et privatas,[y] et publicas, commendarunt. Quid ergo hi possunt aliud judicare, ac judicaverunt? Multæ sunt domus in hac urbe, patres conscripti, atque haud scio an pæne cunctæ, jure optimo; [*p.* 247.] sed tamen jure privato,[z] jure hæreditario, jure auctoritatis, jure mancipi,

deest. Paulo post pro *recte fieri*, C H S χ *referri.*—16 C H S T U ψ *idem.*—17 Cum Ms. Erf. verbum *sacro* deleverunt Beck. Schutz. et Orell. jubente etiam Garaton.—18 U *hujus:* et mox H T U χ, Ms. Franc. Barb. ed. 1472. utraque Ven. *jus.* Dein pro *ipsis*, C *his;* et pro *judicatus*, idem habet *judicatum.*—19 *Sacra* in C H deest. Postea pro *hi poss.* C *ii poss.* et pro *aliud*,

NOTÆ

[r] *Hujus ordinis*] Senatorium ordinem intelligit.

[s] *Scribendo adessent*] Omnes aderant dum scribebatur senatusconsultum, quod factum erat de domo Ciceronis liberata, et soluta ab omni religione.

[t] *Verum referte*] Hortatur ut ad senatum, quæ responsa sunt ab haruspicibus, referant.

[u] *Vobis cognitio*] Consules designati prima sententiam dixerunt: nam illi designati in sequentem annum primi omnium in senatu sententiam rogabantur.

[x] *Illo solo antistite*] Loquitur de Clodio, quem ironice sacrorum antistitem vocat, quia præter jus omne sacris Bonæ Deæ affuerat.

[y] *Religiones privatas*] Vide quæ de sacris privatis et publicis dicta sunt in orat. superiore.

[z] *Jure privato*] Jus privatum est quod ad singulorum utilitatem spectat.

jure nexi.[a] Nego esse ullam domum aliam, æque privato jure, atque optima lege,[20] publicò[b] vero omni præcipuo, et humano, et divino jure[1] munitam. 15. Quæ primum ædificatur[c] ex auctoritate senatus, pecunia publica; deinde contra vim nefariam hujus gladiatoris, tot senatusconsultis[2] munita atque septa est. VIII. Primum negotium iisdem[3] magistratibus[d] est datum anno superiore, ut curarent, ut sine vi mihi ædificare liceret, quibus, in maximis periculis, universa respublica commendari solet: deinde, cum ille[e] saxis, et ignibus, et ferro vastitatem meis sedibus[4] intulisset, decrevit senatus, eos, qui id fecissent, lege de vi,[5] quæ esset in eos, qui universam rempublicam oppugnassent, teneri.[i] Vobis vero referentibus, o[6] post hominum memoriam fortissimi atque optimi consules![f] decrevit idem senatus frequentissimus, qui meam domum violasset, contra rempublicam esse facturum. 16. Nego, ullo de opere pub-

[i] *Accusari.*

idem *aliter.*—20 In H T χ deest *æque.* Pro *privato* χ *privatam.* Pro *jure atque* C *eodem quo;* H T χ *eodem quoque.* Mss. Erf. Franc. Barb. et edd. vett. *domum aliam privato, eodem* (Ms. Franc. *eadem*) *quoque opt. lege.* Hinc Garaton. effecit, *nego esse ullam domum aliam privato eodem quo quæ opt. lege,* quod recepit Orellius.—1 Pro *jure* C H ψ *esse.* Ante *Quæ primum* Franc. addit *et.*—2 H ψ *senati consultis,* quam formam prætulit Lamb. Postea pro *est,* C *sit.*

Cap. VIII. 3 Pro *iisdem,* C H *quidem hisdem;* et iidem Mss. pro *curarent* dederunt *curaret.*—4 T, Junt. Lamb. Wolf. et Orell. *ædibus.*—5 In marg. Lamb. conjicitur *de vi publica.* Mox *est* omnes edd. præter Ern. qui e conjectura dedit *esset.*—6 In C T, Ms. Franc. deest *o,* pro quo in ed. 1472. legitur

NOTÆ

[a] *Jure auctoritatis, jure mancipi, jure nexi*] His verbis Cicero 'auctoritatem' pro jure dominii quæsiti usucapione; 'mancipium' pro emtionis et alienationis jure; 'jus nexi' pro obligatione aliqua, v. g. pro oppigneratione usurpavit.

[b] *Publico*] Jus publicum est, quod ad statum rei Romanæ spectat, quod in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit.

[c] *Ædificatur*] Nondum plane erat Ciceronis domus ædificata, cum hanc habuit orationem, licet jam ab anno superiore 698. fuisset inchoata.

[d] *Iisdem magistratibus*] P. Lentulo, et Q. Metello negotium ædificandæ domus Ciceronis datum est.

[e] *Ille*] Clodius vis illatæ reus fuit, quod contra senatus auctoritatem vim ædibus Ciceronis intulisset.

[f] *Optimi consules*] Lentulus scilicet, et Philippus de domo Ciceronis ad senatum retulerunt.

lico, de monumento,[g] de templo, tot senatus[7] extare consulta, quot de mea domo, quam senatus unam, post hanc urbem constitutam,[8] ex ærario ædificandam, a pontificibus liberandam, a magistratibus defendendam, a judicibus puniendam[9] putaret. P. Valerio,[h] pro maximis in rempublicam beneficiis, data domus est in via publica:[10] at mihi in Palatio restituta. Illi locus; at mihi etiam[11] parietes atque tectum: illi, quam ipse privato jure tueretur; mihi,[12] quam publice magistratus omnes defenderent. Quæ quidem ego si aut per me, aut ab aliis haberem; non prædicarem apud vos, ne nimis gloriari viderer: sed, cum sint mihi data a vobis, cum ea attententur[13][k] ejus lingua, cujus antea manu eversa vos mihi et liberis meis, manibus vestris reddidistis; non ego de meis, sed de vestris factis[14] loquor: nec vereor, ne hæc mea vestrorum beneficiorum prædicatio, non grata potius, quam arrogans videatur. 17. Quanquam, si me, tantis laboribus pro communi salute[15] perfunctum, efferret aliquando ad gloriam, in refutandis[16] maledictis

[k] *Oppugnentur.*

opus.—7 C superiori linea *sententiæ:* et mox pro *consulta*, idem *consultum.*—8 *Quot . . . constitutam* in χ desunt. In marg. Lamb. ' al. *conditam.*'—9 Ex P. Fabri conjectura Grævius probabat *muniendam:* et paulo post pro *rempublicam* χ habet *rep.*—10 Lall. Wolf. Beck. Schutz. et Orell., e conjectura Jani Palmerii, *in Velia publice*, probantibus Græv. et Garaton. Mss. plerique, Lamb. Grut. Græv. et Oliv. *in villa publica.* Vide Nott. Varr.—11 *Etiam* in χ ψ, Ms. Franc. deest: in ed. 1472. *atque mihi par.* Mox pro *ipse* C habet *ipsi.*—12 Garaton. volebat *at mihi.*—13 Ms. Franc. *attentetur*, et statim post *eversam:* at ed. 1472. habet *ante a manu eversa, &c.*—14 In Mss. et edd. vett. *de factis vestris.*—15 Verba *pro com. sal.* in C H S T U χ, et edd. vett. desunt: et statim post pro *perfunctum* χ habet *functum:* et pro *efferret*, Ms. Franc. *huc ferret:* Barb. *hoc ferret:* U χ *hec ferret:* T et ed. 1472. *hoc feret:* C *hæc afferret:* H *hæc efferret:* Venet. edit. 1480. *hoc referret.* Quam omnem varietatem ex antiqua scriptura *ecferret* ortam esse conjicit Garaton. favente lectione U χ.—16 Pro *refutandis* χ habet *reputan-*

NOTÆ

[g] *De monumento*] Monumentum generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita; in quod si corpus, vel reliquiæ inferantur, fiat sepulcrum; si vero nihil contra deferatur eorum, erit monumentum memoriæ causa factum.

[h] *P. Valerio*] Instituit comparationem se inter ac P. Valerium Publicolam, qui post expulsos Roma reges Bruti collega fuit, cui data domus est; ostenditque majus sibi datum esse beneficium, cum sua sibi restituta est.

improborum hominum, animi quidam dolor, quis non ignosceret? Vidi enim hesterno die quendam murmurantem; quem aiebant negare,[17] ferre me posse, quia, cum[18] ab hoc eodem impurissimo parricida[i] rogarer, cujus essem civitatis, respondi, me,[19] probantibus et vobis, et equitibus Romanis, ejus esse, quæ carere me non potuisset. Ille, ut opinor, ingemuit. Quid igitur responderem?[20] (quæro ex eo ipso, qui ferre me non potest) me civem esse Romanum? literate[l] respondissem. Tacuissem?[1] desertum negotium.[k] Potest quisquam vir,[2] in rebus magnis cum invidia versatus, satis graviter contra inimici contumeliam sine sua laude respondere? At ipse non modo[3] respondet, quicquid potest, cum est lacessitus; sed etiam gaudet, se ab amicis, quid respondeat, admoneri.

IX. 18. Sed, quoniam mea causa expedita est,[l] videamus nunc, quid haruspices dicant. Ego enim fateor, me, et magnitudine ostenti, et gravitate responsi, et una[4] atque constanti haruspicum voce vehementer esse commotum. Neque is sum, qui (si cui forte videor plus, quam ceteri, qui æque, atque ego, sunt[5] occupati, versari in studio literarum) his delecter, aut utar omnino literis, quæ nostros

[l] *Eleganter.*

dis.—17 Ernesti conjecit *se* ante *ferre* excidisse, probante Wolfio.—18 H *tum:* et statim post Lamb. edidit *patricida.*—19 In marg. Lambini conjicitur transponendum esse hoc pronomen ante verba *ejus esse.*—20 C *ergo responderam.* Mox *me* post *ferre* in T et Ms. Franc. deest.—1 C H T U χ, Junt. et Lamb. *an tac.*—2 Verba *vir . . . sine* in χ desunt. Paulo post al. edd. *rebus in magnis.* Dein *contra* in H U deest: at Ms. Franc. habet *in inim. contum.* Ante verba *sine sua laude,* Ms. Franc. addit *satis.*—3 C H ψ, Ms. Franc. *non modo non:* et statim pro *respondet,* C *responderet:* ψ *respondere:* et pro *quicquid* C habet *quicquam.*

CAP. IX. 4 Pro *una* Ms. Franc. *viva.* Mox *vehementer* in C H T χ deest. Tum pro *commotum* C H S T U χ, Ms. Franc. et ed. 1472. *permotum.*—5 C

NOTÆ

[i] *Impurissimo parricida*] Parricidam Clodium appellat, quia Ciceronem, qui patriæ parens a senatu et a Catone nominatus est, abire coëgit in exilium.

[k] *Desertum negotium*] Deserta fuisset a Cicerone sua causa, si tacuisset.

[l] *Sed quoniam mea causa expedita est*] Jam accedit ad haruspicum responsa, et a religionis reverentia sibi primum senatum conciliat.

animos deterrent atque avocant a religione. Ego vero primum habeo auctores ac magistros religionum colendarum majores nostros; quorum mihi tanta fuisse sapientia videtur, ut satis superque prudentes sint, qui illorum prudentiam, non dicam assequi, sed, quanta fuerit, perspicere possint; qui statas [6] solennesque cærimonias [m] pontificatu, rerum bene gerendarum auctoritates [n] augurio, fatorum veteres prædictiones [o] Apollinis vatum [p] libris, [*p.* 248.] portentorum explanationes [7] [q] Etruscorum [r] disciplina contineri putarunt: quæ quidem tanta est, ut nostra memoria primum Italici belli [s] funesta illa [8] principia, post Sullani Cinnanique [t] temporis extremum pæne discrimen, tum hanc recentem urbis inflammandæ, delendique imperii conjurati-

sum. Paulo post pro *his*, Lamb. dedit *iis:* et pro *delecter* C *delector.*—6 Mss. nonnulli ap. Lamb. Ms. Car. Steph. et Barb. *statutas:* χ *statuas.* Mox χ habet *solempnisque;* ed. Rom. et Ven. 1483. *sollennisque:* dein pro *pontificatu*, C habet *pontificatus;* et pro *prædictiones*, H S T U χ *prædicationes.*—7 Sigonius et Pighius legi jubent *expiationes:* Lamb. conjungi *explanationes et expiationes* vult. Statim post Lamb. dedit *putaverunt.*—8 *Illa* in H S T U χ, Ms. Franc. deest. Mox verba *post Sull.* in U desunt. In C T legitur *post*

NOTÆ

[m] *Statas solennesque cærimonias*] Majores crediderunt stabilitas religione cærimonias in pontificum scientia contineri.

[n] *Rerum gerendarum auctoritates*] Credebant illi superstitiosi veteres nihil feliciter geri posse, nisi prius ab auguribus probatum esset.

[o] *Fatorum veteres prædictiones*] Per prædictiones fata intelligit, quæ ab aliquo Apollinis oraculo, vel sacerdote prædicta fuerunt, quæque ventura necessario putaverunt.

[p] *Vatum*] Intelligit libros Sibyllarum, quos dubiis in rebus, periculosisque reip. temporibus consulere soliti erant.

[q] *Portentorum explanationes*] De his vocibus sic loquitur Valerius Max. lib. I. cap. 1. 'Majores statas solennesque cærimonias pontificum scientia, bene gerendarum rerum auctoritates augurum observatione, Apollinis prædictiones vatum libris, portentorum depulsiones Etrusca disciplina explicari voluerunt.'

[r] *Etruscorum*] Apud Etruscos hæc primum disciplina florere cœpit, unde hic Etruscorum et haruspicum eadem est significatio.

[s] *Italici belli*] Bellum illud Italicum, Marsicum dictum est, quia primum a Marsis incepit. Exortum est L. Julio Cæsare, et P. Rutilio Coss. anno urbis 663.

[t] *Post Sullani Cinnanique*] Per Sullanum ut Cinnanum tempus designat bellum quod a Sulla et Cinna commotum est in repub. et crudelitate plenum fuit.

onem[u] non obscure nobis[9] paulo ante prædixerint.[v] 19. Deinde etiam cognovi,[10] multa homines doctissimos sapientissimosque et dixisse, et scripta de Deorum immortalium numine reliquisse: quæ quanquam divinitus perscripta video, tamen ejusmodi sunt, ut ea majores nostri docuisse illos, non ab illis didicisse videantur. Etenim quis est tam vecors,[x] qui aut, cum suspexerit in cœlum, Deos esse non sentiat, et ea, quæ tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem[11] rerum ac necessitudinem persequi possit, casu fieri putet; aut, cum Deos esse intellexerit, non intelligat, eorum numine hoc tantum[12] imperium esse natum,[13] et auctum, et retentum? Quam volumus, licet, patres conscripti, ipsi nos amemus; tamen nec numero[y] Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipso hujus gentis ac terræ domestico nativoque sensu, Italos ipsos ac Latinos; sed pietate ac religione, atque hac una sapientia, quod Deorum immortalium[14] numine omnia regi gubernarique perspeximus, omnes gentes nationesque superavimus.

X. 20. Quare, ne plura de re[z] minime loquar dubia,[15]

Sillani. Tum pro *Cinnanique*, C *Cillanique:* U *Cunnanique.*—9 Græv. Lall. et Oliv. habent *vobis:* et mox Grævius, e Ms. Franc. et ed. Wald. edidit *prædixerit.*—10 Pal. 9. et Erf. interjiciunt *Deinde si quid habuit tolli*, quod etiam in Ms. Vict. nisi quod is *habui.* Paulo post in Ms. Franc. *sapientesque.* Dein *et* ante *dixisse* deest in T.—11 U *ordine.* Mox H, et nonnullæ edd. vett. *vicissitudinem.*—12 In Lamb. legitur *totum.*—13 Grævius conjecit *et natum*, probante Ern. Mox pro *Quam*, C H *Quantum:* χ *Quamquam:* Ms. Barb. et edd. Ven. *Quam volumus, P. C. licet ipsi, &c.*—14 Voc. *immortalium* in Ms. Car. Steph. deest: et pro *superavimus* T habet *superamus.*

CAP. X. 15 Lamb. edidit *dubia loquar.* Grævio placet *loquar minime*

NOTÆ

u *Conjurationem*] Catilinariam conjurationem ab haruspicibus prædictam fuisse ait Cicero.

v *Paulo ante prædixerint*] De prodigiis quæ bellum Italicum præcessere, vide Cic. lib. I. de Divinatione: quæ Sullanum, vide Plutarch. quæ Catilinarium, vide Orat. II. in Catil.

x *Quis est tam vecors*] A pulchritudine et ordine mundi Deus cognoscitur; quod fusius l. II. De Nat. Deorum disputat.

y *Tamen nec numero*] Affert proprium inter nationes discrimen.

z *Quare ne plura de re, &c.*] Hactenus ostendit domum suam ab omni religione liberam esse; nunc docet haruspicum responsa ad Clodium

adhibete animos; et mentes vestras, non solum aures, ad haruspicum vocem admovete: 'Quod in agro Latiniensi [16] [a] auditus est strepitus cum fremitu.' Mitto haruspices, mitto illam veterem ab ipsis Diis immortalibus, ut hominum fama est, Etruriæ datam [17] disciplinam: nos nonne haruspices esse possumus? 'Exauditus in agro propinquo et suburbano est strepitus quidam reconditus, et horribilis fremitus armorum.' Quis est ex gigantibus [b] illis, quos poëtæ ferunt bellum Diis immortalibus intulisse, tam impius, qui hoc [18] tam novo tantoque motu non magnum aliquid Deos populo Romano præmonstrare et præcinere fateatur? De ea re scriptum est,[c] 'Postulationes [m] [19] esse Jovi, Saturno, Neptuno, Telluri,[d] Diis cœlestibus.' 21. Audio, quibus Diis violatis expiatio debeatur: sed, hominum quæ ob [20] delicta, quæro. 'Ludos minus diligenter [e] factos, pollutosque.' Quos ludos? te appello, Lentule, (tui sacerdotii

[m] *Expiationes.*

dubia. Mox pro *Quod* H habet *Quid.*—16 C H, Ms. Franc. et Barb. *Latinensi*, quod præfert Grævius. S U χ, Pall. Ms. Vict. Erf. edd. Rom. et Venn. *Latiensi.* T et ed. 1472. *Laterensi:* vet. Ms. Puccii *Laviniensi*, et cap. XXVIII. *Lavinienses.*—17 χ, Barb. et Ven. 1480. *traditam*, uti Car. Steph. Junt. et Lamb. correxerunt, probante Garaton. Statim *nos* in χ deest. Mox pro *quidam* C habet *quidem;* ante quod verbum Ms. Barb. et Ven. 1480. addunt *cum fremitu.*—18 χ *hæc.*—19 Verbum *decretus* ante *esse* legebatur in edd. ante Grut. qui ex auctoritate Mss. plerorumque id delevit cum edd. seqq.—20 H S T U *ob quæ.* Pro *delicta* U habet *delecta:* et pro *quæro* ψ *quem.* Mox *ob* ante *ludos* Grævius excidisse putabat. Statim post pro *minus*, ψ habet *invitis:* pro *sacerdotii*, C *sacerdoti:* pro *tensæ*, in nonnullis edd.

NOTÆ

pertinere, in quem rejicit quicquid ab eo contra se dictum fuerat, singula percurrendo capita.

[a] *In agro Latiniensi*] Agrum illum, ubi quondam populus Latiniensis fuerat, inter Latinos Plin. lib. III. cap. 5. numeravit.

[b] *Ex gigantibus*] Gigantes excelsissimæ staturæ fuerunt homines, quos Titanis et Terræ filios fuisse fabulati sunt, atque in superos bellum movisse: verum præcipites ab illis in Tartara dejectos fuisse alios, alios vero sub Ætna aliisque montibus inclusos fuisse, ubi suæ temeritatis pœnas luunt.

[c] *Scriptum est*] Scriptum est nempe in haruspicum responso, quod in sua oratione Clodius citaverat.

[d] *Telluri*] Tellus terræ Dea est, rerum omnium mater, et alumna.

[e] *Ludos minus diligenter*] Aliud haruspicum responsum.

sunt tensæ,[f] curricula, præcentio, ludi, libationes,[g] epulæque ludorum publicorum [1]) vosque, pontifices, ad quos epulones [h] Jovis Optimi Maximi, si quid est prætermissum, aut commissum, afferunt; quorum de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur; qui sunt ludi minus diligenter facti? quanto,[2] aut quo scelere polluti? respondebis [i] et pro te, et pro collegis tuis, et [3] pro pontificum collegio, nihil cujusquam aut negligentia contemtum, aut scelere esse pollutum: omnia solennia ac justa ludorum,[k] omnibus rebus observatis,[4] summa cum cærimonia esse servata. XI. 22. Quos igitur [5] haruspices ludos minus diligenter factos pollutosque esse dicunt? eos, quorum ipsi

scribitur *thensæ:* et pro *præcentio*, C H χ ψ *prætensio.*—1 Lamb. abesse verbum *publicorum* a Mss. nonnullis observat: deest etiam in Erf. probante Grævio. Barb. ed. Rom. et utraque Ven. *ludorum, P. C. vosque, pont.* Naug. et Camer. *ludorum publicorum P. C. vosque, &c.* Paulo post verba *aut commissum* in Ms. Franc. desunt: et mox pro *afferunt* Ern. conjecit *deferunt.*—2 *Quando* Schutz. ex Ern. conjectura, probantibus Garaton. et Wolf.—3 Ms. Car. Steph. *etiam.*—4 *Observatis* in ed. Rom. deest, non improbante Garaton.

CAP. XI. 5 Pro *igitur* C H *ergo.* Mox *Mater Dea* habent nonnulli Mss.

NOTÆ

[f] *Tensæ, &c.*] 'Tensæ' vehicula fuerunt ex argento, quibus Deorum effigies vehebantur. 'Curricula' vero alia fuerunt minora vehicula, quibus in pompa sacrorum utebantur. 'Præcentio' fiebat a tibicinibus, qui et ipsi sacris adhibebantur. 'Ludi' erant ipsa spectacula quæ fiebant in honorem Deorum.

[g] *Libationes*] Libationes, degustationes sunt, quæ in sacrificiis fieri solitæ erant. Ritus hic fuit sacrificiorum, ut sacerdos vinum e vasculo degustaret, daretque deinde degustandum ceteris: tum illud vel in victimæ cornua; vel si sacra solo thure absque victima fierent, in ignem aræ impositum: vel si absque igne, ut in conviviis, in mensam invergerent. Denique generatim libatio sumitur pro sacrificio, quia nullum erat sacrificium absque libatione.

[h] *Epulones*] Epulones sacris epulis præerant, et cœnarum pontificum curam agebant, quæ adjiciales dicebantur, id est, quæ fiebant inaugurandi alicujus, aut publicæ lætitiæ causa. Ad eosdem pertinuit epulas Jovi, Diisque ceteris indicere, et si qua justa et solennia sacris deessent, ad pontifices referre; deque illorum consilio et sententia, sacra, et omissas cærimonias decernere. Vid. Max. lib. III. cap. 16.

[i] *Respondebis*] Convertit se ad Lentulum, cujus fuit his rebus omnibus prospicere.

[k] *Justa ludorum*] Quanquam 'justa' sumantur vulgo pro cærimoniis, quæ placandis Manibus fiebant; tamen etiam usurpabantur pro operis quibuslibet debitis.

Dii immortales, atque illa Mater Idæa,[1] te, te, Cn. Lentule, cujus abavi[6 m] manibus esset accepta, spectatorem esse voluit. Quod ni tu Megalesia[7 n] illo die spectare voluisses, haud scio an vivere nobis, atque his de rebus jam queri liceret. Vis enim innumerabilis[o] incitata,[8] ex omnibus vicis collecta, servorum ab hoc ædili religioso,[p] repente fornicibus ostiisque omnibus, in scenam, signo dato, immissa irrupit. Tua tum, tua, Cn.[9] Lentule, eadem virtus fuit, quæ in privato quondam tuo proavo:[10 q] [*p.* 249.] te,

edd. vett. Junt. Lamb. Grut. et Oliv. Vide Nott. Varr.—6 In T est *ab avia vel avo.* *Cujus ab avia* habent omnes alii Mss. et edd. (præter P. Manutii, qui *abavi* a. 1540. edidit, cum mallet *atavi*) ante Ern. qui ex emendatione Fr. Fabricii dedit *abavi* cum edd. seqq.—7 C *Megabesia.* Mox pro *queri* Ms. Car. Steph. habet *quærere.*—8 *Incitata* suspectum Ern. Mox Wolf. ex Charis. I. p. 96. ostendit *ædile*, non *ædili*, scribendum esse. Dein *immissa* in χ deest.—9 Ms. Franc. prænomen omisit. Statim post *fuit* in C deest.—10 Ms. vet. Ursini, *quæ privati quondam tui proavi.* Pro *quondam* χ habet

NOTÆ

[1] *Illa Mater Idæa* [*Dea*] Sempronio Tuditano, et M. Cornelio Cethego Coss. A. U. C. 549. legatis Romanis Mater Idæa tradita est per Attalum regem Asiæ, ac Romam deportata. Lapis erat, quem Matrem Deum incolæ vocabant. Excepit eam P. Scipio Nasica, vir optimus a senatu judicatus, adolescens nondum quæstorius; quoniam ita responsum fuerat, ut numen id ab optimo viro reciperetur, consecraretunque. Ludi Megalenses ei Deæ primum instituti sunt, et pridie Idus Apriles habebantur.

[m] *Cujus abavi* [*ab avia*] Avia Lentuli Cos. Claudia fuit: at cum illa Vestalis fuerit, non videtur probabile liberos genuisse; quare videtur legendum *ab avo*, eo nempe Scipione, de quo nota superiori. Hunc porro patrem fuisse P. Scipionis Nasicæ, qui est Corculum appellatus, Cicero ait in Bruto. Eundem fasti Capitolini in consulatu, quem cum Acilio Glabrione anno urbis 562. gessit, ita nominant; 'P. Cornelius Cn. F. L. N. Scipio Nasica.' Sed si P. Scipio Nasica, cujus privati egregia virtus in perditis conatibus T. Gracchi vindicandis fuit, Marcellini proavus recte dicitur; Nasica, qui sacra accepit, ejusdem Marcellini atavus, non abavus fuit; siquidem Paterculus Nasicam, qui Gracchum interfecit, ejus, qui optimus vir judicatus erat, nepotem vocat.

[n] *Megalesia*] Megalesia ludi sunt in honorem Magnæ Matris instituti, quos C. Attilius Serranus, L. Scribonius Libo, ædiles curules, primi omnium fecerunt.

[o] *Vis enim innumerabilis*] Clodius concitavit populum; a quo, eo die, quo exhiberi ludi debebant, scena perturbata est.

[p] *Religioso*] Ironice sacerdotem religiosum Clodium vocat, propter violata Bonæ Deæ ab eo sacra.

[q] *Tuo proavo*] Proavus Lentuli fuit Scipio ille Nasica, qui Tiberium Gracchum, remp. perturbantem, privatus interfecit.

nomen,[r] imperium, vocem, aspectum, impetum tuum, stans senatus, equitesque Romani, et omnes boni sequebantur, cum ille servorum et ludiorum[11] multitudini senatum populumque Romanum vinctum ipso consessu, et constrictum spectaculis, atque impeditum turba et angustiis, tradidisset. 23. An,[12] si ludius[n] constitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus et matrimus[s] si terram non tenuit,[t] aut tensam, aut lorum omisit,[13][u] aut, si ædilis verbo, aut simpulo[14] aberravit,[v] ludi sunt non rite facti,

[n] *Saltator.*

quodam. Mox pro *imperium* C H habent *imperii.*—11 C H S T U χ, Ms. Franc. et ed. 1472. *ludentium.* Mox H *senatui populoque R.* et pro *consessu* χ habet *consensu.*—12 C H χ, et ed. Med. *aut.* In Ms. Franc. deest. Statim post pro *ludius* T χ, et ed. Med. *ludus.* In marg. Lamb. notatur 'al. *Lydius.*'—13 Pro *aut* ante *lorum*, in U, Pall. 9. Ms. Vict. Erf. Franc. et Barb. est *si.* (unde extitit in T *sillorum* pro *aut lor.*) Pro *omisit* Garaton. præfert *amisit*, quod habent ψ, Pall. 9. Erf. Mss. Memm. et ed. Lamb. C *ammisit:* H *admisit:* S et utraque Ven. *emisit.* Ant. Augustinus ap. Ursin. corrigit *si thensam non tenuit aut lorum remisit.* Prius etiam in mentem venerat Heraldo ad Arnob. qui præterea *amisit* scribi maluit. Lips. in antt. lectt. *si siserram* (aut *sisarram*) *non ten. aut lor. amisit.* Fabrettus de Col. Traj. p. 163. et Salmasius, Exerc. Plin. p. 1073. *si acerram non ten. aut lor. amisit.* Ern. conjecit *tensæ lorum*, probante Wolf. Garatonus tamen mavult *aut si tensæ lorum amisit;* vel *si terram non tenuit aut tensam, si lorum, &c.*—14 Pro *aut simpulo*, C H S χ, et edd. ante Lamb. *aut si nutu*, quod tueri conatur Gutherius de Jure Pont. III. 2. 'Lambinus, quia in Mss. invenit *aut symbolo*, (ut est in Ms. Car. Steph. et Ms. Vict.) reposuit *aut sympulo;* maluit tamen *sympinio* (ex perperam scripto Arnobii loco) legi; sed veram scripturam esse *sympu-*

NOTÆ

[r] *Nomen*] Lentulus erat e Cornelia gente, nobilissima apud Rom. ad cujus nutum, et imperium consulare, parati senatores fuerunt, ut olim Scipionem Nasicam secuti sunt.

[s] *Puer patrimus et matrimus*] 'Matrimus ac patrimus dicuntur,' ait Festus, 'quibus patres et matres adhuc vivunt.'

[t] *Terram non tenuit*] Haud dubie cærimonias in Megalensibus sacrificiis seu ludis observari solitas notat; seu terram aliquam præ reverentia Bonæ Deæ, seu ipsum Deæ simulacrum manibus tangerent, quæ Terra, Tellus, Bona Dea, Magna Mater, Ops, Cybele dicta est; seu ipsum lapidem, delatum Romam, sub quo Megalenses illam coluere.

[u] *Aut tensam, aut lorum omisit*] Id est si omisit tensam tangere, aut lorum quo simulacrum alligabatur in tensa. 'Tensæ autem,' ut docet Asconius, 'sunt vehicula cum pompa ordinum et officiorum; sic dictæ quod ante eas lintea tenduntur, quæ gaudent manu tenere et tangere qui eas deducunt.'

[v] *Simpulo aberravit*] Simpulum calix est fictilis, quo vinum in sacrificiis libabatur, a 'sumendo' dictum, quod eo vinum minutatim sumebant.

eaque[15] errata expiantur, et mentes Deorum immortalium ludorum instauratione placantur; si ludi ab lætitia ad metum traducti sunt; si non intermissi, sed peremti atque sublati sunt; si civitati universæ scelere ejus, qui ludos ad luctum conferre voluit, extiterunt dies illi festi[16] pæne funesti; dubitabimus, quos ille fremitus nuntiet ludos esse pollutos?[17] 24. Ac, si volumus ea, quæ de quoque Deo nobis tradita sunt, recordari; hanc Matrem Magnam, cujus ludi violati, polluti, pæne ad cædem et ad funus civitatis conversi sunt, hanc, inquam,[18] accepimus, agros et nemora cum quodam strepitu fremituque peragrare. XII. Hæc igitur[19] vobis, hæc populo Romano, et scelerum indicia ostendit, et periculorum signa patefecit. Nam quid ego[x] de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri majores ante templum,[y] in ipso Matris Magnæ conspectu, Megalensibus[20] [z] fieri celebrarique voluerunt? qui sunt more institutisque maxime casti, solennes, religiosi; quibus ludis

vium post alios docuit Garaton. h. l. unde etiam Herald. reponi maluit *simpuvio* aut *sympuvio*. Ms. Franc. *aut si vultu:* T U *aut si muto:* et fortassis ita etiam Barb. unde ap. Garaton. affertur *simuto*. Ceterum *simpulo* legendum etiam conjecerat Lips. Antt. Lectt. IV. 3. Et Garaton. suspicatur in vett. Mss. scriptum fuisse *sympuio*.' Beck. Mox pro *aberravit*, T habet *oberravit:* Arnobius *deerrarit*.—15 χ *eque*. Paulo post *sunt* post *traducti* omittitur ab Herv. Naug. Car. Steph. et Lamb.—16 Wolf. Beck. Schutz. et Orell. e Mss. Car. Steph. Vict. et Lambini, dederunt *dies illi pro festis:* in C *festis:* H *profestis:* S U χ, Pall. plerique, Franc. Barb. ed. Rom. utraque Ven. *profesti:* Pal. 9. *professi:* T *perfecti* et *pro festis*.—17 Ed. 1483. Manut. Gryph. Steph. et Lamb. *quos ludos ille fremitus nunciet esse poll.* Pro *nuntiet* Barb. *vincet:* Ven. 1480. *injiciet:* (' fort. *indicet*,' ait Garaton.) *ludos* in ed. Rom. deest.—18 Pro *inquam*, C *nunquam*. Mox pro *peragrare*, Garaton. conjecit *peragrasse* legendum.

CAP. XII. 19 Pro *igitur* C *ergo*. Statim post pro *populo Romano* ψ habet *populi R.* Mox C *patefacit* pro *patefecit*.—20 Ms. Barb. *Megalesibus:* Lamb.

NOTÆ

[x] *Nam quid ego*] Loquitur jam de aliis ludis, qui eodem quo Megalenses tempore in Palatio celebrabantur; in quibus non minus quam in superioribus, Clodius servos habuit. Hos ludos Junius Brutus dicitur instituisse anno 431.

[y] *Ante templum*] Cum Romam simulacrum Magnæ Matris advectum est, in æde Victoriæ repositum fuit, donec ei templum erigeretur. Vide Liv. lib. XXIX.

[z] *Megalensibus* [*Megalesiis*] Megalesiis, id est diebus, quibus hi ludi celebrabantur.

primum, ante populi consessum, senatui locum P. Africanus[a] iterum consul ille major dedit; ut eos ludos hæc lues impura polluerit:[1] quo[o] si qui[2] liber, aut spectandi, aut etiam religionis causa, accesserat, manus[p] afferebantur:[3] quo matrona nulla adiit, propter vim consessumque servorum. Ita ludos eos, quorum religio tanta est, ut ex ultimis terris[b] arcessita[4] in hac urbe consederit; qui uni ludi ne verbo quidem appellantur[5] Latino, ut vocabulo ipso et appetita[6] religio externa, et Matris Magnæ nomine suscepta declaretur; hos ludos servi fecerunt, servi spectaverunt: tota denique, hoc ædile,[c] servorum Megalesia fuerunt.[q] 25. Pro Dii immortales![7] qui magis[r] nobiscum loqui possetis, si essetis versareminique[8] nobis-

[o] *Ad quos.* [p] *Vis.*
[q] *Toti hi ludi Megalenses fuerunt pro servis.* [r] *An melius.*

e conjectura *Megalesiis.* Postea Lambino ipsi, et ante eum Mureto, aliisque, etiam Ern. suspectum erat hoc voc. Ceterum Asconius ad Orat. I. pro Cornelio hunc locum ita laudat: *Nam quid . . . ante templum Matris Magnæ fieri celebrarique voluerunt; quibus primum ludis ante pop. cons. sen. loc. P. Afr. it. consul et collega ejus Sempronius Longus.* Mox pro *consessum* C habet *consensum.*—1 *Pollueret* Mss. plerique, Lamb. Græv. Lall. et Oliv. Statim post, pro *quo,* H T U χ, Ms. Barb. edd. Rom. Venn. *quod.*—2 *Si qui* χ, Barb. (in quo superscr. litera *s*) ed. Rom. Ven. 1480. Grut. Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. Ceteri *si quis.* Mox pro *spectandi,* C *aspectandi:* T *conspectandi.* —3 H superiori linea *efferebantur.* Statim post C habet *illa* pro *nulla:* et χ *consensusque* pro *consessumque.* Dein *Ita* ante *ludos* in C deest.—4 In nonnullis edd. fuit *accersita:* et in C *consederet* pro *consederit.*—5 In C H S T U χ, Ms. Franc. Barb. edd. Rom. Venn. aliisque ante Naug. *uni* deest; in quibus omnibus (exceptis S T U) legitur *ne uno quidem verbo.* Unus Ms. Erf. habet *qui unius ludi.* In Naug. Man. et Gryph. legitur *appellabantur.*—6 Pro *appetita* χ habet *appetitu:* et paulo post pro *declaretur,* C H *declararetur.* Dein pro *hoc* H χ habent *hæc:* et pro *ædile,* C H χ *ædiles.*—7 Cod. Erf. *Per Deos immortales.*—8 Copula deest in C. Paulo post *ludos publicos esse poll.* Grævius edidit, e Ms. Franc. ed. 1472. et Ven. 1480. Ms. Barb. et ed. Herv. *ludos esse publicos poll.* Statim post χ ψ habent *significastis* pro *significatis* —

NOTÆ

[a] *P. Africanus*] De Africano sic loquitur Asconius: 'P. Africanus ille superior, ut dicitur, non solum a sapientissimis hominibus, qui tum erant, verum etiam a se ipso sæpe accusatus est, quod cum consul esset cum T. Longo, passus esset tum primum a populari consessu senatoria subsellia separari.'

[b] *Ex ultimis terris*] Ex Pessinunte, urbe in Phrygia, advecta fuit Romam Magna Mater.

[c] *Hoc ædile*] A Clodio totus ille consessus in ludis perturbatus est vi, quæ a servis fiebat, qui iis unici affuerunt.

cum? Ludos esse pollutos[d] significatis ac plane dicitis. Quid magis deformatum, inquinatum, perversum, conturbatum dici potest, quam, omne servitium, permissu[9] magistratus, liberatum, in alteram scenam immissum, alteri præpositum,[s] ut alter consessus[10] potestati servorum objiceretur, alter servorum totus esset? Si examen apum ludis[e] in scenam venisset, haruspices acciendos[11] ex Etruria putaremus: videmus universi repente examina tanta servorum immissa in populum Romanum septum atque inclusum, et non commovemur?[12] Atque in apum fortasse examine, nos ex Etruscorum scriptis haruspices, ut a servitio caveremus, monerent. 26. Quod[13] igitur ex aliquo disjuncto diversoque monstro significatum caveremus, id cum ipsum sibi[14] monstrum est, et cum in eo ipso periculum est, ex quo periculum portenditur, non pertimescemus? Istiusmodi Megalesia fecit pater tuus?[f] istiusmodi patruus? Is mihi etiam generis sui mentionem facit, cum Athenionis,[15] aut Spartaci[g] exemplo ludos facere

[s] *Positum post scenam et ante scenam.*

9 Pro *permissu* ψ habet *permissi*: et mox pro *liberatum* Pucc. et Junt. *liberum*, probante Garaton.—10 C *confessus*. Mox pro *apum* χ dedit *apium*, et ita etiam paulo post. Ita et Ms. Barb. et ed. Rom. utroque loco; altero etiam Ven. 1480. C H, Ms. Franc. ante voc. *ludis* addunt *repente*, probante Grævio. Tum edd. vett. habent *in scænam*, quod præfert Garaton.—11 In marg. Lamb. ' fort. *arciendos*.' Ante *ex Etrusc.* in C additur *et*.—12 Al. (ut in marg. Lamb. notatur) *commonemur*. Statim pro *Atque* in C H legitur *At*. —13 Pro *Quod* C H T habent *quid*: pro *igitur*, C *ergo*: et pro *disjuncto* C ψ *dijuncto*. Tum in T *monstroque*.—14 Ed. 1584. et Grut. *sibi ipsum*. *Ipsum* in C deest. Ordinem verborum nonnullæ edd. mutant, (ut Lamb.) habentque *id cum sibi ipsum monstrum est*. Mox pro *pertimescemus*, C H T *pertimescimus*. —15 C *Athemonis*. Mox pro *cavea* ψ *cauta*. Lambin. edidit *servos exire de*

NOTÆ

[d] *Ludos pollutos*] His tot prodigiis pollutos fuisse ludos illos contendit.

[e] *Ludis*] Amplificat a minori per fictionem; aitque si propter examen apum consulendi essent haruspices, quod æquiori ratione consulendi sunt, propter servorum multitudinem immissam in ludos, a quibus perturbati sunt.

[f] *Pater tuus*] Appius Claudius, cum erat ædilis, alia ratione et sanctiore ludos illos, alia P. Claudius, Appii frater major, celebravit; estque exemplum a dissimili.

[g] *Athenionis aut Spartaci*] Athenio et Spartacus gladiatores fuerunt, qui,

maluerit, quam Caii aut Appii Claudiorum? Illi cum ludos facerent, servos de cavea[t] exire jubebant: tu[16] in alteram servos immisisti, ex altera liberos ejecisti. Itaque qui antea voce præconis a liberis semovebantur,[17] tuis ludis non voce, sed manu liberos a se segregabant. XIII. [*p.* 250.] Ne[18] hoc quidem tibi in mentem veniebat, Sibyllino sacerdoti,[h] hæc sacra majores nostros ex vestris libris expetisse? si illi sunt vestri, quos tu impia mente conquiris, violatis oculis legis, contaminatis manibus attrectas. 27. Hac igitur[19] vate[i] suadente quondam, defessa Italia Punico bello,[k] atque ab Hannibale[20] vexata, sacra ista majores nostri ascita ex Phrygia Romæ collocaverunt;[1] quæ vir is accepit, qui est optimus populi Romani[2] judicatus, P. Scipio;[l] fœmina autem, quæ matronarum castissima putabatur, Q. Claudia; cujus priscam illam severitatem [sacrificii[3]] mirifice tua soror[m] existimatur imitata.[4] Nihil te igitur neque majores tui, conjuncti[n] cum his religi-

[t] *Theatro.*

cavea jub.—16 ψ *tum.* Statim post, idem Ms. pro *alteram* habet *altera.*—17 In marg. Lamb. conjicitur *summovebantur.*

CAP. XIII. 18 χ *Nec.*—19 C *ergo.*—20 Præpositio in C H T U χ omittitur. Al. edd. *Annibale.* Mox, verbis transpositis, *nostri maj.* edidit Lamb.—1 *Collocarunt* Lamb. quem secutus est Orellius. Paulo post pro *his* ante *accepit*, H habet *ipse.*—2 *A populo Romano* Mss. plerique, Junt. et Lamb. probante Ern.—3 Hoc verbum spurium esse censent Ern. Garaton. Wolf. et Beck. Delevit Schutz. Mox Mss. quidam et edd. *mirifica* habent. In Erf. Ven. 1480. Man. Junt. et Lamb. legitur *tua soror mirifice;* et Lamb. notat alios habere *tua mirifice soror.* Ms. Barb. ed. Rom. et Ven. 1483. *tua soror*

NOTÆ

effracto ludo, bellum servile concitaverunt.

[h] *Sibyllino sacerdoti*] Clodius in quindecimviris Sibyllinis fuit, qui libros Sibyllarum custodiebant.

[i] *Hac igitur vate*] Sibylla Claudia suis versibus suasit, ut Romæ hæc sacra celebrarentur.

[k] *Punico bello*] Loquitur de bello Punico secundo, quod A. U. C. 535. cœpisse Solinus scribit, P. Cornelio, et T. Sempronio coss. duce Carthaginiensium Hannibale, qui multis cladibus Romanos affecit; sed tandem a Scipione Africano fractus ac victus est.

[l] *P. Scipio*] Scipio Nasica, ut superius dictum est, recepit Romæ Magnæ Matris simulacrum.

[m] *Tua soror*] Hujus impudentiam egregie exagitat in oratione pro Cœlio: hic autem de ea ironice loquitur.

[n] *Majores tui, conjuncti*] Claudia

onibus, neque sacerdotium[o] ipsum, quo est hæc tota religio constituta, neque curulis ædilitas, quæ maxime hanc tueri religionem solet, permovit,[5] quo minus castissimos ludos omni flagitio pollueres, dedecore maculares, scelere obligares? 28. Sed quid ego id admiror?[6] qui, accepta pecunia, Pessinuntem[p] ipsum, sedem domiciliumque Matris Deorum, vastaris, et Brogitaro[q] Gallogræco, impuro homini ac nefario, (cujus legati, te tribuno, dividere in æde Castoris tuis operis[t] nummos solebant[7]) totum illum locum fanumque vendideris? sacerdotem ab ipsis aris, pulvinaribusque detraxeris? omnia illa,[8] quæ vetustas, quæ Persæ,[r] quæ Syri,[s] quæ reges omnes, qui Europam Asiamque tenuerunt, semper summa religione coluerunt, perverteris? quæ denique nostri majores tam sancta duxerunt,[9] ut, cum refertam urbem atque Italiam fanorum haberemus, tamen nostri imperatores maximis et periculosissimis bellis huic Deæ vota facerent, eaque in ipso Pessinunte, ad illam ipsam principem aram, et in illo loco fanoque, persolverent. 29. Quod cum Deiotarus religione sua castissime tueretur, quem unum habemus in orbe terrarum fidelissimum huic

[t] *Clodianis.*

mirifica.—4 C *mutuata:* U *mutata.* Mox pro *igitur*, C *ergo.*—5 Ms. Car. Steph. *avocavit.*—6 χ *Amiror.* Paulo post pro *Pessinuntem*, C *Pessimuntem:* et idem Ms. mox *Pessimunte.*—7 Hæc verba, *cujus leg . . . solebant*, primus inseruit Victorius: omittunt pæne Mss. omnes. Corrupte leguntur in Erf. ita: *cujus legati tribuno dividere in æde Castoris tui operis nummos solebant.* Paulo post pro *locum*, ex Gulielmii conjectura, Grut. censet legendum esse *lucum.*—8 Ms. Erf. Barb. Grut. Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orell. habent *omina.* Mox in C H U χ ψ legitur *securi* pro *Syri.*—9 C *dixerunt:* H *dilexe-*

NOTÆ

Magnam Matrem suis manibus accepit, et ei sacra fecit.

[o] *Neque sacerdotium*] Clodius unus erat ex quindecimviris qui præerant huic religioni, et qui libros Sibyllinos custodiebant.

[p] *Pessinuntem*] Urbs fuit in Phrygia, ubi mater illa Deorum nobilissimum templum habuit.

[q] *Brogitaro*] Brogitarus gener fuit Deiotari, Gallogræciæ regis, cui lege sua Clodius fanum Magnæ Matris attribuit, rejecto proprio illius fani sacerdote.

[r] *Quæ Persæ*] Persæ populi sunt in Asia notissimi.

[s] *Quæ Syri*] Syri populi Asiæ: amplificat hic religionem fani Pessinuntini a multitudine cultorum, ab imperatorum Rom. auctoritate et judicio.

imperio atque amantissimum nostri nominis;[10] Brogitaro, ut ante dixi, addictum pecunia tradidisti. Atque hunc tamen[11] Deiotarum, sæpe a senatu regali nomine dignum existimatum, clarissimorum imperatorum testimoniis ornatum, tu etiam regem appellari cum Brogitaro jubes. Sed[12] alter est rex judicio senatus per nos; pecunia Brogitarus per te, appellatus: alterum putabo regem,[13] si habuerit, unde tibi solvat, quod ei per syngrapham[14] credidisti: nam cum multa regia sunt in Deiotaro, tum illa maxime, quod tibi nummum[15] nullum dedit; quod eam partem legis tuæ, quæ congruebat cum judicio senatus, ut ipse rex esset, non[16] repudiavit; quod Pessinuntem, per scelus a te violatum, et sacerdote sacrisque spoliatum, recuperavit, ut in pristina religione servaret;[17] quod cærimonias, ab omni vetustate acceptas, a Brogitaro pollui non sinit,[18] mavultque generum suum munere tuo, quam illud fanum antiquitate religionis carere. Sed, ut ad hæc haruspicum[t] responsa redeam, ex quibus est primum de ludis;[z] quis est, qui id non totum[u] in istius ludos prædictum et responsum esse fateatur?

[z] *Primum quorum spectat ad ludos.*

runt. Dein pro *persolverent*, T *persolverunt*: χ *persolveret.*—10 Post *nostri nominis* Lamb. addidit *regem.*—11 Verbum *tamen* in χ omittitur. Mox in C deest *clarissimorum.*—12 χ *si.* Postea in H legitur *per jus* pro *per nos.* Dein statim *pecunia* in χ deest.—13 Ursinus ita conjecit hunc locum legendum: *alterum semper, alterum tum putabo regem.* Garaton. duplicem conjecturam proponit: aut *sed alter est rex, judicio senatus per nos, non pecunia per te appellatus:* aut, *pecunia per te alter appellatus; quem* (vel *hunc*) *putabo regem.* Ita Schutz. conjecit: *sed alter est rex judicio senatus per nos appellatus; alterum putabo regem.*—14 H S χ *syngraphum*, sed in H hoc superiori linea legitur. Statim post idem Ms. in marg. scribit *tradidisti* pro *credidisti.*—15 Hoc verbum in χ deest. In Ms. Barb. edd. Rom. et vett. *quod tibi nullum munus:* ed. Ven. 1480. *quod nullum tibi munus.*—16 *Non* deleri censebat J. F. Gronov. probante Ern. improbantibus tamen Garaton. et Wolf.—17 Nonnulli ap. Lamb. legi jubent *ut pristinam religionem serv.* Ms. Erf. *ut in pristinas religiones servares*, unde Græv. legendum conjecit *ut pristinas religiones servares.*—18 C H U *sivit.* Mox pro *redeam*, C H ψ *redeamus.*

NOTÆ

[t] *Sed ut ad hæc haruspicum*] Jam aggreditur ostendere non suam, sed Clodii domum esse religiosam, quod tabulis et testibus se probaturum dicit.

[u] *Qui id non totum, &c.*] Id est,

XIV. 30. Sequitur de locis sacris, religiosis. O impudentiam miram! de mea domo dicere audes? Committe vel consulibus, vel senatui, vel collegio pontificum tuam. Ac [19] mea quidem his tribus omnibus judiciis, ut dixi antea, liberata est.[20] At in iis ædibus, quas tu, Q. Seio,[v] equite Romano, viro optimo, per te apertissime interfecto, tenes, sacellum [x] dico fuisse et aras: tabulis hoc censorum, memoria multorum firmabo ac docebo. 31. Agatur modo hæc res, (quod [1] ex eo senatusconsulto, quod nuper est factum, referri ad vos necesse est) habeo, quæ de locis religiosis velim dicere. Cum de domo tua dixero, (in qua tamen ita est inædificatum [*] sacellum, ut alius fecerit, tibi tantummodo sit demoliendum) tum videbo, num mihi necesse sit de aliis etiam aliquid dicere. [p. 251.] Putant enim nonnulli ad me [2] pertinere, armamentarium [y] Telluris aperire. Nuper id patuisse dicunt,[3] et ego recordor: nunc sanctissimam partem ac sedem maximæ religionis privato dicunt vestibulo contineri.[z] Multa me movent: quod ædes

[*] *Ædificatum.*

CAP. XIV. 19 Pro *Ac* C *At.*—20 χ et Ms. Barb. *libera.* In edd. Rom. et Ven. 1483. ita legitur: *At mea quidem his tribus omnibus periculis liberata est.* Vocabula *his tribus* suspecta sunt Garatono; et in ed. Ven. 1480. et Junt. *tribus* post *omnibus* collocatur. Mox, pro *Seio* C H χ *Syro.* In ed. 1472. *M. Quinto Syro.* Dein copula *et* ante *aras* deest in C H T χ, Ms. Franc. ed. 1472. Med. et al. Statim post, pro *tabulis*, C T χ, Ms. Franc. et nonnullæ edd. vett. *tabulas:* ita ut hoc cum *aras* jungatur et post *tabulas* colon ponatur: et mox C H χ, Ms. Franc. ed. 1472. Med. et al. *censores.* In al. legitur *aras tabulas: hæc censores:* al. *aras tabulas: hic censores.*—1 Ern. conjecit *quam.* Postea pro *vos*, C H U ψ habent *nos.*—2 Verba *ad me* in C desunt. Mox, pro *armam.* Mss. Lamb. *agmentarium* vel *magmentarium*, in marg.—3 Ver-

NOTÆ

quis non confiteatur responsum illud esse omnino contrarium illis ludis, quos Clodius celebrari curavit?

[v] *Q. Seio*] Q. Seium Postumum veneno sustulit Clodius: de eo egit in Orat. pro Domo Sua.

[x] *Sacellum*] Festus Pomp. lib. XVII. de vet. verb. signif. 'Sacella,' inquit, 'dicuntur loca Diis sacrata sine tecto.'

[y] *Armamentarium*] Armamentarium locus est in quo arma asservabantur; tamen hic videtur sumi pro loco ubi tota templi supellex asservabatur.

[z] *Privato dicunt vestibulo contineri*] Pars hujus templi sanctissima in vestibulo ædificando privatæ domus insumitur.

Telluris est curationis meæ :[a] quod is, qui illud armamentarium sustulit,[b] meam domum pontificum judicio liberatam, secundum fratrem suum judicatam[4] esse dicebat: movet me etiam, in hac caritate annonæ, sterilitate[5] agrorum, inopia frugum, religio Telluris, et eo magis, quod eodem ostento Telluri postulatio[6][y] deberi dicitur. 32. Vetera fortasse loquimur: quanquam hoc si minus civili jure perscriptum est, lege tamen naturæ, communi jure gentium sancitum[7] est, ut nihil mortales a Diis immortalibus usu capere[c] possint. XV. Verumtamen[8] antiqua negligimus: etiamne ea negligemus, quæ fiunt cum maxime?[9] quæ videmus? L. Pisonem, quis nescit, his ipsis temporibus, maximum et sanctissimum Dianæ sacellum in Cœliculo[10][d] sustulisse? adsunt vicini ejus loci: multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificia gentilitia,[11][e] illo ipso in sacello, statuto loco,[12] anniversarii factitarint.[13] Et conquirimus, Dii

y *Expiatio.*

bum *dicunt* deest in Erf. probante Grævio. Postea pro *privato* C *private.*—4 H T U χ ψ *judicatum:* Mss. multi et Junt. *indicatum.*—5 χ *sterilitatem:* ψ *sterilitates.*—6 Mss. nonnulli ap. Lamb. *postulo:* Pal. 9. et Ms. Vict. *postillo.* Wolfio placuit *postulio.*—7 Alii, ut est in marg. Lamb. *sanctum.*

Cap. xv. 8 In marg. Lamb. post *verumtamen* additur *si.* Paulo post verba *etiamne ea negligemus* in C desunt.—9 In C H S T U χ, plerisque Mss. Pall. Barb. et edd. vett. *cum* omittitur : *nunc maxime* Car. Steph. et Lamb.—10 C H *incendiculo.* Schutz. habet *Cœliolo*, ex Græv. Garaton. et Wolf. sententia. Pucc. e conjectura, *in Cœlio.* Mox, *etiam* in C deest.—11 Ms. Barb. et Ven. 1480. habent *gentilica:* ed. 1584. Grut. Græv. et Gronov. *gentilia.*—12 *Stato loco* Junt. et Schutz. probantibus Ern. Garaton. et Wolf. *statuto anni tempore* ed. Mediol. In T *loco* deest. Statim post S χ ψ, Ms. Barb. *anniversari:* T *animadversari.* Lamb. Garaton. Wolf. et Schutz. *anniversaria.*—13 C T, Ms. Barb. et ed. Ven. 1480. *factitarunt*, quod Grut. in nota habet.

NOTÆ

[a] *Curationis meæ*] Curatio erat, qua quis ædem sacram, vel alium locum tuendum habebat; hoc est sartum tectum præstandum.

[b] *Armamentarium sustulit*] Appius Claudius Pulcher, Pub. Clodii frater. Ex Epist. ad Att. iv. 2.

[c] *Usu capere*] Usu capere est utendo re aliqua, ejus acquirere dominium; quod fit per continuationem possessionis legitimo tempore constitutæ.

[d] *In Cœliculo*] Cœliculum mons urbis Romanæ fuit.

[e] *Sacrificia gentilitia*] Quæ gentilitia sacrificia hic a Cicerone vocantur, dicta sunt etiam privata, quæ singularum familiarum, vel gentium propria fuerunt. Hæc autem sacra patresfamilias pro arbitratu suo privata sibi religione constituebant.

immortales quæ loca desiderent, quid significent, de quo loquantur? A Sex. Serrano [14] [f] sanctissima sacella suffossa, inædificata, oppressa, summa denique turpitudine esse fœdata nescimus? 33. Tu meam domum religiosam facere potuisti? ecqua [15] mente? quam amiseras: qua manu? qua disturbaras: qua voce? qua incendi jusseras: qua lege? quam [16] ne in illa quidem impunitate tua scripseras: [g] quo pulvinari? [h] quod [17] stupraras: quo simulacro? quod ereptum ex meretricis [i] sepulcro in imperatoris [18] monumento [k] collocaras. Quid habet mea domus religiosi, nisi quod impuri et sacrilegi parietem tangit? [l] Itaque, ne quis meorum imprudens introspicere possit tuam domum, ac te sacra illa tua [19] facientem videre, tollam altius tectum; non ut ego te despiciam, sed ne tu aspicias urbem eam, quam delere voluisti.

XVI. 34. Sed jam haruspicum [m] reliqua responsa videa-

Mox pro *conquirimus*, C H T U χ habent *quid primum*. Aliqui Mss. *quærimus*. Dein pro *desiderent*, C *si desiderent*: H *si desiderant*: T U χ ψ *desiderant*. Seq. verb. *quid* in C deest.—14 Ed. 1472. *Sirano*, et paulo post *suffusa*. Verbum *incensa* post *suffossa* additur in nonnullis Mss. quod Lall. Oliv. et Wolf. retinent. Orellius uncis inclusit.—15 C H S T U *Et qua*. Lamb. *At qua*. Mox pro *quam amiseras*, Ms. Vict. Naug. Junt. Manut. Lamb. Car. Steph. aliique nonnulli *qua invaseras*.—16 χ *quam*. Mox pro *illa*, C *illam*. Verba *qua lege? . . . scripseras* in H omittuntur.—17 *Quo* in H S T U χ. Pro *stupraras* χ *stupratas*: et idem Ms. paulo post habet *ceptum* pro *ereptum*.—18 Præpositio deest in S U. Pro *imperatoris* in C T est *patris*. Statim post χ *collocatas*.—19 Verbum *tua* in χ omittitur.

NOTÆ

[f] *A Sexto Serrano*] Serranus ille fuit ex Attilia gente nobilissima, et tunc tribunus, cum de Ciceronis reditu promulgata lex est; cui, cum collega suo Quintio, adversatus est.

[g] *Scripseras*] Latam a P. Clodio legem de sacranda Ciceronis domo, scripsit Sextus Clodius.

[h] *Quo pulvinari*] Pulvinar lectulus fuit, in quo collocabantur Deorum imagines.

[i] *Meretricis*] De meretrice Tanagræa loquitur, de qua dictum est in Orat. pro Domo Sua.

[k] *In imperatoris monumento*] Per imperatorem illum intelligit Q. Catulum, qui porticum vicinam habebat domo Ciceronis, quam, cum domo ejusdem Ciceronis eversam, Libertati consecravit.

[l] *Sacrilegi parietem tangit*] Clodium intelligit, cujus cum domo sua erat conjuncta.

[m] *Sed jam haruspicum*] Jam ad tertium responsum de legatis violatis venit.

mus. 'Oratores contra jus fasque interfectos.'[20] Quid est hoc? de Alexandrinis[n] esse video[1] sermonem: quem ego non refuto. Sic enim sentio, jus legatorum,[o] cum hominum præsidio munitum sit, tum etiam divino jure esse vallatum.[2] Sed quæro ab illo,[z] qui omnes indices[3 p] tribunus e carcere in forum effudit, cujus arbitrio sicæ[q] omnes nunc atque omnia venena tractantur, qui cum Hermacho Chio[4 r] syngraphas fecit; ecquid sciat, unum acerrimum adversarium Hermachi, Theodosium, legatum ad senatum a civitate libera[s] missum, sica percussum? quod non minus, quam de Alexandrinis, indignum Diis immortalibus esse visum, certo[5] scio. 35. Nec confero nunc in te unum omnia. Spes major esset salutis, si, præter te, nemo esset impurus: plures sunt:[t] hoc et tu tibi[6] confidis magis, et nos prope jure diffidimus. Quis Platorem,[7] ex Orestide,[u] (quæ pars Macedoniæ libera est) hominem in

[z] *Clodio.*

Cap. xvi. 20 Verba *Oratores . . . interfectos* desunt in S. *Fas* sine *que* habet χ.—1 *Video esse* in Junt. et Lamb.—2 S U, Ms. Franc. et ed. 1472. *velatum:* T *bellatum.* Mox pro *omnes,* H *omnibus:* χ *omnis:* Lamb. *omneis.*—3 *Judices* Mss. nonnulli, et ed. Junt. Lambinus rescripsit *audaces;* mavult tamen cum quibusdam legi *omnes judicatos.* Pro *tribunus,* C H S T U χ *tribunos.* Paulo post *nunc* in C H deest.—4 C *Hermachoro:* χ *Hermachoichio.* Schutz. cum Gœrenzio, de Fin. ii. 30. dedit *Hermarcho,* quem sequitur Orellius. Dein pro *ecquid,* in C H legitur *et qui:* in χ *et quis.*—5 C H S T U χ *certe.* Mox voc. *nunc* in C deest.—6 χ *mihi.* Post verbum *diffidimus,* Wolf. supplet *saluti nostræ,* probante Beck.—7 C T χ, Ms. Erf. Barb. ed. Rom. Brut. utraque Ven. Herv. Gryph. et Car. Steph. *Platonem.* Pro *Orestide,* C

NOTÆ

[n] *De Alexandrinis*] Ex legatis missis Romam Alexandria Ptolemæus rex ex insidiis plurimos interfici jussit.

[o] *Jus legatorum*] Tam sanctum jus illud legatorum habebatur, ut si quis legatum hostium pulsasset, is eorum potestati permitteretur. Vide Livium, lib. xl.

[p] *Qui omnes indices* [*judices*] Clodius, factus tribunus plebis, omnes qui erant carceribus inclusi, liberavit, eosque judices constituit.

[q] *Sicæ*] Sica genus est gladii, quo sicarii utebantur.

[r] *Chio*] Id est, ex insula Chio.

[s] *A civitate libera*] Libera civitas dicta est, quæ nihil vectigalis causa populo Rom. pendit.

[t] *Plures sunt*] Designat Pisonem proconsulem in Macedonia, quem tam infamem quam Clodium fuisse ait.

[u] *Orestide*] Orestis, seu Orestes, regio est Macedoniæ, in qua oppidum Orestias.

illis locis clarum ac nobilem, legatum Thessalonicam[v] ad nostrum (ut se[8] ipse appellavit) imperatorem[x] venisse nescit? quem ille, propter pecuniam, quam ab eo extorquere non poterat, in vincula conjecit, et medicum intromisit suum, qui legato, socio, amico, libero, fœdissime et crudelissime venas incideret.[9] Secures suas cruentari scelere noluit: nomen quidem populi Romani tanto scelere contaminavit, ut id nulla re possit, nisi ipsius supplicio, expiari. Quales hunc carnifices putamus habere, qui etiam medicis suis non ad salutem, sed ad necem utatur?

XVII. 36. [*p.* 252.] Sed recitemus,[y] quid sequatur:[10] 'Fidem et jusjurandum neglectum.' Hoc quid sit, per se ipsum non facile interpretor: sed ex eo, quod sequitur, suspicor de tuorum judicum manifesto perjurio[z] dici; quibus olim erepti essent nummi,[a] nisi a senatu præsidium postulassent. Quare autem de his dici[11] suspicer, hæc causa est, quod sic statuo,[12] et illud in hac civitate esse maxime illustre atque insigne perjurium, et te ipsum ta-

Horestide: T *Oristite.* Porro *est* post *libera* in Lall. et Oliv. omittitur: quod verbum in uno Ms. χ additur.—8 χ ψ *sæpe.*—9 S T U χ *inciderit.* Mox pro *ipsius*, Ms. Car. Steph. *illius.* Denique pro *necem* C habet *perniciem.*

CAP. XVII. 10 *Sequitur* est in C, et superiori linea in H. Lamb. edidit *quod sequitur.* Mox copula *et* ante *jusjurandum* in χ omittitur. Ms. Franc. habet *jusjurandumque:* C *jusquejurandum:* T *nostis jusque jurandum.*—11 In Ms. Franc. desunt verba *de his:* in ed. 1472. verbum *dici* omittitur.—12 C H *si statuto tuo:* χ *sic statuto.* Paulo post pro *in perjurii pœnam*, C et ed. 1472. *in perjurium impune:* χ *in perjurium inprime.* Pro *ab iis*, Ms. Franc. et ed. 1472.

NOTÆ

v *Thessalonicam*] Thessalonica urbs est Macedoniæ.

x *Imperatorem*] Pisonem ridet, quem imperatorem ironice appellat.

y *Sed recitemus*] De fide et jurejurando neglecto agit, illudque in Clodium retorquet.

z *De tuorum judicum manifesto perjurio*] Patefacto Clodii scelere a virginibus et pontificibus, tres Lentuli eum incesti crimine accusarunt, ut a Valerio Maximo, lib. IV. cap. 2. dicitur. Sed judices a M. Crasso pecunia ita corrupti sunt, ut viginti quinque tantum condemnarint, et triginta absolverint.

a *Erepti essent nummi, &c.*] Cum Catulus quendam ex judicibus corruptis vidisset, 'Quid vos,' inquit, 'præsidium a nobis postulabitis? an ne nummi eriperentur vobis, timebatis?'

men in perjurii pœnam ab iis, quibuscum conjurasti,[b] non vocari.

37. Et video, in haruspicum[c] responsis,[13] hæc esse subjuncta, 'Sacrificia vetusta occultaque minus diligenter facta, pollutaque.' Haruspices hæc loquuntur, an patrii penatesque Dii? multi enim sunt, credo, in quos hujus maleficii suspicio cadat. Quis præter hunc unum? Obscure dicitur,[14] quæ sacra polluta sint? quid planius, quid gravius, quid religiosius dici potest? 'vetusta occultaque.' Nego ulla verba Lentulum, gravem oratorem ac disertum, sæpius, cum te accusaret, usurpasse, quam hæc, quæ nunc ex Etruscis libris in te conversa atque interpretata dicuntur. Etenim quod sacrificium tam vetustum[15] est, quam hoc,[d] quod a regibus æquale huic urbi[16] accepimus? quod autem tam occultum, quam id, quod non solum curiosos oculos excludit, sed etiam errantes?[e] quo[17] non modo improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare? Quod quidem sacrificium nemo ante P. Clodium,[18] omni memoria, violavit, nemo unquam adiit, nemo neglexit, nemo vir aspicere non horruit:[19] quod fit per virgines Vestales;[f] fit

ab his.—13 Ms. Franc. et ed. 1472. *responsum.* Statim post, C et Ms. Erf. pro *subjuncta* habent *subjecta*, probantibus Græv. et Garat. Mox pro *vetusta* Ms. Franc. *vetera:* ed. 1472. *tecta.*—14 C *dicit.* C S T χ habent *sunt* pro *sint.*—15 Edd. vett. *vetus.* Ms. Barb. et Junt. *tam verum est.*—16 C H S T χ et Junt. *hujus urbis:* Ms. Barb. ed. Rom. et utraque Ven. *hujus juris.*—17 χ *quæ.* Mox pro *intrare* C *jurare.*—18 *Nemo nisi P. Clodius* Ms. Barb. Erf. Franc. ed. Rom. utraque Ven. Wolf. Beck. et Orell. In H S χ pro *ante* est *nisi,* in T *mihi vel nisi.* Pro *P.* T habet *quod. In* ante *omni* additur in Lamb. et Grut. C habet *omnium.*—19 C *abhorruit.* Mox in marg. edd. Lamb. notatur al. habere,

NOTÆ

[b] *Ab iis quibuscum conjurasti*] Loquitur de iis judicibus, quos olim Clodius pecunia corrupit,

[c] *Et video in haruspicum*] De sexto capite respondet de sacrificiis minus diligenter factis.

[d] *Tam vetustum est, quam hoc*] Vetustissimum hoc sacrificium elate dicit: nam ejus cultus Bonæ Deæ majori pompa celebrari Romæ tantum cœptus est A. U. C. 549. quo Romam delata est.

[e] *Curiosos oculos excludit, sed etiam errantes*] Ex sacrificio non modo excluduntur curiosorum hominum intuitus, sed et eorum etiam qui ne quidem de malo cogitant.

[f] *Vestales*] Vestales in Italiam a Trojanis adductæ sunt; deinde a Numa, ut refert Dionysius, creatæ sunt quatuor: munus earum erat ignem sacrum conservare; qui si fuisset ex-

pro populo Romano; fit in ea domo quæ est in imperio;[g] fit incredibili cærimonia; fit ei Deæ, cujus ne nomen quidem viros scire fas est; quam iste idcirco Bonam dicit, quod in tanto sibi scelere ignoverit.[20] XVIII. Non ignovit, mihi crede, non: nisi forte tibi[1] ignotum[a] putas, quod te judices emiserunt[2] excussum et exhaustum;[h] suo judicio, absolutum; omnium, condemnatum; aut quod oculos, ut opinio illius religionis est,[b] non perdidisti. 38. Quis enim ante te[3] sacra illa vir sciens viderat, ut quisquam pœnam, quæ sequeretur illud scelus, scire posset? An tibi luminis obesset cæcitas plus, quam[4] libidinis? ne id quidem sentis, conniventes[5] illos oculos abavi tui,[i] magis optandos fuisse, quam hos flagrantes[c] sororis?[6] Tibi vero, si diligenter attenderis, intelliges hominum pœnas deesse adhuc, non De-

[a] *Ignosci.* [b] *Vulgo dicitur de illo sacrificio.* [c] *Impudicos.*

quæ est cum imperio; al. *in qua est imperium.*—20 C *ignoraverit.*

Cap. xviii. 1 Verbum *tibi* in χ et ed. Rom. deest, probante Garaton. Ven. 1480. habet *ibi.* Ante *ignotum,* C H, Ms. Car. Steph. edd. Herv. et Naug. addunt *esse.* Pro *putas* T et Ms. Barb. *putes.*—2 Car. Steph. Junt. Græv. et Wolf. habent *dimiserunt.* In H S U χ, Ms. Barb. ed. Rom. et Ven. 1483. *omiserunt:* C *omiserint:* T *obmiserunt.* Mox *suo* in χ deest. Dein verba *ut opinio illius religionis est* in χ omittuntur. Marclandus censet scribi debuisse *ut falsa opinio, &c.* at Wolf. totam sententiam putidam esse monet.—3 *Te* in C H T χ ψ deest. Paulo post pro *quisquam* C habet *quis.* In H omittitur. Deinde pro *illud,* C H T U χ *id.*—4 Verba *scire . . . plus, quam* in T exciderunt. Pro *posset* C habet *posse.*—5 χ et Ms. Franc. *conniventis,* quod habent omnes edd. vett. ante P. Manut. Ms. Barb. *contuentis.*—6 Pro *hos* H ψ, Ms. Franc. Barb. Pucc. et edd. vett. *os.* Statim post, C H χ, et Ms. Franc. habent *flagrantis.* In marg. Lamb. notatur alios *fragranteis* (s. *fragrantes*) habere. *Quam os fragrantis sororis* Junt. et al. Mox pro *attenderis,*

NOTÆ

stinctus, aut violatus earum pudor, vivæ defodiebantur. De earum supplicio dictum est in hac orat. cap. vii. § 13. not.

[g] *Quæ est in imperio*] Domus Cæsaris auctoritatem et dignitatem quisque revereri debebat: erat enim summi pontificis, ubi hæc sacra in honorem Bonæ Deæ peragebantur.

[h] *Emiserunt excussum et exhaustum*] Inanem et exhaustum nummis Clodium reddiderunt, quia eos pecunia corrupit.

[i] *Conniventes* [*Continentes*] *illos oculos abavi tui*] Avus Clodii, C. Claudius, consul cum M. Perpenna fuit A.U.C. 623. proavus C. Claudius, qui cum T. Graccho consul fuit anno 586. In fastis Capitolinis sic nominatur: 'C. Claudius App. F. P. N. Pulcher.' Hujus C. Claudii pater, P. Clodii abavus, fuit Ap. Claudius Cæcus.

orum. Homines te in re [7] fœdissima defenderunt: homines turpissimum nocentissimumque laudarunt: homines prope confitentem propter pecuniam judicio liberaverunt: [8] hominibus injuria tui stupri, illata in ipsos, dolori [9] non fuit: homines tibi arma, alii in me, alii post in illum invictum civem [k] dederunt: hominum beneficia prorsus concedo [d] tibi; ac majora [10] non esse quærenda. 39. A Diis quidem immortalibus quæ potest homini major esse pœna, furore [11] atque dementia? nisi forte in tragœdiis, quos vulnere ac dolore corporis cruciari vides et consumi, graviores Deorum immortalium iras subire, quam illos, qui furentes [12] inducuntur, putas. Non sunt illi ejulatus et gemitus Philoctetæ [l] tam miseri (quanquam sunt acerbi) quam illa exultatio Athamantis,[m] et quam somnium matricidarum.[13] [n]

[d] *Relinquo.*

C H U χ, Ms. Franc. Barb. *attendes:* T *attendis.*—7 Verbum *re* in C deest.—8 Verba *prope confitentem* desunt in Junt. Herv. Man. et Car. Steph. relictis vocc. *propter pecuniam,* quæ pluribus libris absunt. Grut. auctoritate Pal. 9. edidit *homines confitentem judicio liberaverunt.* Sed Naug. Gryph. Græv. Oliv. Lall. et Wolf. dederunt *homines prope confitentem judicio liberaverunt;* quæ scriptura confirmatur Mss. Vict. et Car. Steph. Verba *propter pecuniam,* cum deest in multis Mss. uncis incluserunt Beck. et Orellius. Lamb. dedit *liberarunt.* In C H χ et nonnullis Pall. pro *prope* est *quippe.* S T U, quidam Pall. Mss. Franc. Barb. et ed. 1472. *hom. prope jud. lib.* omisso part. *confitentem.* Edd. Rom. et utraque Ven. *hom. prope pecunia jud. lib.* Gruterus judicabat verbum *prope* ortum esse e glossemate *pro pe.* i. e. 'pro pecunia,' aut 'propter pecuniam.'—9 C *deleri.* Mox verba *alii in me* desunt in Lamb. operarum negligentia, ut ait Beck.—10 Hunc locum ita Lambinus edidit: *hominum in te beneficia concedo tibi prorsus esse maxima, et majora, &c.* Pro *ac*, in U χ ψ legitur *at.*—11 C *fuore.* Mox *cruciari et consumi vides* Junt. et Orell. *cruciari ac cons. vides* Lamb. Græv. et Wolf. *cruc. vides ac cons.* Beck.—12 χ *furentis:* et statim post pro *sunt* in χ legitur *sint.*—13 *Senium* est in omnibus Pall. Ms. Vict. Erf. duobus Mss. Lall. edd. Rom. et utraque Ven. In C χ legitur *sensium:* in H *senun.* Garaton. magis placeret *quam insania matric.*

NOTÆ

[k] *Illum invictum civem*] Designat Pompeium, qui domi remanere coactus est a tribuno plebis Clodio, propter insidias quas ei parabat: jam superiori oratione de eo dictum est.

[l] *Philoctetæ*] Philocteta socius Herculis fuit, cui ille sagittas suas tradiderat; e quibus una cum illapsa fuisset in pedem, Philoctetam vehementer cruciavit.

[m] *Athamantis*] Athamas, Inus maritus, Learchum filium per insaniam occidit; quam ob causam se Ino cum Melicerta filio in mare projecit.

[n] *Matricidarum*] Orestes et Alcmæon matricidæ notissimi sunt.

Tu, cum furiales in concionibus [14] voces mittis, cum domos civium evertis, cum lapidibus optimos viros foro pellis, cum ardentes faces in vicinorum tecta jactas, cum ædes sacras inflammas, cum servos concitas, cum sacra ludosque conturbas, cum uxorem sororemque non discernis; cum, quod ineas cubile,[o] non sentis, cum baccharis, cum furis; tum das eas pœnas, quæ solæ [15] sunt hominum sceleri a Diis immortalibus constitutæ. Nam corporis quidem nostri infirmitas multos subit casus per se: denique ipsum corpus tenuissima sæpe de causa conficitur: [16] [*p*. 253.] Deorum tela in impiorum mentibus figuntur. Quare miserior es, cum in omnem fraudem raperis oculis, quam si omnino oculos non haberes.

XIX. 40. Sed, quoniam [p] de iis omnibus, quæ haruspices [17] commissa esse dicunt, satis est dictum, videamus, quid iidem haruspices a Diis jam immortalibus [18] dicant moneri: 'Ne [19] per optimatium discordiam dissensionemque, patribus principibusque cædes, periculaque creentur, auxilioque deminuti [20] deficiantur; qua re ad unum imperium provinciæ redeant, exercitusque pulsus, deminutioque

defendit tamen scripturam *senium*. Græv. susp. *et quam somnia matricidæ*. Lamb. omisit copulam *et*, ediditque locum sic: *quam somnum et matricidarum*. —14 χ ψ *concionis:* et mox pro *ardentes*, χ, Ms. Barb. edd. Rom. et Ven. 1483. habent *ardentis*.—15 Verbum *solæ* in χ omittitur. In Lamb. legitur *quæ sunt solæ*.—16 *De causa sæpe conf.* Lamb.—17 Mss. Erf. et Car. Steph. *habueris*.

Cap. XIX. 17 *Aruspices* semper in Ms. Franc. scribitur. Paulo post pro *commissa*, H U χ ψ, Ms. Franc. et Barb. *omissa*, quod edd. Rom. et utraque Ven. habent. Ed. 1472. *ommissa*. Hinc extitit *omina* in C, *ominosa* in Erf. Dein ante *iidem* Lamb. addidit *nos*. Verba *haruspices* . . . . . *iidem* in T desunt.—18 Verba *a Diis jam immort.* in χ omittuntur. In T U, Ms. Barb. et Ven. 1480. *jam* haud invenitur, atque deleri jubet Garaton.—19 *Moneri. Monent, Ne* habent omnes Mss. et edd. præter Lamb. Grut. et Ern. qui dederunt *moneri, Ne, &c.*—20 Quidam Mss. et edd. *diminuti*. In C S, ed. Ven. 1483. *divinitus*. Mox *pecuniæ* legitur pro *provinciæ* in C H U χ, edd. Rom. et utraque Ven. '*Auxilioque dem.*] Vide ne locus corruptus emendandus sit e § 54. ubi idem sic affertur: 'ne in unius imperium res recidat.'' *Orell.* Ita Lamb. edidit: *auxiliisque diminutis efficiatur, qua re ad unius im-*

NOTÆ

[o] *Ineas cubile*] Clodius uxorem Julii Cæsaris, pontificis maximi, violavit.

[p] *Sed quoniam*] Transit jam ad monita haruspicum, de quibus agit.

accedat.' Haruspicum verba sunt hæc omnia: nihil addo de meo. Quis igitur[1] hanc optimatium discordiam molitur? idem iste; nec ulla vi ingenii aut consilii sui, sed quodam errore nostro: quem quidem ille, quod obscurus non erat, facile perspexit. Hoc enim etiam turpius afflictatur respublica, quod ne ab eo quidem vexatur, ut, tanquam fortis in pugna vir, acceptis a forti adversario vulneribus adversis,[2] [q] cadere videatur. 41. Ti. Gracchus [r] convellit[3] statum civitatis: qua gravitate vir! qua eloquentia! qua dignitate! nihil ut patris avique Africani [s] præstabili insignique virtute, præterquam quod a senatu desciverat, deflexisset. Secutus est C. Gracchus: quo ingenio! quanta vi! quanta gravitate dicendi! ut dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa. Ipse L. Saturninus[4] [t] ita fuit effrænatus et pæne demens, ut auctor esset egregius, et ad animos imperitorum excitandos inflammandosque perfectus. Nam quid ego de P. Sulpicio [u] loquar? cujus tanta in di-

perium res redeat, exercitusque pulsus ad diminutionem accedat.—1 Pro *igitur* in C S legitur *ergo*. Seq. verb. *hanc* in Ms. Car. Steph. deest.—2 Ante *adversis* C addit *et*. Beckius, ex Ursini Ms. ed. Gryph. Græv. et Wolf. ante *cadere* verbum *honeste* addidit; quem Schutz. sequitur. Pal. 9. Ms. Erf. edd. Naug. Vict. Manut. Car. Steph. Lamb. et Orell. *adversis et honestis cad. vid.* Pro *honeste* in plerisque Pall. Ms. Franc. omnibus Ox. Ms. Barb. et edd. pr. legitur *homines*. Pro *cadere* in C H S T U χ, Ms. Barb. et edd. pr. *cedere*: in ψ *cædere*. Mox S et Junt. *videantur*.—3 *Convertit* Lamb. Mox præpositio *a* ante *patris* in χ omittitur.—4 Prænomen *L.* in C deest. *Saturnius* le-

NOTÆ

[q] *Vulneribus adversis*] Adversa dicuntur vulnera, quæ adverso pectore recipiebantur, et honesta erant.

[r] *Tiberius Gracchus*] Tiberius Gracchus filius fuit Sempronii Gracchi, mirabilis eloquentiæ juvenis, qui se ad partes populi, relictis optimatibus, contulit cum fratre Caio. Tiberius occisus est prior in concione a Scipione Nasica; Caius vero, jussu Opimii, biennio post, cum Capitolium occupasset.

[s] *Patris avique Africani*] Mater Gracchorum Cornelia fuit, filia Africani Majoris; quare avum maternum habuit Africanum.

[t] *Saturninus*] Saturninus tribunus, cum legem agrariam ferret invito senatu, nec in eam jurare vellet Q. Metellus, illum in exilium egit. Ipse postea, cum Glaucia prætore, a C. Mario consule est occisus.

[u] *De Publio Sulpicio*] P. Sulpicius cum perniciosas leges ferret, ex ea-

cendo gravitas, tanta jucunditas, tanta brevitas fuit, ut posset, vel ut prudentes errarent, vel ut boni minus bene sentirent, perficere dicendo. Cum his conflictari, et pro salute patriæ quotidie dimicare, erat omnino illis, qui tum rempublicam gubernabant, molestum; sed habebat ea [5] molestia quandam tamen dignitatem. XX. 42. Hic vero, de quo [v] ego [6] ipse tam multa nunc dico, pro Dii immortales! quid est? quid valet? quid affert, ut tanta civitas, si cadet,[7] (quod Dii omen obruant!) a viro tamen confecta videatur? qui post patris mortem, primam illam ætatulam suam ad scurrarum locupletium [8] libidines detulit: quorum intemperantia expleta, in domesticis est germanitatis stupris [9] [x] volutatus: deinde, jam robustus, provinciæ se ac rei militari dedit; atque ibi piratarum [y] contumelias perpessus,[10] etiam Cilicum libidines barbarorumque satiavit:[11] post, exercitu L. Luculli [z] solicitato, per nefandum scelus,

gitur in S. Paulo post *et* ante *pæne* haud apparet in χ.—5 *Ea* in C deest. Deinde pro *tamen* C H S *tum.*

Cap. XX. 6 *Ego* abest χ ψ. Paulo post Ms. Erf. habet *per Deos immortales!* in quo Ms. desunt verba *quid affert.*—7 *Si cadat* conjecit Ern. Mox pro *obruant* C *avertant.* In Ms. Erf. est *quod Dii omnes obruant.* Præpositio *a* ante *viro* abest U χ ψ. Ante *confecta* C H S T U χ, Ms. Barb. edd. Rom. utraque Ven. addunt *tali.*—8 In Lamb. *locupletum.* Pro *quorum* χ ψ *horum:* et pro *est* C *et in.*—9 Offenderunt hæc Lambinum, qui reponi voluit, aut *cum germanis sororibus stupris,* aut *in domesticis germanisque stupris.*—10 Post *perpessus,* C H, edd. Rom. utraque Ven. habent *est.* Statim post *etiam* in C omittitur. Naug. ita interpunxit: *perpessus etiam: Cilicum, &c.*—11 C *satia-*

NOTÆ

rum una C. Mario bellum Mithridaticum decrevit; at ei L. Sulla cum ceteris optimatibus adversatus, cum exercitu in urbem venit, et pulsis Marianis, Sulpicium, cum ceteris adversariis, in fuga occidit. Vide Plutar. in Mar. et Sull.

[v] *Hic vero, de quo*] Clodius tam contemtus est, ut nulla ratione cum his viris, de quibus supra, conferendus sit: imo vero si caderet per eum respub. cadere ab abjectissimo viro diceretur.

[x] *In domesticis est germanitatis stupris*] Sororem stupravit Clodius.

[y] *Atque ibi piratarum*] Sunt qui hoc ad bellum piraticum a P. Servilio gestum referunt: atqui Servilius, ex consulatu, quo anno 674. functus est, in Ciliciam profectus, bellum piraticum gessit. P. vero Clodium anno 686. relicto Lucullo, ad Marcium in Ciliciam venisse, ibique classi præfectum a piratis captum fuisse, Dio scribit.

[z] *Luculli*] Lucullus contra Mithridatem missus est A. U. C. 679. Clodius autem solicitavit Luculli exer-

fugit illinc,[12] Romæque, recenti adventu suo, cum propinquis suis decidit,[a] ne[13] reos faceret: a Catilina pecuniam accepit, ut turpissime prævaricaretur:[b] inde cum Murena se in Galliam contulit; in qua provincia mortuorum testamenta conscripsit, pupillos necavit, nefarias cum multis scelerum pactiones societatesque conflavit: unde ut rediit, quæstum illum[14][c] maxime fœcundum uberemque, campestrem,[15] totum ad se ita redegit,[e] ut homo popularis fraudaret improbissime populum,[16] idemque vir clemens[d] divisores[e] omnium tribuum domi ipse suæ crudelissima morte mactaret. 43. Exorta est illa, reipublicæ,[17] sacris, religionibus, auctoritati vestræ, judiciis publicis funesta quæstura;[f] in qua idem iste Deos hominesque, pudorem, pudicitiam, senatus auctoritatem, jus, fas, leges, judicia, violavit. Atque hic ei gradus,[g] (o misera tempora, stultasque nostras discordias!) P. Clodio gradus ad rempublicam, hic primus

[e] *Ita attribuit sibi.*

runt. *L.* ante *Luculli* abest C T U.—12 Ms. Erf. *illum:* unde Grævius suspicatur lectum olim fuisse *illim*, probante Garaton. Ms. Barb. *illuc.*—13 Manut. ait omnes libros veteres habere *ut*, quod etiam est in C et ed. 1483. Ed. 1472. post *decidit* plene interpunxit: in Naug. dicitur colon poni, et deinde legi, *ne res faceret a Cat.*—14 C H T U χ, Ms. Franc. Barb. edd. Rom. 1472. atque utraque Ven. *quæsturam illam.* Mox Ms. Franc. et edd. dictæ *fæcundam*, quod ex C H etiam notatur, non ex aliis Oxx.—15 C H χ *ea tempestate in.* Edd. Rom. et Ven. *ea tempestate* legunt; unde Garaton. conjecit *uberemque ea tempestate campestrem.*—16 Ms. Barb. *fraudaret in promissione populum:* sed margini ascribitur 'al. *improbissime.*' Dein pro *clemens* in C H legitur *demens.* In iisdem Mss. paulo post scribitur *mactavit.*—17 C *resp.* Mox C H

NOTÆ

citum in Nisibis urbis obsidione, ut Dio narrat, lib. XXXV.

[a] *Decidit*] Romæ cum propinquis suis pactus est, ut non eos vocaret in judicium.

[b] *Prævaricaretur*] Prævaricari est, partem in judicio, quam tuendam quis suscepit, prodere, atque adeo colludere cum adversario.

[c] *Quæstum illum*] Loquitur de quæstu, quem facere populus solebat divisoribus in Campo Martio, cum pecuniam distribuebant.

[d] *Vir clemens*] Ironia.

[e] *Divisores*] Dicebantur divisores, qui singulis nummos distribuebant, eorum nomine, qui ad magistratus aspirabant, ut ad eos a populo promoverentur.

[f] *Funesta quæstura*] De Clodii quæstura jam agit.

[g] *Hic ei gradus*] Quæstura primus fuit gradus ad reliquos honores; nam postea tribunus plebis, et ædilis factus est.

est aditus[18] ad popularem jactationem atque ascensus. [*p.* 254.] Nam Ti. Graccho invidia Numantini fœderis, (cui feriendo, quæstor C. Mancini consulis[h] cum esset, interfuerat) et in eo fœdere improbando senatus severitas, dolori et timori fuit: istaque[19] res illum, fortem et clarum virum, a gravitate patrum desciscere[20] coëgit. C. autem Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi, ad expetendas domestici sanguinis pœnas excitavit. Saturninum,[i] quod[1] in annonæ caritate quæstorem a sua frumentaria[2] procuratione senatus amovit, eique rei M. Scaurum præfecit, scimus, dolore factum esse popularem. Sulpicium[3] ab optima causa profectum, Caioque Julio,[4 k] consulatum contra leges petenti, resistentem, longius, quam voluit, popularis aura provexit. XXI. 44. Fuit in his omnibus[5] causa, etsi non justa, (nulla enim potest cuiquam

habent *pudicitiamque.*—18 Lamb. (quem Schutz. sequitur) ita edidit: *gradus ad rempublicam hic primus* (*primum* Schutz.) *fuit; hic primus aditus.* Ceteri *gradus ad remp. hic primus et aditus.*—19 T et Ms. Vict. *itaque.* In Pal. 9. et Erf. ita legitur: *itaque illum fortem, &c.* probante Garaton.—20 Ms. Franc. et ed. 1472. *desistere.* Mox pro *magnitudo,* χ *magnitudine.*—1 Pro *quod* χ habet *que.* Manutius monet alios legere *Saturn. quidem in, &c.* Ipse mallet *Saturn. quod eum, &c.*—2 Viri quidam docti apud Lamb. *sua* delendum putaverunt. Etiam verbum *frumentaria* suspectum fuit Ern. utramque conjecturam repudiante Wolf.—3 C *Sulpicius.* Dein verbum *profectum* in H deest.—4 In Mss. Pall. scribitur *Tuccio,* seu *Tutio,* seu *Thuscio.* (quod ultimum olim editum.) In C est *C. Tuscio:* H *Caioque Tuscio:* S *C. que Tuscio:* T *Gayoque Lucio:* U *Gaioque tucio:* χ *C. q. tutio.* *Tutio* est in Mss. Car. Steph. Franc. et Barb. In ed. 1472. *Caioque Ticio.* Mox pro *petenti* in H legitur *potenti.*

CAP. XXI. 5 Pro *his omnibus* in χ legitur *hominibus.* Mox pro *cuiquam* C S *unquam:* et paulo post pro *merendi,* C H T U, Ms. Franc. et edd. vett.

NOTÆ

h *C. Mancini consulis*] A. U. C. 616. Popillio consuli C. Mancinus consul ad Numantiam successit, ubi victus est a Numantinis, et castris exutus: cum spes nulla servandi exercitus esset, pacem cum eis fecit ignominiosam; quam ratam esse senatus vetuit.

i *Saturninum*] Saturninus quæstor Ostiensis fuit, et rei frumentariæ præfectus.

k *Caioque Julio*] De hoc sic Asconius loquitur: 'C. Cæsar ædilicius quidem mortuus est: sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio ejus cum Sulpicio trib. fuerit: nam et sperabat, et id agebat Cæsar, ut, omissa prætura, consul fieret; cui cum primis temporibus jure Sulpicius resisteret, postea omni contentione, ad ferrum et ad arma processit.'

male de republica merendi justa esse causa) gravis[6] tamen, et cum aliquo animi, et virili dolore conjuncta. P. Clodius a crocota,[l] a mitra,[7][m] a muliebribus soleis, purpureisque fasciolis,[n] strophio,[o] a psalterio,[8][p] a flagitio, a stupro, est factus repente popularis. Nisi eum mulieres exornatum ita[9] deprehendissent; nisi ex eo loco, quo eum adire fas non erat,[10] ancillarum beneficio emissus[q] esset; populari homine populus Romanus, respublica cive tali careret.[11] Hanc ob amentiam, in discordiis nostris, de quibus ipsis, his prodigiis recentibus, a Diis immortalibus admonemur, arreptus est[r] unus ex patriciis, cui tribuno[s] plebis fieri [non][12] liceret. 45. Quod anno[t] ante frater Metellus, et concors etiam tum senatus, principe[f] Cn. Pompeio sententiam dicente,[13] excluserat, acerrimeque una voce ac mente

[f] *Primo loco.*

nonnullæ *merenti.*—6 C H S *gravius.* Pro *virili* C H U χ, edd. Rom. et Ven. 1483. *viri.* Ms. Barb. Ven. 1480. Naug. et Junt. legunt *et juris.* Copulam *et* deleri censebat Camerarius.—7 C S *a cicronia amicia:* H *a croma, a mitra:* T *ancronia amithra:* χ *a chroma, a mitria:* ψ *a croma a Cicronia a Micia a mitra.* Pro *muliebribus* C T χ *mulieribus:* et pro *soleis* Lamb. maluit legi *stolis.*—8 Edd. Wald. et Ald. Nep. habent *a psaltria:* Junt. Lamb. Grut. et Græv. *a psaltrio.* Mox C H S omittunt voces *a flagitio.*—9 Lamb. edidit *ita exornatum.*—10 χ ψ, Mss. Car. Steph. Barb. edd. 1480. Herv. et Naug. *fuerat*, probante Garaton.—11 Lamb. sic legit: *cive tali respublica careret.* Post, pro *admonemur*, H *commonemur:* χ *amoneremur.* Mox præpositio *ex* in C deest, relicto spatio. Idem Ms. habet *tribunis.*—12 Verbum *non* uncis inclusit Ern. probante Garaton. Porro pro *Quod* U *Quid.*—13 *Principi ... dicenti* Mss. nonnulli, Junt. Lamb. Grut. et Græv. Statim post, pro *excluserat*, T et ed.

NOTÆ

[l] *Crocota*] Crocota crocei coloris muliebris vestis fuit.

[m] *Mitra*] Mitra muliebre fuit tegumentum capitis.

[n] *Fasciolis*] Fasciæ pectoris mulieris ornamentum erant.

[o] *Strophio*] Strophium fascia pectoralis fuit, qua papillas mulieres cohibebant.

[p] *Psalterio*] Psalterium instrumentum est musicum, quo in sacrificiis Bonæ Deæ utebantur.

[q] *Emissus*] Beneficio non matronarum, sed ancillarum, emissus est Clodius e domo Cæsaris, pontificis maximi.

[r] *Arreptus est*] Clodius e patriciis, beneficio Cæsaris, ad plebeios transivit. Vide Suet. in Julio.

[s] *Cui tribuno*] Clodius tribunus plebis esse non poterat, cum esset patricius: assumebantur enim tribuni de plebe, non e patricio genere.

[t] *Quod anno*] Metellus consul fuit ante Cæsarem, a quo Clodius ad plebem traductus est. Metellus autem ille, qui Celer dictus est, Pub. Clodii non germanus, sed consobrinus fuit.

restiterat; id, post dissidium[14] optimatium, de quo ipso nunc monemur, ita perturbatum, itaque permutatum est, ut, quod frater consul, ne fieret, obstiterat, quod affinis[u] et sodalis, vir clarissimus,[15] qui illum reum non laudarat,[v] excluserat; id is consul[x] efficeret[16] in discordiis principum, qui illi unus inimicissimus esse debuerat; et eo fecisse auctore se diceret, cujus auctoritatis neminem posset pœnitere. Injecta est fax fœda ac luctuosa reipublicæ. Petita[g] est auctoritas vestra, gravitas amplissimorum ordinum,[17] consensio bonorum omnium, totus denique civitatis status. Hæc enim certe petebantur, cum in me, cognitorem[h] harum omnium rerum, illa flamma illorum temporum conjiciebatur.[18] Excepi, et pro patria solus exarsi; sic tamen, ut vos, iisdem ignibus circumsepti, me primum ictum pro vobis et fumantem videretis.[19] XXII. 46. Non sedabantur[20] discordiæ: sed etiam crescebat in eos odium, a quibus nos[1] defendi putabamur. Ecce, iisdem auctoribus, Pompeio principe, qui cupientem Italiam, populum

[g] *Oppugnata.* [h] *Defensorem.*

1472. *concluserat:* Lambinus olim legendum censuerat *excusserat.*—14 C H S *discidium.* Mox verbum *est* post *perm.* deest in χ.—15 *Clariss. vir* Junt. et Lamb. Statim pro *qui,* in χ legitur *quin:* et pro *laudarat* C T habent *laudaret.* Seq. verb. in *excusserat* mutavit iterum Lamb.—16 Ante *in* C S addunt *et:* sed copulam ante *eo* in χ ψ deest. Dein pro *pœnitere,* C *pœniteret.* Lamb. edidit *nem. pœn. posset.*—17 Ms. Erf. *hominum.* Mox pro *petebantur,* Grut. Græv. et Gronov. habent *petebatur,* errore typographico, ut dicunt Ern. et Orell.—18 Vet. Ms. Lamb. *coniciebatur.* Pro *et,* post *excepi,* χ habet *etiam.* Postea pro *exarsi,* Ern. conjecit *arsi.*—19 C *videret.*

CAP. XXII. 20 *Non modo non sed.* edidit Lamb. Pro *crescebat* in C legitur *crescebant.*—1 Verbum *nos* in H T U χ ψ, Ms. Franc. Naug. et edd. vett. deest. In Ms. Barb. legitur ita: *sed etiam crescebat in nos odium, a quibus defendi putabamus.* Ms. Erf. legit *crescebat in consules odium.* Sequens verbum legitur in C *defensi,* quod habent P. Victorius, Naug. et Grut. In edd. vett. nonnullis, ut in Rom. Wald. utraque Ven. Med. Asc. Crat. est *a quibus defendi putabamur;* uti in Ms. Erf. et aliis quibusdam. In Ms. Franc. legitur

NOTÆ

[u] *Affinis*] Pompeius Clodii affinis fuit, quia ejus filius Appii filiam, fratris Pub. Clodii, uxorem duxerat.

[v] *Non laudarat*] Mos fuit ut rei a claris viris laudarentur.

[x] *Is consul*] Cæsar, qui inimicus Clodio esse debebat propter incestum cum illius conjuge, eum ad plebeios traduxit.

Romanum desiderantem, flagitantes[2] vos, non auctoritate sua solum, sed etiam precibus ad meam salutem excitavit, restituti sumus. Sit discordiarum finis aliquando: a diuturnis dissensionibus conquiescamus. Non sinit eadem ista labes: eas habet conciones,[3] ea miscet ac turbat, ut se modo vendat his, modo illis;[4] nec tamen ita, ut se quisquam, si ab isto laudatus sit, laudatiorem[5] putet; sed ut eos, quos non amant, ab eodem gaudeant vituperari. Atque ego hunc non miror; quid[6] enim faciat aliud? illos homines sapientissimos gravissimosque miror: primum, quod quenquam[7] clarum hominem, atque optime de republica meritum, impurissimi voce hominis violari[8] facile patiuntur: deinde quod existimant,[9] perditi hominis profligatique maledictis posse (id quod minime conducit ipsis) cujusquam gloriam dignitatemque violari: postremo, non sentiunt id, quod tamen mihi jam suspicari videntur, illius furentis ac volatici[10] impetus in se ipsos posse converti. 47. [*p.* 255.]

a quibus defendi putabam.—2 χ, Ms. Barb. et ed. Ven. 1483. *flagitantis.* In al. edd. ut in marg. Lamb. verba *flagitantes vos* ante *Pop. Rom. desid.* ponuntur.—3 Mss. aliqui, Man. Steph. et Beck. *ea habet conc.* probante Garaton. non probante Orellio. In C H χ, Ms. Franc. et edd. vett. plerisque *ea facit conc.:* ed. 1472. *ea fecit contentiones:* Ms. Barb. *ea facit contentiones.* In Ms. Erf. verba *eas* (aut *ea*) *hab. conciones* desunt. In Ms. Car. Steph. legitur *suas habet conciones.* Statim post, idem Ms. habet *eas miscet ac turbat: ea misc. ea turb.* habent χ, Ms. Franc. Barb. edd. 1472. 1480. Junt. Wald. et Græv. improbante Garaton.—4 Lamb. ita edidit, ex uno Ms. *ut se modo his, modo vendat illis.* Eum sequuntur Oliv. et Orellius. Manutius conjecit *ut modo se venditet his, modo illis,* quod probat Grævius; *ut modo vendat illis* Grut. *ut sese vendat illis* Junt. Pantagathus conjecit *ut modo se vendat his, modo illis.* Ursinus in Mss. esse ait *ut modo venditet illis,* quod Græv. recepit. Lallemand. dedit *ut modo his, modo se venditet illis.* Ms. Pucc. *ut sese vendat illis.* Ed. Gryph. 1550. *ut modo his sese vendat, modo illis.* C H S U χ *ut modo vendat illis:* T *non modo vendat illis.* Mox *ita* post *tamen* deest in T U χ.—5 Ms. Franc. edd. 1472. 1480. et Ascens. *laudatum:* Ms. Erf. et Barb. *laudatorem:* (in Barb. marg. adscriptum *laudatum*) C χ ψ, ed. Rom. Ven. 1483. et Med. *laudationem.*—6 In C legitur *quod.* Mox pro *aliud? illos,* in C H, et Ms. Franc. legitur *at illos:* et pro *homines,* Schutz. ex auctoritate unius Ms. Franc. dedit *viros.* Verba *quid enim . . . miror* in T U χ, et ed. 1472. desunt. —7 Verbum *quenquam* omittitur in T, Ms. Franc. edd. 1472. et 1480. Delevit Græv. improbante Garaton. Mox *sæpe,* quod olim ante *meritum* legebatur, delevit Græv. cum edd. seqq. deest etiam in C H T U χ, Ms. Franc. et Barb. et edd. ante Naugerium.—8 Ern. susp. *tam* ante *facile* excidisse. Post pro *deinde,* ed. 1472. *dein.*—9 C H U χ ψ, Ms. Car. Steph. Barb. et edd. ante Naug. *si exist.* Ms. Franc. *si sic exist.* Mox in ψ legitur *tam* pro *tamen.* —10 *Illius furentes ac volaticos* Ms. Car. Steph. aliquot Pall. Erf. Barb. ed. 1472. Herv. Græv. Wolf. Beck. Schutz. et Orellius: *illius furentes ac violentos*

Atque ex hac nimia nonnullorum alienatione, et quibusdam hærentia tela in republica,[11] quæ quamdiu hærebant in uno me, graviter equidem, sed aliquanto levius ferebam. An iste,[y] nisi primo se dedisset[12] iis,[z] quorum animos a vestrà auctoritate sejunctos esse arbitrabatur;[13] nisi eos in cœlum[a] suis laudibus præclarus auctor extolleret; nisi exercitum[14] C. Cæsaris, (in quo fallebat,[15] sed eum nemo redarguebat) nisi eum, inquam, exercitum signis infestis[b] in curiam se immissurum minitaretur; nisi Cn. Pompeio adjutore, M. Crasso auctore, quæ faciebat, facere clamaret; nisi consules[c] causam conjunxisse secum, in quo uno non mentiebatur, confirmaret; tam crudelis mei, tam sceleratus reipublicæ vexator esse potuisset? XXIII. 48. Idem, posteaquam respirare vos a metu cædis, emergere auctori-

habent Lamb. Oliv. et Lall. In Pall. quibusdam est *illius furentis ac violenti cos. impetus.* In C H, Ms. Franc. edd. Rom. et Venet. 1483. scribitur *ill. fur. ac viol. consulis imp.* In Pal. 9. fuit *furentis ac violari quos imp.* Ed. Ven. 1480. *ac violantis imp.* In C H S U χ *furentis:* (ergo T ψ *furentes* confirmant, et tres habere *violentos* videntur) C S *violentis:* χ *violati eos.*—11 Lall. Beck. Schutz. et Orell. ex Manut. conjectura, scribunt *ex hac nimia nonnull. alien. a quibusdam hærent ea tela in rep.* probante Garaton. Lambinus ita edidit: *atque ex hac a me nonn. alien. et quibusdam occultis odiis hærent etiam tela in rep.* Wolf. dedit *a quibusdam:* sed *hærentia tela* reliquit. Legebatur antea, *atque ex hac nonnull. alien. et quibusdam hærentia tela in rep.* Ern. vult deleri *et,* (quod et a Junt. abest) et deinde scribi *quibusdam hærent jam tela in rep.* In Mss. Franc. et Pucc. est *a quibusdam.* Vide Nott. Varr. Pro *republica* in H legitur *rempublicam.*—12 *Dedidisset* legitur in edd. P. Manut. Car. Steph. Lamb. et Wolf. Probat Lambinus conjecturam *se vendidisset.*—13 In C H S T U χ, Mss. Franc. Erf. edd. vett. et Græv. *arbitrabamur,* quod verbum defendit Ferratius. Mss. Barb. edd. Rom. et Brix. *arbitramur.*—14 χ *exercitu.* Mox prænomen *C.* in χ deest.—15 Post *fallebat* in Naug. Lamb. et nonnullis edd. vett. addebatur *multos.* Ms. Franc. *in quo fallebatur.* Statim post, *eum* ante *inquam* in χ deest.

NOTÆ

[y] *An iste*] Tempus indicat a quo ipse pulsus est.

[z] *Nisi se dedisset iis*] Intelligit Pompeium, Cæsarem, et Crassum; cum enim essent inter se conjunctissimi, ab auctoritate senatus et repub. recesserant: eos autem hic oblique carpit.

[a] *Nisi eos in cœlum, &c.*] Clodius Pompeium, cum reliquis, laudabat tum, cum tribunus plebis erat.

[b] *Signis infestis*] Minitabatur Clodius se immissurum exercitum ad perdendam senatus auctoritatem si non abiret Cicero.

[c] *Consules*] Pisonem et Gabinium intellige, quorum auctoritate et auxilio se facere omnia Clodius jactitabat; in quo solum verum dicebat, et in aliis omnibus mentiebatur.

tatem vestram e fluctibus[16] illius servitutis, reviviscere[17] memoriam ac desiderium mei vidit, vobis se cœpit subito fallacissime venditare. Tum leges Julias[d] contra auspicia latas, et hic, et in concionibus dicere: in quibus legibus inerat curiata illa [lex],[e] quæ totum ejus tribunatum continebat; quam cæcus amentia non videbat. Producebat fortissimum virum, M. Bibulum: quærebat ex eo, C. Cæsare[18] leges ferente,[f] de cœlo semperne servasset?[g] semper se ille servasse dicebat. Augures[h] interrogabat, quæ ita lata essent, rectene lata essent? illi vitio[19][i] lata esse dicebant. Ferebant in oculis[k] hominem quidam boni viri,[i] et de me optime meriti; sed illius, ut ego arbitror, furoris ignari.

[i] *Cum defectu.* [k] *Probabant aperte.*

CAP. XXIII. 16 χ ψ et Lamb. habent *a fluct.* Mox pro *illius*, Mss. Oxx. Erf. edd. Lamb. Grut. Lall. et Oliv. habent *illis.*—17 Lamb. conjecit *revirescere.* Paulo post, *fallacissime* abest C S: et pro *venditare* C habet *vendicare.* Dein *in* ante *quibus* omittit ψ.—18 Pro *Cæsare* H *cæsa.*—19 C H *jure:* Ms. Franc. *nullo vitio.* Mox pro *quidam* C habet *quidem:* et paulo post C H

NOTÆ

[d] *Leges Julias*] Leges, quæ a Julio Cæsare latæ fuerant, in quibus ejus adoptio continebatur, nullas esse dicebat, quia contra auspicia factæ sunt.

[e] *Curiata illa lex*] Si hæc lex, quæ de ejus adoptione lata fuerat, non valuisset, corruebat totus Clodii tribunatus; quia cum e patriciis esset, non poterat ad tribunatum, qui plebeiis tantum dabatur, aspirare. Porro lex curiata dicebatur, quæ in comitiis curiatis a toto populo ferebatur. Postea vero non a toto populo, sed a triginta lictoribus, ad speciem atque usurpationem vetustatis; hoc est, ad triginta veteres curias repræsentandas constitutis, jubebatur. Vide Livium, lib. IX.

[f] *Cæsare leges ferente*] Cum Cæsar ferret leges illas de Clodii adoptione, collega ejus Bibulus obnuntiavit; at armis a Cæsare e foro pulsus fuit. Plutarch. in vita Cæs.

[g] *Semperne servasset*] Petebat Clodius a Bibulo, an, dum Cæsar leges proponeret, auspicia semper observasset. Servare autem de cœlo est, nuntiare aut pluisse, aut intonuisse, atque adeo diruptum esse auspicium: qua obnuntiatione facta, si quis tamen in re cœpta persisteret, id contra auspicia fieri dicebatur.

[h] *Augures*] Ad augures pertinuit, ex cantu, volatu avium, aut ex pullorum tripudiis, futura præsagire; de prodigiis, somniis, portentis, oraculis, responsa dare; quidque per ea reipub. portenderetur.

[i] *Quidam boni viri*] Cato, Favonius, Marcellus, Hortensius, et Domitius, quibus Pompeii et Cæsaris potentia non placebat, favere Clodio videbantur.

Longius processit: in ipsum Cn. Pompeium, auctorem (ut prædicare est[20] solitus) consiliorum suorum, invehi cœpit: inibat gratiam a nonnullis. 49. Tum vero est ratus, se posse, quoniam[1] togatum[k] domestici belli exstinctorem nefario scelere fœdasset, illum etiam, illum externorum bellorum, hostiumque victorem, affligere:[l] tum est illa in templo Castoris scelerata et pæne deletrix hujus imperii sica deprehensa: tum ille, cui nulla hostium diutius urbs unquam fuit clausa,[2] qui omnes angustias, omnes altitudines, omnium objecta tela, semper[3] vi et virtute perfregit, obsessus est ipse domi;[m] meque nonnulla imperitorum vituperatione timiditatis meæ, consilio et facto suo, liberavit. Nam, si Cn. Pompeio, viro uni omnium fortissimo, quicumque nati sunt, miserum[4] magis fuit, quam turpe, quamdiu ille tribunus plebis fuit, lucem non aspicere, carere publico, minas ejus perferre; cum in concionibus diceret, velle se in Carinis[n] ædificare alteram porticum, quæ Palatio responderet; certe mihi exire domo mea, ad privatum dolorem fuit luctuosum, ad rationem reipublicæ gloriosum. XXIV. 50. Videtis igitur,[5] hominem per seipsum jampridem afflictum ac jacentem, perniciosis optimatium discor-

U χ habent *illi* pro *illius*.—20 *Erat* conjecit Ern. Dein pro *Tum* χ ψ *Tunc*.—1 Ms. Erf. edd. Græv. Beck. Schutz. et Orell. (nisi quod Schutz. retinuit *quoniam*) hunc locum ita habent: *Tum vero elatus spe, posse se, quo modo tog.* probantibus Garaton. et Wolf. Ms. Car. Steph. habet *Tum vero elatus esse, posse se, quomodo tog. &c.*—2 χ *causa fuit.* Lamb. ita edidit: *cui nulla urbs hostium diutius unquam clausa fuit.*—3 Lamb. hunc locum sic dedit: *omnes altitudines montium objectas, semper.* Mox pro *est ipse* Lamb. dedit *ipse est.*—4 C H S T U χ, Ms. Barb. et edd. vett. *miserrimum.* Paulo post χ habet *duceret* pro *diceret.* Deinde *mihi* et mox *mea* χ absunt.

NOTÆ

[k] *Togatum*] De se Cicero loquitur, qui bellum Catilinarium exstinxit.

[l] *Victorem affligere*] De Pompeio dicit, cum in templo Castoris hominem armatum sica collocavit ad eum interficiendum.

[m] *Obsessus est domi*] Pompeius, ab eo tempore quo voluit ex insidiis eum occidere vir ille deprehensus cum sica, caruit publico, seque domi continuit, ut dicitur in Orat. pro Milone.

[n] *In Carinis*] Carinæ vicus fuit Romæ, ubi Pompeii domus fuit. Varro Carinas dici ait, quod hinc oriretur caput Sacræ Viæ; caput enim Græce Κάρα dicitur. Minatus autem fuerat Pompeio Clodius, idem in domum ejus facturum, quod in Ciceronis fecisset.

diis excitari: cujus initia furoris, dissensionibus[o] eorum, qui tum a vobis sejuncti videbantur, sustentata sunt. Reliqua jam præcipitantis tribunatus,[l] etiam[6] post tribunatum, obtrectatores eorum[p] atque adversarii defenderunt: ne a republica reipublicæ pestis removeretur, restiterunt: etiam, ne causam diceret:[q] etiam, ne privatus[r] esset. Etiamne in sinu[7] atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam ac pestiferam[s] habere potuerunt? quo tandem decepti munere? Volo, inquiunt,[8] esse, qui in concione detrahat de Pompeio. Detrahat ille vituperando? Velim sic hoc vir summus[t] atque optime de mea salute meritus[9] accipiat, ut a me dicitur: dicam quidem certe, quod sentio.[10] [*p.* 256.] Mihi (medius fidius) tum de illius amplissima dignitate detrahere, cum maximis laudibus efferebat, videbatur. 51. Utrum tandem[11] C. Marius splendidior, cum eum C. Glaucia[u] laudabat, an cum eundem iratus

[l] *Finem ejus tribunatus.*

Cap. xxiv. 5 In C S *ergo.*—6 In C χ ψ *et.* Mox pro *reipublicæ* C H S T χ habent *a.* 'Num fortasse in iis fuit *peste?*' Beck. Statim post, in C legitur *restituerunt* pro *restiterunt.* H U χ, Ms. Franc. et ed. 1472. ante *causam* addunt *meam.*—7 C H T U χ ψ *senatu.* Dein pro *quidam,* C *quidem.* In edd. nonnullis *optimi quidam viri.* Postea *decepti* Wolfio, et *munere* Ern. suspecta sunt.—8 *Inquit* edidit Lamb. Dein pro *Velim sic* C χ habent *Velim si:* et pro *hoc,* χ ψ *hæc.*—9 Ms. Franc. et ed. 1472. ante *meritus* addiderunt *optime:* et *quidem,* paulo infra, C H T U χ ψ abest.—10 U *quid sencio.* Mox, ante *maximis* voc. *illum* addiderunt Wolf. Beck. Schutz. et Orellius. Porro Grævius, e χ ψ, Ms. Erf. Barb. et duabus edd. legit *efferri videbatur.* Junt. locum sic edidit: *detraheret, quam quum illum maximis laudibus efferret videbatur.* —11 In χ *tum.* Paulo infra in χ legitur *Gaius Glauciæ,* in ψ *Graius Glauciæ.*

NOTÆ

[o] *Dissensionibus*] Dissidebant inter se Pompeius, Crassus, et Cæsar; et eorum dissensionibus utebatur Clodius ad omnia in republ. permiscenda.

[p] *Obtrectatores eorum*] Scilicet Bibulus, Cato, Domitius.

[q] *Ne causam diceret*] Prohibuerunt ne judicium fieret de eo, cum a Milone de vi apud Lentulum accusaretur.

[r] *Ne privatus*] Hoc ad ædilitatem refertur, quam statim post tribunatum suum obtinuit. Nam qui erant in dignitate accusari non poterant.

[s] *Ac pestiferam*] Miratur repertos esse, qui Clodio faverent, quem pestiferam viperam vocat, quia vim omnibus inferebat; qua de causa a Milone de vi accusatus est.

[t] *Vir summus*] Papirium indicat, qui adversari Pompeio videbatur.

[u] *C. Glaucia*] Prætor Glaucia amicitiam habuit cum consule Mario primum; deinde inimicus ejus fuit et

postea vituperabat? an ille demens, et jampridem ad pœnam exitiumque præceps,[m] fœdior atque inquinatior in Cn. Pompeio accusando, quam in universo[12] senatu vituperando fuit? quod quidem miror, cum alterum gratum sit iratis,[v] alterum esse[13] tam bonis civibus non acerbum. Sed, ne id viros optimos diutius delectet, legant hanc ejus concionem, de qua loquor: in qua Pompeium ornat, an potius deformat? Certe laudat, et unum[14] esse in hac civitate dignum hujus imperii gloria dicit: et significat, se illi amicissimum esse, et reconciliationem esse gratiæ factam. 52. Quod ego quanquam, quid[15] sit, nescio; tamen hoc statuo, hunc, si amicus esset Pompeio, laudaturum illum non fuisse. Quid enim, si illi[16] inimicissimus esset, amplius ad ejus laudem minuendam[x] facere potuisset? Videant ii,[y] qui illum Cn. Pompeio inimicum[17] esse gaudebant, ob eamque causam in tot tantisque sceleribus connivebant,[18] et nonnunquam ejus indomitos atque effrænatos furores plausu etiam suo prosequebantur, quam se cito inverterit: nunc enim jam laudat illum; in eos invehitur,

[m] *Ruens.*

—12 Verba *quam in univ.* in C χ ψ omittuntur.—13 In C legitur *esset.* Statim post, pro *civibus* ψ *omnibus.*—14 In χ *virum.* Verbum *dignum* paulo infra deest in Ms. Erf. et *gloria* omittitur in C H S T U χ, Ms. Franc. Barb. et edd. omnibus ante Junt. Hoc verbum delendum putavit Ern. Mox Lamb. edidit *esse amicissimum.*—15 In H U χ legitur *quis:* et pro *hoc statuo* χ habet *hæc statuo.* Verbum *sic,* ante *si amicus,* excidisse putat Græv. probante Ern. Pro *Pompeio* H *Pompeius.*—16 Post *illi* voc. *certe* addiderunt C H. Paulo post, pro *ejus* χ *eam.*—17 Ms. Franc. et ed. 1472. *illum Pompeium inimicum.* Prænomen *Cn.* in C T U χ deest.—18 χ, Ms. Car. Steph. Erf. Franc. Barb. et ed. 1472. *contuebantur:* H, edd. Rom. Venet. 1480. et Mediol. *continebantur:* C et ed. Venet. 1483. *continebant.* Paulo infra pro

NOTÆ

reip. et interfectus cum Saturnino. Probat autem exemplis improbi laudem in vituperatione esse.

[v] *Gratum sit iratis*] Ait se mirari Cicero, quod hominibus iracundis gratum fuerit Pompeium a Clodio vituperari; et senatum vituperari, bonis civibus acerbum non fuerit.

[x] *Ad ejus laudem minuendam*] Non poterat melius imminuere Pompeii laudes, quam illas celebrare; quia gloriosum non est laudari ab improbo homine.

[y] *Videant ii*] Illos alloquitur Cicero, quibus facta Clodii probantur, ut videant, ne, si Clodius reconciliet se cum Pompeio, fretus ejus auctoritate iterum in senatum insurgat.

quibus se antea venditabat. Quid existimatis, eum, si reditus ei gratiæ[19] patuerit, esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat? XXV. 53. Quas ego alias[20][z] optimatium discordias a Diis immortalibus definiri putem? nam hoc quidem verbo neque P. Clodius, neque quisquam de gregalibus[a] ejus, aut de consiliariis designatur. Habent Etrusci libri certa nomina, quæ in id genus civium cadere possunt.[1] 'Deteriores, repulsos,' [quod jam audietis] hos appellant, quorum et mentes et res sunt perditæ, longeque a communi salute disjunctæ. Quare, cum Dii immortales monent de optimatium discordiis,[2] de clarissimorum et optime meritorum civium dissensione prædicunt: cum principibus periculum cædemque portendunt, in tuto collocant Clodium,[n] qui tantum abest a principibus, quantum a puris, quantum a religiosis. 54. Vobis, o clarissimi[3] atque optimi cives! et vestræ saluti, consulendum et prospiciendum vident. Cædes principum ostenditur:[b] id, quod interitum optimatium sequi necesse est, adjungitur: ne[4] in unius imperium res recidat, admonemur. Ad quem me-

[n] *Nihil portendunt ei mali.*

effrænatos in C legitur *renatos.*—19 Lambinus, e conjectura, edidit *in gratiam.* Mox pro *irrepat*, C H T U χ ψ *increpat.*

CAP. XXV. 20 *Alias* in T deest.—1 Ms. Franc. *possint.* Paulo infra pro *quod jam audietis,* in Car. Steph. Lamb. et Grut. legitur *quos jam aud.* Hæc tria verba Ern. spuria videntur. Pro *audietis* in Ms. Franc. *audistis.*— 2 C H S χ, Ms. Car. Steph. et ed. Naug. *discordia.* Verba *et optime meritorum* desunt in Ms. Car. Steph. unde Garaton. conjicit olim lectum esse *et meritorum.* Mox pro *puris* in Ms. Car. Steph. *pueris.*—3 *O* in T omittitur: pro verbo seq. χ habet *carissimi:* et mox in C legitur *perspiciendum.*—4 Verba *id quod . . . necesse est* in χ, Ms. Franc. et ed. 1472. desunt. *Adjungitur; etiam ne* Junt. Lamb. et Grut. *Adjungitur etiam; ne* Græv. In Ms. Car. Steph. voc. *ne* omittitur. Mox pro *unius* T habet *hujus.* Dein in H S χ, et Junt. *decidat:*

NOTÆ

[z] *Quas ego alias*] Quærit de quibus aliis discordiis optimatum loqui Deos putet per tot prodigia quæ facta sunt: non sane de Clodii; quia optimates viri boni sunt. At Clodius sceleratus est; et qui eum sequuntur, improbi.

[a] *De gregalibus*] Gregales de iis dicuntur, qui ex eodem grege sunt. Tales vocat Clodianos ad contemptum.

[b] *Cædes principum ostenditur*] Ait Cicero per hæc prodigia indicari cædes principum reipub. et periculum ne in unius potestatem tota recidat.

tum si Deorum monitis non duceremur,[5] tamen ipsi nostro sensu conjecturaque raperemur. Neque enim ullus alius[c] discordiarum solet esse exitus inter claros et potentes viros, nisi aut universus interitus, aut victoris dominatus, aut regnum. Dissensit cum Mario, clarissimo cive, consul nobilissimus et fortissimus, L. Sulla.[d] Horum uterque ita cecidit victus, ut victor idem regnaverit.[6] Cum Octavio collega Cinna[e] dissedit: utrique[7] horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem. Idem iterum Sulla superavit: tum[8] sine dubio habuit regalem potestatem, quanquam rempublicam recuperavit. 55. Inest hoc tempore haud obscurum odium,[9] atque id insitum penitus, et inustum animis hominum amplissimorum: dissident principes: captatur occasio.[f] Qui non tantum opibus valent, nescio quam fortunam tamen ac tempus expectant. Qui sine controversia plus possunt, hi fortasse[10] nonnun-

T *recidat.* Sequens verbum Lamb. edidit *monemur.*—5 Verba *ad quem . . . duceremur* C absunt. Dein pro *ullus* in χ legitur *ullius:* porro idem Ms. habet *potentis* pro *et potentes.*—6 Ern. susp. *regnaret.*—7 *Dissensit: utrisque* Junt. Grut. Verb. Lall. et Oliv. *dissensit: utrique* Mss. aliqui et Græv. In Ms. Franc. est *discedit:* in eodem Ms. et ed. 1472. *utrisque eorum.*—8 In χ et Ms. Franc. *tamen.* Statim post *recuperarit* edidit Lambinus.—9 *Odium* χ abest, ut mox *τὸ id.* Pro *dissident* χ *assident.*—10 Ms. Franc. *ii fort.* Lambi-

NOTÆ

[c] *Neque enim ullus alius*] Dissensiones quæ inter principes oriuntur hunc habere solent exitum, nempe aut ut tota respub. pereat; aut ut, qui victor est, dominetur, aut ut regni imperium sibi assumat; quod maxime Romanis invisum erat.

[d] *Dissensit cum Mario Sulla*] Marius plebis partes, Sulla nobilitatis secutus est. Sulla rerum potitus est.

[e] *Cum Octavio collega Cinna*] Octavius et Cinna collegæ in consulatu fuerunt. Cinna de partibus Marianis fuit: hic legem tulit ut novi cives cum veteribus ferrent suffragium; quod in eorum gratiam faciebat, qui Marium suis suffragiis extulerant. Ob hoc Octavius collega commotus, Cinnam, annitentibus veteribus civibus, in exilium compulit. Pulsus igitur Cinna cum vagaretur, venit in Africam, ubi Marius inops erat: confecto exercitu, ambo ad urbem rediere, ubi Octavius, Sullæ satelles, et Cinna, propter crudelitatem, a suis occisus est. Marius Carbonem sibi adjunxit, contra quos Sulla exercitum duxit, a quo ille superatus est. Sulla victor crudeliter sæviit in cives, ac possedit ipse rempub. ac se talem præbuit, ut Cinnana et Mariana (quod ultimum erat) dominatio quæreretur.

[f] *Captatur occasio*] Quæritur occasio aliquid in repub. moliendi.

quam consilia ac sententias inimicorum suorum extimescunt. Tollatur hæc[11] e civitate discordia: jam omnes isti, qui portenduntur metus, exstinguentur: jam ista serpens,[g] quæ tum hic delitescit, tum se emergit et fertur illuc,[12] compressa atque elisa morietur. XXVI. [*p.* 257.] Monent enim[13] iidem,[h] ne occultis consiliis respublica lædatur. Quæ sunt occultiora,[14] quam ejus, qui in concione ausus est dicere, justitium[i] edici oportere, jurisdictionem intermitti, claudi ærarium, judicia tolli? nisi forte existimatis, hanc tantam colluvionem illi,[15] tantamque eversionem civitatis, in mentem subito in Rostris[k] nec cogitanti venire potuisse. Est quidem ille[16] plenus vini, stupri, somni, plenusque inconsideratissimæ ac dementissimæ temeritatis: verumtamen nocturnis vigiliis, etiam[17] coitione hominum, justitium illud concoctum ac meditatum est. Mementote, patres con-

nus e Mss. edidit *ei fort.* quod etiam in Ms. Barb. fuit a prima manu, atque inde factum est *et fort.* ut etiam in vett. edd. legitur.—11 Verbum *hæc* H S T U χ, Ms. Barb. ed. Rom. et utraque Ven. abest. Ms. Franc. habet *hic.*—12 Lambinus correxit ita: *fertur huc et illuc.* Grævius ita conjecit: *et effert illico.* Mox omnes edd. habent *illisa* præter Ern. qui e Grævii conjectura dedit *elisa.* Westerhovius ad Ter. Andr. III. 3. 30. ita correxit: *jam ista serpens, quæ nunc hic delitescit, dum se emergit et effert, illico compressa atque elisa morietur.*

CAP. XXVI. 13 Garaton. conjecit *etiam.* Porro T U χ *eidem.* In edd. Venet. 1480. et Barb. est *eadem.* Mox in H χ legitur *populus lædatur.*—14 H *exculptiora.* Paulo infra Lambinus edidit, ex edd. nonnullis, *qui ausus in contione est dicere.* C *jurisdictionis int.*—15 *Colluvionem illi* Lamb. *Nec* ante *cogitanti* in lib. vett. deesse monet Lambinus, unde ipse conjecit legendum *in Rostris concionandi.* Pro *venire*, χ, Ms. Franc. et ed. 1472. habent *evenire.*—16 *Ille quidem* Lamb. Pro *temeritatis* in C legitur *civitatis.*—17 C H, et edd. vett. nonnullæ *et.* Fr. Fabricius observat in nonnullis edd. esse *coactione.* Ms. Barb. *coctione:* Ms. Car. Steph. *concione:* H χ, edd. Rom. et utraque Ven. *contione.* Dein pro *concoctum,* in Mss. quibusdam, Junt. Lamb. et Grut. lege-

NOTÆ

[g] *Ista serpens*] Clodius designatur per allegoriam: vult autem ostendere, quod in senatu delitescat ille, et mentem occultet suam, et eam palam aperiat in foro.

[h] *Monent iidem*] Haruspices monent ut prospiciatur nequis remp. tectis et occultis consiliis lædat. Hoc monitum interpretatur Cicero de Clodio, qui ausus est dicere, &c.

[i] *Justitium*] Justitium est juris dicendi intermissio, quæ in publico luctu, et insigni aliqua reipub. calamitate fieri solet.

[k] *In Rostris*] De his dictum est Orat. pro Lege Manil. § 1. not. Ibi ædilis concionari ad populum poterat.

scripti, verbo illo nefario tentatas aures vestras,[18] et perniciosam viam, audiendi consuetudine, esse munitam.

56. Sequitur illud, 'Ne deterioribus repulsisque honos augeatur.' Repulsos videamus: nam deteriores qui sint, post docebo. Sed tamen in eum[19] cadere hoc verbum maxime, qui sit unus omnium mortalium, sine ulla dubitatione, deterrimus, concedendum est. Qui sunt igitur repulsi? non, ut opinor, ii, qui aliquando honorem, vitio civitatis, non suo, non sunt[20] assecuti; nam id quidem multis sæpe optimis civibus[1] atque honestissimis viris accidit. Repulsi sunt ii, quos ad omnia progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parantes,[l] quos apertissime largientes, non solum alieni, sed etiam sui, vicini, tribules,[m] urbani, rustici repulerunt. Hi ne honore augeantur, monemur. Debet esse gratum, quod prædicunt:[n] sed tamen huic malo populus Romanus ipse, nullo haruspicum admonitu,[2] sua sponte prospexit. 57. Deteriores cavete;[o] quorum quidem magna est natio: sed tamen[3] eorum omnium hic dux est atque princeps. Etenim, si unum hominem[4] deterrimum poëta præstanti aliquis ingenio fictis conquisitisque vitiis deformatum[o] vellet inducere; nullum profecto dedecus reperire posset, quod in hoc non

[o] *Depictum.*

batur *conceptum.* Vide Nott. Varr.—18 Lamb. edidit *vestras aures* (s. *aureis*) *tentatas.* Pro *vestras,* C χ ψ *nostras.*—19 In C *meum.* Verbum *unus* paulo post in χ deest.—20 In C *sint.* Verba *non ut . . . Repulsi* χ absunt.—1 In ψ *gladiatorias parentes.* Mox pro *Hi* in C legitur *Ii:* et pro *prædicunt,* in H U *prædicant.*—2 *Monitu* Lamb. Statim post, C S χ *perspexit.*— 3 Voc. *tamen* C abest.—4 In ψ legitur *hominum.*

NOTÆ

[1] *Optimis civibus*] Non repulsi haberi debent, qui cum digni sint magistratibus, vitio civitatis repelluntur: non Cato repulsam passus est cum præturam petebat cum Gabinio: sed qui ludos gladiatorios contra leges exhibent, qui largitiones faciunt ut promoveantur ad magistratus.

[m] *Tribules*] Qui ex eadem tribu sunt, tribules dicuntur.

[n] *Prædicunt*] Quod haruspices prædicunt pluris debet æstimari.

[o] *Deteriores cavete*] Aliud haruspicum monitum, quod ad Clodium transfert, qui Deos, patriam, et parentes perdidit.

inesset; multaque in eo penitus defixa atque hærentia præteriret. XXVII. Parentibus, et Diis immortalibus, et patriæ nos primum natura conciliat: eodem enim tempore et[5] suscipimur in lucem, et hoc cœlesti spiritu augemur, et certam in sedem civitatis ac libertatis adscribimur. Iste parentum nomen, sacra, memoriam, gentem, Fonteiano nomine[p] obruit: Deorum ignes,[6][q] solia, mensas, abditos ac penetrales focos, occulta, et maribus non invisa[p] solum, sed etiam inaudita[q] sacra, inexpiabili scelere pervertit: idemque earum templum[r] inflammavit Dearum, quarum ope etiam aliis incendiis subvenitur. 58. Quid de patria loquar? qui primum eum civem vi, ferro,[7] periculis, urbe, omnibus patriæ præsidiis[8] depulit, quem vos patriæ conservatorem esse sæpissime judicaveratis:[9] deinde everso senatus, ut ego semper dixi, comite, duce, ut ille dicebat,[10] senatum ipsum, principem salutis mentisque publicæ, vi, cæde, incendiisque pervertit: sustulit duas leges, Æliam[s] et Fufiam,[11][t] maxime reipublicæ salutares: censuram ex-

[p] *Non visa.* [q] *Non audita.*

CAP. XXVII. 5 Copula ante *suscipimur* in C H S deest. Lamb. edidit *et in lucem suscipimur.*—6 In C H *ignis.* In Mss. quibusdam, Junt. Lamb. et Grut. *solennes mensas* legitur. Vide Nott. Varr. In ed. 1472. Grævius esse dicit *solia, mensas abditas.* Ita etiam T U; sed in U, sup. lin. *abditos:* et idem Ms. paulo post *penetrabiles.*—7 T U habent *in ferro.* Pro *periculis* Guil. conjecit *terriculis.*—8 In χ *periculis.*—9 In C est *judicantis:* H *judicastis:* χ ψ *judicaretis.* In Mss. Car. Steph. et Barb. edd. Rom. utraque Ven. Herv. Junt. Naug. et Gryph. legitur *judicaveritis,* non improbante Garaton. Mox pro *everso,* C habet *eversos.* Statim post C H U χ, et vett. edd. *senatu.*—10 *Ut ille dicebat, duce* Lamb.—11 In edd. nonnullis *Fusiam.* Dein Lamb. edidit

NOTÆ

[p] *Fonteiano nomine*] Clodius, assumendo nomen Fonteii, a quo adoptatus est, perdidit sacra domestica suæ gentis Clodianæ.

[q] *Deorum ignes*] Ignes significat, qui accendebantur in sacris Bonæ Deæ, quæ polluta sunt a Clodio.

[r] *Earum templum*] Nympharum templum intelligit. Unde ipse Cicero Paradoxo 4. in Clodium, 'Ædes Nympharum tua manu deflagravit.'

[s] *Æliam*] Legem tulit de comitiis Q. Ælius consul cum M. Junio an. 586. ut quoties cum populo ageretur, augures de cœlo servarent; magistratus et obnuntiandi, id est, denuntiandi, agi per Jovem non licere, et legislationi intercedendi potestatem haberent. Nam cum lex ferretur, augures de cœlo servabant; magistratus, si quid observatum erat, quo impediri comitia possent, nuntiabant.

stinxit:[u] intercessionem removit:[v] auspicia delevit:[x] consules, sceleris sui socios, ærario, provinciis, exercitu armavit: reges, qui erant, vendidit; qui non erant, appellavit:[y] Cn. Pompeium vi,[12] ferro, domum compulit: imperatorum monumenta[z] evertit: inimicorum domos[a] disturbavit: vestris monumentis[b] nomen suum inscripsit. Infinita sunt scelera, quæ ab illo in patriam sunt edita. Quid, quæ[13] in singulos cives, quos necavit? socios, quos diripuit? imperatores,[c] quos prodidit? exercitus, quos tentavit? 59. Quid vero? ea,[14] quanta sunt, quæ in ipsum se scelera, quæ in suos edidit! quis minus unquam pepercit hostium castris, quam ille[15] omnibus corporis sui partibus? quæ navis unquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam istius ætas fuit? quis unquam nepos[d] tam libere est cum scortis, quam hic cum sororibus volutatus?[16]

emovit pro *removit.*—12 Voc. *vi* deest in C T U χ. Paulo infra, *domum* H omittit.—13 C H S U χ ψ *quæque:* Ms. Franc. *quid quæque.*—14 In H legitur *et.* Mox in ψ *se* deest. *Quæ scelera in ipsum* in Ms. Franc. legitur. *In se ipsum* Junt. Lamb. Wolf. Beck. et Orell.—15 *Iste* Lamb. probante Garaton.—

NOTÆ

[t] *Fufiam*] Tulit P. Furius, sive Fufius consul cum Sexto Attilio, anno urbis 616. ut certis diebus, qui tamen fasti essent, agi cum populo non liceret.

[u] *Censuram exstinxit*] Tulerat ne quem censores in legendo senatu præterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi accusatum apud eos, et utriusque sententia condemnatum.

[v] *Intercessionem removit*] Licebat collegæ contra seditiosos cives intercedere, cum quid ab alio in illorum gratiam factum fuerat; quod lege Ælia, et Fufia confirmabatur.

[x] *Auspicia delevit*] Tulit Clodius, ne quis per eos dies quibus cum populo agi liceret, de cœlo servaret.

[y] *Appellavit*] Brogitarum Gallogræcum regem appellavit, et Ptolemæum, regem Cypri, præconi subjecit. Vide Orat. pro Dom. § 52. not.

[z] *Imperatorum monumenta*] Q. Catuli porticum, Ciceronis domo vicinam, evertit. Vide supra.

[a] *Inimicorum domos*] Ciceronis domum evertit, de qua fusius in orat. superiori.

[b] *Vestris monumentis*] Significat domum suam, quæ diruta est a Clodio, et quæ publicis sumtibus restaurata fuit.

[c] *Imperatores*] Cum Lucullus facile posset Mithridatem opprimere, ab exercitu suo derelictus, nihil profecit: fuere autem legiones, quæ primum sub Valerio Flacco, postea sub Flavio Fimbria meruerunt, quæ, a Clodio solicitatæ, imperatorem sequi noluerunt.

[d] *Nepos*] Nepos profligatus ganeo est, et decoctor.

[*p.* 258.] quam denique tam immanem Charybdim[e] poëtæ fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos exhaurire gurgites posset,[17] quantas iste Byzantiorum[f] Brogitarorumque[18][g] prædas exsorbuit? aut tam eminentibus canibus[h] Scyllam, tamque jejunis, quam, quibus istum videtis, Gelliis,[19] Clodiis, Titiis, Rostra ipsa mandentem?

60. Quare (id quod[20] extremum est in haruspicum responsis) 'Providete, ne reipublicæ status commutetur.' Etenim vix hæc, si undique fulciamus, jam labefacta,[1] vix, inquam, innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt. XXVIII. Fuit quondam ita firma hæc civitas, et[2] valens, ut negligentiam senatus, vel etiam injurias civium ferre posset. Jam non potest. Ærarium nullum[r] est: vectigalibus non fruuntur,[i] qui redemerunt: auctoritas principum cecidit: consensus ordinum est divulsus: judicia perierunt: suffragia descripta[3] tenentur[k] a paucis: bonorum

[r] *Vacuum.*

16 Ante *volutatus* H S χ addunt *est.*—17 In C H χ ψ est *possit:* et in χ *quantus.*—18 T *Bizanticorum Hermachochiorumque:* U *bitanticorum brogitarorumque:* ed. 1472. *Biranticorum hermachochiorumque.* Pal. 9. Gembl. et Erf. pro postremo vocabulo *Largitanorumque:* Ms. Barb. *Borgitatorumque.* Pro *exsorbuit* in Ms. Franc. fuit *exorbuit.* Mox, *Imminentibus* Marclandi suspicio.—19 Pro *Gelliis* C S χ ψ habent *Gellis.* Mox C U *Clœliis Titiis:* T *cocliisticis:* Ms. Vict. Pal. 9. et Erf. *Clœliis Titiis.* Dein pro *mandentem* H habet *madentem:* T χ ψ, ed. Wald. et 1480. *mandantem.* Grævius conjecit legendum *lambentem.*—20 In C *quidem.*—1 In ψ *labefactata.* Pro *inquam,* C H S ψ habent *unquam:* et pro *innixa,* omnes Mss. Oxon. *nixa.*

CAP. XXVIII. 2 In C *ut.* Dein χ habet *negligentia.*—3 *Districta* in

NOTÆ

[e] *Charybdim*] Charybdis locus est periculosus et scopulis plenus in freto Siculo.

[f] *Byzantiorum*] Exules fuerunt illi, quos lege sua Clodius restituit. Vide Orat. pro Domo Sua § 52. not.

[g] *Brogitarorumque*] Brogitarus Gallogræcus fuit, cui Clodius vendidit Pessinuntem, ubi fanum Magnæ Matris erat.

[h] *Aut tam eminentibus canibus*] Asseclas Clodii canes vocat fame rabidos, nempe Gellios, Clodios, et Titios, quibus vorat tribunatum et omnia civium bona.

[i] *Vectigalibus non fruuntur, &c.*] Licet jam nullum esset in repub. bellum, tamen dicit publicanos vectigalibus non frui, propter avaritiam et rapinas eorum qui provinciis populi Romani præerant.

[k] *Suffragia descripta* [*districta*] *tenentur*] Dicit suffragia teneri districta; quia tanta erat candidatorum cupiditas, ut pecunia populum corrumperent, ut magistratus assequerentur.

animus ad nutum nostri ordinis [1] expeditus [4] jam non erit: civem, qui se pro patriæ salute opponat invidiæ, frustra posthac requiretis. 61. Quare hunc statum, qui nunc est, qualiscumque est,[5] nulla alia re, nisi concordia, retinere possumus: nam, ut meliore simus [6] loco, ne optandum quidem est, illo impunito; deteriore autem statu ut simus, unus est inferior gradus, aut interitus, aut servitutis; quo ne trudamur,[7] Dii immortales nos admonent, quoniam jampridem humana consilia ceciderunt. Atque ego hanc orationem,[8] patres conscripti, tam tristem, tam gravem, non suscepissem, non, inquam, nisi hanc personam,[9] et has partes,[10] honoribus populi Romani, vestris plurimis ornamentis mihi tributis deberem, et possem sustinere: sed tamen [11] facile, tacentibus ceteris, reticuissem; sed hæc oratio omnis fuit non auctoritatis meæ, sed publicæ religionis. Mea [12] fuerunt verba fortasse plura: sententiæ quidem omnes haruspicum: ad quos aut referri nuntiata ostenta non convenit, aut eorum responsis commoveri necesse est. 62. Quodsi cetera magis pervulgata nos sæpe et leviora moverunt; vox ipsa Deorum immortalium non mentes omnium permovebit? Nolite enim id putare accidere posse, quod in fabulis sæpe [13] videtis fieri, ut Deus aliquis, lapsus de cœlo,[14] cœtus hominum adeat, versetur

C H S, ed. Rom. Ven. 1483. Junt. Lamb. et al. ante Grut. in H tamen marg. *descripta* legitur. In aliquot Mss. Lambinus invenit *discripta*, quod Garaton. præfert.—4 Hoc voc. *expeditus* in C S deest: et mox pro *requiretis*, H habet *requiritis*.—5 Verba *qualiscumque est* C absunt.—6 In χ *sumus*.—7 In C *detrudamur*.—8 Ursinus e Ms. auctoritate conjecit *actionem*, probante Ern.—9 *Non, quin hanc personam* legitur in Pal. 9. Ms. Vict. et Erf. Lamb. Beck. Schutz. et Orell.—10 Pro *partes* χ habet *partis*. In Lamb. *parteis*. Verba *honoribus populi Romani* Grævio glossema videbantur: et voc. *honoribus* in ψ, Ven. 1480. Rom. et Wald. deest, probante Ern. Garaton. monet, aut legendum *populo Rom. et vestris, &c.* aut *vestris* delendum esse.—11 Lamb. e conjectura edidit *sed quia*. Pro *sed* Ern. conjecit *attamen*.—12 Verbum *mea* omittitur in ψ, Ms. Franc. Barb. et ed. Wald. probante Grævio. χ habet *meæ*. Mox pro *quidem*, in C legitur *idem*: et pro *omnes*, in χ *omnis*.—13 *Sæpe* in χ deest. In χ ψ legitur *videretis*.—14 Pro *aliquis*, Mss. nonnulli ap. Lamb. et Ms. Vict. habent *aliqui*. Statim post, *delapsus cœlo* le-

NOTÆ

[1] *Nostri ordinis*] Senatorii.

in terris, cum hominibus colloquatur. Cogitate genus sonitus ejus, quem[15] Latinienses nuntiarunt: recordamini illud etiam, quod nondum est relatum, quod eodem fere tempore factus[16] in agro Piceno Potentiæ[m] nuntiatur terræ motus horribilis, cum quibusdam multis metuendisque rebus: hæc eadem profecto, quæ futura[17] prospicimus, impendentia pertimescetis. 63. Etenim hæc Deorum immortalium vox, hæc pæne oratio judicanda est, cum ipse mundus, cum aër atque terræ,[18] motu quodam novo contremiscunt, et inusitato aliquid sono, incredibilique prædicunt. In quo constituendæ nobis quidem sunt procurationes,[s][19] et obsecratio,[20] quemadmodum monemur. Sed faciles sunt preces apud eos, qui ultro nobis viam salutis ostendunt:[n] nostræ nobis[1] sunt inter nos iræ discordiæque placandæ.

[s] *Expiationes.*

gitur in Ms. Erf. Beck. Schutz. et Orell. In T U χ ψ, Ms. Franc. Barb. edd. 1471. 1472. Venn. et Ald. fuit *lapsus e cœlo:* in C H S, et edd. plerisque ante Lamb. *elapsus e cœlo.* Lambinus e suis libris dedit *delapsus de cœlo.* Gruterus, e Pal. 9. et Ms. Vict. edidit *delapsus e cœlo*, eumque Græv. Oliv. Lall. et Wolf. secuti sunt.—15 In C *que.* Sequens verbum legitur *Lavinienses* in ed. Junt.—16 In H χ ψ legitur *factum.* Pro *Potentiæ*, Ms. Franc. *Pomptino.*—17 Voc. *futura* deest in septem Mss. Oxon. Erf. Franc. Barb. et ed. Wald. 1480. Uncis inclusit Beck. Statim post, C H S habent *perspicimus:* T χ *prospiciamus:* et in χ ψ legitur *impudentia* pro *impendentia.*—18 *Aër atque terra* de Garatoni conjectura habent Wolf. Beck. Schutz. et Orell. *Agri terræ motu* legitur in Junt. et Lamb. Ms. Franc. et Barb. atque ed. Ven. 1480. legunt *mundus atque agri cum terræ motu, &c.* Ms. Car. Steph. *mundus cum agri atque terræ motu, &c.* In C H S T U etiam *agri* est pro *aër:* in χ ψ *igitur agri.* Mox C T habent *contremescunt.*—19 Lambino hoc verbum depravatum videbatur: itaque maluit *precationes* vel *postulationes* reponi.—20 In H ψ et ed. Lamb. legitur *obsecrationes.* Schottus, Nod. Cic. III. 17. malebat *observationes.* Mox pro *faciles* ψ habet *facile.*—1 In C H χ ψ *vobis.* Paulo infra, pro *inter*, C ψ *intra.*

NOTÆ

[m] *Potentiæ*] Potentia urbs Picenorum est, nunc ubi Loretana ædes; vulgo *Notre-Dame de Lorette.*

[n] *Viam salutis ostendunt*] Deos his ostentis, et terræ motibus, quasi voce sua, pericula prædicere reputandum est.

M. TULLII CICERONIS

PRO CN. PLANCIO

ORATIO XXXI.

ARGUMENTUM.

Cum ædilitatem simul petissent Cn. Plancius et M. Junius Laterensis, creatus ædilis est Plancius, Laterensis præteritus. Qua ille ignominia commotus, Plancium ex lege Licinia de sodalitiis, h. e. coitionibus ad corrumpenda populi suffragia factis, (nam quorum opera tribus corrumpebantur, sodales et sequestres dicebantur: vid. pro Cœlio c. 7.) accusavit, quod inter ambitus crimina gravissimum est. In hoc periculo confugit Plancius ad Ciceronem, (quem olim exulem quæstor Macedoniæ complexus erat, omnibusque modis foverat) ut hoc tantum periculum a se depelleret. Itaque Cicero eum hac oratione accurate defendit ad quæsitorem C. Alfium, quem accusator, pro facultate quam lex Licinia dabat, ediderat una cum judicibus reliquis; qui inde judices editicii appellantur. Primis et ultimis quatuordecim capitibus diluuntur ea, quæ cum in Ciceronem erant dicta, tum in genere totaque vita Plancii reprehensa ab accusatore erant. Reliqua autem oratio, c. 15—27. in ipso accusationis capite refutando versatur.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 259.] Cum propter egregiam[1] et singularem Cn. Plancii, judices, in mea[2] salute custodienda fidem,[a] tam multos et bonos viros ejus honori[b] viderem

Cap. I. 1 *Cum per egr.* Dresd. Mox in ψ *Cn. Pompeii Plancii.*—2 In χ 3'

NOTÆ

[a] *In mea salute custodienda fidem*] Cum lege Clodia pulsus fuisset in exilium Cicero, in Macedoniam, ad Plancium perrexit, et cum eo Thes-

esse fautores;[3] capiebam animo non mediocrem voluptatem, quod, cujus officium mihi saluti fuisset, ei meorum temporum[c] memoriam suffragari[d] videbam.[4] Cum autem audirem, meos partim inimicos, partim invidos,[e] huic accusationi esse fautores,[5] eandemque rem adversariam esse in judicio Cn. Plancio, quæ[6] in petitione fuisset adjutrix; dolebam, judices, et acerbe ferebam, si hujus salus ob eam ipsam[7] causam esset infestior,[a] quod is meam salutem atque vitam sua benevolentia, præsidio, custodiaque texisset. 2. Nunc autem vester,[8] [f] judices, conspectus et consessus iste reficit et recreat mentem meam, cum intueor et contemplor unumquemque vestrum. Video enim hoc in numero neminem, cui mea salus[g] cara non fuerit;[9] cujus non extet in me suum[10] meritum; cui non sim obstrictus memoria beneficii sempiterna. Itaque non extimesco, ne[11] Cn. Plancio custodia meæ salutis apud eos obsit, qui

[a] *Oppugnaretur.*

ea, et in χ 1. *constituenda* leguntur. Paulo post χ 3. habet *honore.*—3 *Fauturos* Mss. pauci, et edd. ante Grut. *favitores* utrobique Teeg.—4 In ϛ *videbat.* Infra, verbum *partim* ante *inimicos* in ȣ deest.—5 Alii *fauturos.* Verba *in judicio* non agnoscunt H ϛ.—6 χ 3. habet *quem.* Mox pro *dolebam* in C scribitur *debebam;* et pro *si hujus*, in ȣ χ 3. *si hæc.*—7 *Ipsam* in ȣ deest, et statim post pro *quod* χ 3. habet *quam.*—8 In ȣ *videtur.* Mox *et recreat* ϛ absunt.—9 χ 3. habet *non cura.* Ed. Ven. Junt. et Steph. legunt *non cara fuerit.*—10 *Summum* in tribus Oxon. Mss. Erf. Teeg. Lamb. Græv. Weiske, et Orell. Manutio videtur aut abundare *suum*, aut *summum* esse reponendum. Mox

NOTÆ

salonicam x Kal. Junii venit, ubi eum omnibus humanitatis officiis prosecutus est. Vide epist. ad Att. III. 8. erat enim quæstor in ista provincia.

[b] *Ejus honori*] Ad ædilitatem aspirabat, qua communi omnium suffragio potitus est. Inter honores seu dignitates ædilitas habebatur.

[c] *Meorum temporum*] Tempora intelligit, quibus Clodianorum, et ipsius Clodii furoribus tantopere vexatus est.

[d] *Suffragari*] Id est, auxilio esse, ad ædilitatem obtinendam.

[e] *Partim inimicos, partim invidos*] Inimici manifesti sunt, invidi obscuri: utrique autem hanc accusationem Plancii promoverunt.

[f] *Nunc autem vester*] Locus ad benevolentiam: nam cum accusator judices ediderit contra legis sententiam, quos infestos reo fore speraverat, eos sibi ita gratos esse ait, ut eos optasse etiam videatur.

[g] *Cui mea salus*] Loquitur de suo exilio, a quo communi omnium optimatum voce perhonorifice, renitentibus frustra Clodianis, Romam revocatus est.

meipsum maxime salvum videre voluerunt: sæpiusque, judices, mihi venit in mentem, admirandum esse, M. Laterensem, hominem studiosissimum et dignitatis et salutis meæ,[12] [h] reum sibi hunc potissimum delegisse,[i] quam metuendum, ne vobis id ille magna ratione[13] fecisse videatur. 3. Quanquam mihi non sumo[b] tantum, judices, neque arrogo,[14] ut Cn. Plancium suis erga me meritis impunitatem[c] consecuturum[15] putem. Nisi ejus integerrimam vitam,[k] modestissimos mores, summam fidem, continentiam, pietatem, innocentiam ostendero; nihil de pœna[d] recusabo: sin omnia præstitero, quæ sunt a bonis viris expectanda;[16] petam a vobis, judices, ut, cujus misericordia salus mea custodita[17] sit, ei vos vestram misericordiam, me deprecante, tribuatis. Equidem[18] ad reliquos labores,[l] quos in hac causa majores suscipio, quam in ceteris, etiam hanc molestiam assumo, quod mihi non solum pro Cn. Plancio dicendum est, cujus ego salutem non secus, ac meam, tueri debeo, sed etiam pro[19] me ipso, de quo accusatores

[b] *Præsumo.* [c] *Absolutionem.* [d] *Damnatione.*

astrictus ȣ χ 3. *beneficiorum* H.—11 *Nec modo* H.—12 *Et studiosissimum et diligentissimum salutis meæ* C H S ȣ ς χ 1. ψ, Franc. uterque, omnes edd. ante Grut. atque Weisk. *studiosiss. et dignissimum sal. meæ* T χ 3. Pall. aliquot et Dresd. Postea in χ 3. legitur *quem metuendum:* et in ȣ *ne nobis.*—13 In C *re* legitur pro *ratione:* mox in χ 1. *summo tantum:* in χ 3. *summo unde.*—14 *Neque arrogo, judices* Lamb.—15 *Consecutum* Teeg. non improbante Garaton. Infra, post voc. *fidem,* χ 1. addidit *patientiam:* et præpositio ante *pœna* in ς deest.—16 *Ab omnibus viris expect.* C. *expetenda* scribitur in H S T ς χ 1. ψ, et edd. vett. *spectanda* Weiske. Mox *judices, a vobis* habent Franc. edd. vett. ante Lambinum, et Weiske.—17 In H *consecuta.*—18 *Et quidem* H. Paulo infra, verbum *hac* χ 3. abest: et pro *suscipio* idem Ms. habet *suspicio.* Dein *sumo* pro *assumo* legendum suspexit Ern.—19 *Sed et pro* habet C: *sed*

NOTÆ

[h] *Salutis meæ*] Laterensis ille, cum amicus Ciceronis esset, nocere sane non debuit Plancio, qui Ciceronem amicum tam benigne exulem receperat.

[i] *Reum hunc potissimum delegisse*] Adolescentes Romani, ut famam sibi facerent, soliti erant aliquem ex nobilioribus accusare in judicio.

[k] *Integerrimam vitam*] Propositio est orationis.

[l] *Equidem ad reliquos labores*] Partitio.

plura pæne quam de re[20] reoque dixerunt. II. 4. Quanquam, judices, si quid est in me ipso ita reprehensum, ut id[1] ab hoc sejunctum sit, non me id magnopere conturbat:[2] non enim timeo, ne, quia perraro grati homines reperiantur, idcirco, cum me nimium gratum illi esse dicant, id mihi criminosum esse possit: quæ vero ita sunt agitata ab illis, ut aut merita Cn. Plancii erga me minora esse dicerent,[3] quam a me ipso prædicarentur; aut, si essent summa, negarent ea tamen ita magni, ut ego putarem, ponderis apud vos esse debere; hæc mihi sunt tractanda, judices, et modice, ne quid[4] ipse offendam;[m] et tum denique, cum respondero criminibus,[5] ne non tam innocentia reus sua, quam recordatione meorum temporum, defensus esse videatur.[6]

5. Sed mihi in causa facili atque explicata, perdifficilis, judices, et lubrica[n] defensionis ratio[7] proponitur: nam, si tantummodo mihi necesse esset contra Laterensem dicere, tamen id ipsum esset in tanto usu nostro[e] [8] tantaque amicitia molestum: vetus enim est lex illa justæ veræque amicitiæ, quæ mihi cum illo jam[9] diu est, ut idem amici

[e] *In tanta familiaritate.*

pro χ 1. *sed etiam de* χ 3.—20 *Re* in ψ deest.

CAP. II. 1 *Hic* in C: et seq. verbum in ς scribitur *ad.* S, et edd. pleræque ante Grut. cum Weiske, ediderunt *ab hoc alienum sit.* C ψ, et Pall. aliquot *ut id ab hoc dictum sit;* aut *ab hoc dictum:* at plures tamen *ab hoc sit,* sine alia voce: Franc. 2. et ed. 1472. *ut id ad hoc sit.* Verbum *alienum* in T χ 1. deest. Statim post, *ne me id* T; *non id* ψ.—2 *Conturbet* H ψ, Ven. Junt. Lamb. Grut. et Schutz. Mox pro *ne, quia* in C χ 3. legitur *neque;* in ς *quia.* Verbum *illi* post *gratum* in ϑ omittitur.—3 In ψ legitur *dicant;* et post *a me,* verbum *ipso* in χ 3. deest.—4 In C omittitur *quid.* Dein pro *et tum,* C H ς χ 1. 3. ψ, Dresd. Pith. *cetum:* ϑ *tecum.*—5 In ϑ *respondere:* Ms. Erf. et Græv. *respondero omnibus.* Vide Nott. Varr. Sequens verbum in ς legitur *me.*—6 χ 1. habet *videar.*—7 Pro *defensionis ratio* ς habet *defensio.* Mox

NOTÆ

[m] *Ne quid ipse offendam*] Pollicetur se modeste de Plancio dicturum, ne quid committat quod jure reprehendi possit, si Plancii beneficia, sibi collata, nimium extollat.

[n] *Lubrica*] Lubrica et incerta est Plancii defensio, quippe quæ aut contra Plancium futura sit, si cedatur dignitati Laterensis; aut contumeliosa in Laterensem, si illi Plancius æquetur.

semper velint: neque est ullum certius amicitiæ vinculum, quam consensus et societas consiliorum et voluntatum. [*p.* 260.] Mihi autem non modo [10] est in hac re molestissimum contra illum dicere, sed multo illud magis, quod [11] in ea causa contra dicendum est, in qua quædam hominum ipsorum videtur facienda esse contentio.[f] 6. Quærit [12] enim Laterensis, atque hoc uno maxime urget, qua se virtute, qua laude Plancius, qua dignitate superarit. Ita, si cedo illius ornamentis, quæ multa et magna sunt; non solum hujus [13] dignitatis jactura facienda est, sed etiam largitionis recipienda [14] suspicio [o] est: sin [15] hunc illi antepono, contumeliosa habenda est oratio,[p] et dicendum est id,[16] quod ille me flagitat, Laterensem a Plancio dignitate esse superatum. Ita[g] aut amicissimi hominis existimatio offendenda [17] est, si illam accusationis conditionem sequar; aut optime de me meriti salus deserenda est.[18] III. Sed ego, Laterensis, cæcum [h] [19] me et præcipitem ferri confitear in causa, si te aut a Plancio, aut ab ullo,[20] dignitate po-

[f] *Comparatio.* [g] *Itaque.* [h] *Nullius esse judicii.*

esset post *id ipsum* C abest.—8 In ϛ *vestro.*—9 *Jam* in C deest.—10 *Modo* omittitur in C H S T ȣ ϛ χ 1. 3. ψ. *Mihi autem non id est in hac re molestissimum* Ms. Erf. Teeg. ed. Rom. Ven. Crat. Lamb. et Orell. *non id est in hac re solum molestum* Junt. Naug. *non modo id est in hac re molestissimum* Grut. et Græv. *non est in hac re molestissimum* Steph. *non modo id est in hac re molestissimum* Pall. aliquot, Franc. 2. ed. 1472. et Oliv. *non est solum in hac re molestum* Franc. 1. cum multis edd. *Mihi autem non est in hac re solum molestum* Weiske. Pro *molestissimum* ψ habet *modestissimum.*—11 In χ 3. legitur *quam.* —12 χ 3. *Quæritur.* Voc. *enim* in C omittitur: et T habet *Lataranensis.*—13 J. F. Gronovius conjecit *huic*, probante Ern.—14 In ψ *respicienda.* Verbum *est*, post *suspicio*, omittitur in Manut. Lamb. et Weiske.—15 In ψ *si.* Mox pro *oratio* ϛ habet *ratio.*—16 Voc. *id* in H deest. *Latarensem* habet C paulo infra.—17 In χ 3. *offerenda.*—18 *Desideranda* ȣ χ 3. *dicenda* ϛ: *deserenda* ψ. Verbum *est* omittit Lamb.

CAP. III. 19 H ȣ *tecum.* Statim post, pro *ferri*, χ 3. *fieri.*—20 ϛ habet *illo.* In Ms. Teeg. hic locus ita legitur: *si te a Plancio aut ab ullo dignitate*

NOTÆ

[o] *Recipienda suspicio*] Recipere suspicionem rei, est rem obscure fateri. Hinc tota causa pendet; an largitione ædilitatem sit consecutus.

[p] *Contumeliosa habenda est oratio*] Contumeliosum est, agere contra leges amicitiæ. Est autem hic argumentatio anceps utrimque constringens.

tuisse superari dixero. Itaque discedam[1] ab ea contentione, ad quam tu me vocas, et veniam ad illam, ad quam me causa ipsa deducit. 7. Quid? tu dignitatis judicem[2] putas esse populum? Fortasse nonnunquam est. Utinam vero[3] semper esset![q] sed est perraro; et si quando est, in iis magistratibus est mandandis,[r] quibus salutem suam committi putat: his levioribus comitiis,[s] diligentia,[t] et gratia[u] petitorum honos paritur,[i][4] non iis ornamentis,[x] quæ esse in te videmus. Nam, quod ad populum pertinet, semper dignitatis iniquus judex[5] est, qui aut invidet, aut favet. Quanquam nihil potes[6] in te, Laterensis, constituere,[k] quod sit proprium laudis tuæ, quin id tibi sit commune cum Plancio. 8. Sed hoc totum agetur alio loco:

[i] *Magistratus obtinetur.* [k] *Arrogare tibi.*

superari dixero. In ς *illo.*—1 *Discendam* in ς: *discedam in ea condicione* legitur in Franc. 1.—2 *Quid tum? an dign. jud.* Ms. Erf. *Quid? tu magni dign. jud.* Ms. Teeg. *Quid? tu an dign. jud.* Græv. et Weiske: *Quid tu inanem dign. jud.* ȣ, Franc. uterque, edd. 1472. 1480. *Quid tune inanem dign. jud.* χ 1. Ven. et Junt. *Quid tu non inanem dign. jud.* Man. et Grut. *Quid? tune æquum dign. jud.* Lamb. *Quid? tu idoneum dign. jud.* Schutz. ex Ernesti conjectura. *Quid? tu non dign. jud.* Oliv. Pro *tu*, H S habent *tune*; ȣ *tu inanem*; ς *tu inane*; ψ *tu me inanem.* Post voc. *populum*, ȣ addit *Rom.*—3 Pro *vero*, ψ legit *non*; amicus Ursini *vero.* Statim post, verbum *est* in C omittitur.—4 *Partitur* C: *patitur* ȣ ς: *paratur* Ms. Erf. Mox *re vid.* legitur in C.—5 *Dign. unicus judex* Ms. Pith. Paulo infra *aut faciet* habet χ 3.—6 *Potes* in C omittitur: H S T ȣ ς ψ, et Ms. Pith. habent *potest.* Dein pro *quod sit*, ȣ *quid sit*; χ 3. *quin sit.*

NOTÆ

[q] *Vero semper esset*] Non est dubium quin *verus* legendum sit: *verus* enim et *inanis* opponuntur: hic indicat, populum non verum, sed inanem dignitatis judicem esse.

[r] *Magistratibus mandandis*] Probat non verum semper judicem esse populum in magistratibus eligendis, quales sunt consulatus, præfectura, et censura; idque probat, 1. a levitate populi; 2. a jure populi; 3. a more majorum.

[s] *His levioribus comitiis*] Inter majores magistratus A. Gellius reponit consules, prætores, censores, quia majoribus auspiciis, alii vero minores minoribus creabantur.

[t] *Diligentia*] Qui petebant aliquam dignitatem, soliti erant sibi populum demereri salutando diligenter omnes, rogando et supplicando.

[u] *Et gratia*] Qui gratia valebant apud populum, facilius obtinebant magistratus.

[x] *Iis ornamentis*] Ostendit Cicero ornamenta familiæ Laterensis, utpote consularis, non tam ad magistratus obtinendos, quam apud populum diligentiam et gratiam prodesse.

nunc tantum disputo de jure populi; qui et potest et solet[y] nonnunquam dignos[7] præterire: nec, si a populo præteritus est, quem non oportuit, a judicibus condemnandus est, qui præteritus non est. Nam si ita esset, quod patres apud majores nostros tenere[l] non potuerunt, ut reprehensores[m] essent comitiorum, id haberent judices;[z] vel,[8] quod multo etiam minus esset ferendum. Tum[9] enim magistratum non gerebat is, qui ceperat,[a] si patres auctores non erant facti: nunc postulatur a vobis, ut ejus exilio,[10] qui creatus sit, judicium populi Romani reprehendatis. Itaque quanquam, qua nolui, janua[b] sum ingressus in causam, sperare videor, tantum[11] abfuturam esse orationem meam a minima suspicione offensionis tuæ, te ut potius objurgem,[12] quod iniquum in discrimen adducas dignitatem tuam, quam ut ego eam ulla contumelia coner attingere. IV. 9. Tu continentiam, tu industriam, tu animum in rempublicam, tu virtutem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores

[l] *Retinere.* [m] *Emendatores.*

Mox in ϐ *nunc autem disp.* Dein *et,* ante *potest,* in H T χ 3. deest.—7 *Quam indignos* H: *nec, si appello* ϐ.—8 *Vel* omisit ed. 1584. et Schutz. *Etiam* in ϐ deest. C habet *esset referendum:* omnes alii Mss. et edd. præter Teeg. Junt. Ern. Schutz. et Orell. *est ferendum.*—9 *Tuum* in ς. Mox *ferebat* agnoscit χ 3. et paulo post idem Ms. habet *facti essent; enim postulatus.*—10 *Auxilio* habent H S. Dein pro *Itaque,* in ϐ legitur *Ita.* Mox *qua volui* in C H χ, Teeg. Junt. Verbum *nolui* omisit ς. *Sim ingr.* uterque Franc. Ms. Lamb. ed. 1472. Ven. Grut. et Græv.—11 *Tamen* in ψ ϐ: *affuturum* in C χ. Tum *a nimia susp.* in ϐ legitur. *Ut* ante *potius* omisit χ 3.—12 *Ut te potius objurgem* Junt. *objurgare* H ϐ ψ, et alii Mss. *objurgere* C χ 1. In χ 3. ψ, *quam iniquum,* in χ 1. *quam in inimicum* legitur. Mox *ut ego ulla* habet ϐ, *ut ego ea ulla* ς.

NOTÆ

[y] *Potest et solet*] Populus jure suo potest, et solet, ad magistratus non assumere quos illis dignos putat.

[z] *Haberent judices*] Vult ostendere, si judices vellent prohibere a magistratu aliquo obtinendo, qui a populo selecti sunt, eos et populo et patribus majorem habituros esse auctoritatem; quod ferendum est minime. Per patres autem intelligit senatum.

[a] *Qui ceperat*] Id est, qui populi suffragiis magistratum fuerat assecutus, nisi electionem senatus comprobasset, magistratum non assumebat: at hoc jus majores retinere non potuerunt, ne judicium populi corrigi ab iis videretur. Idem postulat Laterensis a judicibus, uti corrigant electionem quam fecit populus.

[b] *Qua janua*] Metaphorice januam pro propositione dicit.

tuos, quod [13] ædilis non sis factus, fractos esse et abjectos et repudiatos putas? Vide tandem, Laterensis, quantum a te dissentiam. Si, medius fidius,[c] decem soli essent [d] in civitate viri boni, sapientes, justi, graves,[14] qui te indignum ædilitate judicavissent; gravius de te judicatum putarem, quam [15] est hoc, quod tu metuis, ne a populo judicatum esse videatur: non enim comitiis judicat semper populus, sed movetur plerumque gratia;[e] cedit precibus;[16] facit eos, a quibus est maxime ambitus:[n] denique, si judicat,[17] non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad judicandum, sed impetu nonnunquam,[18] et quadam etiam temeritate. Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen,[f] non diligentia: [19] semperque sapientes ea, quæ populus fecisset, ferenda, non semper laudanda duxerunt.[20] Quare cum te ædilem fieri oportuisse dicis, populi culpam, non competitoris, accusas.[1] 10. [*p.* 261.] At fueris dignior, quam Plancius: de quo ipso [2] ita tecum contendam paulo post, ut conservem dignitatem tuam: sed, ut fueris dignior; non competitor, a quo es [3] victus, sed populus, a

[n] *Rogatus.*

CAP. IV. · 13 *Quum* habet ψ: *Vide tamen* ȣ. Paulo infra, post voc. *quantum,* inseritur *ego* in Erf. Teeg. Græv. Schutz. et Orell.—14 *Graves* in ȣ deest. Dein *judicarent* C: *judicassent* Junt.—15 In ȣ *quanquam* legitur: in ψ est *quod te met.* Præpositio *a* ante *populo* deest in C.—16 In ψ scribitur *cedit populus*: idem Ms. habet statim post *favet* pro *facit.*—17 Ms. Erf. *etsi judicat*: Ms. Teeg. *etiamsi jud.* omisso *etiam* ante v. *temeritatis.* Pro *delectu* al. *dilectu.*—18 In χ *nonunquam.* Voc. *etiam* in T omittitur.—19 χ 3. habet *diligentia: non opportunitas:* et χ 1. *semper.*—20 In C H T ȣ ς χ 1. χ 3. ψ, Teeg. Franc. utrisque, Dresd. et ed. 1472. legitur *dixerunt.*—1 In C *accusa:* ς *causam accusas.* Verba, *Quare .... accusas* in ȣ omittuntur. *Ut fueris dign.* legitur in Erf. Teeg. Lamb. Græv. Schutz. et Orell.—2 *Ipso* deest in C H S T ȣ ς χ 1. 3. ψ, et edd. ante Græv. In Ms. Teeg. *ipse* scribitur.—3 In χ 3

NOTÆ

[c] *Medius fidius*] Id est, ita me Jovis filius, Hercules scilicet, amet.

[d] *Decem soli essent*] Paucorum sapientum judicium judicio totius imperitæ multitudinis anteponendum est: quare gravius esse deberet Laterensi judicatum ab illis fuisse indignum ædilitate, quam a toto populo.

[e] *Movetur gratia*] Gratia movetur erga eum quem promovet ad magistratum.

[f] *Non discrimen*] Nescit populus judicare de merito et dignitate eorum qui petunt magistratus.

quo es præteritus, in culpa est. In quo primum illud debes putare, comitiis,[4] præsertim ædiliciis,[g] studium[o] esse populi, non judicium: eblandita[h] illa, non enucleata[i] esse[5] suffragia: eos, qui suffragium ferant, quid denique ipsi debeant,[6] considerare sæpius, quam, quid cuique a republica videatur deberi.[7] Sin autem mavis esse judicium; non tibi id rescindendum est, sed ferendum.[8] 11. Male judicavit populus: at judicavit. Non debuit: at potuit. Non fero: at multi clarissimi et sapientissimi cives[9] tulerunt: est enim hæc conditio liberorum populorum, præcipueque hujus principis populi, et omnium gentium domini ac[10] victoris, posse suffragiis vel dare, vel detrahere, quod velit, cuique: nostrum est autem,[11] qui in hac tempestate populi jactamur ac fluctibus, ferre modice[k] populi voluntates, allicere alienas,[l] retinere partas,[12] placare turbatas:[m] honores si magni non putemus, non ser-

[o] *Favorem.*

est.—4 Præpositionem *in* ante *comitiis* addidit Lamb. Mox *est populi* habet ȣ.—5 Verbum *esse* in H deest: et statim post idem Ms. et ψ scribunt *eosque:* pro *ferant* χ *ferunt.*—6 *Quid cuique ipsi debeant* in Erf. Teeg. Lamb. Græv. Schutz. et Orellio: in ς *debent*, in χ 3. *habeant* legitur. Statim, *deliberare sæp.* in T χ 3. et Car. Steph.—7 *Quid cuique a re publica debeatur* Ms. Erf. et Teeg. quos sequitur Orellius. Pro *cuique* ȣ habet *tibi:* et verbum *deberi* idem Ms. delevit. *Sed autem* in C legitur. Pro *mavis esse*, C habet *magis est:* ȣ ς χ 3. *majus est.* Mox in C *restinguendum:* in χ 3. *restituendum.*—8 In ψ *referendum.*—9 Ante *tulerunt* ς addidit *non.* Particula *hæc* ante *conditio*, abest C H S T ȣ ς ψ, Ms. Erf. edd. vett. ante Grut. atque Weiske. Statim post ς habet *præcipue.*—10 *Atque* agnoscunt Ven. Junt. Crat. Lamb. Weiske et Orell. Pro *domini* in χ 1. legitur *domi.* Particulam *vel*, ante *dare*, in C deest. Idem Ms. paulo post habet *quod velit, cujusque.*—11 *Nostrum autem est* Ven. Lamb. et Weiske. *nostrum est autem, nostrum* Ms. Erf. Teeg. quos sequitur Orellius. Mox *jactemur* agnoscunt Erf. Teeg. Mss. plerique, Ven. Junt. et Orell.—12 In ȣ *paratas.* Particulam *si* post *honores* in

NOTÆ

[g] *Comitiis ædiliciis*] In comitiis curiatis, sive tributis, minores magistratus creabantur. De comitiis fuse dictum est in Agr. II. § 27. not.

[h] *Eblandita*] Eblandita, id est blanditiis quæsita; qualia plerumque sunt curiata, ubi gratia et precibus sæpe magistratus obtinentur.

[i] *Enucleata*] Enucleata, id est diligentius examinata, qualia fuerunt centuriata, ubi creabantur magistratus consilio et ratione.

[k] *Modice*] Modice, est æquo et moderato animo ferre.

[l] *Allicere alienas*] Qui magistratus quærit, debet sibi conciliare voluntates eorum qui ab eo alieni sunt, et competitoribus favent.

[m] *Turbatas*] Turbatas vocat quæ iracundæ sunt et infensæ.

vire populo; sin eos expetamus,[13] non defatigari supplicando.

v. 12. Venio nunc[14] ad ipsius populi partes, ut illius contra te oratione potius, quam mea, disputem: qui si tecum congrediatur, et si una voce[15] loqui possit, hæc dicat: Ego tibi, Laterensis, Plancium non anteposui; sed, cum essetis æque boni viri, meum beneficium[p] potius ad eum detuli,[16] qui a me contenderat,[q] quam ad eum, qui mihi non nimis submisse supplicarat. Respondebis, credo, te splendore et vetustate familiæ fretum, non valde ambiendum putasse. At vero[17] te ille ad sua instituta, suorumque majorum exempla revocabit: semper se dicet rogari voluisse, semper sibi supplicari:[18] M. Seium,[n] qui ne equestrem quidem splendorem incolumem a calamitate judicii retinere potuisset, homini nobilissimo, innocentissimo, eloquentissimo, M. Pisoni, prætulisse:[o] præposuisse se Q. Catulo,[p] summa in[19] familia nato, sapientissimo et sanctissimo viro, non dico C. Seranum,[20][q] non stultissimum

[p] *Suffragium.* [q] *Postulaverat.*

eodem Ms. deest: pro *magni* ς habet *magnos.*—13 *Expectamus* in C H ϐ ς χ 1. Franc. 1. et Dresd.: *expetimus* in Franc. 2. ed. 1472. et Junt. In Ms. Teeg. legitur *defetigari.*

Cap. v. 14 *Jam* agnoscunt C H S T χ 1. 3. ψ, Teeg. alii Mss. edd. vett. Græv. Weiske, et Orellius. Verba *Venio .... disputem* ϐ absunt. Paulo infra *congrediar* habent C T.—15 *Viva voce* in ψ, Franc. 2. Dresd. et ed. 1472. Mox Ms. Teeg. *ac dicat:* et χ 3. *Plancius.* Paulo infra *cæteris æque* in ϐ scribitur.—16 *Ad eum potius detuli* Ms. Teeg. et Junt. quos sequitur Orellius. Præpositio *a* ante *me* in ϐ omittitur: *qui a me non cont.* legitur in χ 1.—17 Voc. *vero* in ϐ, *ille* in H desunt.—18 Post *supplicari* Ms. Teeg. addit *se.* In Erf. legitur *et semper sibi suppl.* idque recepit Græv. *semper se dicet rogari, semper sibi supplicari voluisse* Lamb. *semper se dicet rogari, semper placuisse* Ven. Junt. *semper sibi placuisse* Grut. Verbum *sibi* deest in C H S T ϐ ς χ 1. 3. ψ. Pro *supplicari,* in ϐ ς χ 1. 3. ψ, legitur *placuisse.* Mox pro *Seium* ψ habet *secum.*—19 *In summa* Lamb.—20 H *Seremnium.* Mss. plerique et

NOTÆ

[n] *M. Seium*] Seius hic fuit eques, qui tanquam indignus eo ordine condemnatus est. Probat jam ab exemplis, multos assecutos non fuisse magistratus, qui populo non placebant.

[o] *M. Pisoni prætulisse*] Puppium Pisonem indicat, e patricio genere, qui biennio post Ciceronem consul fuit; vir singulari eruditione, et qui de Hispanis triumphavit. Huic Seius præpositus fuit.

[p] *Q. Catulo*] Vide Orat. pro Murena, § 36. not.

[q] *C. Seranum*] Credit Manutius

hominem, (fuit enim et animi satis magni, et consilii) sed[1] Cn. Manlium, non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contemta ac sordida. 13. Desiderarunt[2] te, inquit, oculi mei, cum tu esses Cyrenis:[r] me enim, quam socios, tua frui virtute malebam; et, quo plus intererat, eo plus aberas a me: certe non videbam.[3] Deinde sitientem[4] me virtutis tuæ[s] deseruisti ac dereliquisti:[t] cœperas enim petere tribunatum[u] plebis temporibus iis, quæ istam eloquentiam et virtutem requirebant: quam petitionem cum reliquisses, si hoc indicasti,[5] tanta in tempestate te gubernare non posse, de virtute tua dubitavi;[x] si nolle,[6] de voluntate: sin, quod magis intelligo, tempori-

edd. vett. *C. Serenum, subtilissimum hominem; fuit enim et animi, &c.* Mss. nonnulli, Græv. et edd. seqq. *C. Seranum, non stultissimum hominem; fuit enim et animi, &c.* Orellius, ex Ms. Teeg. *C. Serranum, stultissimum hominem: fuit enim tamen nobilis: non C. Fimbriam, novum hominem: fuit enim et animi, &c.* Manutius conjecit *Serranum* legend. Paulo post, *fuit enim homo* in ȣ legitur: atque *et* ante *animi* in H deest.—1 *Sed et* habet C. Tum *Cn. Manilium* C ψ: *C. Manlium* Oliv. *Cn. Mallium* Orell. ex fide Inscript. Grut. p. 207. Mox pro *contemta* J. F. Gronov. conjecit *contenta*.—2 In C *Desiderant*.—3 *Et cur quo plus intererat, eo plus aberas a me, certe non videbam* Franc. 1. et alii Mss. *Et cur etiam quo plus intererant, eo plus aberat a me certe non videbam* Franc. 2. Dresd. et ed. 1472. *Et quo populus intererant, eo plus aberat* Ms. Pith. ceteris omissis. Pro *et, quo,* ȣ habet *qua*. Voc. *quo* abest H ς χ 1. 3. ψ. Orellio excidisse videtur verbum ante *quo*. Pro *plus*, C H ȣ ψ *populus*; pro *intererat,* ψ *intereat*; et pro *aberas,* ȣ *aberat*. Mox *te certe non videbam* edidit Lamb. *cum te non videbam* Ms. Teeg. Garaton. conjecit legendum *certe te non videbam*.—4 *Sitiente* scribitur in C: et mox χ 3. habet *tribus plebis*. Statim post, pro *iis quæ*, in C *his quo* scribitur.—5 *Judicasti* in Erf. edd. vett. et Græv.—6 *Si nolles* Pucc. et Junt. Pro *si* legitur *sed* in χ S, et *sin, quidem* in

NOTÆ

legendum esse *Serranum*, qui proxime consul fuit ante Mallium.

[r] *Cyrenis*] Cyrenæ Libyæ oppidum nobilissimum est, de quo loquitur Plin. lib. v. cap. 5.

[s] *Sitientem me virtutis tuæ*] Desiderabat Laterensis virtutem, cum Clodii furoribus expositus fuit: si enim ejus collega fuisset, sua eloquentia et virtute ipsi obstitisset.

[t] *Deseruisti ac dereliquisti*] Deseruit ipso tempore, dereliquit post tempus: deseritur enim in re præsenti, derelinquitur post rem præsentem.

[u] *Petere tribunatum*] Cœpit petere tribunatum, Cæsare et Bibulo consulibus, A. U. C. 694. quo tempore videlicet in legem Agrariam jurari voluit Cæsar. Destitit autem Laterensis ab illa petitione, ne jurare ipse cogeretur.

[x] *De virtute tua dubitavi*] Non satis eum fortem esse patria judicavit, quia desistendo videbatur fugere pericula, quibus pro republica exponere se bonus civis debuit.

bus[r] te aliis reservasti; ego quoque, inquam,[7] et respublica ad ea te tempora revocavi, ad quæ tu te ipse servaras.[8] Pete igitur eum magistratum, in quo mihi magnæ utilitati[9] esse possis: ædiles quicumque[y] erunt, iidem mihi sunt judices parati: tribuni plebis, permagni interest, qui sint: quare aut redde mihi quod ostenderas; aut,[10] si, quod mea minus interest,[s] id te magis forte delectat, reddam tibi istam ædilitatem, etiam negligenter petenti. Sed amplissimos honores[t] ut pro dignitate tua consequare,[11] condiscas, censeo, mihi paulo diligentius supplicare.

VI. 14. Hæc populi oratio est;[12] mea vero, Laterensis, hæc: Quare victus sis, non debere[13] judicem quærere, modo ne largitione sis victus. Nam si, quotiescumque præteritus erit is,[14] qui non debuerit præteriri, toties oportebit, eum, qui factus erit, condemnari; [*p.* 262.] nihil jam est, quod populo supplicetur; nihil, quod diremtio,[15 z] ni-

[r] *Periculis.* [s] *Minus utile est mihi.* [t] *Magistratus.*

C.—7 *Nunquam* in C: *reipublicæ* in C ψ. Ms. Teeg. habet *ego autem, inquiet populus Romanus, ad ea tempora rev.* unde Orellius dedit, *ego quoque, inquiet populus Romanus, ad ea te tempora rev.* Lambinus, *ego quoque, ego, inquam, et res publica.* Orellius quoque conjecit *ego item.*—8 In χ 1. *reservas:* quidam in marg. Lambin. *reservaras.*—9 *Utilitatis* legitur in C ς. In Mss. paucis et edd. ante Grut. omittuntur verba *semper judices ... redde mihi:* sed in Dresd. post *erunt idem mihi,* additum est *facient* a secunda manu. Pro *erunt idem mihi* in Ms. Ursini legitur *erunt id da mihi.* Pantagathus legebat *ædiles quicumque erunt, tu des mihi quod ostenderas.* Pro *parati* Grævius conjecit *grati* legendum. Pro *judices* Schutz. et Orell. e conjectura Ernesti et Garatoni dederunt *ludi.* Beier. legi mavult *sunt ludi circenses parati.* Vide Nott. Varr. Pro *quicumque* H habet *quinque.*—10 In H legitur *At.* Præpositio *in* ante *mea* additur in C.—11 *Consequar* habet C. Verbum *ante* additur post *paulo* in H T ϰ ς χ 1. 3. ψ.

CAP. VI. 12 Verbum *est* in χ deest. *Mea mea* in C, *Laterenensis* in eodem Ms. legitur. Dresd. et alii, paulo post, habent *est hæc,* probante Grævio.—13 Franc. 1. *non te debere.* Mox verba *sis victus* Garatono suspecta sunt. *Quare ... sis victus* in ϰ omittuntur.—14 *Is est* in χ: statim post, *præteriti* χ 1. *Jam,* post *nihil,* deest in C, qui habet *jam populo;* H ϰ ς χ 1. 3. *a populo.*—15 *Direptio* habent edd. ante Lamb. qui, cum Orellio, ex Erf. Teeg. dedit *diribitio.*

NOTÆ

[y] *Ædiles quicumque, &c.*] Quicumque erunt ædiles aliis temporibus, idem patriæ præstare poterunt, quod a Laterensi sibi præstari speraverat, si hic ædilis fuisset.

[z] *Diremtio* [*Diribitio*] Diribitio nihil est aliud quam tabularum distributio, quibus populus utebatur ad ferenda suffragia; vel distributio populi in suas tribus vel classes.

hil, quod [supplicatio magistratuum,[a]] renuntiatio[b] suffragiorum expectetur; simul ut, qui sint professi,[c] videro, dicam:[16] 15. Hic familia consulari est,[d] ille prætoria: reliquos video esse equestri loco: sunt omnes sine macula, sunt æque boni viri atque integri: sed servari necesse est gradus:[17] cedat consulari generi prætorium, nec contendat cum prætorio equester locus.[u] Sublata sunt studia,[e] exstinctæ[18] suffragationes, nullæ contentiones,[f] nulla libertas populi in mandandis[x] magistratibus, nulla expectatio suffragiorum: nihil, ut plerumque evenit, præter opinionem

[u] *Ordo.* [x] *Tribuendis.*

Ceteri *diremtio.* Pantagathus conjecit totum locum sic legendum esse: *Nihil jam est, quod populo supplicetur; nihil quod diremptio; nihil quod supputatio suffragiorum; renuntiatio magistratuum expectetur.* Verba *supplicatio magistratuum* uncis includunt Ern. et Orell. ea delevit Weiske. *Nihil quod supp. magist.* Schutz. delevit. E Garatoni sententia, *suffragiorum* uncis includit Orellius. Beiero in mentem venit, *nihil quod diribitio, nihil quod sitellæ delatio magistratuum, renuntiatio suffragiorum exp.* Ms. ȣ pro *diremtio* habet *directio:* ϛ χ 1. 3. ψ *direptio:* Oliv. *diribitio.* Mox in T legitur *magistratus:* et pro *expectetur* C habet *spectetur.*—16 Edd. nonnullæ ante Græv. et Oliv. sic legunt: *Simul ut qui sint professi, video quid dicam.* C habet *similiter:* seq. verb. *et* legitur in ȣ: pro *qui* ψ agnoscit *quid:* *video dicam* præbet χ 3. Sequens verbum *Hic* in ȣ deest: et mox pro *ille* H habet *is.* Ante *equestri loco* præpositionem *ex* habent omnes Mss. et edd. præter Ms. Dresd. Ern. et Schutz. Vocc. *esse* in ψ, et *loco* in ȣ desunt.—17 *Gradum* quidam Mss. et edd. Mox Erf. Teeg. Græv. et Orell. ante *equester* addunt *nomine.*—18 *Exstinctæque* in C. Mox

NOTÆ

[a] *Supplicatio magistratuum*] Supplicationes preces sunt, quibus utuntur magistratus apud populum, ad eum demerendum candidatis quibus favebant.

[b] *Renuntiatio*] Qui consul comitia consularia habebat, latis suffragiis, populo renuntiabat, qui majore suffragiorum numero consules erant declarati.

[c] *Ut qui sint professi*] Profiteri in hoc loco, nihil aliud est quam magistratum in comitiis petere, et nomen suum inscribi jubere: nam mos fuit apud Romanos, cum quis magistratum petebat, ante profiteretur, quam populus ferret suffragia. Videtur autem hic quasi imperfecta oratio, quali utitur nonnunquam Cicero, ut minus præparata videatur.

[d] *Consulari est*] Jam affert absurda quæ sequerentur, si gradus dignitatis in eligendis magistratibus observaretur; qui enim in sua familia consules habuisset, ei qui tantum prætores, esset anteponendus in electione.

[e] *Sublata sunt studia*] Si hæc vera sunt, ut consulari prætorius cedat, omnia studia et æmulatio e repub. tolluntur.

[f] *Contentiones*] Quæ inter competitores accidunt, contentiones significat.

accidet: nulla erit posthac varietas comitiorum. Sin hoc persæpe[19] accidit, ut et factos aliquos et non factos esse miremur; si[20] Campus,[g] atque illæ undæ comitiorum, ut mare profundum et immensum, sic effervescunt quodam quasi æstu,[h] ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant;[i] in[1] tanto nos impetu studiorum et motu temeritatis, modum aliquem, et consilium, et rationem requiremus?[2] 16. Quare noli me ad contentionem[y] [k] vestram revocare,[3] Laterensis. Etenim si populo grata est tabella,[l] quæ frontes aperit hominum, mentes tegit;[m] datque eam libertatem, ut, quod velint, faciant; promittant autem, quod rogentur; cur tu in judicio exprimis,[n] quod non fit in Campo?[4] Hic, quam ille,[o] dignior: perquam grave est dictu.

y *Comparationem.*

libertas populis habet χ 3.—19 In ψ *hæc sæpe.* In C legitur *accidit:* in Junt. *sæpe accidet.*—20 In χ 1. *sim.* Post, χ 3. *efrenescunt: ς et in alios.*—1 Præpositio *in* C T ȣ χ 3. abest: et pro *tanto* in ς scribitur *toto.* Ms. Teeg. habet *tamen nos.*—2 *Requiramus* Mss. quidam et edd. vett.—3 *Ad content. vestram vocare* Erf. Teeg. Franc. 1. alii Mss. et edd. ante Naug. *ad content. vocare* Franc. 2. *ad concionem vocare* ed. 1472. *ad content. vestrum revocare* Mss. aliqui, Ven. Junt. et Lamb. Pro *contentionem* in χ 3. legitur *condicionem:* et T χ 1. 3. ψ habent *vocare. Laterenensis* agnoscit T. Mox in C *tabula:* et *eam* ante *libert.* in ȣ χ 3. omittitur. Denique pro *autem* C habet *at.*—4 In Ms. Erf. Teeg. Græv. et Orell. sic legitur: *Cur tu id in judicio ut fiat exprimis, quod non fit in Campo.* Grævius tamen pro *exprimis* maluit scribi *exigis.* Pro *perquam,*

NOTÆ

g *Si Campus*] Martium Campum, ubi comitia celebrabantur, eleganti similitudine exprimit.

h *Æstu*] Petentium cupiditatem per æstum describit.

i *Accedant, ab aliis recedant*] Alii aliis sua dent suffragia, aliis alii negent.

k *Noli me ad contentionem*] Probat liberum esse debere populi suffragium in electione magistratuum.

l *Grata est tabella*] Suffragia primum voce populus Romanus tulit; deinde Gabinia lege, et Cassia, quæ biennio post lata est, tabella ferre cœpit, tam in magistratibus decernendis, quam in reis judicandis.

m *Frontes aperit hominum, mentes tegit*] Frontes quidem aperit, quia potest unusquisque læta fronte polliceri; tegit autem, quia in suffragio ferendo potest aliter agere, ac promisit

n *Exprimis*] Conqueritur Cicero, extorquere velle in judicio Laterensem, quod non fit in Campo Martio, cum videlicet feruntur suffragia.

o *Hic, quam ille*] Utitur dialogismo, et petit quare velit ut quæratur cur Laterensis dignior magistratu sit, quam Plancius. Porro hanc facere comparationem odiosum est.

Quomodo igitur est æquius?[5] Sic credo; quod agitur;[p] quod satis est judici;[q] hic factus est. Cur iste[6] potius, quam ego? Vel nescio, vel non dico, vel denique, quod mihi gravissimum esset sic dicere,[7] sed impune tamen deberem dicere, Non recte.[r] Nam quid assequerer,[8] si illa extrema defensione[s] uterer, Populum, quod voluisset, fecisse, non quod debuisset?

VII. 17. Quid, si populi quoque factum defendo, Laterensis,[9] et doceo, Cn. Plancium non obrepsisse[t] ad honorem, sed eo venisse cursu, qui semper patuerit hominibus[10] hoc nostro equestri loco? possumne eripere orationi tuæ contentionem[z] vestram,[11] quæ tractari sine contumelia non potest, et te ad causam[u] aliquando[12] crimenque deducere? Si, quod equitis Romani filius est, inferior esse[a] debuit;

[z] *Comparationem.* [a] *Pati repulsam.*

paulo infra, ȣ χ 3. ψ habent *et quam:* ς *per quem.*—5 *Æquum* omnes edd. ante Græv. qui cum edd. seqq. præter Weiske et Oliv. habent *æquius:* χ 3. *equus.* Statim post, Franc. 2. et ed. 1472. *Sic credo, quod agitatur.* A Ms. Dresd. absunt verba *quod agitur,* probante Garaton. In ed. Plant. M. Bruti sic hic locus distinguitur: *Sic credo (quod agitur, quod satis est judici) hic factus est,* quem sequitur Weiske. Pro *Sic* ψ habet *Si.* In χ 3. legitur *judicii.* In Franc. 2. et ed. 1472. *indicii.*—6 *Ipse* in C, paulo post, *ut denique* in H scribitur. —7 E conjectura Lamb. edidit *quod mihi gravissimum esset dicere;* qui etiam conjecit *quod mihi grav. esset, si dicerem,* probante Grævio. Hanc lect. in textum admisit Orell. ex Ms. Erf. et Teeg. Pro *mihi* χ 1. habet *nihil.* Mox ς *debere dicere.*—8 Ms. Erf. ς χ 3. ψ, et libri Lambini habent *Nunc quid assequerer.* Manut. Grut. et Orell. *Nam quid assequerere.*

CAP. VII. 9 In T *Laterenensis:* et mox pro *patuerit* in χ 3. legitur *patuit.* —10 Ms. Erf. Teeg. Græv. Oliv. et Orell. post *hominibus* habent *ortis.* In multis Mss. et edd. scribitur *patuerit omnibus.* Statim post, in χ 3. *hæc.*—11 Mss. C χ 3. edd. nonnullæ, cum Oliv. et Orellio, *vestrum.*—12 Verbum *aliquando* deest in omnibus codd. Oxon. et edd. vett. nonnullis, cum Lamb. et Weiske. *Deducere* omittitur in omnibus edd. ante Grut. Mox pro *Ro-*

NOTÆ

[p] *Quod agitur*] Id est, de quo modo quæstio est, nempe quod Laterensis dignior sit ædilitate, quam Plancius.

[q] *Quod satis est judici*] Sufficit judici quod hic sit electus ædilis.

[r] *Non recte*] Id est, non recte factus est ædilis.

[s] *Illa extrema defensione*] Extrema defensio hæc est, quod nempe populo ita placuit Plancium ædilem creare.

[t] *Obrepsisse*] Qui malis artibus ad magistratus perveniunt, dicuntur ad eos obrepsisse.

[u] *Ad causam*] Agitur in hac quæstione, utrum populus largitione corruptus sit.

omnes tecum equitum Romanorum filii petiverunt. Nihil dico amplius: hoc tamen[13] miror, cur tu huic potissimum irascare, qui longissime a te abfuit.[14 x] Equidem, si quando, ut fit, jactor in turba, non illum accuso, qui est[15] in summa Sacra Via,[y] cum ego ad Fabium fornicem[z] impellor; sed eum, qui in me ipsum incurrit[b 16] atque incidit. Tu neque Q. Pedio,[a] forti viro, succenses, neque huic A. Plotio, ornatissimo homini, familiari meo: et ab eo, qui hos dimovit,[17] potius, quam ab iis, qui in te ipsum incubuerunt,[b] te depulsum putas. 18. Sed tamen hæc tibi est prima[18] cum Plancio generis vestri familiæque contentio, qua abs te vincitur. Cur enim non confitear, quod necesse est? sed non hic magis, quam ego a meis competitoribus, et alias,[19 c]

[b] *Qui trudit me.*

mani χ 1. dedit *racioni:* dein pro *Romanorum* χ 3. *terrarum,* ψ *Romani.*—13 *Tantum* in ȣ, Pucc. Junt. ut volebat Pantagathus. Paulo post C T *irascere.*—14 *Affuit* habet χ 3. Statim *Et quidem* in H: *fiat* in C: et *jactatorum* in χ 1.—15 *Est* deest in C: et *ego* post *cum,* in ȣ. Paulo infra *ad Fabianum forn.* agnoscit Weiske. Dein in ȣ legitur *qui me ipsum.*—16 Pseudo-Fronto Maii, p. 382. ed. Rom. *incumbit.* Tum Q. *Padio* habet χ 3.—17 Ms. Dresd. *qui vos dimovit:* ȣ *qui vos domuit.* Ms. Erf. Lamb. et Schutz. habent *demovit.* Verbum *te* ante *ipsum* χ 3. abest. Mox *tamen* in H omittitur.—18 *Hæc prima est tibi* in Junt. In C *vicitur.* Paulo post, *hæc magis* C.—19 In ς *aliis.* Statim, ante *in,* C T ȣ χ 3. addunt *etiam.* Pro *vincebar* in C

NOTÆ

[x] *Longissime a te abfuit*] Laterensis non contendit cum Plancio, sed solum pro se petiit ædilitatem: immo populus de aliis prius quam de Plancio suffragium tulit: quare a Laterensi longe Plancius abfuit.

[y] *In summa Sacra Via*] Summa Sacra Via est ultima pars Sacræ Viæ. Ea autem Via Sacra dicta est, quod in ea fœdus ictum sit inter Romulum et Sabinos. Est vero argumentum a simili.

[z] *Ad Fabium fornicem*] Actione secunda in Verrem legitur 'Fabianum fornicem.' Est autem fornix Fabianus, ut ait Asconius Pedianus, arcus juxta regiam in Sacra Via, a Q. Fabio Allobrogico censore constructus, ubi scuta ejus posita sunt.

[a] *Q. Pedio*] Q. Pedius et Plotius videntur fuisse equestri genere nati, et Laterensis competitores.

[b] *In te incubuerunt*] In te incubuerunt; id est, qui te de ædilitate dejicere voluerunt, ut ipsi ædiles crearentur.

[c] *Et alias*] Argumentatur a pari Cicero, aitque Plancium in petitione ædilitatis non magis infra Laterensem fuisse, quam ipsum Ciceronem infra competitores in præturæ et consulatus petitione.

et in consulatus petitione[d] vincebar. Sed vide, ne hæc[20] ipsa, quæ despicis, huic suffragata sint. Sic enim conferamus. Est tuum nomen utraque familia[e] consulare. Num[1] dubitas igitur, quin omnes, qui favent nobilitati, qui id putant esse pulcherrimum, qui imaginibus,[f] qui nominibus vestris ducuntur, te ædilem fecerint? Equidem non dubito. Sed, si parum multi sunt, qui nobilitatem ament;[2] num ista est nostra culpa? Etenim ad caput[c] et ad fontem utriusque generis[g] veniamus. VIII. 19. Tu es ex municipio antiquissimo Tusculano,[h] ex quo plurimæ[3] familiæ sunt consulares,[i] (in quibus est etiam Juventia[k]) quot[4] e

[c] *Originem.*

legitur *vincebat.*—20 Voc. *hæc* deest in T. Mox *suffragia sint* agnoscunt T ϑ χ 3. Dein pro *utraque*, ϑ *utrum*, ς *tuaque* legunt.—1 *Non* habent C H ς χ 1. ψ: *dubites* præbet H. Tum pro *omnes* ϑ habet *eos.*—2 *Amant* in Junt. et statim post, *vestra culpa* in C T et Franc. 1. legitur. Mox Ern. suspicabatur *At enim ad cap.* Ms. ς *Etenim et.* Præpositio *ad* ante *fontem* in H deest.

CAP. VIII. 3 Ant. Augustinus *plures* malebat; Gulielmius *primæ.*—4 Ms. Erf. Teeg. Franc. uterque, Pith. Dresd. ed. 1472. Græv. et Orell. habent *tot e reliquis.* In Ms. Teeg. totus locus sic legitur: *ex quo sunt plurimæ fam. cons. in quibus etiam Juventia: tot, &c.* In C est *in vegintina tot:* in H *in*

NOTÆ

[d] *In consulatus petitione*] Asconius scribit 'sex habuisse Ciceronem competitores in petitione consulatus: duos patricios, P. Sulpicium Galbam, et Catilinam: quatuor plebeios, ex quibus duo nobiles fuerunt, C. Antonium, M. Antonii oratoris filium, et L. Cassium Longinum; duos, qui tamen non primi ex familiis suis magistratum adepti erant, Q. Cornificium, et C. Licinium Sacerdotem: solus Cicero ex competitoribus equestri loco natus erat.'

[e] *Utraque familia*] Id est ex genere paterno et materno consules habuerat in sua familia Laterensis.

[f] *Qui imaginibus*] Servabantur in familiis majorum imagines ad claritatem generis ostendendam.

[g] *Utriusque generis*] Laterensis videlicet, et Plancii familias investigat: licet autem nobilior fuerit Laterensis, tamen superior fuit, propter studium popularium suorum, Plancius.

[h] *Tusculano*] Tusculum oppidum fuit in Latio conditum a Telegono, Ulyssis et Circes filio, ut canit Silius Italicus, lib. VII. statim autem illud, post exactos reges, venit in potestatem Romanorum, ut ait Livius.

[i] *Consulares familiæ*] Nota quod consulares non modo dicebantur, qui consulatum gesserant, sed quorum etiam majores ad hanc pervenerant dignitatem.

[k] *Juventia*] Ex Juventia familia fuit Laterensis, quem ideo Velleius Paterculus M. Juventium Laterensem nominat.

reliquis[l] municipiis omnibus non sunt. Hic est e præfectura[m] Atinati,[5][n] non tam prisca,[o] non tam honorata, non tam suburbana. Quantum interesse vis[p] ad rationem petendi?[6] [*p.* 263.] Primum utrum magis favere putas Atinates, an Tusculanos, suis? alteri[q] (scire enim hoc propter vicinitatem[r] facile possum[7]) cum hujus ornatissimi atque optimi viri, Cn. Saturnini,[s] patrem ædilem, cum prætorem viderunt, (quod primus ille[8] non modo in eam familiam, sed etiam in præfecturam illam, sellam curulem[t] attulisset) mirandum in modum lætati sunt: alteros (credo, quia refertum[9] est municipium consularibus; nam malevolos non esse certo scio) nunquam intellexi vehementius hominum[10]

ventitia quot et: in ȣ ϛ χ 1. ψ *inventitia tot.*—5 C *Arpinati.* Voc. *tam* ante *prisca* in Dresd. deest. Paulo post χ 1. præbet *Quantum interest:* qui Ms. cum ψ, statim habet *jus* pro *vis.*—6 χ 1. *attendi.* Tum χ 3. *Attinatos.*—7 H *et facere possunt:* χ 1. *facile possunt.* Mox *cum præt. viderent* legitur in χ 3. —8 *Ille* in ȣ deest. Post *præfecturam,* in H S ϛ omittitur *illum:* ȣ habet *illa.* Tum pro *lætati* χ 3. dedit *delectati.*—9 In ȣ *interfectum.* Statim post, *municipum* præbet H, et *num* χ 3. Dein H T χ 3. edd. ante Man. et Lamb. *certe scio.*—10 Ex auctoritate Ms. Erf. *municipum* dederunt Græv. et Orell.

NOTÆ

[l] *Quot e reliquis*] Multæ aliæ sunt familiæ, ex aliis municipiis, tam nobiles quam Juventia.

[m] *Præfectura*] Præfecturæ oppida dicebantur quædam Italiæ, quorum incolæ cives Rom. erant. Hoc tamen a municipiis discrepabant, quod non suis legibus utebantur, nec ullos e suo corpore magistratus, ut coloni, creare poterant; sed magistratibus, qui Roma quotannis mittebantur, Romanis legibus regebantur: ii magistratus præfecti dicebantur, unde nomen præfecturæ. Vide Livium, lib. XXXVI.

[n] *Atinati*] Atina vicinum oppidum fuit Arpinatium, non procul a Roma.

[o] *Non tam prisca*] Atina non tam antiquum oppidum fuit, nec tam honoratum, quia non tot consulares habuit: nec tam suburbanum, quia non tam propinquum Romæ fuit.

[p] *Quantum interesse vis*] Interest ad magistratus petendos, ut oppidum non tam Romæ vicinum sit, neque tot viros claros habuerit; cum enim tales habere optent, cupidius suis honores deferunt oppidani: quare Atinates, cum pauciores habuerint Tusculanis, vehementius suis favent.

[q] *Alteri*] Jam exemplis probat Atinates, præ ceteris, suis favere civibus.

[r] *Propter vicinitatem*] Arpinum, ex quo ortus est Cicero, Atinæ vicinum fuit. Utrumque autem oppidum in Samnio fuit.

[s] *Cn. Saturnini*] Saturninus unus e judicibus fuit in hac causa.

[t] *Sellam curulem*] Sive ædiles, sive prætores, sive consules, sella curuli vehebantur, cum in senatum veniebant, aut in locum aliquem alium jus dicturi.

suorum honore lætari. 20. Habemus hoc nos: habent nostra municipia. Quid ego de me, de fratre meo[11] loquar? quorum honoribus agri, prope dicam, ipsi montesque faverunt. Num quando[12] vides Tusculanum aliquem de M. Catone[u] illo, in omni virtute principe, num de Ti. Coruncanio,[v] municipe suo, num de tot Fulviis[x] gloriari?[13] verbum nemo facit. At, in quemcunque Arpinatem incideris, etiamsi nolis, erit tamen tibi, fortasse[14] de nobis aliquid, aliquid certe de C. Mario[y] audiendum. Primum igitur hic habuit[15] studia suorum ardentia:[d] tu tanta, quanta in hominibus jam saturatis honoribus esse potuerunt. 21. Deinde[16] tui municipes sunt illi quidem splendidissimi homines: sed tamen pauci, si quidem cum Atinatibus conferantur. Hujus præfectura, plena virorum fortissimorum, sic ut nulla tota Italia frequentior dici possit; quam quidem nunc multitudinem videtis, judices, in squalore et luctu[z]

[d] *Singularem amorem suorum.*

Uncis inclusit Orell. Ms. Teeg. habet *municipium*. Ern. et Schutz. e codice Ursini legunt *hominum*. Ceteri *hospitum*: ȣ χ 1. ψ *hospitiam*. Mox C habet *Haberemus*: ς *Habeamus*. Dein in ȣ *vestra municipia*.—11 Lamb. edidit *aut de fratre meo*: Græv. conjecit *quid de fratre meo*.—12 *Nunc quando* habet C. *Num aliquando* H S ς χ, Ven. Junt. et Weiske. Post *Catone*, in ψ legitur *illum*. Mox C H S *Coruncano*: Junt. Lamb. et Weiske pro prænomine *Ti.* habent *T.* Tum *municipe suo* in ς, *num* in χ 3. desunt.—13 *Fabius gloriari* agnoscunt ȣ ς χ 1. 3. Grut. et al. *filiis gloriari* est in Ms. Dresd. Ant. Augustinus maluit legi *aliis glor.* Mox pro *etiamsi nolis*, in ȣ ς χ 1. *si nolis*, in χ 3. *etiamsi nobis*.—14 Voc. *etiam* inseritur post *fortasse* in Græv. Weiske, et Orell. ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Paulo post *aliquid sed certe* Ms. Erf. Teeg. et Græv. probante Garaton. *sed aliquid certe* habet Weiske. *aliquid et de C. M.* legitur in ed. 1472. *aliquid de C. M.* in Lamb. Pro vocc. *aliquid certe* in C H S T ȣ ς χ 3. legitur *et*.—15 In ȣ *habuerit*. Dein *omnibus jam* præbet C.—16 *Denique* in ȣ. Tum *Attinatibus* C: et *Hujusmodi* ψ.—

NOTÆ

[u] *De M. Catone*] Cato jurisconsultus consul fuit, qui libros de jure scripsit, ut ait Pomponius, vir omni eruditione, et rei bellicæ laude clarus.

[v] *Ti. Coruncanio*] Is primus cœpit profiteri juris scientiam, cum priores id in latenti retinere cogitarent, solumque consultoribus vacare.

[x] *De tot Fulviis* [*Fabiis*] Fabii, Romanorum nobilissimi, qui bellum adversus Veientes soli cum suis clientibus et servis, in se receperunt.

[y] *De C. Mario*] Is Arpinas fuit: de eo sæpius jam dictum est.

[z] *In squalore et luctu*] Amici sup-

supplicem vobis.[17] Hi tot equites Romani, tot tribuni ærarii[18] [a] (nam plebem a judicio dimisimus, quæ cuncta comitiis affuit) quid roboris, quid dignitatis hujus petitioni attulerunt? Non enim tribum[19] Terentinam,[b] (de qua dicam alio loco) sed dignitatem, sed oculorum conjectum,[e] sed solidam et robustam[f] et assiduam frequentiam[c] præbuerunt.[20] Jam municipia conjunctione etiam vicinitatis vehementer moventur. IX. 22. Omnia, quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis; sumus enim[1] [d] finitimi Atinatibus. Laudanda est, vel etiam amanda vicinitas, retinens veterem illum officii morem, non[2] infuscata malevolentia,[g] non assueta mendaciis, non fucata,[h] non fallax, non erudita artificio simulationis vel suburbano vel etiam urbano.[e]

[e] *Significationem voluntatis.* [f] *Integram, firmam.*
[g] *Livida invidia.* [h] *Fraudulenta.*

17 χ 3. *nobis.*—18 Franc. uterque et ed. 1472. *tot tribuni Atatini:* Pith. *tot tribuni cæretini:* Dresd. *tot tribuni actitini:* C *Attinatinii:* H *Atinatini:* T *Actinatini:* ϰ χ 3. *aretini:* ς *anetini.* Mox Franc. 1. *a jud. divisimus:* χ 1. *com. abfuit.* Dein *attulerit* habet C.—19 C *tribunum:* χ 1. *tribuni.* ς χ 1. *Teretinam.* Pro *dignitatem* in χ *veritatem* scribitur.—20 χ 1. 3. *tribuerunt.* Verbum *nostrum* ante *munic.* addidit Orell. de Garaton. sententia. *Nostra munic.* omisso *jam,* Ms. Erf. et Teeg. Statim post, *conventione* habet C. Mox pro *moventur,* in C *monentur,* in ψ *movetur* legitur.

Cap. IX. 1 *Enim* in χ 3. deest. In H legitur *sumus omnes.* Post *laudanda,* voc. *enim* inseruit Franc. 1. Verbum *amanda,* paulo post, in χ 1. omittitur. Dein in H ψ *veterem illius.* Pro *morem* C præbet *amorem:* Teeg. *mentem.*—2 ψ habet *in non:* et ψ *offuscata.* Porro pro *fucata,* Græv. Schutz.

NOTÆ

plices veniebant ad judicium, ut sua præsentia reo faverent, cum ejus causa dicebatur.

[a] *Tribuni ærarii*] Tribuni ærarii dicebantur, inquit Varro, quibus attributa erat pecunia, ut militi eam redderent. Diversi autem illi fuerunt a quæstoribus, quod ærarii pecuniam in urbe signatam custodirent; quæstores ex vectigalibus collectam. Lege autem Aurelia latum est, ut judicia, quæ penes solos senatores erant, cum equitibus et tribunis ærarii communicarentur.

[b] *Tribum Terentinam*] In tribu Terentina Atinates suffragium ferebant.

[c] *Assiduam frequentiam*] Frequentes venerant, ut Plancio faverent.

[d] *Sumus enim*] Arpinates finitimi sunt Atinatibus.

[e] *Vel suburbano vel urbano*] Vult ostendere, Arpinates, remotiores Roma, non tam callidos esse et fraudulentos, quam suburbanos et urbanos, qui solent esse astutissimi.

Nemo Arpinas non Plancio studuit, nemo Soranus,[3] [f] nemo Casinas,[g] nemo Aquinas:[h] totus ille tractus[4] [i] celeberrimus,[1] Venafranus,[k] Allifanus,[l] tota denique nostra illa aspera, et montuosa,[5] et fidelis, et simplex, et fautrix suorum regio, se hujus honore ornari, se augeri dignitate arbitrabatur:[6] iisdemque nūnc a municipiis adsunt equites Romani publice,[7] cum legationis testimonio:[m] nec minore nunc[n] sunt solicitudine, quam tum erant studio; etenim est gravius spoliari fortunis, quam non augeri dignitate.[8] 23. Ergo ut alia in te erant illustriora, Laterensis,[9] quæ tibi majores tui reliquerant; sic te Plancius hoc non solum municipii, verum etiam vicinitatis genere vincebat: nisi forte te Lavicana,[o] aut Bovillana, aut Gabina[10] vicinitas

[1] *Populosissimus.*

et Orell. ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. dederunt *fucosa.*—3 C ς χ 1. ψ, Franc. 1. et alii Mss. *Sopanus:* T *Yelpanus.* Statim post, C, Franc. 1. et alii Mss. cum Lamb. *Cassinas.*—4 *Tractus ille cel.* Ms. Teeg. probante Garaton. *Tractus* omittunt C H S T ȣ ς χ 1. 3. ψ. *Venefranus*, C: qui Ms. item habet *Alifanus:* ψ *Allifranus.*—5 *Montosa* in H et Mss. quibusdam, Ven. et Lamb. *modiosa* in χ 3. Seq. verbum legitur *at* in Man. et Lamb. probante Garaton. —6 *Arbitrabantur* in H ψ, Dresd. Barb. *arbitratur* alii. Statim infra, pro *iisdemque* in ψ scribitur *iis denique.* Mox *ex municipiis* habent C H S, uterque Franc. Dresd. edd. vett. et Græv. *e munic.* χ 1. alii: *et munic.* χ 3.—7 H *plurimi:* ȣ ς χ 1. 3. *p.* Tum C H S ȣ ς χ 1. 3. Teeg. Franc. 1. et ed. pr. *cum legatione testimonio:* Orell. ex auctoritate Ms. Dresd. habet *cum legatione et testimonio.* Mox *nec minore nec* legitur in C. Sequens verbum, *sunt*, in ȣ χ 3. deest. Deinde pro *quam tum*, C habet *quantum:* H *quam tunc.* In χ 3. hæc verba desunt.—8 *Dignitatem* in ς. Vocc. *etenim . . . dignitate* omittuntur in χ 3.—9 *Laterenensis* T: *leterensi* χ 3. Mox H habet *reliquerunt.* Voc. *etiam* post *verum* ȣ abest.—10 Iñ Ms. Ambr. Teeg. Ven. Junt. Crat. et Orell. legitur *Labicana, aut Gabina, aut Bovillana:* in Franc. 1.

NOTÆ

[f] *Soranus*] Sora colonia et urbs Latii, ad Lirim fluvium, in Campania, inter Ferentinum et Atinam, Arpino proxima. Omnes populos citat qui Plancio faverunt.

[g] *Casinas*] Casina Campaniæ oppidum est.

[h] *Aquinas*] Aquinum Latinorum oppidum est, ad fines Samnitum.

[i] *Ille tractus*] Tractus dicitur pro spatio terræ, quam regionem dicimus vulgo *une contrée.*

[k] *Venafranus*] Venafrum civitas Campaniæ oleis abundans.

[l] *Allifanus*] Allifa Italiæ oppidum prope Vulturni ripam.

[m] *Cum legationis testimonio*] Legati publice mittebantur a civitatibus ad fovendam dignitatem suorum municipum, cum de iis Romæ agebatur, sive in honoribus obtinendis, sive in judicio subeundo.

[n] *Nec minore nunc*] Tam soliciti adsunt in hoc judicio, ubi de dignitate,

adjuvabat; quibus e municipiis vix jam, qui carnem Latinis petant,[p] inveniuntur.[11] Adjungam, si vis, id, quod tu etiam huic obesse putas, patrem publicanum:[q] qui ordo quanto adjumento sit in honore, quis nescit? flos[12] enim equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum reipublicæ, publicanorum ordine continetur. 24. Quis est igitur,[13] qui neget, ordinis ejus studium fuisse in honore Plancii[r] singulare? neque injuria; vel quod erat pater is,[14] qui est princeps[s] jam diu publicanorum; vel quod is ab sociis unice[t] diligebatur; vel quod diligentissime rogabat;[u] vel quia pro filio supplicabat; vel quia hujus[15] in illum

Lavitana, aut Gabina, aut Sabina: in Franc. 2. ed. 1472. et aliis nonnullis, *Lavicana, aut Gabina, aut Bovillana, aut Sabina.* C *Lavitana:* ȣ ς χ 1. *Lavicana, an Gabina:* C *Bajulana:* ȣ *Gabinas:* ς ψ *Sabina.* Tum pro *vicinitas,* ς χ 1. ψ *aut Sabina civitas:* C H S et Oliv. *civitas.* Mox *est munic.* habet ȣ: *vix tam* χ 1. *qui carmen* χ 3.—11 Orell. ex auctoritate Mss. Ambr. et Teeg. *reperiuntur.* In Ms. Ambr. quoque legitur *Adjungamus.* Verbum *etiam,* paulo post, χ 3. abest; qui Ms. item habet *abesse.* Orellius, ex auctoritate Mss. Ambr. et Teeg. dedit *huic obesse etiam.*—12 *Qui flos* in C: in eodem Ms. voc. *Romanorum* omittitur. Mox *ord. continentur* in ψ.—13 *Quis est ergo* H S ς χ 1. et edd. pleræque ante Grut. *Quis ergo est* edidit Lamb. Mox *in honorem* habet ȣ. Dein C *P. Plancii:* ψ *Planciis.*—14 *Patris* in χ 3: *qui erat* habet C. Voc. *is,* ante *ab soc.* omisit Ms. Ambr.—15 Franc. Dresd.

NOTÆ

et periculis Plancii agitur, 'quam tum;' nempe cum in comitiis ædiliciis ædilis nominatus est.

[o] *Lavicana*] Lavicum et Bovillæ oppida sunt in Latio, quæ suburbana dicta sunt, quia Romæ proxima. Gabii vero Volscorum urbs est.

[p] *Carnem Latinis petant*] Id dicit pro paucissimis, qui Laterensi affuerunt. Periphrasis est, quam sumsit a more priscorum Latinorum: mos enim fuit, ut, sacrificio facto in monte Albano feriis Latinis, qui affuissent e municipibus, eis cæsarum hostiarum caro divideretur.

[q] *Patrem publicanum*] Objecit Laterensis Plancio, quod pater ejus esset publicanus. Publicani autem male audiebant apud populum; quia munus illorum fuit magnis rationibus quæstus sui causa populi Romani vectigalia conducere. Erant autem illi ex equestri ordine.

[r] *In honore Plancii*] Publicani in ædilitate obtinenda plurimum Plancio profuerunt.

[s] *Vel quod erat pater ... princeps*] Affert rationes quæ non mediocriter impulerunt populum ad Plancium ædilem creandum. Dicitur autem pater ejus princeps publicanorum, quia inter mancipes principem locum tenebat.

[t] *Ab sociis unice*] Ab reliquis publicanis maxime Plancius pater diligebatur.

[u] *Rogabat*] Socios et cives Romanos rogabat pro filio.

ordinem summa officia[k] quæsturæ tribunatusque[x] constabant; [p. 264.] vel quod illi in hoc ornando ordinem se ornare,[16] et consulere liberis suis arbitrabantur. X. Aliquid[17] præterea, (timide dico, sed tamen dicendum est) non enim opibus, non invidiosa gratia, non potentia vix ferenda, sed commemoratione beneficii,[y] sed misericordia, sed precibus aliquid attulimus etiam nos.[4] Appellavi populum;[z] tribubus submisi me, et supplicavi: ultro, mehercules,[5] se mihi etiam offerentes, ultro pollicentes[a] rogavi. Valuit causa rogandi, non gratia. 25. Nec, si vir amplissimus,[b] cui nihil est, quod roganti concedi[6] non jure possit, de aliquo, ut dicis, non impetravit, ego sum arrogans, quod me valuisse dico.[7] [c] Nam (ut omittam illud, quod ego pro eo laborabam,[8] qui valebat ipse per sese) rogatio ipsa semper est gratiosissima, quæ est[9] officio necessitudinis con-

[k] *Maxima beneficia.*

edd. vett. nonnullæ, Græv. Weiske, et Orell. legunt *hujus ipsius.*—16 Ms. Erf. dedit *ordine se ornare.* Verba *summa ... ordinem* C T absunt: *ordinem se* desunt in ψ. Denique *arbitrabatur* in C scribitur.

CAP. X. 17 χ 1. 3. *Aliud.* Ms. Ambr. legit, statim post, *tim. dicam.* Franc. 1. 2. *dico timide.* Voc. *est*, post *dicendum*, χ ς H abest. Mox in ς legitur *sed enim opibus, sed invid. gratia, sed potentia, &c.*—4 *Aliquid etiam attulimus nos* Franc. 1. Pro *etiam* C habet *et:* pro *nos*, χ 3. ψ *vos.* Tum Orellius, ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. dedit *tributim:* T *tribulus:* χ 1. *tribunus.* Pro *submisi* χ 3. præbet *summissime*, ψ *summis.*—5 *Mehercule* Lamb. Weiske et Orell. e Ms. Ambr. Verba *meh. ... ultro* in C desunt: in eodem Ms. *valuit .... roganti* omittuntur.—6 *Concedi* ς abest.—7 P. Victor. et nonnullæ aliæ edd. necnon Mss. Pith. Pucc. Junt. Naug. et Cam. *qui me val. dico*, probante Græv. Mox post *omitt. illud* ψ posuit *rogans:* et *ego* in χ 3. omittitur.—8 Ed. Junt. *laboravi.* Pro *sese* H dedit *se.* Statim infra, *ipsa* C abest: in Ms. Ambr. legitur *rogatio hæc.* In Franc. 1. *rogatio semper ipsa est.* Mox *gratissima* in ψ.—9 Omisit *est* Ms. Teeg. Pro *necessitudinis ...*

NOTÆ

[x] *Quæsturæ tribunatusque*] Quæstor et tribunus fuit Plancius, ut infra videbitur.

[y] *Sed commemoratione beneficii*] Exulem Ciceronem et profugum excepit in Macedonia; quare ei favit Cicero.

[z] *Appellavi populum*] Appellari dicitur populus in rebus necessariis et bonis.

[a] *Ultro pollicentes*] Suffragia sua pro Plancio propter Ciceronem multi polliciti sunt.

[b] *Vir amplissimus*] Solent oratores sæpe de re universali loqui, tanquam de singulari. Sic vir amplissimus pro quolibet dicitur.

[c] *Me valuisse dico*] Ostendit se satis gratia apud populum valuisse, ut hanc a populo ædilitatem Plancio obtineret.

juncta maxime. Neque enim ego sic rogabam, ut petere viderer, quia familiaris esset meus, quia vicinus, quia hujus parente semper plurimum essem usus; sed ut quasi parenti, et custodi meo.[10] [d] Non potentia mea, sed causa rogationis fuit gratiosa. Nemo mea restitutione lætatus est, nemo injuria doluit, cui non hujus in me misericordia grata fuerit.[11] 26. Etenim, si ante reditum meum Cn. Plancio se vulgo[l] viri boni, cum hic tribunatum peteret, ultro efferebant; cui nomen meum absentis[12] honori fuisset,[e] ei meas præsentis preces non putas profuisse? An Minturnenses[13] coloni,[f] quod C. Marium[g] ex civili errore, atque ex impiis manibus eripuerunt; quod tecto receperunt;

[l] *Universi.*

esset, C habet *ne*. Paulo post v. *enim* deest in H S T χ 1. 3. ψ, edd. vett. Lamb. et Weiske.—10 *Et custodi salutis meæ* dederunt Ms. Erf. Teeg. Græv. et Orell. Pronomen *meo* in χ 3. omittitur. Mox in χ 3. ψ, est *gloriosa*; et statim infra χ 1. habet *Nemo in ea.*—11 Voc. *fuerit* C abest. In Junt. legitur *fuerit grata.* Pro *Etenim* C legit *Et.* Dein *si vulgo* habet ψ.—12 In T est *non absentis.* Verbum *absentis* deest in C H S T ς χ 1. 3. ψ, Franc. 1. 2. et omnibus edd. vett. ante Gruterum. Statim post, pro *ei*, C habet *et.* In C H χ 1. 3. ψ, est *et mihi præsentes.*—13 C χ 3. *Milurnenses.* Mox *e civili ferro*, ex auctoritate Ms. Ambr. edidit Orellius: *civili errore*, omisso *ex*, edd. ante Lamb. et Græv. *e civili errore* dedit Lamb. et Weiske: *ex civili cruore* cod. Ursini, Pal. 7. et Schutz. *e civili terrore* conjecit quidam apud Lamb. Præpositio *ex* in C H S T ς χ 1. 3. ψ omittitur. Quoque *ex* ante *impiis*, T ψ abest. Tum χ 3. legit *arripuerunt*: et verba sequentia, *quod*

NOTÆ

[d] *Custodi meo*] Auxilio fuit Ciceroni in exilio suo Plancius; quare pro se, quasi parente, supplicabat.

[e] *Honori fuisset*] Viri boni ad tribunatum Plancio obtinendum sese ei ante Ciceronis reditum offerebant: non est sane dubitandum, quin supplicationes, quas pro eo fecit Cicero, ipsi fuerint utilissimæ ad ædilitatem obtinendam.

[f] *Minturnenses coloni*] Minturnæ colonia populi Romani fuit; coloni autem dicuntur coloniarum incolæ, qui cives Romani sunt.

[g] *Quod C. Marium*] Civili bello expulsus a Sulla Marius, cujus vires fregerat, coactus est ad Minturnenses confugere, ubi in eorum paludibus delituit; sed extractus a civibus, navi impositus, in Africam venit. Vide Liv. lib. LXXVII. Argumentatur autem sic a pari: si gloriosum fuit Minturnensibus operam suam Mario præstitisse postquam ejectus est; non est dubium quin Plancio tam gloriosum fuerit, me recepisse, postquam violentia Clodianorum in exilium ejectus sum. Hoc redditum Ciceroni beneficium ipsi honori fuit.

quod fessum inedia[14] fluctibusque recrearunt; quod viaticum congesserunt; quod navigium dederunt; quod eum linquentem terram eam, quam servaverat, votis, ominibus, lacrymis[15] prosecuti sunt, æterna in laude versantur; Plancio, quod me vel vi pulsum,[16] vel ratione cedentem receperit, juverit, custodierit; his, et[17] senatui, populoque Romano, ut haberent, quem reducerent, conservarit; honori hanc fidem, misericordiam, virtutem fuisse miraris?

XI. 27. Vitia, mehercule,[h] Cn. Plancii, res hæ,[18] de quibus dixi, tegere potuerunt; ne tu, in ea vita, de qua jam dicam, tot et tanta adjumenta huic honori fuisse mirere.[19] Hic est enim, qui adolescentulus cum A. Torquato[i] profectus in Africam, sic ab illo gravissimo, et sanctissimo, atque omni laude et honore[20] dignissimo viro dilectus est, ut et contubernii necessitudo,[k] et adolescentuli modestissimi

tecto recep. desunt in H S ς χ 1.—14 In ψ est *media:* in C χ 3. *fluctibus* pro *fluctibusque;* post quod verbum, *confectum* legitur in Franc. 1. et Schutz. Post, *viat. concesserunt* legitur in C, et paulo post *cum linq.* in χ 3.—15 Ex ed. Lamb. *lacrymis, votis ominibusque* dedit Orellius: *lacrymis votisque omnibus* Mss. plerique, edd. ante Lamb. Grut. et Oliv. *votis, ominibus lacrymisque* Erf. Ms. Paris. Græv. et Lall. *votis, ominibus, lacrymis* e conjectura Ern. cum Weiske et Schutz. *votis ominibusque et lacrymis* Medvig. I. p. 40. Pro *votis* χ 3. habet *vocisque.*—16 In H T ς χ 3. est *vel impulsum:* in χ 1. *vel impulsu.* Verba *vel ratione* desunt in T. *Vel Romæ* scribitur in C. Voc. *tempori,* ante *receperit,* habent edd. vett. nonnullæ, quas Weiske secutus est. Mox pro *juverit* χ 1. legit *vicerit.*—17 *Is et* in C T, et edd. ante Manut. Paulo post, pro *haberent* χ 3. *haberet.* In C est *haberent, quod.* Vid. Nott. Var. Denique χ præbet *misericordia, virtute esse miraris?*

CAP. XI. 18 In H est *hujus:* in χ 3. *res hæc:* in Franc. 1. *hæ res Cn. Plancii.* Infra, pronomen *me* ante *tegere* addidit ψ. Pro *tu, in ea* χ 3. præbet *tamen ea.*—19 *Mirere* in H deest: ς legit *merere.* Post *hic,* omisit *est* Ms. Teeg. unde etiam *qui* deleri censebat Garaton. Post, pro prænomine *A.* in C legitur *Allo.*—20 Verba *illo . . . honore* in ς desunt. Particula *et* ante *contub.* omittitur in ς. Mox *adoles. honestissimi* habet χ 1. et idem Ms. *postu-*

NOTÆ

[h] *Vitia, mehercule*] Jam Plancii vitam commendat.

[i] *A. Torquato*] Is est Torquatus, ad quem aliquæ Ciceronis epistolæ sunt lib. VI. et qui post gestam præturam, Africam rexit.

[k] *Contubernii necessitudo*] Moris fuit apud Romanos, ut clarorum virorum, et amicorum filios adolescentes, secum imperatores in provincias deducerent, suoque tabernaculo acciperent, ut ad artem militarem instituerentur.

pudor postulabat: qui[1] si adesset, non minus ille declararet, quam hic illius frater patruelis, et socer T. Torquatus, illi omni virtute[2] et laude par; qui est quidem cum illo maximis vinculis et propinquitatis[l] et affinitatis[m] conjunctus; sed ita magni[3] amoris, ut illæ necessitudinis causæ leves esse videantur. Fuit in Creta postea contubernalis Saturnini, propinqui sui, miles[4] hujus Q. Metelli:[n] quibus cum fuerit probatissimus, hodieque sit, omnibus esse se probatum debet sperare. In ea provincia legatus fuit C. Sacerdos,[o] qua virtute, qua constantia vir! L. Flaccus,[p] qui homo! qui civis! qualem hunc putent, assiduitate[q] testimonioque declarant. 28. In Macedonia tribunus militum[r] fuit; in eadem provincia postea quæstor. Primum Macedonia sic eum diligit, ut indicant hi[5] principes civitatum suarum; qui cum missi sint ob aliam causam, tamen hujus repentino periculo commoti, huic assident,[6] pro hoc laborant; huic si præsto fuerint,[m] gratius

[m] *Si adsint.*

lat.—1 *Quod* scribitur in Ms. Erf. Teeg. omnibus Oxon. Junt. Lamb. Oliv. Weiske, et Orell. Infra, voc. *minus* C abest. Tum *pater patruelis* habet χ 1. et *Torquatus* in ς omittitur.—2 *Omni illi et virtute* Ms. Erf. Ex auctoritate codd. Garaton. et C χ 3. Orellius edidit *illi omni et virtute.* Paulo post, pro *quidem* χ 3. præbet *quid.*—3 E Pantagathi conjectura Schutz. et Orell. dederunt *magnis*, probante Ursino: *magni* omnes alii. Pro *magni*, C, a manu recentiori, præbet *causæ:* χ 3. *magis.* Statim infra, ante *ut*, voc. *causæ* additur in ψ. In C χ 1. 3. est *necessitudines.*—4 In ψ *similes.* Mox pro *quibus*, C H ς χ 1. 3. scribunt *qui;* H *cui;* ψ *cui qui.* Tum *se*, post *esse*, deest in χ: et pro *probatum* in χ 3. legitur *speratum.*—5 In C *judicantur ii;* qui Ms. paulo infra scribit *qui tum.* Pro *sint*, legitur *sunt* in C χ 1. 3. Statim post, pro *ob* χ 3. habet *ad.*—6 Verba *huic assident* χ 3. absunt. Mox prono-

NOTÆ

[l] *Et propinquitatis*] Propinquitas de iis dicitur qui cognati sunt.

[m] *Affinitatis*] Affinitas dicitur de iis qui aliorum cognatam habent in matrimonio, et quorum propinquam alter uxorem duxit.

[n] *Miles hujus Q. Metelli*] Metellus hic Creticus fuit, qui a devicta Creta insula Creticus dictus est. Huic autem affuit judicio, vel ut judex, vel ut advocatus.

[o] *C. Sacerdos*] Sacerdoti huic successit prætor Verres in Sicilia.

[p] *L. Flaccus*] Cicerone consule, Romæ prætor fuit Flaccus, quem reum repetundarum defendit.

[q] *Assiduitate*] Assiduitas hic pro diligenti advocatione sumitur.

[r] *Tribunus militum*] Zonaras lib. II. scribit tribunos militum eos appella-

se civitatibus suis facturos putant, quam si[7] legationem et mandata sua confecerint. L. vero Apuleius[s] hunc tanti facit,[8] ut morem illum majorum, qui præscribit, in parentum loco quæstoribus suis prætores esse oportere, officiis benevolentiaque superarit.[9] [*p.* 265.] Tribunus plebis fuit, non fortasse tam vehemens,[t] quam isti, quos tu jure laudas;[10] sed certe talis, quales si omnes semper fuissent, nunquam desideratus vehemens esset tribunus. XII. 29. Omitto illa, quæ si minus in scena[11] sunt, at certe, cum sunt prolata, laudantur: ut vivat cum suis; primum cum parente, (nam meo judicio pietas fundamentum est omnium virtutum) quem[12] veretur ut Deum, (neque enim est multo secus parens liberis[u]) amat vero ut sodalem, ut fratrem, ut æqualem. Quid dicam cum patruo? cum affinibus? cum propinquis? cum hoc C. Saturnino,[13] ornatissimo viro?

men *se*, ante *civitatibus*, in χ 1. omittitur. *Huic . . . putant* in C desunt.—7 *Quasi* in C. Dein Ms. Teeg. Schutz. et Orell. habent *quam si legationem suam, et mandata conf.* Ms. Erf. *quam si legationem suam, si mandata conf.* Pro *confecerint*, in C *concesserint*.—8 In ς χ 1. 3. est *fecit*. Mox pro *officiis* χ 1. dedit *officio*.—9 In C *superaret*. Post voc. *vehemens* ς addidit *esset tribunus*.—10 *Jure* suspectum fuit Ern. Quidam legendum putant *quos tu dilaudas*: at Gulielmius *quos tu mire laudas*. Paulo infra, in χ 3. est *qualis si omnis*: verbum *semper* in eodem Ms. omittitur. Denique *esset vehemens tribunus* legitur in Græv. Voc. *esset* C abest: in χ 3. scribitur *esse*.

Cap. XII. 11 H S χ 1. Franc. 1. ed. Ven. et Junt. habent *si minus necessaria*. Mox *prolata sint* in H et Franc. 1.—12 In C legitur *fundamentum omniumque virtutumque, veretur, &c.* Pro *quem* χ 3. ψ præbent *quam*: pro *enim*, H dedit *vero*. Sequens verbum *est* omittitur in omnibus edd. vett. ante Grævium. Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *multo secus est*. Mox in ψ *amant vero*. Particula *ut*, ante *fratrem*, in χ 1. deest.—13 Omnes

NOTÆ

tos esse, qui imperium in mille viros habebant. Alii rufuli dicebantur, qui in exercitu creabantur; alii comitiati, qui Romæ comitiis designabantur.

[s] *L. Apuleius*] Apuleius prætor Macedoniæ fuit, cum quo Plancius quæstor profectus est.

[t] *Tribunus plebis fuit, non fortasse tam vehemens*] Plancius non tam vehemens fuit erga populum, quam gratiosus, quia eum sibi devincire conatus est. Dicebantur vero vehementes, qui magna ex parte populares et seditiosi erant, nec senatui parebant. Laudabantur vero qui senatui parebant, et qui fortiter seditiosis collegarum conatibus obsistebant.

[u] *Neque enim est multo secus parens liberis*] Scilicet, est quam Deus hominibus. Nam singulari honore et amore prosequi liberi parentes de-

cujus quantam honoris hujus cupiditatem fuisse creditis, cum videatis[14] luctus societatem?[x] Quid de me dicam, qui mihi, in hujus periculo, reus esse videor? quid de his tot viris talibus, quos videtis veste mutata? Atqui hæc sunt indicia solida,[n] judices, et expressa; hæc signa[15] probitatis, non fucata forensi specie,[16 y] sed domesticis inusta notis veritatis.[o] Facilis est illa occursatio et blanditia popularis:[p] aspicitur, non attrectatur;[z] procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur. 30. Omnibus igitur rebus ornatum hominem, tam externis,[a] quam domesticis,[17 b] nonnullis rebus inferiorem, quam te, generis et nominis, dico;[18] superiorem aliis, municipum, vicinorum, societatum[c] studio, temporum meorum memoria;[d] parem vir-

[n] *Vera et certa.* [o] *Indicantia veritatem affectu domestico.*
[p] *Facile est obvios salutare, et blandiri populariter.*

Mss. (ψ habet *Gaio*) et edd. legunt *Cn. Saturn.* præter Ern. et Schutz. qui dederunt *C. Saturn.* errore typographico, ut ait Orellius.—14 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *videtis:* omnes ceteri Mss. et edd. *videatis.* Mox præpositionem *in* ante *hujus,* et *his* ante *tot,* omisit χ: *de his tot viris ac talibus* edidit Lamb.—15 Schutz. e Ms. Ursini, legit *Atque hæc sunt indicia solida, judices, hæc expressa signa, &c.* Lamb. dedit *Atqui hæc sunt ind. sol. jud. et expressa virtutis ; hæc signa, &c.* In C S χ 1. est *judicia;* in χ 3. *solita.* —16 *Spe* in χ 3. Statim post, *injusta votis* in χ 3. Mox H *concursatio.* Deiu in C *attractatur.*—17 *Qua externis, qua domesticis* legitur in Ms. S, Teeg. marg. Crat. Herv. Lamb. Grut. et Orell. *quem extern. quem domest.* in C H T χ 3. Franc. 1. et edd. ante Lamb. *quam ext. quam domest.* χ 1. et edd. quædam.—18 *Generis, dico, et nominis* Orellius, ex auctoritate Ms. Teeg.

NOTÆ

bent, a quibus vitam accepere.

[x] *Luctus societatem*] Aderant in hoc judicio multi cum Plancio mutata veste, ut facilius moverent judices ad misericordiam: qui mos familiaris fuit apud Rom.

[y] *Fucata forensi specie*] Quidam aliquando in reorum judicio simulabant dolorem, quo nullo modo tangebantur; quia tantum veste mutata aderant, aut rogati, aut conducti.

[z] *Aspicitur, non attrectatur*] Aspicitur prima frons rerum; attrectantur autem interiora. Magis autem cognoscuntur quæ tanguntur et attrectantur, quam quæ tantum videntur.

[a] *Tam externis*] Externæ res dicuntur bona fortunæ, vel quæ non sunt domesticæ.

[b] *Domesticis*] Nomen in Laterensi nobilius erat; nam tum paternum, tum maternum nomen a consularibus trahebat.

[c] *Societatum*] Numerat res quibus superior Laterensi fuit Plancius; cujus pater publicanus fuit, quorum maximus fuit Romæ numerus.

[d] *Temporum meorum memoria*] Plan-

tute,[19] integritate, modestia; ædilem factum esse miraris? Hunc tu vitæ splendorem maculis adspergis istis? Jacis adulteria, quæ nemo, non modo nomine,[20] sed ne suspicione quidem possit agnoscere. Bimaritum[1] appellas, ut verba etiam fingas, non solum crimina. Ductum esse ab eo in provinciam[e] aliquem dicis, libidinis causa; quod non crimen est,[2] sed impunitum in maledicto mendacium: raptam esse mimulam;[f] quod dicitur Atinæ[3] factum a juvene, vetere quodam in scenicos jure maximeque oppidano. 31. O adolescentiam[4] traductam eleganter! cui quidem cum, quod licuerit, objiciatur, tamen id ipsum falsum reperiatur. Emissus aliquis[5][g] e carcere, et quidem emissus, ut cognostis,[6] necessarii hominis optimique adolescentis rogatu:

Statim post, χ 1. ψ *municipium:* χ 3. *municipiis.* Dein *societatem* in ψ. Voc. *meorum* ς χ 1. ψ abest.—19 *Patris virtute* legitur in C H S T ς χ 1. 3. aliis Mss. et edd. Infra, pro *miraris* C habet *mireris.*—20 *Non modo crimine* suspicabatur Lamb.—1 *Maritum* scribitur in C H S T ς χ 1. et edd. vett. Faërnus maluit legi *marimaritum:* Ant. Augustinus *maritam.* χ 3. habet *meritum.* Voc. *etiam,* ante *fingas,* omittitur in H ε ψ, Man. Grut. et Weiske. Mox pro *Ductum,* χ 1. habet *Dictum;* C *Ductam.* Paulo post, ς præbet *provincia:* in C χ 3. *in provinciam aliquam.* Pro *dicis,* χ 1. 3. ψ *dicas.* Negativa particula ante *crimen* deest in ψ.—2 *In reo* addunt Mss. Garaton. Lamb. et Weiske. Paulo infra, verba *in maledicto* uncis includit Orell. *in maledico* legitur in edd. vett. Lamb. et Oliv. *in maleficio* alii: *impunitum maledici mendacium* suspexit Orell. *etiam maledicto* in C. Actutum *Raptum* H. Pro *mimulam,* in C χ 3. *mimolam:* in H *in molam:* in χ 1. *numolam.*—3 *Attinæ* C: *Anne* χ 3. Tum ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *a juventute.* Pro *juvene* C *vivere:* et pro *quodam,* H *quondam,* ψ *quoddam.* Statim post, *jureque, maxime* in ψ: *oppidacio* legitur in χ 3.—4 *O adolescentulam* χ 1. *Quod,* ante *licuerit,* in H deest. Mox *ad ipsum* præbent C χ 3. Porro pro *reperiatur* H habet *objiciatur.*—5 *Aliqui* Orell. et Ms. Teeg. *a carc.* H: *est e carc.* ς. Præpositio *e* in χ 1. omittitur. Statim post, *equidem* scribitur in C ψ.—6 In ς χ, Erf. Teeg. Græv. Oliv. Schutz. et Orell. hic locus sic legitur: *et quidem emissus per im-*

NOTÆ

cius omnes, qui a Ciceronis parte stabant, amicos, et patronos habuit, et adjutores in ædilitate petenda, propter beneficium Ciceroni collatum in Macedonia, cum cedentem eum tempori recepit.

[e] *In provinciam*] In Macedoniam Plancius quæstor profectus est.

[f] *Mimulam*] Mimula illa adolescentula quædam fuit scenica, quæ in comœdiis agebat.

[g] *Emissus aliquis*] Forte cum Plancius tribunus plebis fuit, emisit aliquem e carcere; nam tribuni jus habebant prehendendi, et in carcerem mittendi, ut ex Varrone Gellius XIII. 12. scribit. Hanc porro objectionem non solvit, sed humanitatis causa excusat.

idem postea præmandatis[7] requisitus.[h] Atque hæc, nec ulla alia, sunt conjecta [maledicta] in ejus vitam,[8] de cujus vos pudore, religione, integritate dubitetis. XIII. Pater vero, inquit, etiam[9] obesse filio debet. O vocem duram atque indignam tua probitate, Laterensis! Pater ut in judicio capitis, pater ut in dimicatione fortunarum,[10] pater ut apud tales viros[q] obesse filio debeat? qui si esset turpissimus, si sordidissimus, tamen ipso[11] nomine patrio valeret apud clementes judices et misericordes: valeret, inquam, communi sensu[12] omnium, et dulcissima commendatione naturæ. 32. Sed cum sit Cn. Plancius is eques Romanus, ea primum vetustate equestris ordinis,[13] ut pater, ut avus, ut majores ejus omnes equites Romani fuerint, summum in præfectura[i] florentissima gradum tenuerint et dignitatis et gratiæ; deinde, ut ipse in legionibus P. Crassi,[14] imperatoris, inter ornatissimos homines, equites Romanos, summo splendore fuerit; ut postea princeps[15] inter suos; plurimarum rerum sanctissimus[k] et justissimus judex;

[q] *Judices.*

prudentiam, emissus, ut cognostis. C H ς χ 1. Franc. 1. et Dresd. *ut cognoscis:* T *ut cognoscitis.*—7 *Postea prætoris mandatu* Lamb. Oliv. et Schutz. e Turnebi conjectura: *postea prætoris mandatis* C H S T χ 1. ψ, Cod. Rawlinsonianus, Sec. XV. Beierus conjecit *postea a præmandatis:* Orellius suspicabatur *postea per præmandatos.* Actutum *ne ulla* scribitur in C: *nec multa* in χ 3.—8 Ernestio voc. *maledicta* suspectum de glossa fui' ; conjecitque locum ita legendum: *hæc sunt conjecta in vitam ejus.* Mox ante *dubitetis,* in Ms. H additur negativa particula *non.*

CAP. XIII. 9 In χ 3. *et:* in C *debebat.* Paulo post in χ 3. *tu probitatem.* In T legitur *Laterenensis.*—10 C habet *in judicio fortunarum suarum.* Verba *Pater . . . fortunarum* in T χ 3. omittuntur. Pro *fortunarum* in ψ *formarum.* Statim post, *ut* ante *apud* H abest. Deinde pro *debeat,* C habet *debebat,* χ 3. *debeant.* *Si,* ante *sordidissimus,* omittitur in quibusdam Mss. et edd. vett.—11 *In ipso* Lamb. 1566.—12 *Consensu* χ 1. Mox *commemoratione naturæ* S χ 1. *commendatione valeret* Ms. Dresd.—13 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *equestris nominis:* omnes alii Mss. et edd. *ordinis.* Mox *Rom. fuerunt* habent ς χ 3. *gradum tenuerunt* ς χ 3. ψ.—14 ψ *Classi.*—15 *Principes*

NOTÆ

[h] *Requisitus*] Ad carcerem et custodiam redire a prætore requisitus est.

[i] *Præfectura*] De hac voce dictum est § 19. not.

[k] *Sanctissimus*] Dicitur sanctus, qui a nullo violandus est propter innocentiam et integritatem.

maximarum societatum auctor,[l] plurimarum magister; si non modo in eo nihil unquam reprehensum, sed laudata sunt omnia; tamen is oberit honestissimo filio pater, qui vel minus honestum et alienum tueri vel auctoritate sua, vel gratia possit? 33. Asperius,[16] inquit,[m] locutus est aliquid aliquando. Immo fortasse liberius. At id ipsum, inquit, non est ferendum. Ergo hi ferendi sunt, qui queruntur,[17] libertatem equitis Romani se ferre non posse? Ubinam ille mos? ubi illa æquitas juris? [*p.* 266.] ubi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa civilibus,[18] [n] extollere jam caput, et aliquando recreata, se erigere debebat? Equitum ego Romanorum etiam [19] in homines nobilissimos maledicta, publicanorum in Q. Scævolam,[o] virum omnibus ingenio, justitia, integritate præstantem, aspere, et930 ferociter, et libere dicta commemorem? XIV. Consuli P. Nasicæ [20] [p] præco Granius, medio in foro, cum ille,

legitur in χ 1. Paulo infra *max. civitatum auctor* in χ 3.—16 *Aperius* in ς.—17 *Qui hoc queruntur* Ms. Teeg. *qui queruntur hoc* Eif. In χ 1. legitur *querunt.* Mox pro *Ubinam* T scribit *Ubi.*—18 *Civibus* in ς et Franc. 1. Paulo infra *erig. debeat* præbent C H, et Ms. Teeg. Actutum C *Equitum vero:* χ 1. 3. *Equitum ergo.*—19 Voc. *etiam* abest H ς, Ms. Teeg. Ven. Junt. et Crat. probante Garaton. Uncis inclusit Orellius. Mox *ego publicanorum* Ms. Ambr. Statim, pro *in,* C habet *M.* Denique *et libere* omisit cod. Ambr.

CAP. XIV. 20 χ 1. *Nascitæ.* Dein C H χ 1. 3. *præco grævius.* Actutum

NOTÆ

[l] *Maximarum societatum auctor*] Societates inter publicanos erant in vectigalibus exercendis; et longe maximis inter eos, et amplissimis rationibus constabant.

[m] *Asperius, inquit, &c.*] C. Cæsare et M. Bibulo coss. an. 694. cum agrum Campanum, invitis optimatibus, in plebem Cæsar divisisset, a senatu publicani petebant, ut propter varia onera parte aliqua vectigalium levarentur; sed cum eam ob rem senatus gravaretur, et propter contentiones partium, responsum dari non posset, indignati publicani, liberius conquesti sunt, et inter eos potissimum Plancius, quasi ceterorum princeps. Hinc invidiam Plancio conflare Laterensis studuerat.

[n] *Malis oppressa civilibus*] Cum Sulla et Marius tot bella in republica excitarunt.

[o] *In Q. Scævolam*] Scævola Asiam rexit, et ab injuriis publicanorum suam provinciam defendit.

[p] *P. Nasicæ*] Nasica ille Serapionis filius fuit, qui, ut in Bruto ait Cicero, in consulatu mortuus est.

edicto justitio,[q] domum descendens[1] rogasset Granium, quid tristis esset; an quod auctiones[2] [r] essent? Immo vero, inquit, quod legiones.[3] [s] Idem tribuno plebis, potentissimo homini, M. Druso, sed multa in rempublicam[4] molienti,[t] cum ille eum salutasset (ut fit) dixissetque, Quid agis, Grani? respondit, Immo vero, tu, Druse, quid agis? [r] Ille L. Crassi, ille M. Antonii[u] voluntatem[5] [s] asperioribus facetiis sæpe perstrinxit[t] impune. Nunc usque eo oppressa vestra[6] arrogantia[x] civitas est, ut, quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Romano in plorando, non sit concessa libertas. 34. Quæ enim unquam fuit Plancio vox[7]

[r] *Turbas.* [s] *Consilia.* [t] *Insectatus est.*

in medio foro scribitur in Ms. Teeg. Tum *indicto just.* in H.—1 *Decedens* legit Orellius, ex Ms. Ambr. *decendens* scribitur in Ms. Erf. *descendens* edd. omnes præter Schutz. qui, cum cod. Maffeiano, dedit *discedens:* H *discendens.* Mox in C *Graminium:* ψ *Gravium.*—2 *Rejectæ auctiones essent* Mss. Ambr. Teeg. Erf. Græv. Weiske, Schutz. et Orell. Faërnus pro *essent* reponebat *cessent:* hoc verbum in χ 3. deest. Pro *auctiones* ς habet *auctores.*—3 *Quod legationes* Ms. Ambr. Erf. Græv. Weiske, et Orell. *quot legiones* in ψ: *quod religiones* in ς χ 1. *quod leges* Freinsh. et Schutz. Vide Nott. Var. Mox pro *tribuno,* in C *tribunus.* Prænomen *M.* ante *Druso* in C deest.—4 Ed. Ven. Weiske et Orell. *in re publica.* Paulo infra, *ut fit, dixitque* habet C. Pro *Quid agis, Grani* χ 3. præbet *agis eram:* C H χ 1. *Quid agis, Gravi.* Actutum *Immo* omittitur in C.—5 Orell. conjecit *volubilitatem.* Statim pro *asperioribus* χ 3. habet *a superioribus.* Paulo post, *præstrinxit* legitur in χ 1. Verbum *eo* post *usque* in χ 3. omittitur.—6 *Nostra* est in χ 3. Mss. Ambr. et Teeg. Mox in ς *et, quæ fuit.* Pro *in ridendo,* C H T *irridendo:* pro *in plorando,* H T ψ *implorando.*—7 Ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Orell. dedit

NOTÆ

[q] *Justitio*] Justitium dicitur, quasi statio juris dicundi, quando fit vacatio judiciorum. Ejusmodi vacationes ob rem bene gestam consules decernebant.

[r] *Auctiones*] Auctiones publicæ sunt venditiones, quibus ille Granius delectabatur, quia pecuniam ex iis colligebat.

[s] *Quod legiones*] Indicto illo justitio, legiones colligebantur, quibus uti velle videbantur consules ad reipublicæ perniciem.

[t] *Multa in rempublicam molienti*] Drusus tribunus plebis voluit ut Itali civitate donarentur; unde postea Italicum bellum exortum est. De eo plura in orat. pro Milone dicentur.

[u] *Ille L. Crassi, Antonii*] Hi duo celeberrimi oratores paulo ante Ciceronis ætatem vixerunt, quos in libris de Oratore disputantes inducit.

[x] *Vestra arrogantia*] Loquitur de optimatibus, quorum tanta erat arrogantia, ut nefas esset equiti Romano contra eos loqui.

contumeliæ potius, quam doloris?[y] quid est autem unquam questus, nisi cum a sociis[z] et a se injuriam propulsaret? Cum senatus impediretur,[a] quo minus (id quod hostibus semper erat tributum) responsum equitibus Romanis redderetur; omnibus illa injuria dolori[8] publicanis fuit: sed eum ipsum dolorem hic tulit paulo apertius.[u] Communis ille sensus[b] in aliis fortasse latuit: hic, quod cum ceteris animo sentiebat, id magis, quam ceteri, et vultu promtum habuit,[x] et lingua. 35. Quanquam, judices, (agnosco enim ex[9] me) permulta in Plancium, quæ ab eo nunquam dicta sunt, conferuntur. Ego quia dico aliquid aliquando, non studio adductus, sed contentione dicendi, aut lacessitus; et quia (ut fit in multis) exit aliquando aliquid, si[10] non perfacetum, attamen fortasse non rusticum; quod quisque dixit, me id dixisse dicunt. Ego autem, si quid est, quod mihi scitum[y] esse videatur, et homine[11] ingenuo dignum

[u] *Minus dissimulavit.* [x] *Patefecit.* [y] *Elegans.*

Plancii vox fuit. Voc. *autem,* post *quid est,* C abest. Actutum, *nisi quod a soc.* habet χ 3.—8 *Dolori* deest in χ 3. Mox *paulo asperius* legitur in C. Statim post, *Communis ille sensus malus fortasse latuit* Franc. 1. *Cum minus ille sensus in aliis fortasse latuit* Ms. Dresd. *Cum nimius ille sensus in aliis fortasse latuit* Franc. 2. et ed. 1472. *Cum minus* scribitur in C H T ς χ 1. Pro *in aliis* C *male,* H ς *malus.* Præpositio *cum,* ante *ceteris,* in χ omittitur: *cum ceteris ante sent.* in H: *cum ceteris ante animo sent.* in ψ. Mox pro *vultu,* ς *multum:* χ 3. *multi.* Pro *lingua* C ψ *linguam.*—9 *Et* in χ 3. Tum, verbum *adductus* deest in eodem Ms. Post sequens voc. *sed,* inseritur *aut* ab Orellio, ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Pro *lacessitus,* H *lacessendi:* pro *exit,* C χ 3. *erit.* Hic locus in Ms. Ambr. et Orell. sic distinguitur: *et quia, ut fit, in multis exit, &c.*—10 *Sed si* in C. Mox *si quod est* habent C H T χ 1. 3.—11 *Hominem* in C. Pro *ingenuo,* in χ 1. ψ *ingenio.* Paulo post *stoma-*

NOTÆ

[y] *Contumeliæ potius quam doloris*] Ostendit quod si vox aliqua durius a Plancio prolata sit, dolori ejus, potius quam contumeliæ defendendæ desiderio, tribuenda est.

[z] *A sociis*] Plancius pater publicanorum magister fuit. Quid autem præcise petierint publicani, aut quam injuriam ab eorum societate propulsare voluerit Plancius, non aperte dicitur, nisi forte ut de pretio, quo vectigalia conduxerant, aliquid remitteretur; vel debitum condonaretur; vel ad aliquod tempus differretur.

[a] *Impediretur*] Interpellatione videlicet quorundam hominum.

[b] *Communis ille sensus*] Ait considerationem illius indignitatis in omnium animis, sed potissimum in Plancio, communem fuisse.

atque docto, non aspernor; stomachor vero, cum aliorum non[12] me digna in me conferuntur. Nam quod primus scivit[z] legem de publicanis, tum, cum vir amplissimus consul[c] id illi ordini per populum[a] dedit, quod per senatum, si licuisset,[d] dedisset; si in eo crimen est, quia[13] suffragium tulit;[b] quis non tulit publicanus? si, quia primus[14] scivit; utrum id sortis esse[e] vis, an ejus,[f] qui illam legem ferebat? si sortis;[15] nullum crimen est in casu:[g] si consulis; splendor[h] etiam Plancii, hunc a summo viro principem ordinis esse judicatum.

XV. 36. Sed aliquando veniamus ad causam:[i] in qua tu nomine[16] legis Liciniæ,[k] quæ est de sodalitiis, omnes am-

[z] *Probavit.* [a] *Probante populo.* [b] *Dixit sententiam.*

chorum habet χ 3. et idem Ms. præbet *cum alios.*—12 *Non modo* C: *nec non* χ 3. Præpositio *in*, ante *me*, deest in C. Mox pro *tum*, H χ 1. scribunt *tamen.*—13 H *quod:* ς *qui.* Verba *quis non tulit* omittitur in χ 3. qui Ms. scribit *publicanis.* Pro *si* ψ præbet *sed.*—14 *Primum* C ψ, et edd. pleræque ante Lamb. cum Weiske. Paulo post *sortis esset* habet C. Deinde *eam legem* C χ 1.—15 *Si fortis* in χ 1. Denique *esse ordinis indic.* legitur in Ms. Erf. Teeg. Græv. et Orell. omiserunt *esse* edd. ante Græv.

CAP. XV. 16 C *nomen*, suprascr. *nomine* a manu rec. χ 1. *omne.* Pro *sodalitiis* in ς *solidariis:* et pro *omnes* in C *omnis.* Edd. vett. nonnullæ ante Lamb. legunt *omnes ambitus legis.* Verba *legis . . . leges* desunt in T.—

NOTÆ

[c] *Vir amplissimus consul*] Cæsarem consulem intelligit, qui tulit legem, ut publicani tertia pecuniæ debitæ parte levarentur.

[d] *Quod per senatum si licuisset*] Consules tantum leges ex senatus auctoritate ferre poterant.

[e] *Id sortis esse*] Suffragia sorte mittebantur: si autem id suffragio Plancius consecutus est, vacat crimine; quia id fortuito accidit.

[f] *An ejus*] Si Cæsaris consulis voluntate factum est, Plancio gloriosum est, quia ab eo Plancius ordinis princeps judicatus est.

[g] *In casu*] Casus et sors impune peccant.

[h] *Splendor*] Subauditur *est.* Nota dilemma ex pari a casu et causa.

[i] *Ad causam*] Venit ad causam, in qua nempe de ambitus crimine agitur.

[k] *Legis Liciniæ*] Lex illa Licinia, nempe a M. Licinio Crasso lata, jubet, ut in sodalitiis judices ab accusatore ex tribubus edantur. Laterensis Plancium accusaverat de sodalitiis lege illa Licinia, quæ non ad universum ambitum, sed proprie ad sodalitia pertinebat: nihil autem Laterensis, vocando Plancium in judicium, spectavit, quam ut ederet reo judices quos volebat, et ex quibus tribubus volebat. Hoc porro genus judicii acerbum erat, quia accusator vel suos necessarios, vel inimicos reo,

bitus leges[l] complexus es. Neque enim quicquam aliud in hac lege, nisi editicios[17] judices,[m] es secutus: quod genus judiciorum si est æquum nulla in re,[18] nisi hac tribuaria;[n] non intelligo, quamobrem senatus hoc uno[o] in genere tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in ceteras causas; de ipso denique ambitu, rejectionem fieri[19] voluerit judicum alternorum:[p] cumque nullum genus acerbitatis[c] prætermitteret, hoc tamen unum prætereundum putarit. 37. Quid? hujus rei obscura[d] causa est?[20] an et agitata, cum ista in senatu res agebatur,[q] et disputata hesterno die copiosius[1] a Q. Hor-

[c] *Severitatis.* [d] *Ignorata.*

17 *Editios* χ 1. *ediatios* χ 3. Tum *secutus es* Ms. Ambr. Lamb. et Orellius. Pro *judiciorum* Lamb. dedit *judicum.*—18 *Ulla in re* legitur in T ς χ 1. 3. Erf. Teeg. Franc. 1. 2. Dresd. ed. 1472. Venn. Mediol. Manut. Crat. Herv. Græv. Weiske, Schutz. et Orell. *si non est æquum ulla in re* Lamb. 1566. *si nulla in re est æquum* Lamb. 1584. in marg. Tum ex auctoritate Ms. Ambr. inseruit præpositionem *in* ante *hac* Orellius: *tributaria* agnoscunt C S T χ 1. 3. ψ, Venn. 1480. 1483. et Crat. *tribunaria* Barb. et Junt. *tributarii* ς.—19 *De rejectione* Ven. Grut. In ed. Lamb. hic totus locus ita legitur: *in ipso denique judicio de ambitu rejectionem fieri, &c.* Mox *judicum altern.* Pantagathus, probante Ursino. Deinde χ 3. habet *prætermittere;* et ψ *putavit.*—20 Ex auctoritate Mss. Erf. et Teeg. Orellius dedit *Quid? hujusce rei tandem obscura causa est?* Schutz. *Quid? hujus rei tandem obscura causa est?* Tum sequitur *an etiam* in C. Statim post, pro *ista,* in eodem Ms. *ita.*—1 Ex Mss. Erf. et

NOTÆ

qui accusabatur, judices edere, id est, seligere poterat.

[l] *Omnes ambitus leges*] Conqueritur Cicero, quod Laterensis assumat legem Liciniam, quæ de sodalitiis est, ut ambitus Plancium accuset; nec assumat legem, quæ sit propria ambitus crimini.

[m] *Editicios judices*] Cum assumsit legem Liciniam, hoc unum respiciebat; scilicet, ut haberet editicios judices, quos in causa de sodalitiis accusator ex omni populo poterat eligere. Id autem fecit Laterensis, ut sibi commodos habere posset.

[n] *Tribuaria* [*tributaria*] Legunt alii *tribuaria.* Reprehendit Laterensem, quod cum unice de ambitu, non de sodalitiis agat; tamen edat judices: quod tantum fas erat in actione tribuaria, sive tributaria.

[o] *Hoc uno*] In hoc tantum sodalitii, non vero in ambitus crimine fas fuit edere judices; licet ambitus magnam habeat cum sodalitiis affinitatem.

[p] *Judicum alternorum*] In omnibus causis, exceptis quæ de sodalitiis erant, fas fuit primum rejicere reo et accusatori incommodos judices, qui sortitione evenerant, et alios subsortiri, qui in eorum locum substituerentur. Laterensis, ut hanc rejectionem evitaret, lege Licinia Plancium accusavit.

[q] *In senatu res agebatur*] Hoc eo-

tensio?[r] cui tum est senatus assensus. Hoc igitur sensimus:[s] cujuscumque tribus largitor esset, per hanc consensionem, quæ honeste magis quam vere sodalitas nominaretur,[2] quam quisque tribum[3] turpi largitione corrumperet, eum maxime iis hominibus, qui ejus tribus essent, esse notum. [*p.* 267.] Ita putavit senatus, cum reo[4] tribus ederentur eæ, quas is[5] largitione devinctas haberet,[e] eosdem fore testes et judices. Acerbum omnino genus judicii: sed tamen, si vel sua, vel ea, quæ maxime esset cuique[6] conjuncta, tribus ederetur, vix recusandum.[t] XVI. 38. Tu autem, Laterensis, quas tribus edidisti? Terentinam,[u] credo. Fuit[7] id æquum, et certe expectatum est, et fuit dignum

[e] *Corrupisset largitione.*

Teeg. Orellius habet *copiosissime.* Hoc verbum deest in H. Pro *tum* χ 1. et Dresd. *tamen:* χ 1. paulo post dedit *Hoc agitur.*—2 Ex Ms. Teeg. Orellius sic dedit: *quæ magis honeste quam vere sodal. nomin.* In Ms. Erf. Græv. et Oliv. hic locus ita legitur: *cujusc. trib. larg. esset, et per hanc consensionem, quæ honeste magis* (Erf. *magis honeste*) *quam vere sodal. nomin.* In Junt. et Lamb. *cujuscunque trib. larg. esset, et per consensionem magistratuum, quæ honeste sodal. nomin.* Verba *magis quam vere* in Weiske omittuntur. Vide Nott. Varr. *Cujusque trib.* legitur in χ 1. Verbum *hanc* ante *cons.* in H. deest. Pro *consensionem* C habet *confessionem:* H χ 1. *consensionemque.* Tum pro *quæ honeste,* C *honestaque:* H ς ψ *honesteque:* χ 3. omisit *quæ.* Denique in χ 1. *nominatur.*—3 *Tribuni* in C. Mox pro *eum max.* C χ 3. ψ, Franc. 1. *cum max.*—4 In ς *eo.* Tum in ψ *ederent.* In C χ 3. *ederentur hæc.*—5 C *ii:* ψ *his:* Junt. *ipse.* Pro *devinctas* C habet *devictas:* et pro *eosdem,* ς χ 3. *eodem.*—6 *Essent cuique* ψ: *esset quicunque* χ 3. Voc. *cuique* deest in ς.

CAP. XVI. 7 In T est *Terentianam? crede fuit:* in χ *Terenciana, credo id certe fuit:* in C H S T ς χ 1. Franc. 1. Dresd. edd. ante Lamb. Græv. Weiske, et Orell. *Terentinam, credo. Fuit certe id.* Particulam *et* post

NOTÆ

dem anno ista res jam acta fuerat in senatu per Domitium, qui consul erat, et legum ambitus auctor erat. Sæpe autem prius in curia, quam in foro, de criminibus agebatur.

[r] *A Q. Hortensio*] Hortensius ante Ciceronem hanc causam jam egerat.

[s] *Hoc igitur sensimus*] Senatus judicium refert: tale autem illud fuit, ut, qui corrumpit tribus per aliquam largitionem, omnibus qui in tribu sunt, notus sit; et qui corrupti sunt, testes sint et judices.

[t] *Vix recusandum*] Etsi judicium illud acerbum sit, eosdem habere testes et judices, neque eorum quenquam posse rejicere; tamen non est omnino recusandum, si ex sua tribu reo judices producantur, aut ex ea tribu quæ cum sua conjuncta sit; quia quisque facile suis tribulibus favet.

[u] *Terentinam*] Profert Laterensis iniquitatem, qui, cum Terentinam, Plancii tribum, producere deberet, non eam tamen edidit.

constantia tua. Cujus tu tribus venditorem,[8] et corruptorem, et sequestrem [x] Plancium fuisse clamitas; eam tribum profecto, severissimorum præsertim hominum et gravissimorum, edere debuisti.[9] [y] At Voltiniam: libet enim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari. Hanc igitur ipsam cur non edidisti? [10] Quid Plancio cum Lemonia? [z] quid cum Veientina? [11] quid cum Crustumina? nam Metiam, non quæ judicaret,[12] sed quæ rejiceretur,[a] esse voluisti. 39. Dubitatis igitur, judices, quin vos M. Laterensis suo judicio, non ad [13] sentientiam legis, sed ad suam spem [b] aliquam de civitate[f] delegerit? dubitatis, quin eas tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius, cum ille non ediderit, judicarit officiis ab [14] hoc observatas,[c] non lar-

[f] *Populo.*

æquum deleri censebat Ern. '*Certo* mihi hoc loco videbatur scribendum in ed. Lips. nunc id non facile prætulerim, nisi ante v. *scio*. Ceterum etiamnunc in hoc repetito *certe* offendo. Altior corruptela in his videtur latere: *et a cunctis expectatum est* nescio cujus suspicio.' *Orell.* Suffridus annotat in Erf. semper extare *Teretinam*.—8 *Emtorem* susp. Lamb. Mox pro *tribum* C habet *tribuni*. Verbum *hominum*, post *præsertim*, in Mss. nonnullis deest.—9 *Voluisti* in C. Mox in χ 1. *Volitiniam*. Tum *lubet etenim* Ms. Teeg. probante Garaton.—10 C ς χ 1. *edisti*. In χ 3. *Quid Planc. est elemonia.*—11 C H χ 3. *cum Vientina:* S T χ 1. et Pall. *cum mentina:* ex auctoritate Mss. Erf. et Teeg. Orell. dedit *cum Ufentina*. Pro *Crustumina*, C H *Clustamina:* T *Claustamina:* χ 3. *illustamia*. Mox pro *Metiam* C et edd. vett. nonnullæ *tertiam eam*, suprascr. in C a manu recenti *Terentinam:* H *tres etiam:* S ς *M. etiam:* T *m eciam:* χ 1. 3. *vi eciam:* Ms. Erf. Lambinus et Orellius *Mæciam*, ut habent Inscriptt.—12 ς *vendicaret:* ψ *judicaretur*. Tum H S χ 1. *rejicerentur*. Pro *igitur* ed. Junt. dedit *ergo:* pro *judices* C *inde:* pro *vos* C χ 3. *nos*.—13 Præpositionem *ad* omisit C.—14 χ 3. *ad*. Omnes Mss.

NOTÆ

[x] *Sequestrem*] Sequester is erat, apud quem pecunia deponebatur in petitione magistratuum, quæ tum distribuebatur cum candidatus magistratum obtinuerat.

[y] *Edere debuisti*] Producere Plancio hanc tribum debuit Laterensis, quia in ea sunt multi viri sancti et severi, qui corrumpi pecunia non possunt: at id non fecit Laterensis, quia non sperabat a se tribum illam, nec Voltiniam corrumpi posse.

[z] *Cum Lemonia*] Laterensis Lemoniam edidit, quacum nihil conjunctum habebat Plancius.

[a] *Sed quæ rejiceretur*] Cum accusator tres tribus produxerat, tertiam reus poterat rejicere.

[b] *Ad suam spem*] Ostendit hinc manifesto sequi Laterensem illas tribus edidisse non ex sententia legis Liciniæ, sed ex desiderio quod conceperat, fore ut Plancius ab illis damnaretur.

[c] *Ab hoc observatas*] Patet autem quod Plancius, qui eas tribus non

gitione corruptas? Quid enim potest dicere, cur ista editio non summam habeat acerbitatem, remota ratione illa, quam in decernendo secuti[15] sumus? 40. Tu deligas[d] ex omni populo aut amicos tuos, aut inimicos meos, aut denique eos, quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles existimes? Tu, me ignaro, nec opinante, inscio,[16] notes[g] et tuos, et tuorum necessarios, vel iniquos meos,[17 h] vel etiam defensorum meorum? eodemque adjungas, quos natura putes asperos, atque omnibus iniquos? deinde[18] effundas[i] repente,[e] ut ante consessum eorum judicum videam, quam potuerim, qui essent futuri, suspicari? apud eosque me,[19] ne quinque quidem rejectis,[f] quod in proximo reo[g] de consilii[k] sententia constitutum est, cogas causam de fortunis omnibus dicere? 41. Non enim, si aut[20] Plancius ita

[g] *Eligas.* [h] *Contrarios mihi.* [i] *Producas.* [k] *Judicum.*

et edd. præter Erf. Teeg. Græv. Ern. Weiske, Schutz. et Orell. omittunt verbum *corruptas* post *largitione*. Tum S ς χ *Quidni enim*: χ 3. *Quin enim*: H *Quid metiam*: ψ *Quid etiam*. Mox *cum ista* in H ψ. Pro *habeat* C H T ς χ 1. 3. ψ *habet*.—15 *Sicuti* χ 3. Porro C S T χ 1. præbent *deligis*: ς *delegis*: χ 3. *diligis*. Mox *quos crudeles existimas* in χ 1.—16 *In sicco* H S T ς χ 1. Erf. Franc. 1. 2. Dresd. ed. 1472. Ven. Junt. Pall. præferunt partim *in sicco*, partim *insicio*. Pantagathus conjecit *in secreto* probante Græv. S. Victor. habuit *insuto*, alias *insicto*. Schutz. conjecit *in sinu*. Wopkens. susp. *invito*. Statim infra, χ 3. *notos*. Post *tuorum*, verbum *amicorum* inseritur in Ms. Erf. et Teeg.—17 *Iniquos vel meos* ς χ 1. 3. Ms. Erf. et Orell. *vel iniquos, vel meos* legitur in cod. Garaton. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Crat. Herv. Cam. *vel inimicos meos* C H S T, Franc. 1. Dresd. Junt. et Græv. *inimicos vel meos* conjecit Garaton. Mox pro *eodemque* in C H, et Franc. 1. *eosdemque*.—18 χ 3. *denique*. Mox pro *consessum* ψ habet *consensum*. Ex auctoritate Ms. Teeg. Orell. dedit *cons. meorum judicum*: C χ 1. ψ *cons. eorum judicium*.—19 Pronomen *me* in H omittitur. Statim post, pro *quinque* ψ *quique*.—20 *Autem* in

NOTÆ

edidit, eas sibi non pecunia, sed quadam observantia et officiis devinxerit.

[d] *Tu deligas*] Amplificat, ostenditque quam sit indignum Laterensem non sequi senatus judicium; sed eos seligere judices qui sibi amici sunt, et inimici Plancio; quos rejicere ipsi non fas est.

[e] *Effundas repente*] Significat eos judices tanquam ex insidiis immitti a Laterensi contra Plancium.

[f] *Ne quinque quidem rejectis*] Fas erat ex senatus sententia in ambitus crimine aliquos rejicere judices; quod tamen Plancio permissum non est.

[g] *In proximo reo*] Quis fuerit ille reus ignotum est; at ex sequentibus patet, sex et septuaginta judices rejecisse.

vixit, ut offenderet sciens neminem, aut tu ita errasti, ut eos ederes imprudens, ut nos, invito te, tamen ad judices, non ad carnifices veniremus,[l] idcirco ista editio[1] per se non acerba est.[h] XVII. An vero nuper[i] clarissimi cives nomen editi[2] judicis non tulerunt, cum ex CXXV judicibus, principibus equestris ordinis, quinque et LXX reus[3] rejiceret, L referret; omniaque[4] potius permiscuerunt, quam ei legi conditionique parerent; nos neque[5] ex delectis judicibus, sed ex omni populo, neque editos ad rejiciendum, sed ab accusatore constitutos judices ita feremus, ut neminem rejiciamus? 42. Neque ego[6] nunc legis iniquitatem queror, sed factum tuum a sententia legis doceo discrepare: et illud acerbum judicium, si quemadmodum senatus censuit, populusque jussit, ita fecisses, ut in hunc[7] et suam,[k] et ab hoc observatas tribus ederes;[8] non modo non quererer,

[l] *Et certe licet Plancius ita vixerit, ut sciens offenderit neminem; et ita erraveris, ut imprudens nominaveris, de quibus possumus dicere nos venire ad judices, non ad carnifices.*

C. Actutum *ita vixerit* in H ψ. Mox pro *tu ita,* C præbet *ita ut tu.*—1 *Ista conditio* in C: *illa editio* in ed. Junt.

CAP. XVII. 2 *Editicii* habet Orellius, ex Ms. Erf. et Teeg. *edicti* est in S χ 1. Verbum sequens in χ 3. legitur *judices.*—3 *Rem* in ϛ. Mox pro *referret,* J. F. Gronovius conjecit *ferret:* H ψ præbent *refert.*—4 *Omnia quæ* ψ. Tum *potius permiserunt* ϛ. Mox pro *neque ex,* χ 1. habet *denique:* in C est *neque ex dilectis.*—5 Voc. *neque* H delevit. Statim infra, C H ϛ χ 3. Franc. 1. 2. et Dresd. habent *reficiendum.*—6 In C *Neque enim.*—7 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius edidit *ut huic:* omnes Mss. et edd. *ut in hunc,* præter C H T ϛ χ 1. 3. ubi præpositio *in* omittitur. Tum pro *suam* C habet *suos.*—8 Voc. *tribus* abest ab Mss. plerisque et edd. ante Grut. Edd. vett. *ederent.*

NOTÆ

[h] *Ista editio per se non acerba est*] Conciliat sibi judices: ait enim electionem illam non esse acerbam, quia viri sapientes et boni electi sunt judices; at esse acerbam, quia infensos Plancio edidisse Laterensis existimavit.

[i] *An vero nuper*] Probat exemplo a minori, inhumanam esse hanc editionem judicum; quia nuper qui in ultimo nempe judicio reus factus est, potuit tam multos rejicere, comprobantibus tot viris clarissimis; Plancius vero ex electis ex omni populo nullum poterit rejicere.

[k] *Ut in hunc et suam*] Si Laterensis produxisset tribum, e qua erat Plancius, et eas quas officiis suis, non largitione, observavit, non conquereretur Cicero de illius acerbitate judicii; sed potius reputaret Plancium ab ipsis judicibus absolutum, quos et testes Laterensis produxerat.

sed hunc, judicibus editis, qui testes iidem[9] esse possent, absolutum putarem: neque nunc multo secus existimo.[l] Cum enim has tribus edidisti, ignotis te judicibus uti malle, quam notis, indicavisti:[10] fugisti sententiam legis:[m] æquitatem omnem rejecisti: in tenebris, quam in luce,[11] causam versari maluisti. 43. Voltinia[12] tribus ab hoc corrupta:[n] Terentinam habuerat venalem. Quid[13] diceret apud Voltinienses, aut tribules suos judices? immo vero tu quid diceres? quem judicem ex illis aut tacitum[14] testem[o] haberes, aut vero etiam excitares? Etenim, si reus tribum[15] ederet, Voltiniam fortasse Plancius, propter vicinitatem ac necessitudinem suam, non edidisset: et, si quæsitor[16] edendus fuisset,[p] quem tandem potius, quam hunc C. Alfium,[17]

Pro *observatas*, C χ S T ς χ 1. 3. *servatas:* ψ *servatos.* Pro *tribus ederes*, C *ederunt:* H S T ς χ 1. ψ *ederent:* χ 3. *cderet.* Mox ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius addidit *iis*, ante *jud. cditis.*—9 C *iisdem:* χ 3. *idem.*—10 *Judicavisti* est in C S χ 1. 3. Ms. Teeg. et ed. Junt.—11 In ς est *lucem.* Statim post, voc. *causam* deest in χ. Verba *fugisti . . . maluisti* in χ 3. omittuntur.—12 *Volitinia* in H ς ψ: *Volitania* in χ 1. Actutum *ad hoc* in eodem Ms.—13 In ψ *Qui.* Tum ς habet *Volitinienses.* Ante *tribules*, Orellius addidit præpositionem *apud*, ex Ms. Teeg. Mox post *tu,* verbum *versari* inseritur in χ 3. *Quid . . . diceres* delevit C.—14 In χ 3. est *tantum.*—15 Ms. Teeg. aliique nonnulli, Junt. Lamb. Weiske et Orellius habent *tribus.* Mox ς præbet *Volitiniam.* Paulo post, in χ 3. est *per necessitudinem:* in ς *propter necessitatem ac vissitudinem.* Pro *non edidisset*, in C est *vero edisset:* in ς χ 1. 3. *vero edidisset.* Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius sic dedit: *propter necessitudinem et vicinitatem, suam vero certe edidisset.*—16 In C H ς χ 1. Franc. 1. 2. et ed. 1472. est *quæstor*, suprascr. in C a recenti manu 'vel *quæsitor.*' Post hoc verbum Orellio inseritur *huic*, ex auctoritate Ms. Teeg.—17 Victorius et Franc. 1. habent *C. Alphium:* Schutz. e conjectura Ant. Augustini *C. Flavium:* in C

NOTÆ

[l] *Neque nunc multo secus existimo*] Id est, non propterea Plancium minus absolutum existimo; idque a signis probat, quia judices maluit habere, quibus incognitus, quam cognitus Plancius esset, &c.

[m] *Fugisti sententiam legis*] In eo non est Laterensis legis sententiam secutus, quod in Plancium reum, suam tribum, et aliam ab eo observatam, non produxerit.

[n] *Voltinia tribus ab hoc corrupta*] Profert Laterensis excusationem; simulque ostendit a Plancio corruptam illam tribum non esse, neque Terentinam habuisse venalem.

[o] *Tacitum testem*] Nullum tacitum testem haberet Laterensis, si tribus illas edidisset; quia nullus esset qui de Plancii innocentia non diceret testimonium.

[p] *Si quæsitor edendus fuisset*] Quæsitor dicitur, qui quæstioni et judicio præest. Præfuisset autem illi quæstioni Alfius, quem summopere, propter æquitatem, Plancius exoptabat.

quem habet, cui notissimus esse debet, vicinum,[18] tribulem, gravissimum hominem justissimumque, edidisset? [p. 268.] cujus quidem æquitas, et meæ similis voluntas[19] erga Cn. Plancii salutem, quam ille sine ulla cupiditatis suspicione præ[20] se fert, facile declarat, non fuisse fugiendum tribulem huic judicem, cui quæsitorem tribulem exoptandum fuisse videatis.

XVIII. 44. Neque ego nunc consilium reprehendo tuum, quod non[1] eas tribus, quibus hic maxime notus erat, edideris: sed a te doceo consilium non servatum senatus.[q] Etenim quis te tum[2] audiret illorum? aut quid diceres? sequestremne[r] Plancium? respuerent aures; nemo agnosceret; repudiaretur.[3] An gratiosum? illi libenter audirent: nos non timide confiteremur. Noli enim putare, Laterensis,[4] legibus istis, quas senatus de ambitu sancire voluerit, id esse actum, ut suffragatio,[s] ut observantia, ut gratia tolleretur. Semper fuerunt boni viri, qui apud tribules suos gratiosi esse vellent.[5] 45. Neque vero tam durus in plebem

Alsenum: in H *Alsium:* in ϛ *Alfrum:* in χ 1. *Alfrus.*—18 *Quem vicinum* Schutz. qui susp. hunc locum ita legendum: *cui notissimus esse debet, quem habet vicinum, &c.* Ern. maluit legi *debeat.* Post voc. *hominem* χ addidit *esse tribuisti.* Paulo post, in χ 3. est *edidisti.*—19 Orellius, ex Ms. Erf. et Teeg. dedit *et ea voluntas:* C T ϛ χ 1. 3. Ven. *et mea voluntas:* Junt. *et mera voluntas:* Crat. *et mea simul voluntas:* H *et sua voluntas.* Mox pro *Plancii* in ϛ χ 3. est *Plancium.* —20 *Per* in ϛ. Porro *fugiendos tribules huic judices* sex Oxon. Mss. Erf. Teeg. ed. Garaton. Oliv. et Orell. probante Grævio. Mox Franc. 1. 2. et ed. 1472. *cui quæstorem.* Denique *explorandum* legitur in χ 3.

Cap. xviii. 1 ϛ χ 1. ψ, et Teeg. omiserunt negativam particulam *non.* Mox Orell. e Ms. Teeg. edidit *quibus erat hic maxime notus.* Pro *hic,* in χ 1. est *nunc:* et *max. motus* in χ 3. Tum ante *edideris* ψ addidit *non.*—2 In C ϛ *cum:* in χ 3. *non.*—3 Ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Orellius edidit *repudiarent.* Statim post, pro *an* C habet *aut.* Paulo post, *nos* in χ 3. deest.—4 In T *Laterenensis.* Mox in χ 3. *de amb. sentire.* Deinde C habet *ut suffragio.*—5 In χ 1. *gratiosissimi esse debent.* Statim post, *vero* omisit Ms. Teeg. et pro *durus* in ψ scribitur

NOTÆ

[q] *Consilium non servatum senatus*] Mens senatus fuit, ut in crimine sodalitii ex tribu rei testes et judices producerentur; id autem in Plancii causa non factum est.

[r] *Sequestrem*] Sequester, seu divisor dicebatur, apud quem pecuniæ deponebantur.

[s] *Suffragatio*] Senatus suffragationem tribulium erga competitores permittit.

noster ordo[t] fuit, ut eam coli nostra modica[6] liberalitate noluerit: neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne observent tribules suos, ne diligant, ne conficere[7] necessariis suis[m] suam tribum possint, ne par ab iis munus in sua petitione respectent:[n] hæc enim[8] plena sunt officii,[o] plena observantiæ, plena etiam antiquitatis.[u] Isto[9] in genere et fuimus ipsi, cum ambitionis[x] nostræ[10] tempora postulabant; et clarissimos viros esse vidimus, et hodie esse videmus quamplurimos gratiosos. Decuriatio tribulium,[11] [y] descriptio populi, suffragia largitione devincta, severitatem senatus, et bonorum omnium vim ac dolorem excitarunt. Hæc doce, hæc profer,[12] huc incumbe, Laterensis, decuriasse[z] Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse,[a] pronuntiasse,[13] divisisse: tum mirabor, te iis armis uti, quæ tibi lex dabat, noluisse: tribulibus enim[14] judicibus,[b]

[m] *Reddere amicis suis.* [n] *Expectent.* [o] *Beneficii.*

dirus.—6 In H ς χ 1. *a modo.* Actutum *libertate* in T ς χ 3. et Ms. Dresd. Pro *noluerit* C χ 3. habent *voluerit.* Mox voc. *hoc* in C omittitur. In ψ legitur *interd. esse.*—7 Edd. vett. et Lamb. *reficere.* Mox *in his* habet Lamb. Pro *munus* in C *minus:* in χ 3. *mirans.* Paulo post in T *respicerent.*—8 *Cum* in χ 1. Mox pro *officii* χ habet *officiis.*—9 In H *Hoc.* Tum *et* ante *fuimus* delevit H.—10 *Nostra* legitur in C H χ 1. 3. ψ, et edd. ante Grut. Mox pro *videmus,* C H ς χ 1. habent *volumus:* χ 3. *nolumus.*—11 *Tribuum* habet H.—12 *Hoc doce, hoc profer* habet C. *hunc incumbe* in χ 1. 3. *Laterenensis* in T.—13 In ψ *provincias se.* Statim post, in C *dividisse:* in ψ *dimisisse.* Mox pro *te,* ante *iis,* H habet *et.* Deinde pronomen *tibi,* ante *lex,* χ 3. abest. Pro *noluisse* χ 1. præbet *divisisse.*—14 *Cum* in χ 3. Porro pro *vultus* ψ habet *vultu.*

NOTÆ

[t] *Noster ordo*] Senatores non tam duri fuere, ut legibus gratiam et humanitatem tolli voluerint.

[u] *Antiquitatis*] Ita egerunt majores, ut exemplum humanitatis in isto genere suffragationis, gratiæ et observantiæ dederint.

[x] *Ambitionis*] Horum officiorum ipse Cicero se dedisse exemplum profitetur, cum consulatum postulavit.

[y] *Decuriatio tribulium*] Objecit Laterensis Plancium coivisse cum tribubus, et corrupisse populum: decuriare vero et convocare populum, et conventus seu convivia facere, idem significant. Id porro fiebat a candidatis.

[z] *Decuriasse*] Jam refutat Cicero, per tribus populum distinxisse, pecuniam promisisse, eamque consignasse, ut suffragia populi corrumperet.

[a] *Sequestrem fuisse*] Sequestrem fuisse negat, id est exercitatum fuisse in tribubus corrumpendis.

[b] *Tribulibus enim judicibus*] Ratio-

non modo severitatem illorum, si ista vera sunt, sed ne vultus quidem ferre possemus. 46. Hanc tu rationem[15] cum fugeris,[c] cumque eos judices habere nolueris, quorum in hujus delicto cum scientia[16] certissima, tum dolor gravissimus esse debuerit; quid apud hos dices,[17] qui abs te taciti requirunt, cur hoc sibi oneris imposueris, cur se potissimum delegeris, cur denique se divinare[18] malueris, quam eos, qui scirent, judicare? XIX. Ego Plancium, Laterensis,[19] et ipsum gratiosum esse dico, et habuisse in petitione multos cupidos[d] sui, gratiosos; quos tu si sodales vocas,[e] officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso;[20] sin, quia gratiosi sunt, accusandos putas;[f] noli mirari, te id, quod tua dignitas postularit, repudiandis gratiosorum amicitiis non esse assecutum. 47. Jam, ut ego doceo[g] gratiosum esse tribulibus[1] Plancium, quod multis benigne fecerit, pro multis spoponderit, in operas plurimos[2]

—15 *Curationem* C. Paulo infra, C H S T χ 1. 3. et Lamb. *hos judices:* ς *hoc judicium.* Tum pro *nolueris* C ς χ 1. 3. *volueris.* Mox *ejus delicto* legitur in Junt.—16 *Tum scientia* scribitur in Junt. et Schutz. *tum sententia* in C ψ: *conscientia* in H ς: *tu sententia* in χ 3. Actutum H ς χ 1. præbent *tamen dolor.*—17 χ 1. *duces.* Tum ψ *tacite req.* Pro *cur hoc* χ 3. dedit *cur hec.*—18 Pronomen *se* in T deest; et in H punctis subnotatur: in χ 3. *se divina re.*

CAP. XIX. 19 In T *Laterenensis.* Mox in Franc. scribitur *sui cupidos gratiosos.*—20 *Vitioso* in χ 3. Tum *gratiosi sint* habet Ms. Teeg. Pro *mirari,* statim post, in H ς χ 1. legitur *me.*—1 Ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Orellius dedit *grat. esse in sua tribu:* in Ven. utraque et Junt. *tribubus:* Lamb. e conjectura, *apud tribules.* Pro *tribulibus* C H S T χ 1. 3. habent *tribu:* ς *tribui.* Mox χ 1. habet *denique fecerit.* Tum in ς est *spopondit.*—2 *Plurimo-*

NOTÆ

nem reddit, quare hæc omnia Plancius non fecerit; quia si habuisset judices ex eadem tribu, horum omnium cognitionem habuissent.

[c] *Hanc tu rationem cum fugeris*] Jam fraudulenter Laterensem egisse probat, quod judices habere noluerit, qui scirent utrum a Plancio corrupta esset tribus sua, sed eos, qui, cum contra legis sententiam ab eo editi sint, nesciunt an Plancius tribus pecunia corruperit.

[d] *Multos cupidos*] Docet Plancium habuisse multos sui honoris cupidos, qui honori suo faverunt.

[e] *Sodales vocas*] Sodales illos Plancii amicos vocat in malam partem, quasi nempe ambitus sui socios: at in hoc Laterensem arguit.

[f] *Accusandos putas*] Quia Laterensis gratiosorum amicitias repudiavit, ideo non est petitionem assecutus.

[g] *Jam, ut ego doceo*] Docet jam quare Plancius tam gratus suis tribulibus fuerit.

patris auctoritate et gratia miserit; quod denique omnibus officiis per se, per patrem, per majores suos totam Atinatem[3] præfecturam comprehenderit; sic tu doce, sequestrem fuisse, largitum esse, conscripsisse, tribules decuriavisse:[4] quod si non potes, noli tollere ex ordine nostro liberalitatem,[5] noli maleficium putare esse gratiam, noli observantiam sancire pœna.

Itaque hæsitantem[6] te in hoc sodalitiorum tribuario crimine,[h] ad communem ambitus causam[i] contulisti, in qua desinamus aliquando, si videtur, vulgari et pervagata declamatione[7] contendere: sic enim tecum ago. 48. Quam tibi commodum est, unam tribum delige tu: doce (id,[8] quod debes) per quem sequestrem, quo divisore[k] corrupta sit. Ego,[9] si id facere non potueris, (quod, ut opinio mea fert, ne incipies quidem) per quem[10] tulerit, docebo. Estne hæc vera contentio? placetne sic agi? Non possum magis[11] pedem conferre (ut aiunt) aut propius accedere. [*p.* 269.] Quid taces? quid dissimulas? quid tergiversaris? etiam atque[12] etiam insto atque urgeo, insector, posco, atque adeo flagito crimen: quamcumque tribum, inquam,[13] delegeris, quam tulerit Plancius, tu ostendito, si poteris,

rum in C: *plurimas* in ς χ 1. et Dresd.—3 C *Attinatem:* χ 1. *Attinitatem:* ς *Atinatem profecturam.* Deinde pro *doce* in χ 3. est *doces.*—4 *Conscripsisse tribules, decuriavisse* distinguit Junt. *tribulos* est in χ 3. ψ.—5 *Libertatem* in C T χ 3. Tum *noli* omittit χ 1. Mox pro *pœna* Ms. Dresd. dedit *pœnam.*—6 H ς χ 1. ψ, et Franc. 1. *hæsitante.* Deinde in C legitur *tribunariis crimen:* in H *tributario crimine.* Mox pro *contulisti* H habet *detulisti.*—7 *Pervulgata decl.* edd. nonnullæ: *declinatione* in χ 1. Pro *sic* χ 1. dedit *sin.* Mox in χ 3. scribitur *Quid tibi.*—8 *Delige: tum doce id* Junt. confirmans Gul. suspicionem.—9 *Ergo* in C. Actutum in χ 3. *non poteris.*—10 *Per quæ* conjecit Weiske. Paulo post, *Et ne* habet χ 3. Actutum *vera ista* in χ. Tum pro *agi* C præbet *agere.*—11 *Num possum magis?* dedit Orell. ex Ms. Teeg. Hanc lectionem quondam conjecit Gulielm. probante Grutero. Paulo infra, Ms. C dedit *proprius.*—12 *Atque* omiserunt T χ 3. Pro *urgeo* C T *urgeor:*

NOTÆ

[h] *Tribuario crimine*] Tribuarium crimen de corruptis pecunia tribubus dicitur.

[i] *Ad communem ambitus causam*] Quia Laterensis non potuit arguere Plancium tribuarii criminis, agit contra eum ambitus, quasi omnium legum reus esset, quæ contra ambitiosos latæ sunt.

[k] *Quo divisore*] Divisor dicebatur, qui dividebat pecuniam in tribus, quæ apud sequestrem deposita erat.

vitium: ego, qua ratione tulerit,[p] docebo: nec[14] erit hæc alia ratio[1] Plancio ac Laterensi.[15] Nam ut, quas tribus tu tulisti,[m] si jam[16] ex te requiram, possis, quorum studio tuleris, explicare; sic ego hoc[17] contendo, me tibi ipsi adversario, cujuscumque tribus rationem poposceris, redditurum.

XX. 49. Sed cur ego[18] sic ago? quasi non comitiis jam superioribus sit Plancius designatus ædilis. Quæ comitia primum habere cœpit consul,[n] cum[19] omnibus in rebus summa auctoritate, tum harum ipsarum legum ambitus auctor:[o] deinde habere cœpit subito, præter opinionem omnium;[20] ut ne, si cogitasset quidem quispiam largiri, daretur spatium comparandi. Vocatæ tribus:[p] latum suffragium: descriptæ,[1] renuntiatæ: longe plurimum valuit

[p] *Prensarit.*

H *rogo.* In Ms. Erf. est *insequor, urgeo.*—13 χ 1. *in qua:* ψ *unquam.*—14 *Ne* in χ 1. Statim post, *hæc* in C χ 3. deest.—15 In T *Laterenensi.* Ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Orellius dedit *Plancio, ac tibi, Laterensis:* Junt. *atque Laterensi.* Actutum habet Lamb. *Nam ut tu, quas tribus tulisti.* Pro *ut*, C S T χ 1. 3. *in.*—16 C H, et Franc. 1. *sententiam suam:* ς *suas:* χ 1. 3. *suam.* Postea, C habet *studiorum quorum.* Mox verbum *tuleris* in χ 1. omittitur.—17 *Hoc* deest in H: in ψ legitur *hæc.* Tum *ipsi*, post *tibi*, C T, et ed. Junt. abest. Denique pro *cujuscumque* in χ 3. *cujusque.*

CAP. XX. 18 Pronomen *ego* deest in Erf. Barb. et Græv. Verbum *primum*, ante *habere*, in Franc. 1. omittitur.—19 *Tum* in C H ς χ 1. et ed. Manut. Mox pro *auctoritate* in H est *constantia:* in ψ *auctoritate, constantia:* pro *harum*, in C et ed. Lamb. *earum.* Voc. *legum* omisit χ 3.—20 In H ψ est *hominum.* Mox in χ 3. *quidam quispiam.* Pro *daretur* in χ 1. legitur *dedit.*—1 *Diribitæ* in Ms. Erf. *rescriptæ* in C T χ 3. Paulo infra, in ς *voluit Planc.*

NOTÆ

[1] *Nec erit alia ratio*] Ait Cicero se non alia ratione usurum pro Plancio, quam pro Laterensi.

[m] *Tulisti*] Ferre tribum est eam sibi suffragantem habere; quærit autem quarum tribuum suffragia cum sua habuerit: quod enim in Plancio Laterensis arguit, idem in Laterensi Plancius arguere potest.

[n] *Cœpit consul*] Probabile est tum consules fuisse L. Domitium Ænobarbum, et Appium Claudium Pulchrum: uter autem habuerit comitia, incertum est.

[o] *Legum ambitus auctor*] Leges et senatusconsulta intelligit, quæ propter nimiam ambitus licentiam tum lata sunt: removet autem suspicionem voluntatis et facultatis, a tempore.

[p] *Vocatæ tribus*] Ad sententiam dicendam vocatæ sunt subito, quas idcirco corrumpere non potuit Plancius.

Plancius:[q] nulla largitionis nec fuit, nec esse potuit suspicio. An tandem[2] una centuria[r] prærogativa tantum habet auctoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit; tu, aut his ipsis comitiis consularibus,[s] aut certe in illum annum,[t] ædilem Plancium factum[3] miraris, in quo non exigua pars populi, sed universus populus voluntatem suam declararit? cujus in honore non unius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerint prærogata?[4] [u] 50. Quo quidem tempore,[x] si[5] id, Laterensis, facere voluisses, aut si gravitatis esse putasses tuæ, quod multi nobiles sæpe fecerunt, ut, cum minus valuissent[6] suffragiis, quam putassent, postea, prolatis[q] comitiis, prosternerent se, et populo Romano, fracto animo atque humili suppli-

[q] *Dilatis.*

in χ 1. *noluit Planc.*—2 *Ain tandem? una, &c.* Ms. Teeg. Statim post, *prærogata* legitur in ψ et Franc. 1.—3 Orellius e Teeg. et quatuor Mss. Oxon. dedit *sit aut iis ipsis comitiis consul, aut certe in illum annum: ædilem tu Plancium factum, &c.* In Franc. 1. *aut his comitiis consularibus, aut certe:* in Dresd. *aut ipsis comitiis consularibus, aut certe:* in Franc. 2. et ed. 1472. *aut his ipsis comitiis consul, aut certe:* ed. Mediol. *aut his ipsis comitiis consularibus? aut certe.* Tum in Franc. 1. *in illum annum? ædilem Plancium factum, &c.* in ed. 1472. Mediol. et Franc. 2. *in illum ædilem tu Plancium factum, &c.* Post *factum* ψ addidit *esse.*—4 In Erf. et Pith. deest *comitiis.* Tum *fuerit* Erf. Postea *prærogativa* Erf. Teeg. Pith. quatuor codd. Oxon. ed. 1480. Junt. Græv. et Orellius.—5 In χ 3. *at si.* Tum in Ms. Teeg. *Laterensis, si id:* in T legitur *Laterenensis.* Postea, *esse* ante *putasses* in χ 3. deest.—6 In χ 3. est *maluissent.* Mox H habet *collatis comitiis.* Paulo infra, particulam *et,* ante

NOTÆ

[q] *Valuit Plancius*] Suffragiorum nempe numero superior fuit Plancius, quæ longe plura quam Laterensis habuit.

[r] *Una centuria*] Intelligitur pars unius tribus in comitiis centuriatis, quam dicit tantam habere auctoritatem, ut ejus primam sententiam reliquæ fere omnes sequi soleant in secundis suffragiis.

[s] *Comitiis consularibus*] Comitia quæ a consule habentur, consularia dicuntur.

[t] *In illum annum*] Sequenti anno Plancius ædilis factus est.

[u] *Sed comitia tota comitiis fuerint prærogata*] Quanto omnium studio Plancius ædilis factus fuerit, ostendit; quia non una tantum tribus pars, sed omnia comitia in ejus gratiam suffragium tulerunt: per 'comitia' autem 'tota,' secunda intelligit, quæ, primis habitis, a consule prærogata sunt. 'Prærogare' autem, est rogatione præponere.

[x] *Quo quidem tempore*] Rationem reddit cur repulsam Laterensis tulerit; quia nempe elato animo quam supplici apud populum esse maluerit.

carent; non dubito, quin omnis ad te conversura se[7] fuerit multitudo. Nunquam enim nobilitas, integra præsertim atque innocens, a populo Romano supplex repudiata fuit. Sed, si tibi gravitas tua, et magnitudo animi, pluris fuit, sicut[8] esse debuit, quam ædilitas; noli, cum habeas id, quod malueris, desiderare id, quod minoris putaris. Equidem primum ut honore dignus essem, maxime semper laboravi: secundo ut existimarer:[9] tertium mihi fuit illud, quod plerisque primum est, ipse honos:[r] qui iis denique debet[10] esse jucundus, quorum dignitati populus Romanus testimonium, non beneficium ambitioni, dedit.[s]

XXI. 51. Quæris etiam, Laterensis,[11] quid imaginibus tuis,[y] quid ornatissimo atque optimo viro, patri tuo, respondeas mortuo. Noli ista meditari: atque illud cave potius,[12] ne tua ista querela dolorque nimius ab illis sapientissimis viris reprehendatur. Vidit enim pater tuus, Appium Claudium,[13] [z] nobilissimum hominem, vivo patre suo, potentissimo et clarissimo cive, C. Claudio,[14] ædilem non esse factum, et eundem sine repulsa factum esse consulem:

[r] *Magistratus.*
[s] *Quos populus Romanus fecit propter dignitatem, non propter ambitionem.*

populo, delevit H.—7 C *censura:* Weiske *conversa:* Mss. Teeg. Dresd. Franc. 1. sex Oxonn. alii codd. Arusianus, ed. Rom. et Ven. omittunt *se.* Mox Mss. Erf. Teeg. Græv. et Orell. post *enim,* addunt voc. *fere.* Pro *innocens* H dedit *nocens.* Statim post, præpositio *a* omittunt Ven. Junt. et Crat.—8 *Sicuti* edidit Orell. ex auctoritate Ms. Teeg. Paulo infra, pro *noli* ψ habet *nolis.*—9 χ 1. *existimer:* ψ *existimaret.* Deinde *ut plerisque* scribitur in C: et pro *iis* in χ 1. est *is.*—10 C *debuit.* Tum in ψ *dignitatem.*

Cap. XXI. 11 In ς *enim, Laterensis:* in T *etiam, Laterenensis.*—12 In Mss. nonnullis et Græv. est *atque illud potius cave:* in Franc. 1. *atqui illud cave potius.* Actutum in ς legitur *querenda dolorque.* Deinde pro *nimius* in χ 3. est *minus.*—13 χ 3. nonnulli Mss. et Græv. habent *Clodium.* Mox *vivo fratre suo* conjecit Borghesius in Giornale Arcadico, Nov. 1825. p. 234. Paulo post, pro *cive,* in χ 1. 3. est *civi.*—14 *Clodio* in Græv. et Mss. nonnullis.—

NOTÆ

[y] *Imaginibus tuis*] Loquitur de imaginibus majorum, quæ in familia, ad dignitatem asservabantur: confirmat autem exemplis, quod dixit, nobilibus sæpe alios anteponi.

[z] *Appium Claudium*] Appius Claudius pater fuit P. Clodii, quem toties Cicero insequitur. Is vero Claudius consul fuit cum Perpenna.

vidit, hominem sibi maxime conjunctum, egregium virum, L. Volcatium:[15] [a] vidit, M. Pisonem [b] in ista ædilitate, offensiuncula[t] accepta, summos a populo Romano esse honores[c] adeptos. Avus vero tuus, et P. Nasicæ,[d] tibi ædiliciam prædicaret[u] repulsam, quo cive neminem ego statuo[16] in hac republica fortiorem; et C. Marii, qui duabus ædilitatis[e] acceptis repulsis,[17] septies consul est factus: et L. Cæsaris,[f] Cn. Octavii,[g] M. Tullii;[h] quos omnes scimus ædilitate præteritos, consules esse factos. 52. Sed quid ego ædilicias repulsas[18] colligo? quæ sæpe ejusmodi habitæ sunt, ut iis, qui præteriti essent, benigne a populo factum[19] videretur. Tribunus militum, L. Philippus,[i] sum-

[t] *Repulsa.* [u] *Narraret palam.*

15 In C *Voltacium.* Verba *hominem ... vidit* in χ 1. omittuntur. Mox, *Ista in ædil.* Prisc. p. 614. ed. Putsch. Statim infra, *offensiuncula una acc.* habet C. Deinde pro *adeptos* in χ 3. est *adepto.* Mox pro prænomine *P.* in χ 1. scribitur *pater:* pro *prædicaret* in ς est *prædicare:* pro *cive* in χ 3. *civem.*—16 *Statuo ego* in Junt.—17 Ex auctoritate Ms. Erf. Orellius dedit *repulsus,* non improbante Grævio. In ς *repulsis* omittitur. Voc. *est,* ante *factus,* deest in C: in χ 3. legitur *esse.* Tum *Cn. Optavii* habet C: in χ 3. et Ms. Pith. non legitur *M. Tullii.*—18 Post *repulsas* additur *esse* in χ 3.—19 *Esse* post *factum* in eodem Ms.—

NOTÆ

[a] *L. Volcatium*] Volcatius ille Tullus dictus est; consul autem fuit cum Lepido.

[b] *M. Pisonem*] Marcus Piso M. Seio populi Romani suffragiis postpositus est.

[c] *Summos honores*] Dignitatem consularem intelligit, qua nulla Romæ clarior fuit.

[d] *P. Nasicæ*] Nasica ille, togatæ potentiæ clarissimum lumen, Gracchum interfecit: cum autem ædilitatem peteret, accepit manum cujusdam rustici, ut sibi suffragari vellet, quam cum callosam sensisset, ut erat facetus, ait, Puto te manibus ambulare; quam vocem ægre tulit rusticus, et ad suos contribules detulit, qui, arbitrati se ab homine nobili derideri, sua illi suffragia denegarunt. Vide Val. lib. VII. cap. 5.

[e] *Duabus ædilitatis*] Duo fuerunt ædilium genera; alii curules, alii plebeii dicebantur, de quibus eodem die comitia habebantur. Marius, ædilitatem curulem rogans, repulsam passus, aliam petivit, quam etiam non obtinuit. Vide Plut. in ejus vita.

[f] *L. Cæsaris*] Livius lib. LXXIX. refert hunc fuisse consulem ante Marii et Sullæ bella civilia.

[g] *Cn. Octavii*] Cn. Octavius consul collegam suum Cornelium Cinnam, perniciosas leges molientem, e civitate ejecit bello civili; a quo postea, cum eum in urbem recepisset, occisus est.

[h] *M. Tullii*] Consule hoc M. Tullio facta sunt senatusconsulta de rebus, quæ ad imperium pertinebant, vendendis.

[i] *L. Philippus*] Philippus consul

ma nobilitate et eloquentia; quæstor C. Cœlius,[20][k] clarissimus ac fortissimus adolescens; [p. 270.] tribuni plebis P. Rutilius Rufus,[l] C. Fimbria,[m] C. Cassius,[1][n] Cn. Orestes,[o] facti non sunt: quos tamen omnes consules factos scimus esse. Quæ tibi ultro pater,[2] et majores tui, non consolandi tui gratia, dicerent,[3] neque vero, quo te liberarent aliqua culpa,[x] quam tu vereris, ne a te suscepta[y] videatur; sed ut te ad cursum istum tenendum, quem a prima ætate suscepisti, cohortarentur: nihil est enim,[4] mihi crede, Laterensis, de te detractum:[z] detractum dico?[5] si, mehercules, vere, quod accidit, interpretari velis, est aliquid etiam de virtute significatum tua. XXII. Noli enim existimare,[6] non magnum quendam motum[p] fuisse illius petitionis tuæ, de qua, ne aliquid jurares, destitisti. Denuntiasti, homo adolescens, quid de summa republica[7] sen-

x *Ut excusent.* y *Admissa.* z *Diminutum de tuo honore.*

20 In χ 1. est *Q. Cecilius:* in C H S T χ 3. Ms. Teeg. edd. ante Manut. et Weiske *Q. Cælius.* Alii *C. Cœlius.* Mox *tribunus plebis* agnoscit ψ. Statim infra prænomen *P.* deest in C H T ϛ χ 1. 3. ψ: *P. Rut. Ruffus* habet C.—1 *C. Crassus* est in Junt.—2 χ 1. 3. *patres.*—3 *Dicent* scribitur in C H χ 1. 3. Ms. Teeg. ed. Rom. et Orell. Paulo infra, *liberent . . . cohortentur* omnes Mss. et edd. præter Lamb. Ern. et Schutz. qui e conjectura Manutii dederunt *liberarent . . . cohortarentur.* Pro *quam tu* C habet *qua tu.*—4 Voc. *enim* deest in C. Postea, in T est *Laterenensis.*—5 Verbum *detractum,* ante *dico,* C H S T χ 1. 3. ψ abest. In ed. 1472. sic legitur: *de te detractum dico si me hercule:* in edd. vett. nonnullis, *de te detractum. Dico si me hercules.* χ 3. habet *me hercule:* ψ, Ms. Teeg. Junt. Weiske et Orell. *mehercule.*

Cap. xxii. 6 In C *existimari.* Mox, pro *jurares* idem Ms. habet *juvare.* —7 In C T ψ *rep.* In Ms. Teeg. edd. nonnullis ante Lamb. Oliv. et Weiske,

NOTÆ

fuit cum Sexto Julio Cæsare anno ante bellum sociale: vir fuit magno ingenio; de quo Cic. De Off. lib. ii. et De Orat. lib. ii.

k *C. Cœlius*] Cœlius Caldus consul fuit cum L. Domitio Ænobarbo, an. 659.

l *Rutilius Rufus*] Consul fuit cum Cn. Mallio.

m *C. Fimbria*] Fimbriæ meminit Cic. in Orat. pro Rabir. perduellionis reo. Consul fuit cum Mario.

n *C. Cassius*] Cassius consul fuit cum Domitio Ænobarbo.

o *Cn. Orestes*] Orestes consul fuit cum Lentulo Sura, A. U. C. 682.

p *Non magnum quendam motum*] Indicat aliquam fuisse populi famam cum tribunus factus est, et destitit de sua illa petitione, ne juraret in legem, quam de agris Cæsar tulit, in qua de populi commodis agebatur.

tires: fortius tu quidem, quam nonnulli defuncti honoribus,[a] sed apertius, quam vel ambitionis,[b] vel ætatis tuæ ratio postulabat. 53. Quamobrem in dissentiente populo noli[8] putare, nullos fuisse, quorum animos tuus ille fortis animus offenderet: qui te incautum fortasse nunc tuo loco demovere[9] potuerunt, providentem ante et præcaventem nunquam certe movebunt.

An te[10] illa argumenta duxerunt?[c] Dubitabitis, inquit,[11] quin coitio facta sit,[q] cum tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius? An una fieri[12] potuerunt, si una tribus non tulissent? At nonnullas punctis[13] pæne totidem. Quippe cum jam facti prope superioribus comitiis declaratique venissent: quanquam ne id[14] quidem suspicionem coitionis habuerit: neque enim unquam majores nostri sortitionem constituissent ædiliciam,[r] nisi viderent accidere posse, ut

[a] *Magistratibus.* [b] *Petitionis.* [c] *Persuaserunt tibi.*

legitur *reipublicæ*.—8 *Nulli* in ς. Paulo infra, pro *incautum*, C habet *in cunctum*.—9 *Dimovere* ed. Rom. Ven. utraque, Junt. et Crat. Actutum verba *providentem ante* desunt in C: in H est *prævidentem ante:* in χ 1. Ms. Teeg. et Lamb. *providentem autem.* Mox pro *movebunt* Ern. conjecit *demovebunt.*—10 In χ 1. est *Ante:* Orellius suspicabatur legendum *At te . . . duxerunt:* in ς χ 1. est *dixerunt.*—11 *Dubitatis, inquit* legitur in Mss. Teeg. sex Oxonn. et aliis, nonnullis edd. vett. et Crat. *dubitabitis, inquis* Weiske. Tum pro *coitio* C dedit *contio*, suprascr. a manu recenti *coecio:* H ς *tortio:* χ 1. *tertio:* χ 3. *concio.* Deinde, pro *Plotio* χ 3. habet *Plancio.*—12 In C ς χ 1. est *Anima fieri:* in H *An vere fieri:* in χ 3. *An fieri:* in Franc. 1. *An non fieri:* in Franc. 2. et ed. 1472. *An annua fieri:* in Ms. Dresd. *An vero fieri.*—13 *An nonnullas punctis* est in Erf. Teeg. Mss. quibusdam, Ven. et Junt. *Cum nonnullas punctis* Naug. et Cam. *Cum punctis nonnullas* Lamb. 1566. *An* scribitur in C H T ς χ 1. 3. Pro *nonnullas* in T *vero nullis:* in χ 3. *nonnullis.* Tum in H legitur *puncti.* Pro *pæne* in Franc. 1. *fere* scribitur. Mox *Quippe; cum* distinxit Schutz. Statim post, *jam factis* est in C H ς χ 1. 3. ψ. Tum *pro se* in ς: *declaratisque* in C.—14 Verbum *id* deest in χ 3. Dein pro *coitionis,* C habet *contionis,* suprascr. a manu recenti *coecionis:* H ς *tortionis:* χ 1. *tertionis.* Paulo infra, in H χ 1. est *sortionem:* in Franc. 1. *consortitionem.*—

NOTÆ

[q] *Coitio facta sit*] Contendebat Laterensis quod facta esset contentio et conspiratio sodalitatis inter Plotium et Plancium. Dicuntur autem competitores coire, quando se mutuo juvant in ambiendo. Respondet vero iis qui coisse Plancium arguebant.

[r] *Sortitionem ædiliciam*] Licet plures haberent suffragia pro ædilitate, duo tamen creabantur: quare si pares essent suffragiis, sortiebantur magistratum; si duo vero aliis superiores essent suffragiis, sine sortitione ædiles renuntiabantur.

competitores pares suffragiis essent. 54. Et ais, prioribus comitiis[s] Aniensem a Plotio,[15 t] Terentinam a Plancio tibi esse concessam: nunc ab utroque eas avulsas,[d] ne[16] in angustum venirent.[e] Quam convenit, nondum cognita populi voluntate,[u] hos, quos jam tum conjunctos fuisse dicis, jacturam suarum tribuum, quo[17] vos adjuvaremini, fecisse; eosdem, cum jam essent experti, quid valerent, restrictos et tenaces fuisse? Etenim verebantur, credo, angustias:[x] quasi res[18] in contentionem aut in discrimen aliquod posset venire.[19] Sed tamen tu an Plotium, virum ornatissimum, in idem crimen vocandum judicas? an dicis eum te arripuisse,[20 f] a quo non sis rogatus? Nam quod questus es,

[d] *Remotas.* [e] *Haberent pauciora suffragia.*
[f] *Accusasse te Plancium.*

15 Ex auctoritate Mss. Erf. et Teeg. Orellius dedit *a Plotio Pedio:* in ς est *Aniensem A. potius Plodio:* in χ 1. *Aniensem A. Potius Plodio:* in χ 3. *Anensem a Plotio Plodio:* in ψ *Aniensem a plotius plodio.* Tum in C est *Tarantinam.* Præpositio *a,* ante *Plancio,* deest in H et Ms. Erf. Paulo infra *esse avulsas* legitur in Franc. 1.—16 *Non* in C. Tum in eodem Ms. *Quam cognitam nundum convenit.*—17 *Qua* habet C: *quos* ψ. Pro *vos* in C H est *nos.* Tum in χ est *adjuvarem ni:* in ψ *juvare admiremini.* Pro *fecisse* ψ dedit *infecisse.* —18 Verba *quasi res* in χ 3. omittuntur. Statim post *in contionem* est in C H.—19 Vocc. *posset venire* desunt in χ 3. *posse evenire* est in ψ.—20 E Ms. Erf. Junt. et Garaton. Orellius hunc locum sic dedit: *Sed tamen tu A. Plotium, virum ornatissimum, in idem crimen vocando indicas, eum te arripuisse, &c.* Edd. vett. nonnullæ et sex Oxonn. Mss. omittunt *an dicis.* Pro *tamen,* in ς χ 1. est *tum:* hoc verbum in χ 3. deest. Mox pro *quod questus* C dedit *conquestus.* Pronomen *te,* ante *testes,* χ 3. abest. Tum in C χ 3. est *Voli-*

NOTÆ

[s] *Prioribus comitiis*] In petitione ædilitatis bis habebantur comitia, in secundis renuntiabantur ædiles. Objiciebatur autem, in primis comitiis Plotium Laterensi tribum Aniensem, et Terentinam Plancium concessisse, et a Laterensi quasi per vim avulsas fuisse; ne si Laterensi eædem posterioribus comitiis concederentur, de sua creatione dubitarent.

[t] *A Plotio*] Plotius erat e tribu Aniensi, et Plancius e Terentina, quibus duabus illis postremis tribuum numerus auctus est.

[u] *Nondum cognita populi voluntate*] Jam vero respondet Cicero probabile non esse, quod suarum tribuum suffragia perdere voluerint, cum nondum de populi voluntate certi essent, qui suffragiorum avarus videbatur.

[x] *Verebantur angustias*] Ironia, quasi esset cur timerent ne sibi suffragia deessent. Non est quod vereatur Plotius ne propter idem ambitus crimen veniat in judicium, quia ille quoque ædilis designatus est.

plures te testes habere de Voltinia, quam quot[1] in ea tribu puncta[g] tuleris; indicas, aut eos testes te adducere, qui, quia nummos acceperint,[2] te præterierint; aut, te ne gratuita quidem eorum suffragia tulisse.[y] XXIII. 55. Illud vero crimen de nummis, quos in circo Flaminio[z] deprehensos esse dixisti, caluit re[3] recenti:[a] nunc in causa refrixit. Neque enim, qui[4] illi nummi fuerint, nec, quæ tribus,[b] nec, qui divisor, ostenderis. Atque is quidem, eductus[5] ad consules, qui tum in crimen vocabatur,[h] se inique a tuis jactatum graviter querebatur: qui si erat divisor, præsertim ejus, quem tu habebas reum, cur abs te[6] reus non est factus? cur non ejus damnatione aliquid ad hoc judicium præjudicii comparasti?[c] Sed neque tu[7] habes hæc, neque eis confidis: alia te ratio,[d] alia cogitatio ad

[g] *Suffragia.* [h] *Reus dicebatur deprehensus.*

tinia.—1 *Quod* est in χ 3. Paulo infra, pro *indicas* C χ 1. habent *judicas.* Tum ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Orellius dedit *producere.*—2 In ς *nummo acceperint:* in C *nummos acceperunt.* Statim post, pronomen *te* in χ 3. deest. Pro *ne* ψ habet *non.*

CAP. XXIII. 3 *Re* H abest: in ψ legitur *te.* Pro *in causa* χ 3. dedit *vicum:* pro *Neque* in C est *Nec.*—4 *Qui* deest in C. Tum in eodem Ms. scribitur *nummi fuerunt.* Mox pro *ostenderis* in Franc. 1. est *ostendas,* in Ms. Teeg. *ostendis.* Deinde pro *Atque* in χ 3. legitur *At.*—5 In ed. Junt. Lamb. et Weiske est *adductus.* Paulo post, *jacturam graviter* habent C ς χ 3. Pro *divisor* C dedit *diversor.*—6 In H *ab isto.* Porro pro *non,* post *reus,* C habet *in.*—7 *Sed utique* in χ 3. Ante *eis* pronomen *tu* additur in H ψ. Statim

NOTÆ

[y] *Gratuita eorum suffragia tulisse*] Indicat quod illi sua suffragia, pecunia corrupti, dederint.

[z] *In circo Flaminio*] Livius lib. III. refert circum Flaminium in pratis Flaminii fuisse, indeque Flaminium dictum esse.

[a] *Caluit re recenti*] Refutat objectum Plancio crimen, pecuniam nempe dedisse. Sensus itaque est, quod ante judicium, illud crimen jactatum sit, pecuniam nempe obtulisse; sed statim atque fieri cœpit judicium, ubi maxime illud erat probandum, famam illam certam non remansisse.

[b] *Nec quæ tribus*] Quæ tribus pecuniam acceperit, nec ille a quo data sit, potest indicari.

[c] *Præjudicii comparasti*] Hinc contra Plancium præjudicia comparare debebat ad eum accusandum. Sed quia hæc non habebat, iis non potest tuto uti Laterensis.

[d] *Alia ratio*] Jam veras rationes profert cur sperarit Laterensis Plancium opprimere: 1. eas sumit ab ejus potentia, et gratia: 2. ab inimicorum invidia cui expositus est Plancius: 3. a probitate patris Plancii, qui contra omnes equitum jura de-

spem hujus opprimendi excitavit. Magnæ sunt in te opes: late patet gratia:[i] multi amici, multi cupidi[k] tui, multi fautores laudis tuæ: multi huic invident: multis etiam pater, optimus vir, nimium retinens equestris juris et libertatis videtur: multi etiam[8] communes inimici reorum omnium; [*p.* 271.] qui ita semper testimonium de ambitu dicunt, quasi aut moveant animos judicum[9] suis testimoniis, aut gratum populo Romano sit, aut ab eo facilius ob eam causam, dignitatem,[10] quam volunt, consequantur. 56. Quibuscum me, judices,[11] pugnantem meo more pristino non videbitis: non quo[12] mihi fas sit quicquam defugere, quod salus Plancii postulet; sed quia[13] neque necesse est, me id persequi voce, quod vos mente videatis; et quod ita de me meriti sunt illi ipsi, quos ego testes video paratos, ut[14] eorum reprehensionem vos vestræ prudentiæ assumere, meæ modestiæ remittere debeatis. Illud unum vos magnopere oro atque obsecro, judices, cum[15] hujus, quem defendo, tum communis periculi causa, ne fictis auditionibus,[e] ne disseminato dispersoque sermoni, fortunas innocentium subjiciendas[16] putetis. 57. Multi amici accusatoris, nonnulli etiam nostri iniqui, multi communes

[i] *Tu es gratiosus.* [k] *Studiosi.*

post, pro *alia te*, in ς χ 1. 3. et ed. Oliv. legitur *alia re.*—8 *Enim* est in C. Deinde C ς χ 1. 3. et Ms. Dresd. habent *rerum omnium:* Franc. 1. *reorum civium.*—9 C H S T ς χ 1. 3. alii Mss. et edd. vett. omittunt verbum *judicum.*—10 Pro *aut* in χ 3. legitur *cur.* Schutz. e Franc. 1. omisit *ab* ante *eo.* Orellio verum videbatur *aut eo facilius dignitatem*, ceteris deletis.—11 In χ 3. *judicibus:* tum statim post, in C *pugnare.* Mox *more meo* habet Ms. Teeg.—12 *Non quod* est in S χ 1. ed. 1472. Cam. Lamb. et Weiske. Mox *effugere* in C H T ς χ 1. 3. Ms. Teeg. quibusdam aliis, et edd. vett. ante Lamb.—13 *Qua* est in ς. Statim infra C habet *meque.* Mox pro *quod vos*, χ 3. dedit *quod ipsi quos vos.* Tum *ipsi*, ante *quos*, in Franc. 1. deest.—14 In χ 3. *et.* Deinde *reiterare debeatis* in ψ.—15 C χ 3. et Franc. 1. *tum.* Pro *communis* H habet *hujus.* Mox in χ 3. est *factis auditionibus:* in ψ *fictis auditoribus.*—16 In C *subiciendas.* Actutum *non multi etiam* in eodem Ms. Tum pro *iniqui* Lamb. conjecit *inimici.* Mox *ac omnium* præbet

NOTÆ

fendit: 4. a multitudine inimicorum qui accusantur.

[e] *Fictis auditionibus*] Per fictas auditiones intelligit famam fictam, et vanam, quæ tantum sparsis rumoribus, et non visis rebus constat.

obtrectatores, atque omnium invidi multa finxerunt. Nihil est autem[17] tam volucre, quam maledictum; nihil facilius emittitur,[18] nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur. Neque ego, si fontem maledicti reperietis, ut aut[19] negligatis, aut dissimuletis, unquam postulabo: sed, si quid sine capite[l] manabit,[20] aut si quid erit ejusmodi, ut non extet auctor, qui audierit; aut ita[1] negligens vobis esse videbitur, ut,[2] unde audierit, oblitus sit; aut ita levem habebit auctorem, ut memoria dignum non putarit; hujus illa vox vulgaris,[3] 'Audivi,'[f] ne quid reo innocenti noceat, oramus.

XXIV. 58. Sed venio jam ad L. Cassium,[g] familiarem[4] meum, cujus ex oratione ne illum quidem Juventium tecum expostulavi:[h] quem ille, omni et virtute et humanitate ornatus adolescens, primum de plebe ædilem curulem factum esse dixit. In quo, Cassi, si ita[5] tibi respondeam,

[l] *Sine auctore.*

C: *at omnium* H.—17 In C ς, Franc. 1. 2. Dresd. et quibusdam aliis, est *enim.* Pro *tam volucre* ς habet *causa voluere.*—18 In H *enotatur.* Tum voc. *nihil,* ante *latius*, omittitur in C H S T ς χ 1. 3. ed. Ven. Junt. et Crat. Paulo post, *Neque si ego* legitur in C. Verbum *maledicti* in C H deest.—19 *Aut* omittitur in sex Oxon. Mss. Teeg. ed. Ven. Junt. Crat. et Lamb. uncis inclusit Orellius. Mox in C T χ 3. *nunquam post.* legitur.—20 In C ς est *manebit.* Statim post, voc. *si* C H T ς χ 1. abest. Pro *quid* χ 3. habet *qui.*—1 Septem Oxon. Mss. præbent *illa.*—2 In ψ *aut.*—3 Post *vulgaris* χ 3. addidit verbum *judicii.* Tum *auditu* legitur in quinque Oxon. Mss. et edd. ante Lamb. Pro *reo* in χ 3. est *re.* Denique *nocenti noceat* scribitur in χ 1.

Cap. XXIV. 4 *Ad famil.* est in C T ς χ 1. 3. ψ. Mox in ς *et oratione.* Statim post, negativa particula *ne* in C deest. Pro *Juventium*, in C H est *inventum*, in χ 3. *juventum.* Actutum, Schutz. edidit *expostulabo*, e Pantagathi conjectura. Weiske suspicabatur *expostulaverim.*—5 C ς χ 3. *illa:* χ 1. *ista.* Pronomen *id*, ante *populum*, omittunt H ψ, et Franc. 1. in Ms. Teeg. legitur *id fuisse qui:* in χ 1. *fuisset qui id:* in C *fuisse quid id.* Idem Ms. actutum habet *narret.* Paulo infra, post *mortuo*, verbum *longe* additur

NOTÆ

[f] *Audivi*] Petit a judicibus, ut non e rumore falso ac inani qui spargitur, sed ex ipsa rei veritate judicent.

[g] *Sed venio ad L. Cassium*] Postquam respondit iis, quæ a Laterensi contra Plancium objecta sunt, aggreditur jam refellere, quæ contra eundem Plancium Cassius attulit.

[h] *Ne illum quidem Juventium tecum expostulavi*] Ex Cassio quærere potuit Cicero, quisnam fuerit ille Juventius, quem ait primum de plebe ædilem factum esse.

nescisse id populum Romanum, neque fuisse qui id nobis narraret, præsertim mortuo Longino;[i] non, ut opinor, admirere,[6] cum ego ipse, non abhorrens a studio antiquitatis,[m] me hic id[7] ex te primum audisse confitear. Et, quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio, digna equitis Romani[8] vel studio vel pudore; quoniamque sic ab his es auditus,[9] ut magnus honos et ingenio et humanitati[n] tuæ tribueretur; respondebo ad ea, quæ dixisti;[10] quæ pleraque de ipso me[k] fuerunt: in quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo,[11] tamen mihi non ingrati acciderunt. 59. Quæsisti, utrum mihi putarem,[12] equitis Romani filio, faciliorem fuisse ad adipiscendos[13] honores viam, an futuram esse filio meo, qui[14] esset familia consulari.[l] Ego vero, quanquam illi omnia[15] malo,[m] quam mihi; tamen illi honorum aditus nunquam faciliores optavi,[16] quam mihi fuerunt. Quin etiam (ne forte ille sibi

[m] *Non indoctus antiquitatis.* [n] *Doctrinæ.*

in Ms. Erf.—6 In ψ est *admirer:* in Franc. 1. *admirabere,* ut quondam conjecit Camerarius: *admirarere* Crat.—7 In C χ 3. est *hoc id:* in H *hæc ideo.* Mox *confiteri* legitur in ς.—8 Post verbum *Romani* in ed. Junt. inseritur *contra quem agebas.* Vocc. *vel pudore* in χ 3. desunt. Pro *quoniamque* in H est *quoniam.*—9 Pro *es auditus* C habet *exauditus:* et idem Ms. paulo infra dedit *tribuetur.*—10 *Quæ dixisti in fine* Weiskii suspicio: *quæ dixisti de fine* conjecit Orellius. Mox pro *quæ pleraque* in ψ est *pluraque.* Tum *de me ipso* habet Weiske: *de ipso fine* codd. plerique, edd. ante Lamb. et Grut. *de ipso me fuerint* T.—11 In χ 3. *reprehendo.* Pro *tamen* in χ 3. est *tam.*—12 *Utrum putarem mihi* in Franc. 1. et Græv. *utrum mihi putaverim* in C.—13 In χ 1. pro *ad adipiscendos* legitur *adipiscendo.*—14 In C H S T ψ, Ms. Teeg. Ven. et Junt. scribitur *quia:* et post *consulari,* verbum *paterna* additur in Franc. 1. —15 *Omnia illi* habet ed. Junt.—16 In Ms. Teeg. legitur *tamen nunquam illi faciliores honorum aditus optavi.* Mox *ne* ante *forte* in χ 3. deest.—

NOTÆ

[i] *Mortuo Longino*] Quis fuerit iste Longinus non ita constat, nisi is fuerit, qui consul fuit Cn. Domitio Ænobarbo. Porro videtur fuisse Longinus ille antiquitatis peritissimus.

[k] *De ipso me* [*fine*] Sylvius interpretatur finem de consulatu, qui fuit finis, et terminus honorum, qui Romæ maximi habebantur. Alii legunt *de filio.*

[l] *Qui esset familia consulari*] Cicero fuit ex equestri genere; tum postea allectus inter senatores, et tandem consul fuit. Unde filius ejus natus fuit familia consulari.

[m] *Illi omnia malo*] Ait se prospera omnia ipsi filio apprecari, et quam sibi feliciora.

me potius peperisse jam honores, quam iter demonstrasse adipiscendorum putet) hæc illi soleo[17] præcipere, (quanquam ad præcepta ætas non est gravis[18 n]) quæ ille,[o] a Jove ortus, suis præcipit[19] filiis:[p]

'Vigilandum est semper: multæ insidiæ sunt bonis.'

Nostis cetera:[20]

'Non te id quod multi invideant...'

quæ scripsit gravis ille et ingeniosus poëta:[q] scripsit, non ut[1] illos regios pueros,[r] qui jam nusquam erant,[2] sed ut nos et nostros liberos ad laborem et laudem excitaret. 60. Quæris, quid potuerit amplius assequi Plancius, si Cn.[3] Scipionis fuisset filius. Magis ædilis fieri non potuisset: sed hoc præstaret,[4] quod ei minus invideretur. Etenim ho-

17 In C est *soli*. Præpositio *ad*, ante *præcepta*, in C omittitur.—18 Garaton. et Orell. censent verbum *gravis* delendum esse: *gnarus* habet Ms. Teeg. *gnati* Ven. Junt. Crat. et Oliv. *nati* Lamb. *a Jove gnatus* ς: *gnatus* χ 1. et Ms. Pith. *gnata* ψ. In H hoc verbum deest, cum spatio. Mox pro *quæ* H ς χ 1. habent *quare*. Tum ς omisit verba *a Jove*.—19 In septem Oxon. Mss. Crat. et Lamb. legitur *præcepit*. Deinde *Vigil. esse* præbet ψ.—20 C *nostris et cetera que:* S *ceteraque:* ς χ 1. *nostris, cæteraque:* χ 3. *nostris. Cæteraque.* —1 Ex auctoritate Ms. Erf. et ed. Junt. sic constituit hunc locum Orellius: *Vig. ... bonis. — Nosti cetera. Nonne?* [*-id quod multi invideant*], *quæ scripsit gravis ille et ingeniosus poëta, non ut, &c.* In ed. Ven. *Vig. ... bonis nostris: ceteraque nonne id quod multi videant: quæ scripsit gravis ille et ingeniosus poëta: scripsit non ut, &c.* In ed. Lamb. 1566. *Vig. ... bonis. Non te id quod multi invideant, multique expetant. Nostis cetera, quæ scripsit gravis et ingeniosus poëta, non ut, &c.* Schutz. dedit *Vig. ... bonis. Non te id quod multi invideant. Nostis cetera: quæ gravis ille et ing. poëta scripsit, non ut, &c.* Weiske habet *Sed te id quod, &c.* Alii Mss. et edd. *Non ne id quod multi vident:* al. *Non ne id quod multi* invideant:* in nonnullis Oxon. Mss. et Dresd. *Non ne id quod multi videant.* Pronomen *te* in H deest. Tum pro *quæ scripsit* C habet *quia scripsit*. Statim post, pro *ille* in C est *ædilis:* at hoc voc. omittitur in ς χ 1. 3. ψ, et Franc. 1.—2 In C est *erat*. Paulo infra, ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius habet *et ad laudem*. Porro *poterit* est in χ 3.—3 In χ 3. *gnei*. Tum *hoc* ante *præstaret* omisit ς.—4 In omnibus Mss. et edd.

NOTÆ

[n] *Ad præcepta ætas non est gravis* [*nati*] Filius Ciceronis, cum habuit hanc orationem, undecimum vix annum agebat.

[o] *Quæ ille*] Quis ille sit, nisi Atreus? qui Jovis pronepos fuit: ex Jove enim Tantalus, ex Tantalo Pelops, ex quo Atreus natus est.

[p] *Præcipit filiis*] Agamemnon et Menelaus, quamvis Plisthenis filii fuerint, Atrei tamen filii dicti sunt, quia Plisthenis pater fuit.

[q] *Ingeniosus poëta*] Credunt alii hunc poëtam Attium fuisse, alii fortasse melius Ennium; nam inscripsit tragœdiam cui nomen Atreus.

[r] *Illos regios pueros*] Agamemnonem et Menelaum.

norum gradus[5] summis hominibus et infimis sunt pares; gloriæ dispares. XXV. Quis nostrum se dicit M.[6] Curio,[s] quis C. Fabricio,[t] quis C. Duellio[u] parem? quis Atilio Calatino?[7][x] quis Cn. et P. Scipionibus?[y] quis Africano, Marcello,[z] Maximo?[a] tamen eosdem sumus[8] honorum gradus,[b] quos illi, assecuti. Etenim in virtute multi ascensus;[9] ut is gloria maxime excellat, qui virtute plurimum præstet. Honorum populi finis est consulatus; quem magistratum jam octingenti[c] fere consecuti[10] sunt. Horum, si diligenter quæras, vix decimam partem reperies[11] gloria

præter Ms. Teeg. Junt. Ern. Weiske, Schutz. et Orell. legitur *præstare:* post quod verbum ψ habet *potuisset.* Gulielmius conjecit *sed hoc præstaret ei minus inv.*—5 In C *graccus.* Tum χ 1. dedit *summis honoribus.* Pro *infimis* C habet *in summis.* Porro in eodem Ms. scribitur *disparties.*

Cap. XXV. 6 Prænomen *M'* est in Lamb. Grut. Græv. et Orell. Mox ψ habet *Q. Fabricio.* Tum *C. Duilio* legunt Garaton. et Orell. ex Ursini conjectura. *P. Duellio* edd. ante Ern. et Weiske.—7 In C *Attilio*, omisso *Calatino:* in χ 3. *Attillio Callacio.* Verba *quis Atilio . . . Scipionibus* desunt in T. Paulo post, *Maximo* C abest. Tum C H S T ς χ 1. 3. ψ omittunt *tamen.*—8 Verbum *sumus* deest in Mss. quibusdam et edd. vett. ante Grut. in ς est *summos:* in χ 1. 3. ψ *summus.* Mox C dedit *illi assequuntur.* Pro *Etenim* in Oliv. *Est enim:* in C *Est.* T omisit verba *in virtute.*—9 Orellius, ex Ms. Erf. et Teeg. dedit *Etenim in virt. multi sunt adscensus:* Ven. Junt. Grut. Græv. *Est enim in virtute multis adscensus.* Lamb. *Est enim ad virtutem multus adscensus.* Pro sequenti verbo *ut,* Venett. et Lambinus habent *uti.* Pro *is,* in T *his:* pro *maxime* in χ 3. *magis.*—10 *Secuti* ψ.—11 *Quæres . . . reperis* Erf. Teeg. et Grævius: *quæres . . . reperies* quidam ap.

NOTÆ

[s] *M. Curio*] Curius Dentatus consul de devictis Samnitibus et Sabinis, qui rebelles fuerant, bis in suo consulatu triumphavit.

[t] *Fabricio*] Fabricius Pyrrhi bello consul fuit.

[u] *Duellio*] Devicta Pœnorum classe, primo bello Punico, primus omnium navalis victoriæ triumphum egit Duellius.

[x] *Atilio Calatino*] Calatinus bello primo Punico consul fuit; tum dictator, primus extra Italiam exercitum duxit.

[y] *Cn. et P. Scipionibus*] Hi bello secundo Punico in Hispania occubuerunt.

[z] *Marcello*] M. Marcellus quinquies consul fuit, et occisus ab Hannibale anno undecimo belli secundi Punici.

[a] *Maximo*] Hic Quintus Fabius Maximus cunctando restituit rem.

[b] *Honorum gradus*] Gloriatur Cicero se quoque ad eandem consulis dignitatem pervenisse.

[c] *Octingenti*] Freigius de numero consulum sic observavit et quidem diligentissime: 'Primi duo consules creati sunt A. U. C. 244.: cum hæc diceret Cicero, agebatur annus 699.: interjecti sunt igitur anni 455. qui si duplicentur, (semper enim bini consules creati sunt) erunt 910.: quod si tribunos militum, qui aliquando pro

dignam. [*p.* 272.] Sed nemo unquam sic egit, ut tu: 'Cur iste fit consul?[d] quid potuit amplius, si L. Brutus esset, qui civitatem dominatu regio liberavit?'[e] Honore nihil amplius,[f] laude multum. Sic igitur Plancius nihilominus quæstor[12] est factus, et tribunus plebis, et ædilis, quam si esset summo loco natus: sed hæc, pari loco orti, sunt innumerabiles alii consecuti. 61. Profers triumphos T. Didii[13] [g] et C. Marii;[h] et quæris, quid simile in Plancio. Quasi vero isti, quos commemoras, propterea magis laude fuerint digni, quod triumpharunt, et non, quia commissi sunt iis magistratus, in quibus re bene gesta triumpharent.[14] Rogas, quæ castra viderit;[i] qui et miles[15] in Creta, Metello hoc imperatore, et tribunus in Macedonia militum fuerit, et quæstor tantum ex re militari[16] detraxe-

Orell. *quæras ... reperias* Naug. Lamb. Grut. Oliv. Weiske, et Schutz. In C est *reperis:* in S T χ 1. 3. ψ *reperieris:* in ς *reppereris.* Mox pro *iste fit* in al. est *iste sit.*—12 *Consul* in ς. Mox *sed hoc* habet C.—13 *T.* cum lacunæ signo ed. Ven. *Ti. Gracchi* Junt. et Oliv. *Titi* ψ. *Didii* omittitur in septem Oxon. Mss.—14 Grævius hunc locum sic edidit: *propterea magistratus ceperint, quod, &c.* Ed. Junt. sic habet: *propterea magistratus gesserint, quod triumpharunt, et non quia commissi sunt his magistratus, in quibus re bene gesta triumpharent:* Schutz. e cod. Ursini: *propterea magistratus ceperint, quod triumpharunt, et non quia commissi sunt iis magistratus, in his* (*iis* Ms. Ursini) *re bene gesta triumpharent.* Pro *magis ... quod* in C est *magisque:* in H S ς χ 1. 3. *magis quod,* sed est spatium in H. Tum in ψ est *fuerint.* Paulo infra, in C est *triumpharent:* in χ 1. 3. et Franc. 1. *triumpharant.* Mox *an non* legitur in H. Pro *quia* χ 1. dedit *qua:* pro *re* ς *res.* Vocc. *et non ... triumpharent* in C desunt.—15 Pro *et miles* in T legitur *nullus:* particula *et* omittitur in C. Mox Mss. et edd. omnes ante Hervag. cum Orellio *Metello* omittunt. Pro *imperatore* in C est *in parte:* in T ς *in patre.* Hoc verbum omisit χ 3.—16 Vocc. *ex re militari* desunt in χ 3. Idem Ms. paulo infra

NOTÆ

coss. creati sunt, tollas, ad octingentos illi fere redibunt.'

[d] *Cur iste consul*] Verba L. Cassii repetit, ut ea refellat.

[e] *Liberavit*] L. Junius Brutus, exactis regibus, primus Romæ cum L. Tarquinio factus est consul.

[f] *Honore nihil amplius*] Non major esset dignitate, si L. Brutus esset; sed gloria et laude major esset.

[g] *Triumphos T. Didii* [*Tiberii Gracchi*] Tiberius Gracchus pater illorum Gracchorum fuit, qui propter perniciosas suas reipublicæ leges interfecti sunt. Primo de Celtiberis, deinde de Sardis triumphavit.

[h] *C. Marii*] Marius de Jugurtha et de Cimbris triumphavit.

[i] *Castra viderit*] Plancius nempe in Creta Saturnini contubernalis fuit, ut superius dictum est; miles Q. Metelli, et tribunus militum in Macedonia.

rit temporis, quantum in me custodiendum[k] transferre maluerit. 62. Quæris, num[17] disertus? Immo, id quod secundum est, ne sibi quidem videtur.[l] Num jurisconsultus? Quasi quisquam[18] sit, qui sibi hunc falsum de jure respondisse[m] dicat. Omnes enim istiusmodi[19] artes in iis reprehenduntur, qui, cum professi fuerint,[20] satisfacere non possunt; non in iis, qui[1] abfuisse ab istis studiis confitentur. Virtus, probitas, integritas[2] in candidato, non linguæ volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Ut nos in mancipiis parandis,[o] quamvis frugi hominem si pro fabro, aut pro tectore[3] emimus, ferre moleste solemus, si eas artes, quas in emendo secuti sumus,[p] forte nesciverit;[4] sin autem emimus, quem villicum imponeremus,[q] quem pecori[5] præficeremus, nihil in eo, nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam, esse curamus; sic populus Romanus deligit magistratus, quasi reipublicæ villicos; in quibus si qua[6] præterea est ars, patitur; sin minus, virtute eorum et innocentia contentus est. Quotus enim quisque disertus,

[o] *Servis emendis.* [p] *Quas putavimus eum habere.*
[q] *Præficeremus.*

omisit *temporis.* Porro præpositio *in* χ 1. abest. Deinde χ 3. dedit *maluerunt.*—17 In ψ est *non.* Tum in C H *disertui.* Verbum *sit* post *disertus* legitur in Ms. Erf. et Græv.—18 *Quispiam* in ψ. Actutum *falso* est in H.—19 C *istius mundi:* χ 1. *hujusmodi.* Pro *in iis* ψ habet *nihil.*—20 In C, Ms. Teeg. cum aliis Mss. legitur *sunt.* Mox pro negativa particula *non* ante *possunt,* ψ habet *nisi.* Actutum præpositio *in,* ante *iis,* in ς deest.—1 Pronomen *se,* ante *abfuisse,* legitur in Ms. Erf. Teeg. Græv. Lall. et Orell. *afuisse se* in Lamb. *abfuisse ab his studiis* in S T, ed. Vict. et Oliv. *abfuisse ab istius studiis* in C H χ 3. ψ, ed. Grut. et seqq. Pro *confitentur* in χ 3. est *profitentur.*—2 *Integritas* deest in χ 3. qui Ms. dedit *linguæ nobilitas.* Verba *non ars* in χ 3. omittuntur.—3 *Textore* legitur in omnibus Mss. et edd. præter C, Erf. Teeg. Ern. Schutz. et Orell. qui habent *tectore.* Pro sequenti verbo, *emimus,* in χ 3. est *eminus,* in ψ *accepimus.*—4 In Franc. 1. *nescivit:* C *nescierint:* χ 1. *resciverit.* Pro voc. *sin* C dedit *si.* Verbum *autem* omisit T et ed. Junt. Pro *emimus* in χ 3. est *e minus.*—5 In χ 3. *pectori.* Mox χ 1. dedit *curaremus.* Tum in H ψ legitur *delegit.*—6 In χ 3. *si que.* Deinde pro

NOTÆ

[k] *In me custodiendum*] Plancius (ut ait in oratione post reditum in senatu) 'totam suam quæsturam in me sustentando et conservando collocavit.'

[l] *Sibi videtur*] Non disertus esse sibi Plancius videtur.

[m] *Falsum de jure respondisse*] Nunquam falsum aliquod responsum dedit Plancius de jure interrogatus.

quotus quisque juris peritus est, ut eos numeres,[7] qui volunt esse? quodsi præterea honore dignus nemo,[8] quidnam tot optimis et ornatissimis civibus est futurum?

XXVI. 63. Jubes Plancium de vitiis Laterensis[9] dicere. Nihil potest, nisi eum nimis in se iracundum putabis fuisse.[10] Idem effers Laterensem laudibus. Facile patior, id te agere multis verbis, quod ad judicium non pertineat; et id te accusantem tamdiu dicere, quod ego defensor sine periculo possim confiteri. Atqui non modo confiteor, summa in Laterense[11] ornamenta esse; sed te etiam reprehendo, quod ea non enumeres, alia quædam inania et levia conquiras. Præneste[12] fecisse ludos.[n] Quid? alii quæstores[o] non fecerunt? Cyrenis[p] liberalem[13] in publicanos, justum in socios[q] fuisse. Quis negat? sed ita multa Romæ geruntur, ut vix ea, quæ fiunt in provinciis, audiantur. 64. Non vereor, ne mihi aliquid, judices, videar arrogasse,[14] si de quæstura mea dixero. Quamvis enim illa floru-

sin C χ 3. habent *si.*—7 *Numeros* in C. Tum in Franc. 1. legitur *qui nolunt esse:* dein in H est *propterea.*—8 *Honore dignus est nemo* Lamb. 1566. cum Orell. *nemo est hon. dignus* Ms. Teeg. *honore dignus nemo est* ψ et ed. Junt. Voc. *nemo* in C ς χ 1. 3. deest. Pro *quidnam tot* in C legitur *quid jam.* Denique C dedit *esse futurum.*

CAP. XXVI. 9 *Laterenensis* est in T. Mox pro *eum* H S χ 1. 3. præbent *cum:* pro *nimis* S χ 1. *mimis:* pro *in se* C *esse.*—10 Mss. pauci, Schutz. et Orell. legunt *putabit fuisse.* Verbum *putabit* tamen Orellius (cum Lall. et Garaton.) delendum fuisse suspicabatur: *nisi in eum nimis anquirendum putabis fuisse* in Lamb. 1566. In S χ 1. scribitur *putabit esse.* Mox in C est *Laterense;* in T *Laterenense.* Paulo infra in χ 3. legitur *quo ad jud.* in χ 1. præpositio *ad* deest. *Tamdiu dicerer* est in ς. Deinde pro *possim* C habet *possum.*—11 In T *Laterenense.* Pronomen *te,* ante *etiam,* ς abest. Pro *etiam* in χ 3. est *eciam non neque.*—12 In ς *Prænestre:* in χ 3. *pernosce.* Mox *nonne fecerunt* habent omnes codd. et edd. præter Ern. Weiske, Schutz. et Orell. qui dederunt *non fecerunt.*—13 In χ 1. *liberalis:* in ψ *libertatem.* Deinde in ς *in sociis.*—14 Ex auctoritate Mss. Ambr. et Teeg. Orellius

NOTÆ

[n] *Præneste fecisse ludos*] Præneste ludos scenicos fecit. Præneste autem urbs est in Italia, non longe ab urbe Roma, quæ a Cæculo, Vulcani filio, condita dicitur.

[o] *Alii quæstores*] Non tantum ædiles, sed quæstores etiam ludos exhibuerunt; aliique magistratus, ut prætores. Vide Ciceronem in orat. pro Mur.

[p] *Cyrenis*] Cyrenæ oppidum est in Libya, ubi quæstor fuit Laterensis.

[q] *In socios*] Cyrenæi socii erant populi Romani.

erit, tamen eum[15] me postea fuisse in maximis imperiis[16 r] arbitror, ut non ita mihi multum sit[17] ex quæsturæ laude repetendum: sed tamen non vereor, ne quis audeat dicere, ullius[18] in Sicilia quæsturam aut gratiorem aut clariorem fuisse. Vere, mehercules, hoc dicam: sic tum existimabam, nihil homines aliud Romæ,[19] nisi de quæstura mea, loqui. Frumenti[20] in summa caritate maximum numerum miseram: negotiatoribus comis, mercatoribus justus, municipibus[1] liberalis, sociis abstinens,[s] omnibus eram visus in omni officio diligentissimus. Excogitati quidam erant a Siculis honores inauditi. 65. Itaque hac spe decedebam,[2] ut mihi populum Romanum ultro omnia delaturum putarem. [*p.* 273.] At ego, cum casu diebus iis, itineris faciendi causa, decedens[3] e provincia, Puteolos[t] forte venissem; cum plurimi et lautissimi[4] solent esse in iis locis, concidi pæne, judices, cum ex me quidam quæsisset, quo die Roma exissem,[5] et numquid in ea esset novi.

dedit *arrogare.*—15 In χ 3. *floruit causam cum:* ψ quoque præbet *cum.*—16 *Rebus* est in Junt. Crat. Lamb. Grut. Oliv. et Weiske. Excidit *imperiis* in C H T ς χ 1. 3. ψ, aliis Mss. et edd. vett.—17 Ante *sit*, verbum *gloriæ* edidit Orell. ex auctoritate Ms. Teeg.—18 In χ 1. *illius.* Mox in Ms. Teeg. legitur *aut clariorem, aut gratiorem fuisse.* Deinde in sex Oxon. Mss. Erf. Teeg. Barb. Ven. utraque Junt. est *mehercule.* Pro *sic tum* C habet *si:* χ 3. *sic cum.*—19 *Nihil hom. unquam aliud Romæ* Crat. et edd. vett. cum Weiske: *Nihil hom. Romæ* Franc. 1. Pro *Nihil* in C est *Tunc nihil.*—20 *Frumentum* in ψ. Paulo infra, ψ *miserum:* ς *misericordiam.* Statim post, in Franc. 1. legitur *merc. comis, neg. justus.* Verbum *negotiatoribus* C abest.—1 In ψ *municipiis.* Mox pro *Siculis* in C scribitur *Siculo.* Vocc. *in me,* ante *inauditi,* leguntur in Ms. Erf. Teeg. Græv. et Orell. omnes ceteri omiserunt.—2 In C *docebam:* in ς *decebam.* Mox pro *ultro* χ 3. habet *ultra:* et pro *putarem* idem Ms. præbet *putavi.*—3 In ς *dicens.* Statim post, *ex prov.* legitur in C χ 1. Porro ψ dedit *Puteolis.*—4 In C *etiam lautissimi:* in χ 3. *et laudacissimi.* Paulo infra, in Ms. Teeg. *in iis locis solent esse.*—5 *Exisset* χ 3. Dein-

NOTÆ

[r] *In maximis imperiis* [*rebus*] Per res maximas notat majores magistratus, præturam scilicet et consulatum, quos gessit Cicero. Idem antea fuerat in Sicilia quæstor.

[s] *Sociis abstinens*] Quæsturam suam laudat Cicero, in qua tam feliciter se gessit, ut se tum Romæ, tum in Sicilia abstinentem probaverit: qua de causa ne sibi quidem petenti maximos honores deferre ei Siculi voluerunt.

[t] *Puteolos*] Puteoli oppidum situm in ora Campaniæ, in Baiano sinu, ab aquis calidis ita dictum, quo balnei causa multi confluebant.

Cui cum respondissem, me e[6] provincia decedere; 'Etiam, mehercules,' inquit, 'ut opinor, ex Africa.' XXVII. Huic, ego jam[7] stomachans[r] fastidiose, 'Immo ex Sicilia,' inquam. Tum quidam, quasi qui omnia sciret, 'Quid? tu nescis,'[8] inquit, 'hunc Syracusis[u] quæstorem fuisse?' Quid multa? destiti stomachari, et me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent. 66. Sed ea res, judices, haud scio an plus[9] mihi profuerit, quam si mihi tum essent omnes congratulati. Nam posteaquam sensi, populum Romanum aures hebetiores,[s] oculos acres atque acutos habere;[10] destiti, quid de me audituri essent homines, cogitare: feci, ut postea quotidie me præsentem viderent:[11] habitavi in oculis:[t] pressi forum:[u] neminem a congressu meo, neque janitor meus, neque somnus absterruit. Ecquid[12] ego dicam de occupatis meis temporibus,[x] cui fuerit ne otium quidem unquam otiosum?[y] nam, quas tu commemoras,

[r] *Irascens.*
[s] *Oblivisci facile.*
[t] *Mansi in conspectu.*
[u] *Frequentavi forum.*

de ex auctoritate Ms. Erf. et Teeg. Orellius dedit *et numquidnam esset novi.* Tum in χ 3. *respondisset.*—6 Pro *me e*, in χ 1. ψ scribitur *mea e.* Denique in C T ς χ 3. Græv. et Orell. est *mehercule.*

Cap. XXVII. 7 *Jam* H abest. Mox pro *immo*, ψ *nemo*: al. *imo*. Pro vocc. *Tum quidam* χ 3. dedit *Cum quidem.* Sequens verbum, *quasi*, omisit Ms. Teeg. et post *qui*, voc. *jam* additur in C.—8 In ψ *scisne.* Actutum, pro *inquit, hunc*, C habet *cum*: ψ *inquit? Nunc.* Tum in χ 3. est *quæstore.*—9 In Ms. Ambr. est *an pluris.* Deinde verbum *omnes* in ψ deest; et *gratulati* legitur in Ms. Ambr.—10 E Ms. Erf. et Teeg. hunc locum sic dedit Orellius: *Nam post. sensi populo Romano aures hebetiores, oculos autem esse acres atque* (Ms. Erf. *et*) *acutos.* Ceteri ut Ern. præter Græv. qui e Ms. Erf. duntaxat *autem* recepit ante *acres.* Pro hoc verbo, quod in χ 3. deest, C habet *acros.* In H *atque acutos*, in χ 3. *acutos* solum omittitur. Pro *destiti* in ς est *dedisti*: in χ 3. *destitisti.*—11 Verba *feci . . . viderent* omittuntur in Ms. H. Mox sex Mss. Oxon. Teeg. alii nonnulli et edd. vett. *pressi eorum.* Tum pro *janitor meus* in C est *jam iter meum.* Deinde in C χ 3. est *sonus absterruit*: in ς *somnus absternit.*—12 *Et quid* C et plerique alii Mss. *Sed quid* Lamb. Mox *cum fuerit* in C. Pro *ne otium*, sex Oxon. et alii Mss. habent *negotium.* Porro

NOTÆ

[u] *Hunc Syracusis*] Duo quæstores in Sicilia fuerunt; unus Syracusanus, alter Lilybitanus.

[x] *Occupatis meis temporibus*] Intelligit tempora quibus consul vacavit reipublicæ gerendæ.

[y] *Ne otium quidem otiosum*] Vult ostendere quod ipsis ludorum temporibus, quibus omnes magistratus vacabant, tum studiis indulgebat.

Cassi, legere te solere orationes, cum otiosus[13] sis; has ego scripsi ludis et feriis,[z] ne omnino unquam essem otiosus. Etenim M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum[a] suarum,[14] semper magnificum et præclarum putavi, 'Clarorum virorum[15] atque magnorum, non minus otii, quam negotii, rationem extare[x] oportere.' Ita,[16] si quam habeo laudem, quæ, quanta sit, nescio, parta Romæ est, quæsita in foro: meaque privata consilia publici quoque casus[y] comprobaverunt, ut etiam summa respublica[17 b] mihi domi fuerit gerenda, et urbs in urbe servanda. 67. Eadem igitur, Cassi, via munita Laterensi est, idem virtutis cursus ad gloriam: hoc facilior fortasse, quod ego huc, a me ortus et per me nixus,[18 c] ascendi; istius egregia virtus adjuvabitur commendatione majorum. Sed, ut redeam ad Plancium, nunquam[19] ex urbe abfuit, nisi sorte, lege, necessitate.[d] Non valuit rebus iisdem,[20] quibus fortasse nonnulli: at valuit assiduitate,[1] valuit observandis

[x] *Reddere.* [y] *Actiones publicæ.*

nunquam otiosum scribitur in C.—13 *Occisus* ψ. Actutum, in C ϛ χ 1. 3. est *rudis et ferus*: in ψ *rudis et feriis.* Tum in ψ *essem occisus.*—14 *Suarum* omittitur in H. Pro *putavi* ϛ habet *putavit.*—15 Ex auctoritate Ms. Erf. Grævius dedit *hominum.* Pro *atque* in T legitur *at.* Paulo post C præbet *ratione.* —16 *Jam* in χ 3. Mox pro *meaque* in χ 3. est *mea.* Tum H dedit *publicique.* —17 In C, Franc. 1. aliis Mss. et edd. vett. nonnullis est *rei publicæ.* Tum pro *Laterensi* C H ϛ χ 3. ψ habent *Laterensis*: T *Laterenensis.*—18 In χ 3. est *jussus.* Pro *istius* in eodem Ms. legitur *justius*: qui Ms. quoque habet *adjuvabatur.*—19 Post *nunquam* Orellius addidit *is,* ex auctoritate Ms. Teeg. Paulo infra, pro *sorte,* Mss. Oxon. Erf. edd. vett. ante Lamb. et Oliv. præbent *forte.* In Franc. 1. scribitur *nisi forte legis necessitate*: in ψ *nisi forte, lege necessitatis.*—20 In C *his*: in χ 3. *hiis.*—1 Vocabulum *at* ante *valuit,*

NOTÆ

[z] *Feriis*] Feriæ aliæ repentinæ, aliæ solennes dictæ sunt: repentinæ, quas re feliciter gesta principes indicunt; solennes, quæ sunt anniversariæ ac legitimæ. Istis autem diebus forensia omnia intermittebantur.

[a] *Originum*] Cato scripsit librum de Rerum Origine.

[b] *Summa respub.*] Per summam rempub. intelligit ejus salutem, quæ ipsi, præsertim cum oppugnata est a Catilina, gerenda fuit.

[c] *Per me nixus*] Sibi confisus Cicero se illustravit. 'Nitor' autem habet in præterito 'nixus,' cum confidere; 'nisus' vero, cum elaborare significat.

[d] *Lege, necessitate*] Abfuit Roma lege militiæ, cum ad bellum profectus est; abfuit necessitate, quando

amicis, valuit liberalitate:[2] fuit in oculis; petivit;[e] ea est usus ratione,[3] qua, minima invidia, novi homines plurimi[4] eosdem honores consecuti sunt. XXVIII. 68. Nam, quod ais, Cassi, non plus me Plancio debere, quam bonis omnibus,[5] quod iis æque mea salus cara fuerit; ego me debere bonis omnibus fateor: sed etiam[6] hi, quibus ego debeo, boni viri, et cives, ædiliciis comitiis aliquid se meo nomine debere Plancio dicebant. Verum fac me multis debere, et in iis[z] [7] Plancio: utrum igitur me conturbare oportet;[f] an ceteris, cum cujusque[a] dies venerit;[g] hoc nomen,[b] quod urget,[8] nunc, cum petitur, dissolvere? Quanquam dissimilis est pecuniæ debitio, et gratiæ: nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet[9] id, quod reddidit;

[z] *Inter eos.* [a] *Uniuscujusque.* [b] *Hoc debitum.*

additur in H, edd. vett. Oliv. et Weiske. Pro *observandis*, octo Mss. Oxon. edd. ante Naug. et Græv. præbent *servandis*: Mss. Erf. et Teeg. *adservandis*.—2 Ante *valuit liberalitate* H addidit particulam *at*: in χ 1. est *valuit in liberal.* Actutum in χ 3. est *fuit mihi oculis*: in Ms. Teeg. *fuit in oculis, fuit.*—3 *Est usus ea ratione* Lamb. 1566. et Weiske: septem Oxon. Mss. et edd. vett. ante Lamb. omiserunt *ea*. Pro *usus ratione* in T est *visus Rome*. Post verbum *ratione*, ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *vitæ*. Ceteri omnes omiserunt.—4 In C est *plurimos*. Denique pro *consecuti sunt* C habet *consecutos*. Verbum *sunt*, post *consecuti*, delevit Orellius, ex auctoritate Ms. Teeg.

Cap. xxviii. 5 *Hominibus* C. Paulo post pro *omnibus* in χ 3. legitur *hominibus*. Verba *quod iis ... omnibus* in ς χ 1. omittuntur.—6 Voc. *etiam* in C deest. Pro voc. *hi*, ed. Ven. Junt. Crat. Weiske et Orell. habent *ii*: Cam. et Lamb. *iis*. Mox in Lamb. est *comitiis ædiliciis*. Tum *aliquid* C H abest. Mss. nonnulli et Græv. habent *aliquid meo se nomine*.—7 *His* legitur in Junt. Lamb. Weiske, et Orell. Pro *conturbare* in H est *contribuere*: in ς *turbare*. Verbum *oportet* in χ 3. deest. Tum in χ 1. est *an ceteri*. Mox, post *venerit*, verbum *satisfacere* additur in ψ.—8 In Franc. 1. et ed. 1472. est *hoc nomen debitoris quo urget*: in Ms. Dresd. *hoc nomen debito, qui urget*. Pro *nomen*, in H χ 3. est *nomine*: in ψ *nomen debitoris*. Tum in C H T χ 1. 3. ψ legitur *quo urget*. Deinde pro *cum petitur* in Ms. Pith. *cumpetitor*, in C H χ 1. 3. ψ,

NOTÆ

tribunus militum factus est.

[e] *Petivit*] Ædilitatem petivit Plancius, his officiis homines sibi demerendo.

[f] *Conturbare oportet*] Respondet, et quærit Cicero a Laterensi, utrum sibi oporteat confundere ea quæ bonis omnibus debet, ut ea non dissolvat, nisi universis, aut ne universis quidem. Est autem similitudo ab ære alieno sumta.

[g] *Dies venerit*] Ait sibi commodius esse, cum tempus venit quo unicuique debitum est, persolvere.

qui autem debet, æs retinet alienum:[10] gratiam autem, et qui refert, habet; et qui habet, in eo ipso, quod habet, refert. Neque ego[11] nunc Plancio desinam debere,[h] si hoc solvero; nec minus ei redderem voluntate ipsa, si hoc molestiæ[c] non accidisset. 69. Quæris a me, Cassi, quid pro fratre meo, qui mihi est carissimus, quid pro meis liberis, quibus nihil potest[12] esse jucundius, amplius, quam pro Plancio facio, facere possim: nec vides, istorum ipsorum caritate[13] ad hujus salutem defendendam maxime stimulari me atque excitari. Nam neque illis[14] hujus salute, a quo meam sciunt esse defensam, quicquam est optatius: [*p.* 274.] et ego ipse nunquam illos aspicio, quin per[15] hunc me his conservatum esse meminerim, hujusque meriti[16] [i] in me recorder. Opimium damnatum[k] esse comme-

[c] *Hæc accusatio.*

Franc. 1. 2. Dresd. et ed. 1472. *competitor.*—9 *Haberet* in ϛ.—10 In ed. Lamb. hic locus sic editur: *qui autem habet, is retinet alienum:* T ϛ, Mss. nonnulli, Crat. Herv. Cam. et Weiske dederunt *is.* Verbum *æs* in χ 3. deest.—11 In χ 3. *enim.* Mox particula *et* additur ante *ei* in H ψ: *ei* omittunt ϛ et Franc. 1. *minus et redderem* legitur in χ 3. Tum pro *molestiæ,* in C χ 1. et Franc. 1. legitur *moleste.*—12 Verbum *mihi,* ante *esse,* inseruerunt S ϛ χ 1. 3. ψ, alii codd. edd. vett. cum Lamb. 1566. Weiske et Orell. In loco verbi *esse,* in T scribitur *mihi;* qui Ms. post habet *jocundius.* Actutum Ms. Erf. Teeg. Græv. Weiske et Orell. præbent *quam quod pro Planc. facio,* probante Lamb. Verbum *facio* in χ 1. deest. *Possim* omittitur in χ 3. pro quo verbo in ψ legitur *possem.*—13 In C est *caritatem:* in ψ *temporum caritas.* Paulo infra, in χ 3. est *sal. defendam.* Tum pro *me atque* in C est *meque atque:* in H *meque.*—14 *Illius* in ϛ. Mox C habet *esse offensam.* Actutum *quidquam esse* scribitur in χ 3.—15 Præpositio *per* in ϛ deest.—16 Ex auctoritate Mss. Erf. et Teeg. hunc locum sic dedit Orellius: *quin cum per hunc me iis* (Ms. Erf. *his*) *conservatum esse* (Erf. omittit *esse*) *meminerim, hujus meritum, &c.* Græv. et Schutz. sic habent: *quin cum per hunc me his conservatum esse me-*

NOTÆ

[h] *Desinam debere*] Affert discrimen inter pecuniam debitam, et gratiam: qui enim pecuniam debitam reddidit, nihil amplius debet; at qui gratiam, nunquam reddit, quia semper se debitorem fatetur.

[i] *Hujusque meriti*] De Cicerone bene meritus est, cum in Macedonia eum exulem recepit Plancius.

[k] *Opimium damnatum*] Hæc exempla quæ sequuntur allata sunt ab Cassio. Opimius consul Gracchum, perniciosas leges ferentem, occiderat, ut refertur a Plutarcho in vita Gracchi; sed ipse postea missus legatus in Africam, ut regnum inter Jugurtham et Adherbalem divideret, se corrumpi a Jugurtha passus est; quare accusatus est ad populum, et damnatus.

moras, servatorem ipsum reipublicæ: Calidium [17] adjungis,[l] cujus lege Q. Metellus in civitatem sit restitutus: reprehendis meas pro Plancio preces, quod nec [18] Opimius suo nomine liberatus sit, nec Q. Metelli Calidius. XXIX. De Calidio tibi tantum [19] respondeo, quod ipse vidi: Q. Metellum Pium, consulem,[20] prætoriis comitiis,[m] petente Q. Calidio, populo Romano supplicasse, cum quidem non dubitaret et consul, et homo nobilissimus, patronum illum esse [1] suum, et familiæ suæ [nobilissimæ] dicere. 70. Quo loco quæro ex te, num [2] id in judicio Calidii putes, quod ego in Plancii facio, aut Metellum Pium, si Romæ esse potuisset, aut patrem ejus, si vixisset, non fuisse [3] facturum. Nam Opimii quidem calamitas[d] utinam ex hominum memoria posset evelli! vulnus illud reipublicæ, dedecus hujus imperii, turpitudo populi Romani, non judicium putandum est.[4] Quam enim illi judices, si judices, et non parricidæ patriæ nominandi sunt, graviorem potuerunt reipublicæ infligere [5] securim,[e] quam, cum illum e civitate

[d] *Condemnatio.* [e] *Afferre gravius incommodum.*

minerim, hujus (Schutz. *hujusce*) *meriti, &c.* *Hujus meritum* habent quinque Oxon. Mss. ed. Rom. Ven. utraque et Lamb. *et hujus meritum* in Junt. Pro *iis* in Lamb. legitur *illis*. Tum pro *recorder*, in C est *recordare:* in χ 1. *recordor*. Statim post χ 3. habet *Opinium*. Tum in Ms. Dresd. et ψ est *servatorem ipsius*.—17 In χ 1. est *Callidum:* in Franc. 1. *Callidium*. Tum pro *Metellus* C habet *Metello*. Statim post, C χ 3. ψ præbent *in civitate*.—18 In C et Ms. Teeg. *neque*. Tum χ 3. *Opinius*. Verbum *nomine* in χ 3. deest. Actutum in Ms. Dresd. est *liberatus fuit*. Denique Garaton. suspic. legendum esse *neque Metelli*.

Cap. XXIX. 19 Pro *tantum* in C χ 3. legitur *non:* pro *vidi* in ψ *jud.*—20 In Franc. 1. non habetur *consulem*. Tum *com. prætoriis* scribitur in ed. Lamb. Paulo infra C habet *populum R.*—1 Pro *esse* Ern. conjecit *et*, probante Garaton. Mox Ms. Erf. et Teeg. omittunt *suæ*. Schutz. de sententia Ernesti, delevit *nobilissimæ*.—2 *Non* in χ 3. Deinde in C ψ, et Franc. 1. est *in Plancio:* in χ 3. *in Plancium*.—3 In ς *fuisset*. Paulo infra Ms. Dresd. dedit *potuisset evelli*.—4 Verbum *est* in C deest. Porro *et*, post *judices*, in H omittitur. Voc. *patriæ* χ 3. abest.—5 In C et Ms. Dresd. est *infringere*.

NOTÆ

[l] *Calidium adjungis*] Q. Metellus, qui Numidicus dictus est, cum urbe cedere, quam in L. Saturnini, tribuni plebis, leges jurare maluisset; postea, interfecto Saturnino, lege Q. Calidii restitutus est A. U. C. 654.

[m] *Prætoriis comitiis*] Prætoria comitia dicuntur, in quibus prætores eliguntur.

ejecerunt,[f] qui prætor finitimo,[n] consul domestico bello,[o] rempublicam liberarat?[6] 71. At enim nimis ego magnum beneficium Plancii facio,[7] et, ut ais, id verbis exaggero: quasi vero me tuo arbitratu, et non meo, gratum esse oporteat. Quod istius tantum meritum? inquit; an quia te non jugulavit?[8] immo vero, quia jugulari passus non est.[q] Quo quidem tu loco, Cassi, etiam purgasti inimicos meos, meæque vitæ nullas ab illis insidias fuisse dixisti.[9] Posuit hoc idem Laterensis. Quamobrem de isto paulo post plura dicam: de te tantum requiro,[g] utrum putes odium in me mediocre inimicorum fuisse? quod fuit ullorum unquam[r] barbarorum tam immane ac tam crudele in hostem? an fuisse[10] in iis aliquem aut famæ metum, aut pœnæ, quorum vidisti toto illo anno[11] ferrum in foro, flammam in delubris, vim in tota urbe versari? nisi forte existimas, eos idcirco vitæ meæ pepercisse, quod de[12] reditu meo non timerent; et quenquam putas fuisse tam excordem,[h] qui,

[f] *Ejecerunt in exilium.* [g] *Interrogo.* [h] *Stultum.*

Statim infra, voc. *quam* in H ς χ 1. deest: et C omisit *illum.*—6 Verba *qui . . . liberarat* T absunt.—7 *Plancio facio* est in Ms. Erf. et Græv. *Plancio,* omisso *facio,* legitur in ς, χ 1. 3. aliis Mss. nonnullis, et edd. vett. ante Lamb. In Mss. quibusdam *magnum beneficium jacto scilicet me debere.* Mox, verbum *id,* ante *verbis,* in Franc. 1. deletur. Pro *exaggero* C habet *exagrego:* ς *aggero.*—8 In C T est *vigilavit,* et paulo post in C *vigilari.* Tum pro *tu,* ante *loco,* χ 3. habet *in.* Deinde in C *neque vitæ:* in ψ *meque vitæ.*—9 Post *dixisti* Lamb. addidit verbum *comparatas.* Tum T dedit *Laterenensis.* Verbum *plura,* ante *dicam,* H et Ms. Dresd. abest.—10 In Ven. Junt. Lamb. Grut. hic locus ita legitur: *Quod fuit ullorum tantum? requiro utrum putes odium unquam barbarorum tam immane ac tam crudele in hostem? an fuisse, &c.* J. F. Gronovius maluit legi sic: *Quod fuit ullorum tantum odium unquam barbarorum, tam immane, &c.* Pro *iis* C dedit *his.*—11 In H ψ est *toto fere anno.* Mox octo Mss. Oxon. et edd. vett. omittunt verbum *forte* post *nisi.*—12 Præpositio *de* in ς deest. Deinde ex auctoritate Mss. Erf. et Teeg. Orellius edidit *nihil timerent.* Paulo post, Gryph. Lamb. et Grut. dederunt

NOTÆ

[n] *Finitimo bello*] L. Opimius prætor Fregellanos excidit. Vide Agr. II. § 89.

[o] *Domestico bello*] De bello loquitur, quod C. Gracchus excitabat in republica.

[q] *Jugulari passus non est*] Ciceronem a Clodianis jugulari non passum esse Plancium ait; nam ejus vitæ insidiabantur.

[r] *Quod fuit ullorum unquam*] Odium amplificat, quo Ciceronem ejus hostes prosequebantur.

vivis his,[13] stante urbe et curia, rediturum me, si viverem, non putaret? Quamobrem non debet[14] is homo, et is civis, prædicare, vitam meam, quæ fidelitate amicorum conservata sit, inimicorum modestia[15] non esse appetitam.

XXX. 72. Respondebo[16] tibi nunc, Laterensis, minus fortasse vehementer, quam abs te sum provocatus; sed profecto nec considerate minus, nec minus amice: nam primum illud fuit asperius, me, quæ de Plancio dicerem,[17] mentiri, et temporis causa[s] fingere. Scilicet homo sapiens[t] excogitavi, quamobrem viderer maximis beneficii vinculis obstrictus, cum liber essem et solutus.[18] Quid enim? mihi ad defendendum Plancium parum multæ, parum justæ necessitudines[i] erant familiaritatis, vicinitatis,[19][u] patris amicitiæ? quæ si non essent, vererer, credo,[x] ne turpiter facerem, si hoc splendore et hac dignitate[20] hominem defenderem. Fingenda fuit mihi, judices,[1] causa peracute, ut ei, quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerem. At id etiam gregarii[2] milites[y] faciunt inviti, ut

[i] *Necessariæ causæ.*

---

ecquem putas: T *quanquam putas.*—13 *His* deest in C: qui Ms. delevit particulam *et* ante *curia.* Tum C ψ habent *redditurum.*—14 C H ς χ 1. et edd. ante Lamb. cum Weiske et Orell. *debes.*—15 ψ, Ms. Teeg. Ven. utraque, Junt. et Crat. habent *molestia:* ς *modestiam:* χ 1. *molestiam.*

CAP. XXX. 16 *Respondeo* in ψ. Tum in T est *Laterenensis.*—17 *Dicere* in ψ. Mox in C χ 3. legitur *quamobrem viderem.* Pro *beneficii* χ 3. dedit *beneficiis.*—18 In Franc. 1. est *absolutus.* Mox verba *parum multæ* in χ 3. omittuntur. Actutum pro *erant* C præbet *essent.*—19 In C est *in civitatis.* Verba *patris . . . vererer* in T omittuntur. Pro *vererer, credo,* ς χ 3. edd. ante Lamb. et Grut. præbent *vereor, credo:* χ 1. *vereor.*—20 C delevit verba *hoc spl. . . . dignitate.*—1 Pro *judices,* in χ 1. ψ, Erf. Teeg. Græv. Oliv. Schutz. et Orell. est *videlicet.* Mox *peracuta* est in omnibus codd. et edd. ante Ern. qui e conjectura in textum admisit *peracute.* Schutz. dedit *perastute.* Statim post, Lambinus conjecit *cur ei.*—2 In ψ *egregii.* Mox in ed. Junt. est *dent ei*

NOTÆ

[s] *Temporis causa*] Objiciebat Laterensis, ut honestam defendendi causam habere videretur Cicero, multa mentiri de Plancio.

[t] *Homo sapiens*] Ironia.

[u] *Vicinitatis*] Affert jam rationes quare teneatur defendere; quas sumit ab antiqua necessitudine, a vicinitate (nam Atinas Arpino vicina erat, ubi natus erat Cicero), a patris amicitia, &c.

[x] *Vererer, credo*] Ironia.

[y] *Gregarii milites*] Gregarii milites sunt qui nullum munus habent in exercitu.

coronam dent civicam,[z] et se ab aliquo servatos esse fateantur; non quo[k] [3] turpe sit, protectum in acie, hostium manibus eripi, (nam id accidere, nisi forti viro, et pugnanti cominus,[l] non potest) sed onus[m] beneficii reformidant, quod permagnum est, alieno debere idem,[4] quod parenti. 73. Ego, cum ceteri vera beneficia, etiam minora, dissimulent, ne obligati esse videantur; [*p.* 275.] eo me beneficio obstrictum esse ementiar,[5] cui ne referri quidem gratia posse videatur? An hoc tu, Laterensis, ignoras? qui, cum mihi esses amicissimus, cum vel periculum vitæ tuæ mecum sociare voluisses, cum me in illo tristi et acerbo[a] luctu, atque discessu, non lacrymis solum tuis, sed animo, corpore,[6] copiis prosecutus esses, cum meos liberos, et uxorem, me absente, tuis opibus, auxilioque defendisses, sic mecum semper egisti, te mihi remittere atque concedere,[b] ut omne studium meum[7] in Cn. Plancii honorem

[k] *Quod.* [l] *Propius.* [m] *Magnitudinem.*

civicam: Lambinus dedit *dent cuiquam civicam.* Orellius e conjectura in textum admisit *dent civi civicam.* Pro *civicam,* in C *cui eam:* in χ 3. *cuneam.* Tum *fateamur* legitur in C.—3 In Ms. C et ed. Lamb. *non quod.* Paulo infra, ante *hostium,* Orellius, cum Ms. Teeg. addidit præpositionem *ex.* Pro *eripi* χ 3. habet *arripi.* Tum *viro* in C deest. Porro in ς est *oppugnanti:* in χ 3. *compugnanti:* in C ψ *pugnanti quo minus.*—4 χ 3. *id.* Mox pro *vera,* quod in χ 1. omittitur, H dedit *viri.* Deinde *et minora* est in C H.—5 In C est *instructum esse amentior:* ς χ 1. 3. Ms. Teeg. Franc. 1. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. et Junt. cum Orellio, dederunt *ementior:* H et Ms. Dresd. *mentior.* Pro *cui* in C est *cujus.* In ψ est *me referri:* in ς *ne referre.* Tum pro *videatur* χ 1. habet *videant.* Infra, verbum *ignoras* C abest.—6 *Corde* est in χ 3.—7 *Meum* non agnoscit χ 1. Deinde pro *honorem,* quatuor codd. Oxon. Teeg. ed. 1480. et Lamb. cum Weiske, habent *honore.* Tum pro *in me meritum* C præbet *immeritum.* Post *etiam,* ς χ 1. 3. Ms. Erf. Teeg. Græv. Oliv.

NOTÆ

[z] *Dent civicam*] Corona civica erat quercea; eaque ob servatum civem in prælio militi dabatur in præmium.

[a] *Illo tristi et acerbo*] Vult innuere Cicero, Laterensem sibi auctorem fuisse, ne abiret in exilium, sed manu cum inimicis decertaret; eumque sibi operam suam et auxilium pollicitum esse.

[b] *Te mihi remittere atque concedere*] Vult significare Cicero, quod sæpe Laterensis sibi dixerit, se contentum esse, ut gratiam sibi minorem referret, dummodo Plancio majorem referat. Ex Laterensis autem sententia, ostendit beneficia quæ a Plancio accepit majora esse maximis iis quæ sibi Laterensis contulit.

consumerem, quod ejus in me meritum tibi etiam gratum esse dicebas. 74. Nihil autem me novi, nihil[8] temporis causa dicere, nonne etiam illa testis est oratio, quæ est a me prima habita in senatu? in qua cum perpaucis[9] nominatim egissem gratias, quod omnes enumerari nullo modo possent, scelus autem esset quenquam præteriri,[10] statuissemque eos solum nominare, qui causæ nostræ duces et quasi signiferi[c] fuissent; in his[n] Plancio gratias egi. Recitetur[11] oratio, quæ propter rei magnitudinem dicta de scripto est:[d] in qua ego homo astutus[e] ei me dedebam,[12] cui nihil magnopere deberem, et hujus tanti officii servitutem astringebam[f] testimonio sempiterno. Nolo cetera, quæ a me mandata[13] sunt literis, recitare: prætermitto, ne aut proferre videar ad tempus,[14] aut eo genere uti literarum, quod meis studiis aptius, quam consuetudini judiciorum, esse videatur.

[n] *Inter hos.*

et Orell. præbent *ipsi:* in C est *gratum etiam esse.*—8 Pro *nihil* in H ψ legitur *vel:* χ 3. delevit *nihil.* Paulo post ς habet *tristis est oratio.*—9 In C *pro paucis.* Actutum idem Ms. præbet *egisse:* H ψ *egissemus.* Tum in C est *quod eas enumerari:* in ς *quod omnes enumerare.*—10 *Præteriti* in C χ 3. Voc. *solum* in H deest. Tum *nominari* legitur in ψ. Pro *causæ nostræ* C dedit *esse nostros.*—11 *Reciteturque* in octo Mss. Oxon. et edd. vett. quibusdam. Deinde *propter ejus magn.* scribitur in Mss. Oxon. et edd. vett. ante Græv. cum Oliv. Tum *dictu descripta* est in C ψ: *dicta descripta* in Franc. 2. et ed. 1472.—12 Mss. quidam et edd. vett. *dedam:* H et Franc. 1. *debebam:* C S T ς χ 1. ψ *debeam.* Mox pro *deberem,* in Mss. nonnullis, Naug. Man. Cam. legitur *debeam.* Tum *adstringam* est in ς χ 1. 3. ψ, Ven. Junt. Crat. et Grut.—13 In H *dicta.* Tum *prætermitto illa* legitur in septem Oxon. Mss. Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Weiske.—14 Lambinus conjecit *videar diem:* J. F Gronovius et Schutz. legi maluerunt *videar ante tempus.* Paulo post *aut ego* est in C: *aut eo uti genere* legitur in ed. Junt. Denique pro *aptius* C habet *apertius.*

NOTÆ

[c] *Et quasi signiferi*] Per signiferos, designat auctores reditus sui, a quibus, invitis Clodianis omnibus, ab exilio revocatus est. Translatio est a re militari; nam signiferi sunt qui signa portant.

[d] *Dicta de scripto est*] Legendo, non memoriter pronuntiando, habuit hanc orationem post reditum.

[e] *Homo astutus*] Ironia.

[f] *Servitutem astringebam* [*astringam*] Id est, me servitute astringam testimonio orationis scriptæ; quæ cum recitata diutius conservetur, conservabit memoriam sempiternam illius testimonii.

XXXI. 75. Atque etiam clamitas,[15] Laterensis: 'Quousque ista dicis? nihil in Cispio profecisti:[g] obsoletæ[16] jam sunt preces tuæ.'[h] De Cispio mihine tu objicies,[17] quem ego, de me bene meritum, quia, te teste, cognoveram,[18][i] te eodem auctore defendi? et ei dices, 'Quousque,' quem negas, quod pro Cispio contenderit,[19] impetrare potuisse? Nam istius verbi,[k] 'Quousque,'[20] hæc poterat esse invidia: datus est tibi[l] ille: condonatus ille: non facis finem:[m] ferre non possumus. Ei quidem, qui pro uno laborarit, et ipsum id[1] non obtinuerit, dici, 'Quousque,' irridentis magis est, quam reprehendentis: nisi forte ego unus ita[2] me gessi in judiciis, ita et cum his et inter hos vixi, is in causis patronus, is in republica civis et sum et semper fui, solus ut a te constituar, qui nihil a[3] judicibus

Cap. XXXI. 15 In ς χ 3. *calamitas.* Item in T est *Laterenensis.* Mox pro *Cispio* quinque Oxon. Mss. Franc. 1. et al. *Sciprio:* ed. 1472. *Cyprio:* edd. quædam *Crispio,* et sic in seqq.—16 *Absolutæ* omnes Mss. et edd. præter Ern. Weiske, Schutz. et Orell. qui habent *obsoletæ,* ut est in Ms. Teeg. sic quoque conjecit Manutius.—17 *Mihi videtur objicies* Franc. 1. 2. ed. 1472. Ven. Mediol. et Junt.: *mihi videlicet objicies* Ascens. Crat. Herv. *mihine tu videlicet objicies* Lamb. in ed. 1584. *mihi igitur objicies* Ms. Teeg. unde Orell. conjecit *mihi igitur tu objicies.*—18 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *cognoram.*—19 ς χ 1. 3. ψ, Ms. Erf. Franc. 1. al. Ven. 1480. 1483. Mediol. Junt. Crat. *contenderim:* unde Græv. conjecit, *Et mihi dices, Quousque, quem negas quod pro Cispio contenderim, &c.* Franc. 2. et ed. 1472. præbent *quid negas, quod pro Cyprio contenderim.*—20 Voc. *Quousque* C abest. Tum in cod. Ambr. est *poterat hæc.* Pro *condonatus* ψ habet *condemnatus est.*—1 Schutz. e conjectura Lamb. dedit *et id ipsum.* In C ς χ 3. particula *et,* in C T χ 3. pronomen *id* desunt.—2 *Ista* in C. Particula *et,* ante *cum,* deletur in H ς. Pro *hos* C habet *eos;* qui Ms. cum ς ψ pro *is* dedit *his.*—3 In

NOTÆ

[g] *Cispio profecisti*] Cispius tribunus plebis fuit, cum Cicero rediit ab exilio; qui ab eo defensus, condemnatus est. Id autem Laterensis quasi probro vertit Ciceroni.

[h] *Obsoletæ* [*absolutæ*] *jam sunt preces tuæ*] Objicit quod nihil profuerunt preces Ciceronis apud judices. Legit Manutius, *obsoletæ sunt,* quasi jam tritæ et consumtæ.

[i] *Te teste, cognoveram*] Rejicit Cicero calumniam illam objectam a Laterensi in eundem Laterensem: nam ait Cicero, eo impellente et suadente, Cispii defensionem suscepisse.

[k] *Istius verbi*] Istius verbi, 'quousque,' alienam et ineptam usurpationem arguit a personarum differentia. Hoc autem verbo usus fuerat Laterensis.

[l] *Datus est tibi*] Prosopopœia, qua loquentem adversarium fingit.

[m] *Non facis finem*] Cavillari Ciceronem Laterensis videbatur, quod non

debeam unquam impetrare. 76. Et mihi lacrymulam Cispiani judicii objectas:[n] sic enim dixisti: 'Vidi ego tuam lacrymulam.' Vide, quam me[4] verbi tui pœniteat: non modo lacrymulam, sed multas lacrymas, et fletum cum singultu videre potuisti. An ego, qui meorum lacrymis, me absente, commotus, simultates, quas mecum[5] habebat, deposuisset, meæque salutis non modo non oppugnator (ut inimici mei putarant) sed etiam defensor fuisset, hujus in[6] periculo non dolorem meum significarem? 77. Tu autem, Laterensis, qui tum lacrymas meas gratas esse dicebas, nunc easdem vis invidiosas videri.

XXXII. Negas, tribunatum Plancii quicquam attulisse adjumenti dignitati meæ: atque hoc loco (quod verissime facere potes) L. Racilii,[7] [o] fortissimi et constantissimi viri, divina in me merita commemoras. Cui quidem ego, sicut in Plancio,[8] nunquam dissimulavi me plurimum debere, semperque præ me[9] feram.[o] Nullas enim sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vitæ dimicationes, nec pro republica, nec pro me defugiendas putavit. Atque utinam,[10] quam ego sum in illum gratus, tam licu-

[o] *Patefaciam.*

χ 3. est *in judicio et a.* Mox pro *Cispiani* C *Sciprianam*: ς χ 1. 3. ψ *Crispiani.* —4 Omisit verbum *me* Ms. Teeg. Voc. *modo*, post *Non*, in χ 3. omittitur. Tum pro *singultu* in C est *singluctu.*—5 Pronomen *mecum* C abest. In χ 3. est *mecum habebam.* Paulo infra, in H ς χ 1. *meæ salutis*: in H conjunctiva particula *et* ponitur post *salutis.* Mox pro *putarant*, C H T χ 1. 3. habent *putarent.*—6 Præpositio *in* H abest. Deinde *nam dolorem* scribitur in χ 3. Ms. Teeg. dedit *non signif. dolorem meum?* Pro *Laterensis* T habet *Laterenensis.*

Cap. xxxii. 7 In T *L. Lacullei.*—8 Præpositio *in* deest in edd. vett. nonnullis ante Grut. cum Weiske: *sicuti Plancio* Lamb. Orellius e conjectura in textum admisit *sicut Cn. Plancio.*—9 Verba *præ me* in T omittuntur. C quoque delevit voc. *neque* ante *inimicitias.* Verba *in. neque vitæ dim. nec* T absunt. Tum *neque pro rep.* legitur in C. Deinde pro *defugiendas* in Franc. 1. est *fugiendas*: in C *nec diffugiendas putavi.*—10 In χ 3. *uter.* Pro

NOTÆ

faceret finem nempe defendendi quos volebat, licet Cispio salutem non obtinuisset.

[n] *Lacrymulam objectas*] Objecerat Laterensis Ciceroni, quod, condemnato Cispio, lacrymas præ invidia et dolore profudisset: immo fatetur se multas effudisse.

[o] *Racilii*] Racilius tribunus plebis fuit cum Plancio.

isset, per hominum vim, et injuriam populi Romani,[11] ei gratiam referri! Sed, si non eadem contendit in tribunatu Plancius; existimare[12] debes, non huic voluntatem defuisse, sed me, cum jam Plancio deberem, Racilii beneficiis fuisse contentum. 78. An vero putas, judices idcirco[13] minus mea causa facturos, quod me esse gratum crimineris? [*p.* 276.] an, cum populus Romanus[14] illo senatusconsulto, quod in monumento Marii[p] factum est, quo mea salus omnibus[15] est gentibus commendata, uni Cn. Plancio gratias egerit,[16] (unus enim fuit de magistratibus[q] defensor salutis meæ, cui senatus pro me gratias agendas putavit[17]) ei ego a me referendam gratiam non putem? Atqui, hæc cum vides,[18] quo me tandem animo in te putas[19] esse, Laterensis? ullum esse tantum periculum, tantum laborem, tantam contentionem,[p] quam ego non[20] modo

[p] *Tantas injurias.*

gratus χ 1. dedit *ingratus.* Paulo infra, in χ 3. *per hominum vita.*—11 Ms. Teeg. (confirmans Garaton. et Weiskii conjecturam) et Orell. sic habent hunc locum: *populo Romano ei gratiam referre:* nonnulli Mss. habent *injuriam P. R.* Ms. Pith. *injuriam rei p.*—12 In C est *æstimare.* Paulo infra, Ms. Erf. Teeg. Græv. Schutz. et Orell. legunt *cum tantum jam.* Voc. *jam* in C omittitur. Prænomen *M.* ante *Racilii* est in Mss. et edd. quibusdam. Nonnullæ edd. vett. præbent *beneficio* pro *beneficiis.*—13 Pro *idcirco* H dedit *non:* ψ *idcirco non.* In Ms. Erf. hic locus sic se habet: *An vero putas, idcirco minus libenter judices mea causa facturos.* Porro *in ea causa* legitur in ς χ 3. Mox in χ 3. est *gratus crimineris.*—14 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius sic locum edidit: *An cum Patres illo sen. &c.* Garaton. conjecit legendum *Patres conscripti,* probante Orell. H habet *populi R.*—15 ς χ 1. 3. ψ, et Oliv. *omnium.* Statim infra pro *est* in H ψ *esset.*—16 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *egerint:* ceteri *egerit.* Mox in χ 3. est *ei fuit:* voc. *fuit* deest in H. Paulo infra, post *de magistratibus,* χ 3. Mss. Gruteri et Grævii, edd. ante Ald. tum Grut. Græv. et Orell. dederunt *aut pro magistratibus.* Garaton. conjecit legendum *de magistratibus, prove magistratibus.*—17 Pantagathus legebat *putarat:* Ern. conjecit *putaret.* Mox pro *a me* in H ψ scribitur *nunc.*—18 *Atque hæc cum vides* Erf. *Atqui eum cum vides* edd. vett. Lamb. Græv. Oliv. et Weiske. Pro *hæc cum* ς χ 1. 3. *atque cum:* H. *tum.*—19 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *in te animo putas:* in C est *animo in te putes.* Tum T præbet *Laterenensis.* Paulo post pro *ullum,* H χ 1. ψ, et Franc. 1. *nullum.*—20 Negativa particula *non* in Franc. 1.

NOTÆ

[p] *In monumento Marii*] Per monumentum Marii intelligit illud templum Virtutis, quod a Mario exstructum est. Neque enim in alio loco quam consecrato haberi senatum fas erat.

[q] *Unus fuit de magistratibus*] Plancius quæstor erat in Macedonia, ideoque magistratu fungebatur.

pro salute tua, sed etiam pro dignitate defugerem? Quo quidem etiam magis sum, non dicam miser,[1] (nam hoc quidem abhorret a virtute verbum[2] [r]) sed certe exercitus:[q] non quia multis debeo, (leve[3] enim onus[r] beneficii gratia) sed quia sæpe concurrit,[s] propter aliquorum de me[4] meritorum inter ipsos contentiones, ut eodem tempore in omnes verear ne vix possim gratus videri. 79. Sed ego[5] hoc meis ponderibus examinabo,[t] non solum quid cuique debeam, sed etiam[6] quid cujusque intersit,[u] et quid a me cujusque tempus poscat. XXXIII. Agitur studium tuum, vel etiam, si vis, existimatio,[7] laus, ædilitas; at Cn. Plancii salus,[s] patria, fortunæ. Salvum tu me esse cupisti: hic[8] fecit etiam, ut esse possem. Distineor tamen et divellor dolore, et in causa dispari offendi te a me, doleo: sed, medius fidius, multo citius[9] meam salutem pro te abjecero, quam Cn. Plancii salutem tradidero[x] contentioni tuæ. 80. Etenim, judices, cum[10] omnibus virtutibus me affectum esse cupiam, tamen nihil est, quod malim, quam

[q] *Exagitatus.* [r] *Compensatio.* [s] *Contingit.*
[t] *Ponderabo apud me.* [u] *Quisque requirat.* [x] *Deseruero.*

omittitur. Actutum in C est *difugerem:* in Ms. Teeg. *defugerim.*—1 ϛ χ 1. 3. dederunt *miser natura.* Pro *nam hoc* in C H S ψ, est *natura:* in T *nam.*—2 Verbum *hoc,* ante *quidem,* omisit Ms. Teeg. Pro *verbum* C H S T ϛ χ 1. *verbi.* In Ven. Junt. et Lamb. ita locus hic editur: *natura quidem abhorret a virtute verbi.*—3 In ϛ *lene.* Tum ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *leve enim est onus, &c.*—4 E Ms. Teeg. Orell. legit *concurrunt, propter aliquorum bene de me, &c.* Pronomen *me* in χ 3. deest. Mox *inter ipsas* in χ 3. ψ. Verba *in omnes* omisit H.—5 Voc. *ego* H abest: item a Lamb. 1566. probante Garaton. Ms. Teeg. habet *ego hæc.* Voc. *hoc* omisit ψ.—6 χ 3. delevit *etiam.* Tum in C est *quod cujusque:* in ϛ χ 1. *quid cumque.*

Cap. XXXIII. 7 In C *extimatio.* Tum Ms. Erf. Teeg. Dresd. alii codd. cum ed. 1472. Ven. 1480. 1483. Junt. et Orell. habent *laus ædilitatis.* Verba *ædilitas . . . . salus* desunt in T. Mox in T legitur *fortuna.*—8 In C est *hoc:* in Franc. 1. 2. legitur *hic etiam fecit.* Pro *Distineor* in C et Franc. 1. est *Distrahor.*—9 In ϛ *cujus.* Actutum, *objecero* in Lamb. Græv. Oliv. et Weiske. Vid. Nott. Varr.—10 χ 3 omisit *cum.* Paulo infra, Ms. Teeg. et alii, ed. 1480. Junt. Lamb. atque Orell. habent *cupio, tum:* alii Mss. et edd. vett.

NOTÆ

[r] *Abhorret a virtute verbum*] Miser dicitur, qui ab omni virtute destitutus est.

[s] *Plancii salus, &c.*] Patria et honoribus Plancius carebit, si damnetur.

me et gratum esse, et videri. Hæc est enim[11] una virtus non solum maxima, sed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Quid est pietas, nisi voluntas[12] grata in parentes? qui sunt boni cives, qui belli, qui domi[y] de patria bene merentes, nisi qui patriæ beneficia meminerunt?[13] qui sancti, qui religionum colentes, nisi qui meritam Diis immortalibus gratiam justis honoribus, et[14] memori[z] mente persolvunt? Quæ potest esse jucunditas vitæ, sublatis amicitiis? quæ porro amicitia potest esse inter ingratos? 81. Quis est[15] nostrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui, atque doctores, cui non locus ille mutus ipse, ubi altus[a] aut doctus[16] est, cum grata recordatione in mente versetur?[17] Cujus opes tantæ esse possunt, aut unquam fuerunt, quæ sine multorum amicorum officiis stare possint? quæ certe, sublata memoria et gratia, nullæ[18] extare possunt. Equidem nil tam proprium hominis existimo, quam non modo beneficio, sed etiam benevolentiæ significatione[19] alligari: nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum,[20] quam committere, ut beneficio non dicam indignus, sed victus, esse videare.

[y] *In pace.* [z] *Grata.* [a] *Nutritus.*

nonnullæ *cupiam, tum.* Pro *cupiam,* T ς χ 3. habent *cupio:* pro *tamen,* C T ψ *tum.* Mox in χ 3. scribitur *quod mali.*—11 C delevit *enim.* Verbum *una* in T deest.—12 In χ 3. *voluptas.*—13 Grævius conjecit hunc locum aut ita legendum: *Qui sunt boni cives? nisi qui belli, qui domi de patria bene merentes patriæ baneficia meminerunt?* aut distinguendum: *Qui sunt boni cives, qui belli, qui domi de patria bene merentes? nisi qui, &c.* Pronomen *qui,* ante *patriæ,* in χ 3. deletur. Deinde in Ms. Dresd. scribitur *religionem colentes.* Actutum pro *meritam* in C est *merita.*—14 Particula *et* C abest. Tum *memori mentem* est in C.—15 In ς *enim:* in χ 3. *Quis est vestrum.*—16 Orellius, ex auctoritate Ms. Teeg. sic edidit: *cui non locus ipse mutus ille, ubi altus* (*alitus* Teeg.) *aut doctus est.* In Junt. Lamb. Grut. et Weiske, hic locus sic se habet: *cui non locus ille mutus, ubi ipse altus aut* (*atque* ed. 1480. Junt.) *doctus:* Græv. *cui non locus ipse ille mutus, ubi ipse alitus aut doctus.* Pro *cui non locus* C habet *cujus locus non.* Mox præpositio *cum* in C deest.—17 C *versatur:* Franc. 1. *versentur.* Deinde *tanto esse* scribitur in C. Verba *aut unquam fuerunt* omittuntur in χ 3.—18 *Nullæ* Erf. Teeg. Græv. Ern. et Schutz. *nulla* ceteri. Tum C χ 3. delent verba *quæ . . . . possunt.* Paulo infra, *Equidem nihil* Erf. Teeg. Græv. et Orell. Tum in χ 3. est *proprium homini.*—19 In ψ *omni significatione.*—20 *Ferreum* in C. Garaton. conjecit *nihil porro tam inhumanum, tam ferreum.* Pro *committere* in χ 3. est *omittere.*

82. Quæ cum ita sint, jam[1] succumbam, Laterensis, isti tuæ orationi;[b] in eo ipso,[c] in quo nihil potest esse nimium, quoniam ita] tu[2] vis, nimium me gratum esse concedam; petamque a vobis, judices, ut eum beneficio complectamini,[d] quem qui reprehendit, in eo reprehendit, quod gratum præter modum dicat esse. Neque enim[3] ad negligendam meam gratiam debet valere, quod dixit idem, vos nec nocentes, nec litigiosos[t] esse, quo minus me apud vos valere oporteret.[4] Quasi vero in amicitia mea non hæc præsidia (si qua forte sunt in me) parata semper amicis esse maluerim, quam necessaria. Etenim ego de me tantum audeo dicere, amicitiam meam voluptati pluribus, quam præsidio fuisse: meque[5] vehementer vitæ meæ pœniteret, si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso, aut nocenti.

XXXIV. 83. [*p.* 277.] Sed hoc nescio quomodo[6] frequenter in me congessisti, saneque in eo creber fuisti, te idcirco in ludos[u] causam conjicere noluisse,[7] ne ego, mea

[b] *Fatebor quod dicis.* [c] *Gratitudine.* [d] *Afficiatis.*

Mox pro *dicam* χ 3. habet *dico.*—1 Voc. *jam* in C deest. T habet *Laterenensis.* Post, in Ms. Erf. Teeg. Græv: et Orell. est *isti tuo crimini: meque in eo ipso, in quo, &c.* Pall. decem et ed. vet. *isti tuo ore nimio, in quo, &c.* sic Grut. et S. Vict. nisi quod habent *nimioque.* Pro *tuæ orationi* in octo Mss. Oxon. *tuo ori:* in Ms. Dresd. *tuo nimio.* Pro *in eo* C S ψ *nimioque in eo:* H *nimio in eo.*—2 In χ 3. *ut.* Tum verba *quoniam .... nimium me* in C delentur. Pronomen *me* quoque omittitur in omnibus edd. præter Ald. Crat. Lamb. Grut. Ern. Weiske, et Schutz. Præpositio *a* ante *vobis* in χ 3. deest. Paulo infra, verba, *in eo reprehendit,* non sunt in C. Tum idem Ms. dedit *gratiam.*—3 Post *enim,* verbum *illud* additur in Ms. Erf. Teeg. Græv. et Orell. Deinde pro *ad negligendam* in H ς ψ *id ad negligentiam.* Mox in χ 1. est *nec religiosos.*—4 Weiske conjecit *oportere.* Infra, *si quæ* est in Ms. Erf. Teeg. Græv. et Orell.—5 In ς *neque.* Mox voc. *nemini* post *esset* deest in Ms. Pith.

CAP. XXXIV. 6 In χ 3. est *quo.* Pro *congessisti* Mss. nonnulli et edd. *conjecisti.*—7 Ms. Pith. dedit *illusos causam convincere voluisse:* Pal. sex, *illusos tamen convincere noluisti:* al. *in locos causam conjicere noluisse:* edd.

NOTÆ

[t] *Nec nocentes, nec litigiosos*] Duo hic perstringit judiciorum genera; publicum, in quo de nocentium; privatum, in quo de privatorum causis agitur.

[u] *In ludos* [*locos*] Locos communes intelligit, qui ab oratore amplificandi gratia assumuntur, cum a causa sua digreditur: refellit autem quod objecerat Laterensis, Ciceronem paratos locos habere.

consuetudine, aliquid de thensis,[x] misericordiæ causa,[y] dicerem; quod in aliis ædilibus ante fecissem. Nonnihil egisti hoc loco: nam mihi eripuisti ornamentum[z] orationis meæ. Deridebor,[8] si mentionem thensarum fecero, cum tu id prædixeris: sine thensis autem quid potero dicere? Hic etiam addidisti, me idcirco mea lege[a] ex isto ambitu traxisse,[9] ut miserabiliores epilogos[e] possem dicere. Non[10] vobis videor cum aliquo declamatore, non cum laboris et fori discipulo disputare? 84. Rhodi[b] enim, inquit,[11] non fui: me vult fuisse: sed fui, inquit, Nicææ[c] (putabam in Vaccæis dicturum) bis [in Bithynia].[12] Si

[e] *Conclusiones.*

nonnullæ *in locos communes causam conjicere noluisse.* Pro *in ludos,* C habet *in locis:* H *deficit illusos:* S T ς χ 1. 3. ψ *illusos.* Pro *causa* in T est *tum.* Pro *conjicere,* H S ψ *convincere:* T *conficere.* Tum in eodem Ms. *noluisti.* Paulo infra, præpositio *a* additur ante *mea* in H. Præpositio *ante* post *ædilibus* in Franc. 1. deest.—8 In H est *Derideor.* Deinde pro *thensarum* in C est *thenseum:* in χ 3. ψ *thesaurum.* Tum C habet *sed sine thensis.* Statim post, voc. *autem* in C deest.—9 Orellius, ex auctoritate Ms. Ambr. dedit lectionem, quam olim conjecit Garaton. *me idcirco mea lege exilio ambitum sanxisse.* Schutz. e conjectura dedit *me idcirco meam istam legem de ambitu tulisse.* In Lamb. 1566. totus hic locus ita legitur: *Hic etiam dixisti, addidisse me idcirco meæ legi, 'Nisi ex testamento præstituta die.'* In χ 1. est *ea lege.* Pro *isto,* in C H S χ 1. 3. ψ, Ven. Crat. Herv. Cam. est *illo.* Tum in H ψ *miserabiles epilogos.* Deinde pro *dicere,* in ed. Manut. Steph. et Lamb. est *elicere.*—10 *Num* in ed. 1472. *Nonne* est in ed. Weiske. Pro *cum* C T χ 3. ψ *causa.* Verbum *discipulo* omittitur in octo Mss. Oxon. Edd. vett. ante Lamb. hunc locum sic ediderunt: *Non* (*Num* Ven. et Junt.) *vobis videtur cum al. decl. non causa laboris et fori disc. &c.* Lamb. sic habet: *Non vobis videtur cum al. decl. non cum oratore disc. &c.* Pro *videor* Ms. Teeg. cum Orellio, habet *videtur.* Mss. et edd. nonnullæ: *non causa laboris et fori disputare:* Franc. 1. *non cum causa laboris et fori disputare.*—11 H S ς χ 1. omittunt *inquit.* Pronomen *ego,* post hoc voc. additur in Orell. ex auctoritate Mss. Ambr. et Teeg. Pro verbo *fui* post *sed* T habet *fuit.*—12 Lambinus, quem sequitur Orellius, sic locum hunc edidit in ed. 1584. *sed fui, inquit* (*putabam in Vaccæis dic-*

NOTÆ

[x] *De thensis*] De iis dictum est in orat. De Harusp. Resp. § 21. not.

[y] *Misericordiæ causa*] Id est ad movendam judicibus misericordiam.

[z] *Ornamentum*] Ex locis communibus repetitur ornamentum, quo res ornate dicitur.

[a] *Mea lege*] Legem consul tulit Cicero, qua decem annis exilium contra reos ambitus augebat.

[b] *Rhodi*] Postquam Sex. Roscium defendit Cicero, Athenas venit; inde totam Asiam peragravit: postea Rhodum venit, seque ad eundem, quem Romæ Molonem audiverat, applicuit, ut fusius scribit in Claris Oratoribus.

[c] *Nicææ*] Nicæa urbs est Bithyniæ.

locus habet reprehensionis ansam aliquam,[f] nescio cur severiorem Nicæam[13] putes, quam Rhodum: si spectanda causa est, et tu in Bithynia summa cum dignitate fuisti, et ego Rhodi non minore. Nam, quod[14] in eo me reprehendisti, quod nimium multos defenderim; utinam et tu, qui potes,[d] et ceteri, qui defugiunt, vellent[15] me labore hoc levare! Sed fit vestra diligentia,[e] qui in causis ponderandis[g] omnes fere repudiatis, ut ad nos pleræque[16] confluant,[h] qui miseris et laborantibus nihil negare possumus. 85. Admonuisti etiam, quod in Creta fuisses,[f] aliquid[17 g] in petitionem tuam dici potuisse: me id perdidisse.[i] Uter[18] igitur nostrum est cupidior dicti? egone, qui, quod dici potuit, non dixerim; an tu, qui etiam ipse in te dixeris?

[f] *Dat aliquam causam reprehensionis.*
[g] *Eligendis.* [h] *Deferantur.* [i] *Non dixisse.*

turum) bis Nicææ in Bithynia: in ed. 1566. omittitur *bis.* In Ven. Junt. et Græv. *sed fui, inquit: (putabam in Vaccæis* [*Niceis* Junt.] *dicturum) bis in Bithynia.* In Grut. *sed fui, inq. Nicæis (put. in Vaccæis dicit) bis in Bith.* Beierus conjecit vel *vix in Bith.* vel *quis in Bith.?* Pro *in Vaccæis*, Puccius conjecit *in Vacci pratis.* Alii Mss. et edd. *sed fui, inquit, (put. in Nicæis dict.) bis in Bith.* Franc. 1. *sed fui, inquit, Nicæis, put. in Vaceris dicturum*, omissis aliis. Franc. 2. et ed. 1472. *sed fui, inquit, put. in Vaceris dict. bis in Bith.* Verbum *putabam* non est in χ 1. Tum pro *Vaccæis* in C ψ *vaccis*, in H *niceis*, in T χ 3. *vacreis*, in χ 1. *vacciis*, in Ms. Dresd. *Vacceis.* Deinde C habet *Bithymiam:* T *Bithimia.* Paulo infra, pro *ansam*, C ς χ 3. ψ, Mss. alii et edd. vett. nonnullæ habent *causam.*—13 Pro *Nicæam*, C *in terra:* ψ *Viceam:* ς *Vaccæam.* Tum in H *expetenda causa.*—14 In χ 3. est *Namque.* Actutum in Mss. H, Ambr. et Teeg. legitur *defenderem.* Paulo post, *quid potes* est in ψ.—15 In χ 3. *vellet.* Tum H habet *labore isto.* Porro in ψ *vestra negligentia.* Præpositionem *in* ante *causis* omisit Ms. Teeg.—16 Mss. quidam *plerique.* Pro *negare* χ 1. ψ *denegare.*—17 Pro *aliquid* in omnibus edd. præter Ern. et Schutz. legitur *dictum aliquod.* In H S χ 1. 3. et Franc. 1. est *dictum aliquid:* in T *dictum aut.* Paulo post, plerique Mss. et edd. fere omnes *in petitione tua*, præter Ern. Schutz. et Orell. qui e conjectura Lambini, et ex auctoritate Ms. Teeg. habent *in petitionem tuam.* Verba *me id perdidisse* omittuntur in T χ 3.—18 In C *Utinam.* Pro *nostrum* C T habent *noster.* Infra in Franc. 1.

NOTÆ

[d] *Qui potes*] Videtur carpere Laterensem, qui cum possit multos defendere, neminem defendit.

[e] *Vestra diligentia*] Ironia.

[f] *In Creta fuisses*] Cum Saturnino in Creta fuit Laterensis, ut supra dictum est.

[g] *Aliquid* [*dictum aliquod*] Facetum nempe et ridiculum dictum omisisse Ciceronem dixerat Laterensis, quo contra eundem Laterensem uti poterat, dum petebat ædilitatem.

Te[19] aiebas de tuis rebus gestis[h] nullas literas misisse, quod mihi meæ, quas ad aliquem misissem,[i] obfuissent: quas ego mihi obfuisse non intelligo: reipublicæ video prodesse potuisse.

XXXV. 86. Sed sunt[20] hæc leviora: illa vero graviora atque magna, quod meum discessum,[k] quem sæpe defleras, nunc quasi reprehendere et subaccusare[1] voluisti: dixisti enim, non auxilium mihi, sed me auxilio defuisse.[k] Ego vero fateor, mehercule,[2] quod viderim mihi auxilium non deesse, idcirco me illi auxilio pepercisse: qui[3] enim status, quod discrimen, quæ fuerit in republica tempestas illa, quis nescit?[4] Tribunicius me terror,[l] an consularis furor movit? decertare mihi ferro magnum fuit cum reliquiis eorum, quos ego[5] florentes atque integros sine ferro viceram? Consules post hominum memoriam teterrimi atque turpissimi, sicut[6] et illa principia, et hi recentes rerum exitus declararunt, (quorum alter exercitum perdidit,[m] alter vendidit[n]) emtis[7] provinciis,[o] a senatu, a repub-

[k] *Uti noluisse illo auxilio.*

legitur *dici potuerit.*—19 In C H T ς ψ *Tu.* Deinde χ 3. habet *ullas literas.* Denique pro *mihi*, ante *obfuisse*, in T legitur *inde.*

CAP. XXXV. 20 Verbum *sunt* non est in H. Actutum, ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius habet *illa vera gravia.* Paulo infra χ 1. *in eum discessum* Pro *sæpe* in C legitur *semper.*—1 In C χ 3. *accusare.* Pro *me* ante *auxilio* in C scribitur *mehercule.*—2 Pro *mehercule*, in H S T ς χ 3. Ms. Teeg. Barb. Junt. Lamb. 1566. et Orell. inseritur *me:* Ms. Dresd. omisit hoc verbum. Porro pronomen *me* ante *illi* non est in T χ 3. Ms. Teeg. edd. vett. quibusdam et Orell. —3 In T χ 3. Franc. 1. et edd. nonnullis est *Quis.* Pro *status* Gulielmius conjecit *flatus.*—4 In C *nescis.* Tum pro *me* ante *terror* in χ 1. est *ne.*—5 Pronomen *ego* in C omittitur.—6 In C *sic.*—7 Gulielmius conjecit *emti.*

NOTÆ

[h] *De tuis rebus gestis*] Dixerat Laterensis nullas literas de rebus misisse, quas nempe vel in Creta vel Cyrenis gesserat, ne sibi nocerent, ut Ciceroni nocuere, quas ille scripserat.

[i] *Ad aliquem misissem*] Forte per illas literas, aut aliquas intelligit, quas quæstor in Sicilia Romam, aut consul ad Pompeium in Asiam misit.

[k] *Discessum*] Discessum Ciceronis in exilium reprehenderat Laterensis: ei jam respondet.

[l] *Tribunicius me terror, &c.*] Per tribunicium terrorem, Clodii tribuni plebis, et furiosorum in se consulum Pisonis et Gabinii odium intelligit, a quibus abire in exilium compulsus est, ne quid tumultus in republ. excitaretur.

[m] *Quorum alter exercitum perdidit*] Piso consul, cum Macedoniam provinciam obtineret, concisum a Thra-

lica, a bonis omnibus defecerant: qui exercitibus,[p] qui armis, qui opibus[q] plurimum poterant, cum, quid sentirent, nesciretur, furialis illa vox,[r] nefariis stupris, religiosis altaribus effœminata, secum[l] et illos et[8] consules facere, acerbissime personabat. Egentes in locupletes, perditi in bonos, servi in dominos armabantur. 87. Aderat mecum senatus, et quidem veste mutata;[s] quod pro me uno post hominum[9] memoriam publico consilio[m] susceptum est. Sed recordare, qui tum fuerint consulum nomine[t] hostes; qui soli in hac urbe senatum senatui[u] parere[10] non siverunt, edictoque suo non luctum patribus conscriptis, sed luctus indicia[x] ademerunt. Aderat mecum cunctus equester ordo; quem quidem in concionibus saltator ille, [y][Cati-

[l] *Pro se.* [m] *Sententia senatus.*

Tum pro *a republica* χ 3. habet *r. p.* Mox H et Ms. Teeg. *exercitu.* Paulo infra in χ 3. est *pluribus poterant.*—8 In octo Mss. Oxon. copulativa particula *et* omittitur ante *consules.* Garaton. verba *et consules* deleri censebat. Actutum pro *acerbissime,* Schutz. e Lambini conjectura dedit *acerrime,* probante Ern. in Ms. S est *acerbissimos.* Pro *in locupletes* ψ habet *illocupletes.*—9 Voc. *hominum* non est in χ 3. Tum in H legitur *jam publico.*—10 *Parere* in ψ deest. Paulo post omnes Mss. et edd. habent *siverint .... ademerint* præter Ern. et Schutz. qui dederunt e conjectura *siverunt .... ademerunt.* Pro *patribus conscriptis* in ψ est *patres conscripsit.* Deinde pro *indicia* C T *judicia.*

NOTÆ

cibus exercitum perdidit.

[n] *Alter vendidit*] Gabinius, accepta a Ptolemæo rege pecunia, ducto exercitu e Syria in Ægyptum, eundem, injussu senatus, in regnum restituit.

[o] *Emtis provinciis*] Emerant a Clodio provincias. Nam Macedoniam Pisoni, Gabinio Syriam lege lata dedit, sed eo consilio ut ipsum in perdendo Cicerone adjuvarent.

[p] *Qui exercitibus*] Designat Cæsarem, qui cum exercitu erat in Italia.

[q] *Qui opibus*] Pompeium et Crassum intelligit. De his dicetur in oratione pro Sextio.

[r] *Furialis illa vox*] Loquitur de Clodio, qui in sacris Bonæ Deæ habitu muliebri deprehensus est, quo accedere viris nefas fuit.

[s] *Veste mutata*] Vestis mutabatur in publico luctu, ut in Ciceronis exilio factum est.

[t] *Consulum nomine*] Nomine consules erant Piso et Gabinius, sed hostes revera patriæ.

[u] *Senatum senatui*] Non permiserunt senatum parere suo senatusconsulto. Nam senatusconsultum factum fuit, ut Cicero publico præsidio juvaretur.

[x] *Luctus indicia*] Ad significandum dolorem vestis mutatio fiebat. Ad vestem communem redire senatum jusserunt consules, cum eam pro Cicerone senatus mutavit.

[y] *Saltator ille*] Gabinium saltato-

linæ][11] consul, proscriptionis denuntiatione[n] terrebat: at[12] tota Italia convenerat; cui quidem belli intestini et vastitatis metus inferebatur. XXXVI. Hisce ego auxiliis studentibus[o][13] atque incitatis[z] uti me, Laterensis, potuisse confiteor: sed erat non jure, non legibus, non disceptando[p] decertandum: nam profecto, præsertim tam bona in causa, nunquam, quo[14] ceteri sæpe abundarunt, id mihi ipsi auxilium meum defuisset: armis fuit, armis, inquam, fuit dimicandum: [*p.* 278.] quibus a servis, atque a servorum ducibus cædem fieri senatus et bonorum, reipublicæ exitiosum fuisset. 88. Vinci autem improbos a bonis, fateor fuisse præclarum, si finem eum[15] vincendi[a] viderem; quem profecto non videbam. Ubi enim præsto fuisset[16] mihi aut tam fortis consul, quam L. Opimius?[b] quam C. Marius? quam L. Flaccus? quibus ducibus improbos cives respublica vicit[17] armatis: aut, si minus fortes,[c] attamen

[n] *Comminatione.* [o] *Faventibus.* [p] *Verbis.*]

Post *cunctus* χ 3. addit verbum *senatus.* Tum pro *concionibus* C T ς χ 3. præbent *contentionibus.*—11 Schutz. e sententia Ern. delet *Catilinæ.* Actutum in ς est *perscriptionis:* in ψ *præscriptionis.*—12 Voc. *at* omittitur in ed. Manut. Lamb. et Weiske. Pantagathus conjecit *ac.*

CAP. XXXVI. 13 Gulielmius maluit legi *lubentibus*, haud improbante Grutero. Paulo infra in T est *Laterenensis.*—14 In C est *nusquam que.* Verbum *sæpe* ante *abundarunt* omittitur in edd. ante Græv. cum Weiske. Tum in ψ est *abundare.* Mox *ipsi* non est in C: quinque Mss. Oxon. Ms. Teeg. ed. Rom. et Ven. præbent *ipsum.* Verbum *meum* post *auxilium* deest in H, Crat. Naug. Cam. ut volebat Weiske.—15 *Si finem tum* in C χ 3. Ms. Erf. et Teeg. Tum verba *quem pr. non vid.* non leguntur in Ms. Pith. et Teeg. Cod. Garaton. in margine habebat. Uncis inclusit Orellius.—16 In ψ *fuissent:* unde Garaton. præfert *fuissent . . . fortes consules.*—17 In ς *vidit.* Mox

NOTÆ

rem vocat, quem et saltatricem contra Pisonem vocat; ignominiosum autem fuit apud Romanos veteres, si cui objecta esset saltatio.

[z] *Incitatis*] Auxiliis potuit uti paratis ad suam salutem defendendam Cicero, sed noluit.

[a] *Si finem eum vincendi*] Si vidisset fore ut improbi a bonis vincerentur, iis usus auxiliis fuisset; sed id non videbat fieri posse, propter improborum civium potentiam.

[b] *L. Opimius*] L. Opimius consul contra Gracchum, Marius contra L. Saturninum, L. Flaccus contra Sullam pugnaverunt, facta a senatu potestate; 'viderent nempe consules, ne quid respub. detrimenti caperet.' At his consulibus caruit Cicero.

[c] *Aut, si minus fortes*] Conqueritur

tam justi, quam P. Mucius, qui arma, quæ privatus P. Scipio sumserat, ea, Ti. Graccho interemto, jure optimo sumta esse defendit? Esset igitur pugnandum cum[18] consulibus: nihil amplius dico, nisi illud; Victoriæ nostræ graves adversarios paratos, interitus nullos ultores esse videbam.[19] 89. Hisce ego auxiliis salutis meæ si idcirco defui, quia nolui[20] dimicare; fatebor, id quod vis, non mihi auxilium,[1] sed me auxilio defuisse. Sin autem, quo majora studia in me bonorum fuerunt, hoc iis magis consulendum et parcendum putavi; tu id in me reprehendis, quod Q. Metello[d] laudi datum est, hodieque est, et semper erit maximæ gloriæ? quem, ut potes[2] ex multis audire, qui tum affuerunt, constat, invitissimis viris bonis, cessisse;[3] nec fuisse dubium, quin contentione et armis superior posset esse. Ergo ille cum suum, non cum[4] senatus factum[e] defenderet, cum perseverantiam sententiæ suæ, non salutem reipublicæ retinuisset; tamen, quod illud voluntarium vulnus accepit,[5] justissimos omnium Metello-

pro *sumserat* Ms. Erf. et Teeg. habent *ceperat.*—18 In χ 3. *ut.* Tum in loco *amplius,* C ψ *aliud.*—19 *Esse ultores videbam* ed. Lamb. in ed. 1584.—20 In C *volui.* Tum pro *fatebor* in T χ 3. *fateor.*—1 *Auxilium mihi* in ed. Lamb. Mox χ 3. præbet *hujus iis magis.*—2 In eodem Ms. legitur *putes.*—3 Mss. nonnulli et edd. vett. ante Græv. legunt *invitissimis viris constat bonis cessisse,* nisi quod in Crat. et Grut. est *invictissimis.* Passeratius tamen legit *invictissimis viris constat tribunis cessisse:* in ς χ 1. 3. ψ est *invictissimis.*—4 Voc. *cum* non legitur in C. Tum *senatus* non est in χ 3. Mox *et persev.* in eodem Ms. scribitur.—5 In Franc. 1. et aliis nonnullis Mss. et edd. vett. cum Græv. ita locus hic legitur: *tamen ob illam quod* (*quo* multi codd. *qua* Ven.) *illud vol. vul. accepit:* Junt. Naug. et Grut. ita edidere: *tamen ob illam constantiam, qua illud vol. vul. accepit:* Cod. Lambini, *tamen ob illam, qua illud vol. vul. acc. constantiam:* verbum *constantiam* tamen Orellio ex interpolatione videtur esse: qui dicit in nullo cod. nunc noto, nisi Puccii, extare. Orellius, e Garaton. conjectura, dedit *tamen quum illud vol. vul. acc.* Idem conjecit quoque *tamen hora illa, qua illud vol. vul. acc.* Voc. *tamen* in H deest. Pro *quod* sex Oxon. Mss. habent *quo.* Tum in loco *accepit,* C præbet *acceperit.*

NOTÆ

quod ne justos quidem consules habuerit. Id autem dicit in odium Pisonis et Gabinii.

[d] *Q. Metello*] Agit de illo Metello, qui tempore Saturnini, maluit abire in voluntarium exilium quam in ejus leges jurare.

[e] *Cum suum, non senatus factum*] Omnes senatores, Metello excepto, in Saturnini leges coacti juraverant.

rum[f] et clarissimos triumphos gloriæ laude[6] superavit; quod et illos ipsos improbissimos cives interfici noluit, et, ne quis[7] bonus interiret in eadem cæde, providit; ego, tantis periculis propositis, (cum, si victus essem, interitus reipublicæ, si vicissem, infinita dimicatio pararetur) committerem, ut idem[8] perditor reipublicæ nominarer, qui servator fuissem? XXXVII. 90. Mortem me timuisse dicis.[g] Ego vero ne immortalitatem quidem contra rempublicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie reipublicæ vellem. Nam, qui pro republica[9] vitam dediderunt, (licet me desipere dicatis) nunquam, mehercule, eos mortem potius, quam immortalitatem assecutos putavi.[10] Ego vero, si tum[h] illorum impiorum ferro ac manu concidissem, in perpetuum respublica civile præsidium salutis suæ perdidisset. Quin etiam, si me[11] vis aliqua morbi, aut natura ipsa consumsisset; tamen auxilia posteritatis essent imminuta, quod peremtum esset mea morte id exemplum, qualis futurus in[12] me retinendo fuisset senatus populusque Romanus. An, si unquam in me vitæ cupiditas fuisset,[13]

Actutum pro *justissimos*, in χ 1. *justissimus:* in ψ *justissimis.*—6 In C *et laude*, confirmans Garaton. conjecturam. Verbum *illos* ante *ipsos* in χ 3. omittitur. Mox in C ς *interf. voluit.*—7 In ψ *aliquis.* Paulo infra copulativa particula *et* additur ante *si vicissem.*—8 C *ipse.* Mox idem Ms. habet *nominarem:* H *nominaretur.* Verba *ego . . . . dicis* in ς omittuntur.

CAP. XXXVII. 9 In H est *porro reip.* Statim post, Ms. Erf. Teeg. Græv. Schutz. et Orell. *ediderunt:* Crat. et Lamb. *reddiderunt:* Franc. 1. et Pith. cum Weiske *dederunt:* edd. nonnullæ *tradiderunt.* Tum in ς *desipere dicitis.* 10 In H ψ *consecutos putavi:* in χ 3. *assecutos putavit.* Paulo post in C *si cum:* in χ 3. *si tam.* Deinde *aut manu* legitur in ψ.—11 Pronomen *me* in χ 3. deest. Infra, in C *essent immunita:* in ψ *essent immutata.* Porro in H *peremtum esse.* Verbum *esset* non est in χ 3.—12 C omisit *in.* Garaton. suspic. legendum esse *in me restituendo.*—13 In Ms. Teeg. *si unq. vitæ cup. in*

NOTÆ

[f] *Omnium Metellorum*] Metelli plurimi triumphaverunt, et ex devictis nationibus nominati sunt, ut Macedonicus, Numidicus, Dalmaticus, Balearicus, Creticus.

[g] *Mortem me timuisse dicis*] Respondet alteri objectioni, mortem videlicet Ciceronem timuisse; sed hanc refellit ab honesto; quia licet honestum esset mori, tamen honestius fuit vitare periculum, et reip. consulere.

[h] *Ego vero, si tum*] Contendit e republ. fuisse ut tum viveret, tum ad salutem illius, tum ad posteritatis exemplum.

ego mense Decembri [i] mei consulatus, omnium parricidarum [q] tela commossem? quæ, si viginti quiessem dies,[14] in aliorum jugulum [k] consulum recidissent. Quamobrem, si vitæ cupiditas contra rempublicam est turpis,[15] certe multo mortis cupiditas mea turpior fuisset cum pernicie civitatis.

91. Nam quod [16] te in republica liberum esse gloriatus es, id ego et fateor et lætor, et tibi etiam in hoc gratulor: quod me autem negasti, in eo neque te, neque quenquam diutius patiar errare. XXXVIII. Nam, si quis idcirco aliquid de libertate [17] mea deminutum putat, quod non ab omnibus eisdem,[l] a quibus antea solitus sum dissentire,[18] dissentiam; primum, si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino [19] incurrere in crimen hominis nimium memoris nimiumque grati; sin autem, sine ullo reipublicæ detrimento, respicio etiam [20] aliquando salutem tum meam, tum meorum; certe non modo non sum reprehendendus, sed

[q] *Conjuratorum.*

me fuisset: in C est *si me unq.* Tum in eodem Ms. *ego mensi.*—14 *Si XX dies quiessem* Junt. Mox pro *jugulum*, in χ 1. 3. ψ, Erf. Teeg. aliis codd. nonnullis, Ald. Crat. et Orell. legitur *vigiliam.* χ 3. quoque dedit *recidisset.*—15 In C *turpe.*—16 In C T ϛ χ 1. *quod esse.* Pro *republica* ψ dedit *remp.* Verbum *esse* post *liberum* in C deletur. *Nam quod te esse in rep. lib. es glor.* Ms. Teeg. *Nam quod esse te in rep. lib. glor. es* quatuor Mss. Oxon. et Junt. Paulo infra, Ms. C omisit verba *in hoc.* Denique pro *gratulor* ψ habet *congratulor.*

Cap. XXXVIII. 17 In C ψ *dignitate.* Præpositio *a* ante *quibus* in C omittitur. Tum ψ dedit *ante.*—18 Verbum *dissentire* suspectum Ern. Actutum in C est *primus si:* in χ 3. *primum, sibi.* Tum pronomen *me* ante *meritis* deest in Franc. 1.—19 Lamb. conjecit legendum *non debeo.* Paulo post in H ψ est *etiam crimen.* Tum pro *memoris* in χ 3. est *meroris.*—20 Voc. *etiam* in H deest: *aliquando* abest ab Ms. Erf. Hic locus sic editur in Ms. Teeg. *sin au-*

NOTÆ

[i] *Mense Decembri*] Hoc mense conjuratio Catilinæ deprehensa est, cum Ciceronis periculo.

[k] *In aliorum jugulum*] Si expectasset adhuc viginti dies, recidissent in caput Silani et Murenæ, qui Calendis Januariis novi consules magistratum inibant, et ea a se Cicero depulisset.

[l] *Non ab omnibus eisdem*] Arguitur levitatis a Laterensi Cicero, quod mox sentiat cum quibusdam, mox dissentiat. Certe amicus fuit Pompeio et Cæsari, postea vero inimicus. Sed illius mutationis rationem edocet.

etiam, si ruere[r] vellem, boni viri me, ut id ne facerem,[1] rogarent. 92. Res vero ipsa publica, si loqui posset, ageret mecum,[m] ut, quoniam sibi servissem semper, nunquam mihi; fructus[2] autem ex sese non, ut oportuisset, lætos et uberes, sed magna acerbitate permixtos,[3] tulissem;[s] ut jam mihi servirem, consulerem meis: [*p.* 279.] se non modo satis habere a me, sed etiam vereri, ne parum mihi pro eo, quod tum a me[4] haberet, reddidisset. 93. Quid, si horum ego nihil cogito? et idem sum in republica, qui fui semper? tamenne tu[5] libertatem requires[t] meam? quam tu ponis in eo, si semper cum iis, quibuscum aliquando contendimus, depugnemus: quod est longe secus. Stare enim omnes debemus, tanquam in orbe aliquo reipublicæ, qui quoniam[n] versatur,[6] eam deligere partem, ad quam nos illius utilitas salusque converterit. XXXIX. Ego autem Cn. Pompeium,[7] non dico auctorem, ducem, defensorem salutis meæ, (nam hæc privatim fortasse officiorum memoriam et

[r] *Cadere.* [s] *Accepissem.* [t] *Desiderabis.*

tem aliquando sine ullo reip. detr. resp. etiam sal.—1 In ed. Junt. *boni viri, ut ne id fac. me rog.* Pro *ne* χ 1. habet *non.*—2 χ 3. omisit *fructus:* verbum *autem* non est in H.—3 Post *permixtos* C addit *fuisset.* Mox idem Ms. dedit *consulem meis.* Statim post, pro *se* in χ 3. est *sed.*—4 In S ς χ 1. est *quod cum a me:* in Ms. Teeg. *quam tum a me*, unde Orellius conjecit *quantum a me.* In Ms. H, et Junt. *quod a me:* Guliel. susp. *quod ortum a me*, probante Grut. Ern. maluit legi *quod jam a me:* Garaton. conjecit *quod tamdiu a me.* Verba *a me* non sunt in T χ 3. Tum *Quod si* in H T, Ms. Teeg. cum aliis Mss. et edd. vett. Actutum pronomen *ego* non est in χ 3.—5 Septem Oxon. Mss. Franc. 1. et alii Mss. cum Ven. Crat. Herv. Lamb. et Orell. omittunt *tu:* ed. Junt. habet *tune libertatem,* omisso *tamen.* Statim post, in H est *requiras.*—6 In Ms. Erf. *qui quomodo versatur:* edd. vett. nonnullæ *qui quoniam versetur:* Manutius conjecit *qui quum versetur.* Pro *deligere* in C H *diligere.* Tum *partem debemus* in ed. Junt. Crat. Herv. Ita conjecit Schutz.: *Stamus enim omnes* (vel *Stare enim omnes*) *videmur tan. in orbe al. reip. qui quon. versatur, eam delig. partem debemus.*

Cap. XXXIX. 7 In H *Pompeio.* Tum ς omisit v. *ducem.* Paulo infra, pro *quærunt* in H est *quærit.* Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *officiorum memoriam quærunt, et gratiam.* Verba *pertinet .... republica* non sunt in χ 3.

NOTÆ

[m] *Ageret mecum*] Prosopopœia patriæ Ciceronem alloquentis.

[n] *Qui quoniam*] Id est, qui quia facile rotatur. Objecerat Laterensis Ciceronem facile mutari. Respondet, eleganti similitudine navis, mutavisse sententiam secundum reipub. utilitatem.

gratiam quærunt[u]) sed dico hoc, quod ad salutem reipublicæ pertinet: ego eum non tuear, quem omnes in republica principem esse concedant?[8] ego C. Cæsaris laudibus desim,[x] quas primum populi Romani, nunc etiam senatus, cui me semper[9] addixi, plurimis atque amplissimis judiciis[o] videam esse celebratas? Tum, hercule, me confitear, non judicium aliquod habuisse de reipublicæ utilitate, sed hominibus[10] amicum aut inimicum fuisse. 94. An, cum videam navem secundis ventis cursum tenentem suum, si non eum[11] petat portum, quem ego aliquando probavi, sed alium non minus tutum atque tranquillum; cum tempestate pugnem periculose potius, quam illi, salute præsertim proposita,[12] obtemperem et paream? Neque enim inconstantis puto, sententiam, tanquam aliquod navigium atque cursum, ex reipublicæ tempestate moderari. Ego vero hæc didici, hæc vidi,[13] hæc scripta legi: hæc de sapientissimis et clarissimis viris, et in hac republica, et in aliis[14] civitatibus, monumenta nobis, literæ, prodiderunt: non semper easdem sententias ab iisdem,[15] sed, quascumque reipublicæ status, inclinatio[y] temporum, ratio concordiæ postularet, esse defendendas.[16] Quod ego et facio, Laterensis, et semper

[u] *Postulant.* [x] *Non laudem Cæsarem.* [y] *Mutatio.*

Pro *republica* ψ habet *remp.*—8 *Concedunt* omnes Mss. et edd. præter Ern. qui e conjectura dedit *concedant.* Paulo post, in C *laudibus desum.* Statim, pro *quas*, C χ 3. Steph. cod. Garaton. cum Barb. habent *qui.* Deinde in H est *populus Romanus.*—9 In C est *non me cui semper senatus.* Pro *addixi* in χ 3. *addi.* Mox pro *videam* in Junt. legitur *videram.* Tum in C *esse celebratum.*—10 In χ 3. *omnibus.*—11 In ς χ 1. Ven. Ald. Crat. Grut. legitur *si non ea eum.* Pronomen *ego*, post *quem*, desideratur in Franc. 1.—12 *Salutem præsertim propositam* in C. Tum pro *paream*, in eodem Ms. legitur *peream.* Sequens periodus, *Neque .... moderari*, (ex Orat. pro Balb. c. XXVII.) omittitur in octo Mss. Oxon. cum Orellio.—13 In C est *hoc didici, hoc vidi.* Pro *didici* in χ 3. *dici.* Porro C omisit verba *hæc scripta legi.*—14 In C *aliis multis.* Tum pro *literæ*, legebat Pantagathus *literarum*, probante Ursino. Mox præpositio *per* in ψ additur ante *easdem.*—15 In C H *ab eisdem.* Paulo post, in septem Oxon. Mss. et Franc. 1. legitur *indignatio temporum:* in T *inclinatio temporis.*

NOTÆ

[o] *Plurimis atque amplissimis judiciis*] Cum Cæsar bellum in Gallia gereret, senatus ei supplicationem dierum quindecim, stipendia, et legatos decem mittendos decrevit.

faciam; libertatemque,[17] quam in me requiris, quam ego neque dimisi unquam, neque dimittam, non in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo.

XL. 95. Nunc venio ad illud extremum, quod [18] dixisti, dum Plancii in me meritum verbis extollerem, me arcem facere ex cloaca,[p] lapidemque[19] e sepulcro venerari pro Deo: neque enim mihi insidiarum periculum ullum, neque mortis fuisse. Cujus ego temporis rationem explicabo brevi,[20] neque invitus; nihil enim ex meis est temporibus,[q] quod minus pervagatum,[1] quodque minus aut mea commemoratione celebratum sit, aut hominibus auditum atque notum. Ego enim, Laterensis, ex illo incendio legum,[r] juris, senatus, bonorum omnium, cedens, cum [2] mea domus ardore suo deflagrationem urbi atque Italiæ toti minaretur, nisi quievissem; Siciliam petivi animo,[3] quæ et ipsa erat mihi, sicut domus una,[s] conjuncta, et obtinebatur[4] a C. Virgilio;[t] quocum me uno vel maxime cum ve-

—16 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius dedit *defensas*.—17 In C H *libertatem*. Statim post *quam* Orell. admisit *tu*, ex auctoritate Ms. Teeg. Mox pronomen *ego* in ς deest. Denique χ 3. omisit *unquam*.

CAP. XL. 18 Ms. Teeg. dedit *in quo*, probante Orell. Tum in C legitur *quod dixi dum:* in ed. Junt. *quod dixisti quum*. Pro *meritum* C habet *meritis*. Deinde pronomen *me* in χ 3. omittitur. Tum *e cloaca* est in Ms. Teeg.—19 In H ς χ 1. ψ *lapidem*. Statim post, *ex sep.* ed. Junt. Mox pro *ullum* in χ 3. est *nullum*.—20 Lamb. conjecit *breviter*.—1 In marg. Lamb. 1584. scribitur 'al. *pervulgatum*.' Actutum, post *mea* voc. *celebratione* additur in C H ς χ 1. ψ. Tum pro *celebratum* in H S *commemoratum:* in χ 3. *celebratur*. Porro in T est *Laterenensis*.—2 In C *tum:* idem Ms. paulo post habet *urbis*. In χ 1. est *nisi quæsissem*.—3 Pro *animo* Pantagathus olim dedit *a Vibone:* postea ita emendavit, *Sic. petii eo animo*. Mox *ipsa* in C, *erat* in ς desunt.—4 In T *ob-*

NOTÆ

[p] *Arcem facere ex cloaca*] Dixerat contra Ciceronem Laterensis, eum ex re humili et abjecta magnam facere, et rem contemnendam plus æquo commendare, dum extollit Plancii beneficium.

[q] *Meis temporibus*] Tempora Ciceronis fuerunt, quibus ab improbis civibus vexatus est.

[r] *Ex illo incendio legum*] Incendium metaphorice tempus Clodianum vocat, quo statim post profectionem in exilium domus sua deflagravit; vel quo, nullus erat Romæ locus legibus, juri, senatui, bonis civibus, propter tribunatum Clodii.

[s] *Erat mihi sicut domus una*] In Sicilia quæstor fuerat, sibique devinxerat Siculos, quos contra Verrem defenderat.

[t] *A C. Virgilio*] C. Virgilius prætor erat in Sicilia, qui licet Ciceronis

tusta amicitia, tum mei fratris collegia,[u] tum respublica sociarat.[5] 96. Vide nunc caliginem temporum illorum. Cum ipsa pæne insula mihi sese obviam ferre vellet; prætor[6] ille (ejusdem tribuni plebis concionibus, propter eandem reipublicæ causam, sæpe vexatus) nihil amplius dico, nisi[7] me in Siciliam venire noluit. Quid dicam? C. Virgilio, tali civi et viro, benevolentiam in me, memoriam communium temporum, pietatem,[8] humanitatem, fidem defuisse? Nihil, judices, est eorum: sed, quam tempestatem nos vobiscum non tulissemus, metuit, ut eam ipse posset[9] opibus suis sustinere. [*p.* 280.] Tum, consilio repente mutato, iter[10] a Vibone Brundisium[x] terra petere contendi; nam maritimos[11] cursus præcludebat hyemis magnitudo. XLI. 97. Cum omnia illa[12] municipia, quæ sunt a Vibone Brundisium,[x] in fide mea,[y] judices, essent;

tinebam: in ψ *opprimebatur.* Statim post, *a C. Virginio* in ed. Lamb. 1584. In C H est *a C. Virgilio, quo tum.*—5 Ex auctoritate Mss. Erf. et Teeg. (probante Garaton.) Orellius hunc locum ita edidit: *vel maxime cum vetustas, tum amicitia, cum mei fratris collegia, tum reip. causa sociarat.* Pro *cum vetusta,* in C S ς χ 1. 3. ψ. *tum vetustatum:* in H *cum vetustatum.* Franc. 1. habet *tum vetusta.* Pro *collegia* in χ 3. *collega.* Tum verbum *sociarat* in χ 3. deletur: in C est *sociaret.* Mox pro *Vide* in χ 3. legitur *Vidi.*—6 C H T ς χ 1. *pater.* Tum in C est *ejus de tribuni:* in χ 1. *ejusdem tribus.* Mox in eodem Ms. *propter eam.*—7 Ms. H omisit *nisi.* Præpositio *in* ante *Siciliam* deest in χ 1.—8 *Pietatem* non est in C. Mox pro *judices,* in septem Oxon. Mss. cum aliis nonnullis et edd. vett. legitur *videlicet.* Paulo infra, in χ 3. est *vos vobiscum:* in C ψ *nos nobiscum.*—9 Lamb. in ed. 1566. ita dedit: *metuit, ne eam ipse non posset.* Pro *ut* C habet *utique:* pro *ipse* C *ipsam,* H *ipse non;* pro *posset* ς χ 1. 3. ψ *non posset.*—10 *Iterum* ed. Lamb. De Ern. suspicione Schutz. delevit voc. *iter.* Tum in C S *Dibone.* Pro *petere* in C legitur *patere.* Ita Pantagathus hunc locum emendavit: *Tum, cons. rep. mut. terra Vibone Brundisium petere contendi.*—11 χ 3. omisit verba *terra . . . maritimos.* Denique in H est *præcluserat.*

CAP. XLI. 12 Voc. *illa* omittitur in Franc. 1. Tum in C est *Dibone.*

NOTÆ

opera sæpius usus esset, eum tamen insulæ aditu prohibuit.

[u] *Mei fratris collegia*] Virgilius Quinti Ciceronis collega fuit in prætura.

[x] *A Vibone Brundisium*] Vibo oppidum est Lucaniæ ad fretum, quod prius Hippo dicebatur, ut ait Pomp. Mela, lib. II. Brundisium vero oppidum est in Calabria, portu celebre, quo ex Italia in Epirum navigatur.

[y] *In fide mea*] A quo tempore Cicero in Sicilia fuit quæstor, se patronum semper Siculorum exhibuit.

iter mihi tutum,[13] multis minitantibus, magno cum suo metu præstiterunt. Brundisium veni, vel potius ad mœnia accessi.[14] Urbem unam mihi amicissimam declinavi, quæ se vel potius exscindi, quam, e suo complexu ut eriperer, facile pateretur. In hortos me M. Lenii[15] Flacci[z] contuli; cui cum omnis metus, publicatio bonorum, exilium, mors proponeretur, hæc perpeti, si acciderent, maluit, quam custodiam mei capitis dimittere. Hujus[16] ego, et parentis ejus, prudentissimi atque optimi senis, et utriusque filii manibus,[17] in navi tuta ac fideli collocatus, eorumque preces et vota de meo reditu exaudiens, Dyrrachium,[18][a] quod erat in fide mea, petere contendi. 98. Quo cum venissem, cognovi, (id quod audieram) refertam esse Græciam[19] sceleratissimorum hominum[b] ac nefariorum; quorum impium ferrum ignesque pestiferos[c] meus ille consulatus e manibus extorserat:[20] qui antequam de meo adventu audire potuissent, (cum tantum abessent[1] aliquorum dierum viam) in Macedoniam, ad Planciumque perrexi. Hic vero simul

Deinde H omisit verbum *judices.*—13 *Tunc iter mihi tutum* Ms. Teeg. *tunc mihi iter tutum* ed. 1480. et Junt. *tunc iter tutum* H S, ed. Rom. Ven. et Crat. *tum iter tutum* C χ 1. ψ : *tunc michi tutum* T χ 3.—14 Ms. Teeg. omisit verbum *accessi.* Paulo infra Weiske e conjectura dedit *potius vel exscindi,* probante Orellio. Schutz. ita edidit e conjectura: *quæ se vel exscindi, quam, e suo comp. ut erip. facilius pateretur.* Pro *quam e* in ς *quæ est.*—15 In C *Leni.* Mox in eodem Ms. legitur *mors præponeretur.* Tum in χ 3. *si hæc acciderent.*—16 Ms. Teeg. *Cujus.* Pro *ego et* in χ 3. est *ergo ut.*—17 In Ms. Erf. Teeg. ed. Græv. et Orell. *optimi senis, et fratris, et utriusque filiorum* (Erf. *filii*) *manibus:* edd. vett. ante Græv. cum Weiske *optimi senis, et utriusque filiorum manibus:* Schutz. *optimi senis et fratris utriusque filiorum manibus,* improbante Orellio.—18 In C χ 3. *Durachium.*—19 In C *Graciam.* Tum pro *hominum* in ψ *virorum.*—20 In H *extorserit.*—1 Ex auctoritate Ms. Teeg. Orellius legit *tamen abessent,* ut est quoque in C: ceteri, cum Lamb. et Oliv. *tum abessent.* ψ dedit *abesset.* Tum pro *aliquorum,* in tribus codd. Oxon. Erf. Teeg. Lamb.

NOTÆ

z *In hortos M. Lenii Flacci*] Flacci villa hortis erat nobilis.

a *Dyrrachium*] Dyrrachium est urbs in Epiro contra Calabriam, Epidamnus olim; ab Epidamo, rege barbarorum, condita et nominata.

b *Sceleratissimorum hominum*] Eos indicat qui fuerant e Catilinæ conjuratione.

c *Ignesque pestiferos*] Romam illi conjurati flammis exscindere voluerant, a quibus per Ciceronem erepta est.

atque me mare transisse cognovit, (audi, audi,[2] atque attende, Laterensis, ut scias, quid ego Plancio debeam, confitearegue[3] aliquando, me, quod faciam, et grate, et pie facere; huic, quæ pro salute mea fecerit, si minus profutura sint,[4] obesse certe non oportere:) nam, simulac me Dyrrachium attigisse audivit, statim ad me, lictoribus dimissis,[d] insignibus abjectis, veste mutata, profectus est. 99. O[5] acerbam mihi, judices, memoriam temporis illius et loci, cum hic in me incidit,[e] cum[6] complexus est, conspersitque lacrymis, nec loqui præ mœrore potuit! o rem, cum auditu crudelem, tum visu nefariam![7] o reliquos omnes dies noctesque eas, quibus iste a me non recedens, Thessalonicam[f] me, in[8] quæstoriumque[g] perduxit! Hic ego nunc de prætore Macedoniæ nihil dicam amplius, nisi, eum et civem optimum semper, et mihi amicum fuisse;[9] sed eadem timuisse, quæ ceteros: Cn. Plancium fuisse[10] unum, non qui minus timeret; sed, si[11] acciderent ea, quæ timerentur,

Græv. Oliv. Lall. Weiske et Orell. legitur *aliquot*.—2 Omiserunt alterum *audi* Steph. in contextu, Lamb. et Weiske. Paulo infra, in T est *Laterenensis*. Deinde χ 1. habet *qui ego*.—3 In C *consideraque:* in T *confiteare*. Paulo post in C T *quid faciam*. In edd. vett. nonnullis, cum Lamb. et Weiske, hic locus ita editur: *aliquando, quod faciam me et grate, &c.* Ed. Junt. omisit copulativam particulam *et*.—4 In C *essent:* in ς *sunt*. Mox pro *lictoribus* C habet *litoribus*. Tum in ψ est *insig. adjectis*. Dein in T *profecta est*.—5 *O* deest in χ 3. Actutum verbum *judices* non est in C. Infra, pro *hic in me* ψ dedit *mihi in me*.—6 Voc. *cum* omittitur in ȣ ς χ 1. 3. Ms. Teeg. Lamb. Oliv. et Weiske. Actutum Franc. 1. habet *adspersitque*. Deinde in χ 3. *ne loqui*. Pro *cum auditu* in C H, Franc. 1. et ed. Schutz. *tum auditu*.—7 χ 3. omisit verba *O . . . nefariam*. Mox *O reliquas* legitur in χ 1. et edd. ante Lamb. Seq. verbum, *omnes*, in ψ deest. Deinde in Franc. 1. est *a me iste*.—8 H omisit præpositionem *in*. Tum Ms. C et Junt. habent *in quæstorium*. In T est *perduxi:* in ψ *produxit*. Paulo post, χ 3. legit *de præt. Macedone*.—9 In H verbum *fuisse* deest.—10 Verba *sed . . . fuisse* non sunt in T χ 3. *Non*, ante *qui*, χ 1. abest.—11 E conjectura Ursini Lamb. in ed. 1584. dedit *sed qui, si*.

NOTÆ

[d] *Lictoribus dimissis*] Ex hoc loco patet quæstores in provincia lictores habuisse, sed senos tantum; quos honoris causa dimisit, cum Ciceroni obvius venit.

[e] *In me incidit*] Plancius accessit ad eum cum magna amoris significatione.

[f] *Thessalonicam*] Urbs Macedoniæ fuit Thessalonica.

[g] *Quæstorium*] Quæstorium domus quæstoris, sicut prætorium domus prætoris dicitur.

mecum ea subire et perpeti vellet. 100. Qui, cum ad me[12] L. Tubero,[h] meus necessarius, qui fratri meo legatus fuisset, decedens ex Asia venisset, easque insidias, quas mihi paratas ab exulibus conjuratis audierat,[13] animo amicissimo detulisset; in Asiam me ire (propter ejus provinciæ mecum[14] et cum meo fratre necessitudinem) comparantem, non est passus: vi me, inquam,[15] Plancius, et complexu suo retinuit, multosque menses a capite meo non discessit, abjecta quæstoria persona, comitisque sumta.

XLII. 101. O excubias[i] tuas,[16] Cn. Planci, miseras! o flebiles vigilias! o noctes acerbas! o custodiam etiam mei capitis infelicem! si quidem ego tibi vivus[17] non prosum, qui fortasse mortuus profuissem. Memini enim, memini, neque unquam obliviscar[18] noctis illius, cum tibi vigilanti, assidenti, mœrenti, vana quædam miser,[19] atque inania, falsa spe inductus, pollicebar; me, si essem in patriam[20] restitutus, præsentem tibi gratiam relaturum: sin autem vitam mihi sors[1] ademisset, aut vis aliqua major reditum

Pro *subire* in C est *subiret*.—12 In C *a me et*.—13 In H *conjurationis:* in ψ *conjurationis auderet*. Tum ante *animo*, verba *ad me* adduntur in Ms. Teeg.—14 In ς χ 1. 3. Ms. Erf. Franc. 1. et edd. ante Grut. legitur *metum:* in C H S T *me tum*. Sequens verbum, *et*, in T deest. Pro *comparantem* in ed. Lamb. est *comparatam*. In edd. vett. nonnullis hic locus ita editur: *propter ejus provinciæ metum, et cum meo fratre necis insidias comparatas*.—15 In Franc. 1. est *vi me, vi me, inquam*, probante Græv. Orellius maluit legi *vi me, vi, inquam*. Paulo infra, in ς est *abjecit quæstoria*. Posterius verbum in C omittitur. Denique pro *comitisque* in ς *comitiisque*.

CAP. XLII. 16 Verbum *tuas* haud agnoscit C: qui Ms. cum T χ 3. et ed. Junt. paulo infra omittit *etiam* ante *mei*.—17 In χ 3. *minus*. Mox *prosim* est in ed. Rom. Ven. Crat. et Naug. Verba *ego . . . mortuus* desunt in Ms. C. Tum pro *profuissem* in H ψ *defuissem:* in T *fuissem*.—18 In H ς χ 1. *obliviscor*. Ante *noctis* pronomen *tuæ* inseritur in ς χ 1. ψ, codd. nonnullis Steph. ed. Rom. Ven. et Junt. In χ 3. scribitur *meæ noctis*. Deinde pro *vigilanti* in C est *vigilatim:* pro *mœrenti* in ψ *meriti*.—19 In H *varia quædam miser:* in C ψ *vana quædam misera*. Tum C H habent *atque inani*.—20 In χ 1. ψ *in patria*. Mox pro *gratiam*, Ms. Erf. Teeg. et Græv. habent *gratias*, probante Grutero. Tum in T est *si autem:* in C *sin mihi*. Statim post, *vitam* in ς, *mihi* in C omittuntur.—1 In quatuor Oxon. Mss. Erf. Teeg. Lamb. Lall.

NOTÆ

h *L. Tubero*] Tubero Ciceronis propinquus fuit, nam eum ita appellat in oratione pro Ligario.

i *O excubias*] Perorationem incipit per vehementem exclamationem ad commiserationem excitandam.

peremisset; hos, hos (quos enim ego tum alios animo intuebar?) omnia[2] tibi illorum laborum præmia pro me persoluturos. Quid me aspectas? quid mea promissa repetis? quid meam fidem imploras? nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, sed de horum[k] erga me benevolentia[3] promittebam: [*p.* 281.] hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare pro meo capite, vel vitæ periculo velle videbam: de eorum desiderio,[4] luctu, querelis quotidie aliquid tecum simul audiebam: nunc timeo, ne nihil tibi, præter lacrymas, queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. 102. Quid enim possum aliud,[5] nisi mœrere? nisi flere? nisi te cum mea salute complecti? salutem tibi iidem dare possunt, qui mihi reddiderunt. Huc exsurge tamen,[l] quæso:[6] retinebo et complectar: nec me solum deprecatorem fortunarum tuarum,[7] sed comitem sociumque profitebor: atque (ut spero) nemo erit tam crudeli animo, tamque inhumano, nec tam immemor,[8] non dicam meorum in bonos meritorum, sed bonorum in me, qui a me mei servatorem capitis divellat, ac distrahat. Non ego meis ornatum beneficiis a vobis deprecor,[m] judices,[9] sed

Oliv. et Orell. legitur *fors.* Mox voc. *hos* haud repetitum est in Franc. 1. Tum H omisit *enim.* Pro *alios* C T χ 3. *aliquos:* H *alio.*—2 Ante *omnia* H inseruit *et.* Dein in C χ 1. est *per me persol.* Pro *mea promissa* χ 3. dedit *me in fidem.* Verbum *tibi* ante *ego* non est in H. Porro in C H T ς χ 1. et Franc. 1. scribitur *eorum erga me.*—3 In Ms. Erf. hic locus ita datur: *sed de horum ego benevolentia:* in edd. vett. cum Lamb. *sed horum erga me benevolentiam:* al. *sed horum ego benevolentiam.* Mox ς χ 1. omittunt verba *vos gemere.* Tum in ψ *vel jure periculo.*—4 In Ms. Erf. Teeg. Lamb. Weiske, et Orell. legitur *de horum des.* Pro *desiderio* in C est *considero.* Paulo infra ψ habet *propter lacrymas.*—5 In χ 3. *aliquid.* Verba *cum mea salute* delevit Schutz. Deinde in C est *qui me redd.*—6 In Ms. Erf. Teeg. Paris. Græv. Lall. Schutz. et Orell. legitur *Te tamen, (exsurge, quæso) ret. &c.* In ed. Lamb. *Nunc, exsurge tamen quæso.* In Franc. 1. *Huc tandem exsurge, quæso.* Pro *Huc* χ 3. dedit *Nec.*—7 *Tuarum* in C deest: in χ 1. est *mearum.* Tum ψ omittit *ut* ante *spero.*—8 In H est *neque tam memor:* in ς *nec immemor.* Statim post, in edd. vett. ante Lamb. *meorum non dicam.* Deinde H omittit verbum *capitis.*

NOTÆ

[k] *Sed de horum*] Judicum, qui sedent in hoc judicio, benevolentiam ait Plancio se pollicitum fuisse, quam summam in se cognoscebat.

[l] *Exsurge tamen*] Sedebat reus in minori subsellio prope suum oratorem.

[m] *Deprecor*] Non cupit precando

custodem salutis meæ: non opibus contendo, non auctoritate, non gratia; sed precibus, sed lacrymis, sed misericordia: mecumque[10] vos simul hic miserrimus et optimus obtestatur parens, et pro uno filio duo patres[n] deprecamur. 103. Nolite, judices, per vos, per fortunas vestras, per liberos vestros,[11] inimicis meis, his præsertim, quos ego pro vestra salute suscepi, dare lætitiam, gloriantibus vos[12] (jam oblitos mei salutisque ejus, a quo mea salus conservata est) hostes extitisse: nolite animum meum debilitare tum luctu, tum etiam metu[13] commutatæ vestræ voluntatis erga me: sinite me, quod vobis fretus huic sæpe promisi, id a vobis[z] ei persolvere. 104. Teque, C. Flavi,[14][o] oro et obtestor, (qui meorum consiliorum in consulatu socius, periculorum particeps, rerum, quas gessi, adjutor fuisti; meque non modo salvum semper, sed etiam ornatum, florentemque esse voluisti) ut mihi per hos[15] conserves eum, per quem me tibi et his conservatum vides. Plura ne dicam, tuæ me etiam[16] lacrymæ impediunt vestræque, judices, non solum meæ: quibus ego, magno in metu meo, subito inducor

[z] *Per vos.*

—9 In χ 3. *judicibus.*—10 In C H *mecum.* Tum ϛ χ 1. 3. ψ, edd. vett. ante Græv. cum Weiske, non habent *hic* ante *miserrimus.* Porro in χ 1. legitur *duos patres.*—11 E conjectura Garaton. Orellius dedit *per, vos, fortunas, per liberos vestros:* Erf. et Græv. *per vos, per fortunas, per liberos vestros:* edd. vett. ante Græv. *per vos, per fortunas vestras, per liberos,* omisso *vestros:* quam lectionem recepit Weiske, nisi quod habet *et per liberos.* Actutum *iis præsertim* scribitur in Ms. Teeg. Junt. Steph. Lamb. Weiske et Orellio.—12 Voc. *vos* non est in ϛ χ 1. Post *oblitos* ed. Lamb. inseruit *esse.* Tum pro *salutisque* in quinque Mss. Oxon. Teeg. ed. 1472. Ven. 1480. 1483. cum Orellio, est *salutis.*—13 Pro *etiam metu* in C est *veste.* Verbum *metu* non est in ψ. Pro *vestræ* C habet *metu.* Dein in ψ est *vestræ voluntates.*—14 E conjectura Garaton. Orell. dedit *C. Flave.* Mox pro *consulatu* in χ 1. est *senatu.*—15 In C *per eos:* qui Ms. paulo infra omisit *et* post *tibi.* Pro *conservatum* in ϛ est *consulatum:* in ψ *servatum.* Ante *vides* Ms. C inseruit *esse.*—16 In C *tuæ* e

NOTÆ

absolvi Plancium, quasi suis beneficiis civem ornatum, sed custodem salutis suæ.

[n] *Duo patres*] Plancius pater, et ipse Cicero, ratione nempe officii et ætatis ejus parens, pro Plancio filio deprecantur.

[o] *C. Flavi*] Flavius huic præsidebat judicio.

in spem, vos eosdem [17] in hoc conservando futuros, qui fueritis in me; quoniam istis vestris lacrymis de illis recordor, quas pro me sæpe et [18] multum profudistis.

et.—17 *Vos in eosdem* legitur in C: qui Ms. pro *qui fueritis* dedit *qui futuris.* —18 Ms. C omisit *et.* Pro *multum* Garat. conjecit *multas.* Denique in χ 1. est *multum profudisti:* in χ 3. *multum profugistis.*

M. TULLII CICERONIS

PRO P. SEXTIO†

ORATIO XXXII.

ARGUMENTUM.

P. Sextius tribunus plebis fuit, P. Lentulo Spinthere et Q. Metello Celere consulibus. Is cum esset Ciceronis et optimatium omnium amantissimus, totum tribunatum suum et ad Ciceronem restituendum et ad perniciosas leges impediendas contulit. Quæ res parum abfuit, quin ei summam perniciem afferret. Nam cum primo, senatusconsulto de revocando Cicerone facto, Fabricius tribunus pl. VIII Kal. Febr. rostra conscendisset, ut ad populum de eadem re ferret, operæ Clodianæ impetum in eum fecerunt, ut eum de rostris dejicerent; et orta utrimque pugna, magna cædes facta est: deinde cum Q. Metellus in templo Castoris cum populo ageret, et legem aliquam ad populum ferret, Sextiusque eam perniciosam existimans, descendisset, eique obnuntiavisset, iterum vis a Clodianis orta est, qua ipse pæne Sextius est deletus. Harum rerum culpam cum in Sextium conferre Clodiani cuperent, eum proximo anno lege Lutatia reum de vi fecerunt. In quo periculo cum præter alios Hortensius et Cicero subvenissent, eumque orationibus defendissent, absolutus est judicum sententiis. Defensionis autem Ciceronianæ hæc est ratio, ut, qualis Sextius inde a pueritia, inprimisque in tribunatu fuerit, commemoret, et quæcumque vis in foro et in templo Castoris versata sit, eam a Clodianis ortam esse ostendat. Et quoniam accusator Sextii quædam etiam in Ciceronem dixerat, inprimisque, quænam esset illa optimatium natio, per ludibrium ex Cicerone quæsierat; hac occasione arrepta, fuse et graviter, qui sint optimates et populares, docet, et simul ostendit, populum Romanum etiam nunc in comitiis, concionibus, ludisque significare, magis sibi optimates quam populares placere.

† '*Pro P. Sextio*] Pal. 2. ac 9. item Erf. et Gembl. hunc hominem semper appellant *Sestium;* ut etiam liber S. Victoris: adeo ut sic rescribendum

I. 1. [*Ed. Ald. p.*3.] Si quis antea, judices, mirabatur, quid esset, quod, pro tantis opibus[1] reipublicæ, tantaque dignitate[a] imperii, nequaquam satis multi cives forti[2] et magno animo invenirentur, qui auderent se et salutem suam[3] in discrimen offerre pro statu civitatis, et pro communi libertate; ex hoc tempore miretur potius, si quem bonum et fortem civem[4] viderit, quam si quem aut timidum, aut sibi potius, quam reipublicæ consulentem.[5] Nam, ut omittatis de uniuscujusque casu cogitando recordari, uno aspectu intueri potestis, eos,[a] qui cum senatu, cum bonis omnibus, rempublicam afflictam excitarint, et latrocinio domestico liberarint, mœstos, sordidatos,[b] reos, de capite, de fama, de civitate, de fortunis, de liberis dimicare;[6] eos autem, qui omnia divina et humana violarint, vexarint,[7] perturbarint, everterint, non solum alacres lætosque volitare,[b][c] sed etiam voluntarios[8][d] fortissimis[e] atque optimis civibus periculum moliri,

[a] *Cum tantæ sint opes reipublicæ, tantaque dignitas.*
[b] *Incedere alacriter et superbe.*

videatur: ut fecit P. Victorius. Annotatum tamen Cl. Puteano scribendum *Sextio*, quoniam sit familiæ plebeiæ: *Sestium* enim notare patriciam.' *Grut.* 'In Mediol. ed. legitur *Sestio*; sed in Franc. 1. *Sextio*.' Græv. Vulg. *Sextio*.

Cap. I. 1 Dresd. *quod tantis opibus*, sine præpositione. Mox, C *dign. r.* (i. e. *Romani*) *imperii*.—2 H S χ, Ven. 1483. Junt. Lamb. *fortes*.—3 In ψ deest *suam*.—4 Dresd. *virum*.—5 Hervag. *consultum*. Mox, χ *ut omittamus*.—6 Ern. e conjectura cum Schutz. *dimicare*. Ceteri *dimicantes*.—7 Hervag. *vex., viol.*—8 T, Dresd. Franc. 1. Pall. Ms. Car. Steph. Ven. 1480. Hervag. Schutz. omittunt *voluntarios*, quod Orell. uncis inclusit. In ed. Junt. *volun-*

NOTÆ

[a] *Intueri potestis eos*] Intelligit Sextium et Milonem: Sextium qui modo reus adducitur in judicium; Milonem, cui Clodius diem dixit, quod gladiatoribus rempublicam obsedisset: non sperabat autem Clodius Milonem condemnatum iri, quia patronos magnos, et Pompeium maxime habebat; sed eum in judicium vocavit, ut per hanc causam, et Milonem oppugnaret, et patronos ejus vexaret.

[b] *Sordidatos*] Qui rei vocabantur in judicium, una cum amicis sordidis vestibus et maculatis aderant, quo judices ad misericordiam inflecterent.

[c] *Lætos volitare*] Læti dicuntur volitare, qui superbe incedunt.

[d] *Voluntarios*] Voluntarios, id est, nulla causa impulsos, sed sua voluntate adductos.

[e] *Fortissimis*] Pompeio insidias struxit Clodius, quia in gradibus palatii per sicarium eum occidere volu-

de se nihil timere. 2. In quo cum multa sint[9] indigna, tum nihil minus est ferendum, quam quod jam non per latrones[f] suos,[10] non per homines egestate et scelere perditos, sed per vos[g] nobis, per optimos viros optimis civibus,[11] periculum inferre conantur: et, quos lapidibus,[h] quos ferro,[i] quos facibus,[k] quos vi, manu, copiis[l] delere non potuerunt, hos[12] [m] vestra auctoritate, vestra religione,[n] vestris sententiis se oppressuros arbitrantur.[13] Ego autem, judices, quia,[14] qua voce mihi in agendis gratiis, commemorandoque eorum, qui de me optime sunt meriti,[o] bene-

tario. Ern. conjecit Ciceronem scripsisse *ultro*, prob. Garaton.—9 C H S T χ, Ven. 1483. Junt. Hervag. Ern. *sint.* Ceteri *sunt.*—10 ψ *jam per latrones,* omissis vocibus *non* et *suos.*—11 Pro *viros,* χ habet *cives,* et pro *civibus* Dresd. *viris.*—12 C *hoc.*—13 Dresd. *arbitrentur.*—14 *Quia,* auctoritate Ms. Hoto-

NOTÆ

it, qui cum sica deprehensus est.

[f] *Per latrones*] Latrones sive latrunculi dicebantur, quibus publice decretum indictumque bellum non fuerat, cum tamen hostiliter grassarentur.

[g] *Sed per vos*] Apud judices vocabant quasi reos capitis, quos cives optimos noverant.

[h] *Quos lapidibus*] De semetipso loquitur: cum enim, mutata veste, ut reus sordidatus, populo supplicaret, Clodius illi omnibus vicis occurrebat, stipatus hominibus contumeliosis, qui petulanter mutationem vestis, et habitum ejus exagitabant, multisque locis luto et lapidibus in eum conjectis, supplicationes impediebant.

[i] *Quos ferro*] Plutarchus refert, cum senatus frequens mutandam vestem pro Cicerone censuisset, Clodium tum fuisse in curia cum armis, et senatores non paucos e senatu, vestibus discissis, et clamore sublato, se proripuisse.

[k] *Quos facibus*] Domum Ciceronis incendit Clodius, et Milonis ædes oppugnavit.

[l] *Quos vi, manu, copiis*] Cum lex de Cicerone revocando ferretur ad populum, acceptis a fratre Appio gladiatoribus, impetu in multitudinem facto, multos vulneravit Clodius, multos occidit. In foro tribuni vulnerati sunt, et Q. Cicero inter cadavera tanquam mortuus jacuit. Vide Dion. lib. XXXIX. et Plut. in Cic.

[m] *Hos*] Arbitrati sunt illi cives seditiosi, se, vocando in judicium, perdituros Milonem et Sextium. Unde Sextius ab Albinovano de vi accusatus est lege Lutatia: quæ nempe a Q. Lutatio Catulo consule cum Mario, A. U. C. 651. lata est, ut de seditiosis civibus quotidie, etiam diebus festis, ludisque publicis quæreretur: Milo vero a Clodio ædile curuli ad judicium vocatus est.

[n] *Vestra religione*] Jurati judices sententiam ferebant: quare teneri religione censebantur.

[o] *Optime sunt meriti*] Octo tribuni plebis, inter quos potissimum fuit Sextius, legem de Ciceronis reditu promulgarunt ex senatusconsulto.

ficia,[15] esse utendum putabam, ea nunc uti cogor in eorum periculis depellendis; iis potissimum vox hæc serviat,[16] quorum opera et mihi, et vobis, et populo Romano restituta est. II. 3. Et, quanquam a Q. Hortensio,[17] [p] clarissimo viro atque eloquentissimo, causa est P. Sextii perorata, nihilque ab eo prætermissum est,[18] quod aut pro republica conquerendum fuit, aut pro reo disputandum; tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur, per quem est perfectum, ne ceteris civibus deesset.[19] Atque ego sic statuo, judices, a me [20] in hac causa, atque hoc extremo dicendi loco,[q] pietatis potius, quam defensionis; querelæ, quam eloquentiæ; doloris, quam ingenii partes esse susceptas. 4. Itaque, si aut acrius egero, aut liberius, quam qui ante me dixerunt; peto a vobis, ut tantum orationi meæ concedatis, quantum et pio dolori et justæ iracundiæ concedendum putetis: neque enim officio [1] conjunctior dolor ullius esse potest, quam hic meus, susceptus [2] ex hominis, de me optime meriti, periculo: neque iracundia magis ulla [3] laudanda,

manni et Pariss. addiderunt Lallem. Ern. Schutz. Ceteri omittunt.—15 *Beneficio* omnes Mss. et edd. præter Franc. 1. Barb. Græv. Ern. et Schutz. qui habent *beneficia*. Vid. Nott. Varr. In Dresd. *commemorando eorum, qui optimi de me sunt meriti beneficio*: in ed. Hervag. *optime de me*. Mox, *putavi* C T, Franc. 1. *putavi et* ψ.—16 Lamb. *servit*.

Cap. II. 17 C T ψ *ab Hortensio*. In Franc. 1. Dresd. *Quæ quanq. ab Hortensio*. Mox, χ *causa est Sextii peror*. Franc. 1. Dresd. *causa est publice peror*.—18 Ern. censet *est* delend.—19 ψ *deessem*.—20 Verba *a me* absunt a Franc. 1. Dresd. quatuor Oxonn. Mss. et edd. vett. quæ exhibent, *judices in hac causa atque in exercitatione dicendi a me locum pietatis pot. quam def., querelam, quam eloquentiam*. In Franc. 1. et Dresd. *atque exercitatione* (Dresd. *ex̄tione*) *dicendi locum*. Tum, Franc. 1. *querelam quam eloquentiam*: C H T χ ψ, Dresd. *querelam quam eloquentiæ*. Pro *hoc extremo* C χ ψ *exercitio*; H *in exercitio*; T *in exercitatione*. Porro, *locum* H: *a me locum* C T χ ψ.—1 *Neque off.* H S χ: *Nunquam off.* C T ψ, Franc. 1. *Neque enim unquam* Crat. Mox, H *dolor illius*: C T ψ, Franc. 1. Dresd. et edd. vett. *dolor ullus*.—2 In Franc.

NOTÆ

[p] *A Q. Hortensio*] De eo jam dictum in Divin. in Verrem.

[q] *Hoc extremo dicendi loco*] Cum plures ad eandem causam agendam oratores assumebantur; extremus dicendi locus semper Ciceroni relictus est: unde de se in Oratore sic testatur; 'in quo ut viderer excellere, non ingenio, sed dolore, assequebar.'

quam ea, quæ me [4] inflammat eorum scelere, qui cum omnibus salutis meæ [5] defensoribus bellum esse sibi gerendum judicaverunt. 5. Sed, quoniam singulis criminibus [r] ceteri responderunt, dicam ego de omni statu P. Sextii,[6] de genere vitæ, de natura, de moribus, de incredibili amore in bonos, de studio conservandæ salutis communis atque otii; contendamque, si modo id consequi potero,[7] ut in hac confusa atque universa defensione,[s] nihil a me, quod [8] ad vestram quæstionem; nihil, quod ad reum; nihil, quod ad rempublicam pertineat, prætermissum esse videatur. [*p.* 4.] Et, quoniam in gravissimis temporibus civitatis, atque in ruinis eversæ atque afflictæ reipublicæ, P.[9] Sextii tribunatus est a fortuna ipsa collocatus; non aggrediar ad illa maxima atque amplissima, prius quam docuero, quibus initiis ac fundamentis [10] hæ tantæ summis in rebus laudes excitatæ sint.

III. 6. Parente P. Sextius natus est, judices, homine, ut plerique meministis, et sapiente, et sancto, et severo; qui, cum tribunus plebis primus [t] inter homines nobilissimos [u] temporibus optimis [11] factus esset, reliquis honoribus [c] non tam uti voluit, quam dignus videri. Eo auctore duxit honestissimi et spectatissimi viri, C. Albini, filiam; [x] ex qua

[c] *Magistratibus.*

1. et Dresd. deest *susceptus*, non improb. Grævio.—3 χ non habet *ulla.*—4 ψ *me* caret.—5 Junt. *meæ sal.* et mox *gerendum sibi.*—6 H *Sestii.*—7 Junt. *assequi pot.* Pro *confusa* χ *causa.*—8 H *nihil quod ad me.*—9 χ prænomen omittit.—10 In ψ *init. aut fund.* Mox, *exortæ sunt* H S χ, edd. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt.

CAP. III. 11 C ψ *temp. opportunis.* Pro *factus* χ ψ *statutus.*—12 ψ *etiam*

NOTÆ

[r] *Sed quoniam singulis criminibus*] Propositionem hic facit totius orationis, in qua non tam de criminibus objectis, quoniam jam ab aliis oratoribus et Hortensio maxime refutata sunt; quam de tota ejus vita et moribus dicendum statuit.

[s] *Confusa atque universa defensione*] Confusam defensionem vocat, quia non est ejus criminis propria, sed generatim ad omnem Sextii vitam pertinet.

[t] *Primus*] Qui longe plura ceteris suffragia in sortitione magistratuum tulerat, primus omnium renuntiabatur.

[u] *Inter homines nobilissimos*] Quamvis esset e plebeiis Sextius, tamen fuit e familia consulari. Refert enim Livius lib. VI. Lucium Sextium de plebe primum consulem factum esse.

[x] *Albini filiam*] Albinus senator

hic est puer, et nupta [12] jam filia. Duobus his gravissimæ antiquitatis viris sic probatus fuit, ut utrique eorum et carus [13] maxime et jucundus esset. Ademit Albino soceri nomen [14] [y] mors filiæ, sed caritatem [15] illius necessitudinis et benevolentiam non ademit. Hodie sic hunc diligit,[16] ut vos [17] facillime potestis ex hac vel assiduitate ejus, vel solicitudine et molestia, judicare. 7. Duxit uxorem,[18] patre vivo, optimi, at calamitosissimi [z] viri filiam, C. Scipionis. Clara in hoc P. Sextii pietas extitit,[19] et omnibus grata, quod et Massiliam [a] statim profectus est,[20] ut socerum videre consolarique posset, fluctibus reipublicæ [b] expulsum, in alienis terris jacentem, quem in majorum suorum [c] vestigiis stare oportebat; [1] et ad eum filiam ejus ad-

nupta. Mox, in C T, Franc. Dresd. Pal. 3. 4. 5. 8. Car. Steph. Crat. *his* deest. Tum, *gravissimis* habent C H S χ ψ, Franc. 1. Dresd. et edd. pleræque ante Grut. Lambinus edidit *gravissimis ac sanctissimis viris.*—13 C ψ et Car. Steph. *utrique eorum ut et carus*, nisi quod ψ *uterque.*—14 *Alb. ceterum nomen* Gembl. et Ms. Vict. *Alb. ceterorum nomen* Pal. 9.—15 H *caritatis.* Mox, Lamb. *benevolentiæ.*—16 χ *si hunc dil.* Excidisse h. l. quædam censet Ern. Verba *Hodie sic hunc dil.* Schutz. uncis inclusit.—17 ψ *et vos.* Tum, H S χ *possitis.*—18 Schutz. conjecit legend. *Alteram duxit ux.* '*Patre vivo*] Hoc quorsum pertineat, non intelligo, nisi forte ex aliquo libro veteri addi possit *atque auctore.*' Græv. Tum, Ern. et Schutz. e conjectura Robortelli receperunt *opt. at calam.* Ceteri *opt. et calam.* Ante *filiam*, quod in C deest, T ψ addunt *Summi.* Denique, Hervag. Naug. Lamb. habent *L. Scipionis.*—19 ψ *in hac*, et H χ *pietas extat.* In C T deest copula ante *omnibus.*—20 H χ *profectus* sine *est.* Mox, C *possit.* In ψ desunt verba *profectus* . . . *fluctibus*

NOTÆ

fuit, cujus ex filia natus est Sextius. Honestus porro dicebatur apud veteres illos Romanos, ut notat Asconius, vel qui dives et opulentus, vel qui non capite diminutus, aut infamis fuerat.

[y] *Ademit soceri nomen*] Ademit nomen soceri filiæ mors, quia novas nuptias contraxit Sextius, et uxorem accepit filiam Lucii Scipionis.

[z] *Calamitosissimi*] Calamitosus dicitur, quia desertus est a suo exercitu; et ejectus e patria Massiliam venit; sive quod sibi timeret a Sulla, sive quod nollet redire Romam privatus, ubi consul et imperator antea fuisset.

[a] *Massiliam*] De hac urbe dictum est in orat. pro Font. § 3. not.

[b] *Fluctibus reipublicæ*] Allegoria sumta e naufragio: significat autem bellum illud civile, quod Sullam inter et Marium exarsit.

[c] *Majorum suorum*] Sex ex illa clarissima familia fuere consulares; imperatores plurimi, qui suis victoriis et triumphis, non mediocriter nomen Scipionum, et Romanum, sed potissimum receptis Hispaniis, superato Hannibale, Antiocho devicto in Asia,

duxit, ut illo [2] insperato aspectu complexuque, si non omnem, at aliquam [3] partem mœroris sui deponeret; et maximis officiis et illius ærumnam, quoad vixit,[4] et filiæ solitudinem sustentavit. Possum multa dicere de liberalitate, de domesticis officiis, de tribunatu militari,[5] [d] de provinciali in eo magistratu abstinentia; [d] sed mihi ante oculos obversatur reipublicæ dignitas, quæ me ad sese rapit,[6] hæc minora relinquere hortatur.

8. Quæstor hic [e] C.[7] Antonii, collegæ mei, judices, fuit sorte, sed societate consiliorum, meus. Impedior nonnullius officii, ut ego interpretor, religione,[f] quo minus exponam, quam multa ad me [8] detulerit,[g] quanto ante providerit. Atque ego de Antonio nihil dico, præter unum; nunquam illum in illo [9] summo timore ac periculo civitatis, neque communem metum [h] omnium, neque propriam non-

[d] *Moderatione.*

reipublicæ. Paulo post, ψ omittit *terris.*—1 H *oporteat.*—2 H S χ ψ, Franc. edd. Rom. Ven. 1483. Junt. *ille.* Tum, *insp. affectu* Mss. nonnulli, Ven. 1480. Junt. Denique, C *amplexuque.*—3 C *attamen aliq.*—4 ψ *quo adjunxit.*—5 C T, Barb. Ald. Hervag. *de trib. militum.* Mox, pro verbis *in eo* χ *meo.* Tum, H *mag. et abst.*—6 *Ad rem rapit* C: *ad se rapit* H S T, Ven. 1483. Junt. Hervag.—7 C T ψ prænomen omittunt.—8 *Quanta ad me* C H T, Crat. Hervag. Mox, χ *quanto prov.*—9 C H χ ψ, Car. Steph. Rom. Ven. 1483. *illum illo* sine præpositione. Mox, pro *civitatis* C H χ ψ et Car. Steph. *societatis.* Tum, C *nunquam comm.* et H *nec propr.* Postea, in H *tollere* deest. A Ms.

NOTÆ

excisis Sagunto et Carthagine, illustrarunt.

[d] *De tribunatu militari*] Tribunorum fuit inter milites jus dicere, excubiis signum dare, vigilias, exercitia, munitiones, et alia id genus curare, legionisque pedites ita regere, ut nullus aliis plus posset, nec unus uni parti præesset, et alter alteri; sed integræ legioni singuli: non simul tamen, sed per statas vices bini.

[e] *Quæstor hic*] Quæstores in comitiis creabantur. Hic autem Sextius, ut ait in Vatinium, omnium suffragiis factus est. Creati vero quæstores provincias sortiebantur. Huic obtigit consularis provincia Macedonia, quam Antonius, Ciceronis collega in consulatu, administravit.

[f] *Religione*] Summa necessitudo esse debuit quæstorem inter et proconsulem, ut dictum est in I. et III. Verr.

[g] *Quam multa ad me detulerit*] Sextius multa retulit Ciceroni; nempe de Antonio, qui, repetundarum accusatus, defensus ab eo est.

[h] *Communem metum*] Antonius, referente Plutarcho, creditus est vulgo, propter æris alieni magnitudinem, propensissimus fuisse ad Catilinæ sequenda consilia. Unde sequenti-

nullorum de ipso suspicionem, aut inficiando tollere, aut dissimulando sedare voluisse. In quo collega sustinendo atque moderando,[10] si meam in illum indulgentiam, conjunctam cum summa custodia reipublicæ,[11] laudare vere solebatis; par prope laus P. Sextii esse[12] debet, qui suum ita[13] consulem observavit, ut et illi quæstor bonus, et vobis[14] omnibus optimus civis videretur. IV. 9. Idem, cum illa conjuratio ex latebris[i] atque ex tenebris erupisset, palamque armata volitaret, venit cum exercitu[15] Capuam;[k] quam urbem, propter plurimas belli opportunitates, ab illa impia et scelerata manu attentari[e] [16] suspicabamur: et inde M. Aulanum, tribunum militum Antonii, Capua[l] præcipitem ejecit, hominem perditum, et non obscure Pisauri,[17] [m]

[e] *Invadi.*

T absunt verba *nihil dico . . . sedare voluisse,* et a Franc. *Atque ego de Antonio . . . sedare voluisse.*—10 χ *sust. aut mod.* Dein, Grævius e Franc. et Dresd. edidit *meam indulg. in illum.*—11 *Cum summo studio reip.* S χ, edd. ante Ald. cum Lamb. Mox, in χ deest *vere.*—12 C non habet *esse.*—13 *Ita suum* Ven. 1483. Junt. Lamb.—14 ψ *nobis.*

CAP. IV. 15 Franc. et Dresd. verba *cum exercitu* omittunt.—16 Pro *attentari* C S χ *temptari;* H et Pall. aliquot *tentari;* ψ *ut tentati,* sed in marg. 'al. *tentari.*' Tum, C *suspicabamus;* S χ ψ et al. *conspiciebamus;* al. *conspicabamus.* Verba *et inde* Mss. multi omittunt. Pro *M. Aulanum* S, Erf. Gembl. Lamb. *C. Menulanum;* T *meculanum;* χ *C. Metiulanum;* Pall. 3. 4. 5. *me Aulanum;* Ms. Vict. *C. Mevulcanum;* ed. P. Manut. *M. Aulianum;* Ven. 1483. Junt. *C. Mevulanum;* Pal. 8. *Meaulcanum,* ascriptumque, 'al. *M. Aulum:*' Pantagathus *M. Aulanium,* qui post nomen *Antonii* addit *castra,* pro eo quod in Mss. est *Capua.* Pro *militum* T et Franc. 1. *militiæ.* Porro, H, Franc. 1. *Antronii;* et C T, Franc. 1. *Caput.* Denique, *projecit* χ, Ven. 1483. Junt. *egit* alii.—17 ψ *Pasauri.* Mox, H *in illa alia conj.* Verba *hominem*

NOTÆ

bus proxime verbis in eo sustinendo suam laudat indulgentiam.

[i] *Cum illa conjuratio ex latebris*] Id est, cum patefacta fuisset conjuratio, deprehensis conjuratorum literis, quæ in senatu lectæ sunt, et conjecti fuissent in vincula aliquot conjurati, Sextius reipublicæ conservandæ operam dedit.

[k] *Venit cum exercitu Capuam*] Refertur a Sallustio Q. Pompeium prætorem Capuam senatus decreto missum esse, ut pro tempore exercitum compararet. Cicero tamen aperte testatur Sextium habuisse exercitum, qui fortasse jussu consulis Antonii ei datus est.

[l] *Capua*] Capua urbium Campaniæ nobilissima. Hanc a Capy Samnitum duce dictam fuisse, Livius scribit; Virgilius vero a Capy Æneæ comite conditam fuisse et appellatam, in Æneid. refert.

[m] *Pisauri*] Pisaurus Piceni fluvius

et in aliis agri Gallici partibus, in illa conjuratione versatum. Idemque C. Marcellum,[n] cum is non solum Capuam venisset, verum etiam se, quasi armorum studio, in maximam familiam [o] conjecisset, exterminandum ex illa urbe [18] curavit: qua de causa et tum conventus ille [p] Capuæ, qui, propter salutem illius urbis consulatu conservatam [19] meo me unum patronum adoptavit,[q] huic apud me P. Sextio [20] maximas gratias egit; et hoc tempore [1] iidem homines, nomine commutato, coloni, decurionesque[r] fortissimi atque optimi viri, beneficium P. Sextii testimonio declarant,

perd. . . . curavit in T, Franc. 1. et Dresd. desunt.—18 S χ ψ *cum illa urbe.*—19 χ *servatam:* Lamb. *conservatæ.* Verba *conservatam meo, me inaurata statua donarat: me unum, &c.* ex orat. in Pisonem margini Ms. ap. Ursin. ascripserat vir doctus. A Dresd. T, et Franc. 1. absunt verba *qui propter sal. . . . adoptavit.*—20 *Sextio* Manutio suspectum est. In Franc. et Barb. *huic P. Sextio apud me.*—1 *Quo quidem temp.* H S χ ψ, et Car. Steph. *et hoc quidem temp.* Junt. Pro *iidem homines* C *fidem hominis;* H S χ *homines.* Tum, H S χ *nemine comm.* Pro *nomine comm. . . . Sextii* C habet tantum *beneficiumque.* In Franc. et Dresd. legitur, *Et hoc tempore fidem hominis beneficiumque testi-*

NOTÆ

est, a quo Pisaurum Umbriæ civitas nominata est, quam alluit.

[n] *C. Marcellum*] De quo in orat. I. in Catil.

[o] *In maximam familiam*] Sallustius narrat gladiatorum familias senatus decreto missas Capuam, et in alia municipia distributas fuisse, ne, si in urbe remanerent, assumerentur a conjuratis contra rempublicam. Marcellus autem simulatione addiscendæ militaris exercitationis se illis tradidit: nam revera tradebant se multi gladiatoribus addiscendæ militaris exercitationis causa.

[p] *Conventus ille*] 'Conventus,' inquit Festus, 'uno modo intelligitur, cum a magistratibus judicii causa populus congregatur.' Id autem in præfecturis Italiæ potissimum fiebat, tum etiam in provinciis. In provinciis autem urbes, ac potissimum metropoles constituebantur, ad quas e locis vicinis vadimonia præmittebantur, ut rectores cum aliquot equitum Rom. consilio jus de controversiis dicerent.

[q] *Patronum adoptavit*] Præter magistratus, fuerunt patroni coloniarum. Hos Romulus in rempub. induxit: ut enim cives patricios plebeiorum tutores constituit, sic colonis ac sociis populi Rom. quos vellent, ex civibus Rom. sibi patronos deligendi copiam fecit, quorum opera in civitate uterentur, si quid esset, quod sua interesset, ac Romæ curandum esset.

[r] *Decuriones*] Antequam Capuam deducta esset colonia a Cæsare, illius urbis conventus senatus dicebatur: sed tandem qui illum conflabant, sicut in reliquis coloniis et municipiis, decuriones nominati sunt.

[s] *P. Sexti*] Filius Sextii prætextatus aderat patris judicio. Moris autem fuit, ut scribæ darentur recitanda, quæ proprie ad judicium perti-

periculumque[2] decreto suo deprecantur. 10. Recita, quæso, P. Sexti,[s] quid decreverint Capuæ decuriones; [*p.* 5.] ut jam puerilis[3] tua vox possit [aliquid] significare inimicis nostris, quidnam, cum se corroborarit,[4] effectura esse videatur. (*Decretum decurionum.*) Non recito decretum officio aliquo expressum vicinitatis, aut clientelæ, aut hospitii publici,[t] aut ambitionis, aut commendationis[5] gratia; sed recito memoriam perfuncti periculi, prædicationem[6] amplissimi beneficii, vicem[7] officii[f] præsentis, testimonium præteriti temporis. 11. Atque illis temporibus iisdem,[8] cum jam Capuam metu Sextius liberasset,[u] urbem senatus atque omnes boni, deprehensis atque oppressis domesticis hostibus, me duce, ex periculis maximis extraxissent;[9] ego literis eum Capua arcessivi cum illo exercitu, quem tum secum habebat. Quibus hic literis[10] lectis ad urbem confestim incredibili celeritate advolavit. Atque, ut illius temporis[11] atrocitatem recordari possitis, audite literas, et vestram memoriam ad timoris præteriti cogita-

[f] *Relationem gratiæ.*

monio declarant, ceteris omnibus omissis.—2 H S T χ, Car. Steph. Ven. 1483. Junt. Lamb. et Orell. *periculum,* sine copula. Pro *deprecantur* Ms. Hotomanni habet *testantur.*—3 Mss. plerique et edd. ante Grut. *virilis.* Vid. Nott. Varr. Mox, Schutz. de sententia Ernesti *aliquid* delevit. Tum, χ *assignare inimicis vestris.* Steph. *nostris* omittit.—4 Pro *corroborarit* C T *corroboraret;* χ *corroborari et.* Dein, C H *et effectura.* Postea, χ *Decreta Decurionem.* In Franc. et Dresd. legitur, *Quidnam cum se corroboraret effecta esse videantur decreta decurionum.*—5 H χ *commodationis.*—6 Dresd. *prædicatorem.*—7 Lamb. et Schutz. *vocem.*—8 In C T, Franc. Dresd. deest *iisdem.* Pro *cum* χ exhibet *cui,* et paulo post *liberavit.*—9 Naug. *detraxissent.* C T, Franc. Dresd. non agnoscunt voces *urbem ... extraxissent.* Mox, pro *eum* χ ψ, Car. Steph. Ven. 1483. Junt. habent *P. Sextium.* Postea, in C T, Franc. Dresd. desunt verba *cum illo exerc., quem tum secum hab.*—10 A Franc. 1. C T absunt *hic literis.* In C, Dresd. Franc. 1. omittuntur verba *Atque ut illius temporis . . . periculo suo defendissent,* (§ 12.) sed in C *Sextius* quoque omittitur. In T desunt verba *advolavit. Atque ut illius temp. . . . summa celeritate* (§ 12).—11 χ ψ *Atque*

NOTÆ

nebant. At id ejus filio alteri (nam unus in epistola ad Brutum Lucius dicitur) legendum datum est.

[t] *Aut hospitii publici*] De hospitiis dictum est in orat. pro Roscio Am. § 5.

[u] *Liberasset*] Revocaverat Capua M. Aulanum et Marcellum, a quibus seditionis periculum Capuæ metuendum erat.

tionem [12] excitate. (*Literæ Ciceronis,*[x] *consulis.*) V. Hoc adventu [13] P. Sextii, tribunorum plebis novorum,[y] qui tum,[14] extremis diebus consulatus mei, res eas, quas gesseram, vexare cupiebant, reliquique [15] conjurationis impetus et conatus sunt retardati. 12. Ac, posteaquam est intellectum, Catone,[16] tribuno plebis fortissimo atque optimo cive, rempublicam defendente, per seipsum senatum populumque Romanum,[17] sine militum præsidio, tueri facile majestatem suam, et dignitatem [18] eorum, qui salutem communem periculo suo defendissent; Sextius, cum illo suo exercitu, summa celeritate est [19] Antonium consecutus.[z] Hic ego quid prædicem, quibus hic rebus consulem ad rem gerendam excitarit? quot stimulos [20] admoverit homini, studioso fortassis victoriæ, sed tamen nimium communem Martem bellique casum [g] metuenti? Longum est ea [1] dicere; sed hoc breve dicam. Si M. Petreii [a] non excellens

[g] *Periculum belli.*

ne illius temp. Mox, pro *audite* H S χ ψ *claudite.*—12 Lamb. solus *cognitionem.* Titulum sequentem omittit Junt.

Cap. v. 13 In H S χ ψ deest *adventu.*—14 ψ *qui cum.*—15 Lamb. solus *reliquæque.*—16 Orell. jubet legi *M. Catone.* Mox, ed. Rom. et Lamb. *optimo civi.* In H *optimo civi Romano defendente:* χ *optimo civi R. defendente.*—17 ψ *senatus populusque Rom.*—18 *Facile maj. suam, dign.* Ven. 1483. *facile cum maj. suam, tum dign.* Junt. et Orell.—19 Franc. Dresd. *et cum illo suo exerc. eadem celeritate est:* Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Ald. Hervag. Orell. *cum illo suo exerc. summa est celeritate.* In H χ *suo* deest. Pro *summa* C et ψ exhibent *eadem.* Mox, χ *Hoc ego.*—20 Ms. Ursini, ed. Hervag. Cam. Lall. *quos stimulos,* prob. Garaton. Tum, C *amoverit.* Pro verbis *homini studioso . . . metuenti,* quæ a C T, Franc. 1. Dresd. absunt, in C *hominis* tantum legitur. Pro *bellique casum* χ ψ habent *bellicosum,* et pro *metuenti* H χ ψ *intuenti.*—1 Sex

NOTÆ

[x] *Literæ Ciceronis*] Lectæ sunt hic illæ literæ, quæ a consule Cicerone ad Sextium Capuam missæ sunt.

[y] *Tribunorum plebis novorum*] Intelligit tribunos, qui magistratum v Idus Septembris inierant, in quibus Q. Metellus Nepos fuit, qui Ciceroni concionandi potestatem ademit. Sallustius significat Bestiam ex iis fuisse tribunis: 'Constituerat ut L. Bestia, tribunus plebis, concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis, bellique gravissimi invidiam optimo consuli imponeret.'

[z] *Antonium consecutus*] Antonius videbatur quidem Catilinæ favere; quare eum tergiversantem Sextius, qui cum suis copiis ad eum advenerat, et M. Petreius, legatus, ad dimicandum cum Catilina compulerunt.

[a] *M. Petreii*] Cum Antonius pedibus æger esset, ac adesse prælio non posset, exercitum Petreio commisit. Sallust.

animo et amore reipublicæ, non præstans in republica virtus,[2] non summa auctoritas apud milites, non mirificus usus[b] in re militari extitisset, neque[3] adjutor ei P. Sextius ad excitandum Antonium, cohortandum, impellendum fuisset; datus illo in bello esset hyemi locus,[h] neque unquam Catilina,[4] cum e pruina Apennini,[c] atque e nivibus illis emersisset, atque æstatem integram nactus, Italiæ calles et pastorum stabula præclara[d] cepisset,[5] sine multo sanguine, ac sine totius Italiæ vastitate miserrima[6] concidisset.[e]

[h] *Non finis impositus esset bello hyeme.*

Oxonn. Mss. et edd. vett. omittunt *ea*, quod Orell. uncis inclusit. Gryph. habet *omnia*. Mox, *breve dictu* Lamb. *brevi dicam* Junt. Crat. et Orell.—2 *Non exc. animo et amore reip. virtus* Ascens. Crat. Græv. *non exc. animus amore* [Schutz. *in amore*] *reip., non præstans in rep. virtus* Lamb. et Schutz. *non exc. animus, non præstans in rep. virtus* Junt. Orell. Ceteri ut Ern. Gulielmius conjecit legend. *non exc. animus et amor reip. non præstans, &c.* Orell. malit *non exc. animus in rem publicam, non præstans virtus.* Verba *Si M. Petreii . . . extitisset* absunt a C T, Dresd. Franc. 1. et ed. pr.—3 Pro *neque* C T ψ, Franc. 1. Dresd. et ed. pr. habent *nisi*, et pro *ei P.* C P. H T ψ, Pal. 9. *reip.* S χ *r. p.* Franc. 1. Dresd. et ed. pr. *rei P.* Mox, *ad exc. Anton. ad coh. fuisset datus* Franc. 1. Dresd. et ed. pr. *ad exc. Anton., coh., accusandum, impell. fuisset; datus* χ ψ, Car. Steph. Ven. 1483. Junt. Lamb. et Orell. In C T, Franc. 1. Dresd. et ed. pr. *impellendum* deest. Gruterus suspicabatur Ciceronem scripsisse, *adjutor ei Publius ad exc., coh. accusandum, impell.*—4 C H S T χ *datus illo in bello nequaquam Catil.* ψ *datus illo in bello neq q Catil.* Franc. 1. Dresd. et ed. pr. *datus unquam Catil.* Mox, C *Apenn. et niv.*—5 *Stab. præclara cœpisset* Ven. 1483. Junt. *stab. prædari cœpisset* Ms. Ursini, Nang. Gryph. Schutz. et Orell. Verba *atque æstatem . . . cepisset* in C et T omittuntur.—6 Verba *ac sine totius Italiæ vast. mis.* absunt a C T, Franc. 1. Dresd. et ed. pr. sed in Pal. 9. legitur *ac sine totius Italiæ vicissitate mis.* Dein,

NOTÆ

[b] *Mirificus usus*] Amplius annis 30. tribunus, præfectus, aut legatus, aut prætor, summa cum gloria, in exercitu fuerat Petreius. Sallust. in Catil.

[c] *E pruina Apennini*] Sic Apenninum descripsit M. Vitruvius Pollio, II. 10. 'Montis Apennini primæ radices ab Tyrrheno mari in Alpes, et in extremas Etruriæ regiones oriuntur. Ejus vero montis jugum se circumagens, et media curvatura prope tangens oras maris Adriatici, pertingit circuitionibus contra fretum. Itaque citerior ejus curvatura, quæ vergit ad Etruriæ Campaniæque regiones, apricis est potestatibus; namque impetus habet perpetuos a solis cursu: ulterior autem, quæ est proclinata ad Superum Mare, septemtrionali regioni subjecta, continetur umbrosis et opacis perpetuitatibus.'

[d] *Stabula præclara* [*prædari*] E pastorum stabulis prædam abstulisset ad alendum suum exercitum Catilina.

[e] *Concidisset*] Catilina concidisset.

13. Hunc igitur animum ad tribunatum attulit P.[7] Sextius; ut quæsturam [8] Macedoniæ [f] relinquam, et aliquando ad hæc propiora veniam: quanquam non est omittenda singularis illa integritas provincialis, cujus ego [9] nuper in Macedonia vidi vestigia non pressa leviter ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius provinciæ [10] sempiternam. Verum hæc ita prætereamus, ut tamen intuentes et respectantes [11] relinquamus. VI. Ad tribunatum, quia ipse ad sese jamdudum vocat, et quodammodo absorbet [12] orationem meam, contento studio [i] cursuque veniamus. 14. De quo quidem tribunatu ita dictum a Q. Hortensio,[13] ut ejus oratio non defensionem modo criminum videretur continere, sed etiam memoria digna esset,[14] uti et reipublicæ capessendæ auctoritatem disciplinamque præscriberet.[k] Sed tamen, quoniam tribunatus [g] quidem totus P. Sextii nihil aliud, nisi meum nomen causamque sustinuit,[15] necessario mihi de iisdem rebus esse

[i] *Totis viribus.*
[k] *Præscriberet rationem regendæ reipublicæ cum auctoritate.*

S χ ψ *cecidisset.*—7 C non habet prænomen.—8 In S χ *præturam.* Verba *et aliquando ad hæc propiora veniam* Franc. Dresd. et ed. pr. omittunt.—9 χ *quamvis ego.*—10 ψ *sed fixam ad mem. illam prov.*—11 H *respirantes.*

CAP. VI. 12 C H χ *absorvat.* Tum, ψ *contempto studio:* Franc. 1. Dresd. *contendentes studio.* Porro, S χ *veniam.*—13 H *dictum a Q. Hortensio est:* Junt. et Orell. *dictum est a Q. Hort.* Tum, H S ψ *ut ejus oratio defensionem modo criminum non videretur continere.* In Pal. 9. deest *criminum.* Pro verbis *De quo . . . nihil aliud* C T habent *Qui tribunatus. quoniam nihil aliud.*—14 H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. [hæ duæ *uti et reip.*] omittunt *esset*, ut etiam *et* ante *reip.* Lambinus e conjectura Turnebi dedit *sed etiam memoriam dignam reip. . . . præscribere:* Schutz. e conjectura Ernesti recepit *sed etiam reip. . . . præscribere.* Orell. *et* delevit ante *reip.* In Ms. Ursini legitur *sed etiam memoria dignam in rep. capessenda dignitatem.* Pantagathus correxit *sed etiam memoriæ dignitatem.* Nonnulli ap. Turneb. legi volunt *sed etiam memoria dignam in rep. capessenda.* H S χ quoque habent *præscribere;* ψ *rescribere.* A Franc. 1. Dresd. et ed. pr. absunt verba *De quo quidem trib. . . . præscriberet. Sed tamen.* In iisdem legitur *qui tribunatus quoniam nihil aliud.* Car. Steph. et Naug. omittunt *quidem.*—15 C T, Franc. Dresd. et al. *conti-*

NOTÆ

[f] *Ut quæsturam Macedoniæ*] Cum Antonius vicisset Catilinam, non statim Romam rediit, sed proconsul in Macedoniam profectus est cum Sextio quæstore suo.

[g] *Sed tamen, quoniam tribunatus*] Ut agat de tribunatu Sextii, utitur præmunitione ad conciliandos sibi judices.

arbitror, si non subtilius disputandum, at certe,[16] judices, dolentius deplorandum. Qua in oratione si asperius in quosdam homines invehi vellem, quis non concederet, ut eos, quorum sceleris furore[17] violatus essem, vocis libertate perstringerem? Sed ut agam moderate,[18] et huic potius tempori serviam, quam dolori meo; [*p.* 6.] si qui occulte a salute nostra[19] dissentiunt, lateant: si qui fecerunt aliquid aliquando, atque iidem nunc tacent et quiescunt; nos quoque simus obliti: si qui se offerunt[20] insolenter et insectantur; quoad ferri poterunt, perferemus; neque quenquam offendet oratio mea,[1] nisi qui se ita obtulerit, ut in eum non invasisse, sed incurrisse videamur.[2]

15. Sed necesse est, antequam de tribunatu P. Sextii dicere incipiam, me totum, superioris anni, reipublicæ[3] naufragium[h] exponere: in quo colligendo, ac reficienda salute[4] communi, omnia reperientur P. Sextii dicta, facta, consilia

nuit.—16 χ *aut certe.* In C T et edd. vett. paucis *judices* deest. Tum, H S χ *dolenter depl.* Postea, C *Qua orat.* H χ *Qua in ratione.*—17 *Quorum scelere furore* C T χ ψ et edd. vett. sed T *furore* omittit. In ed. Junt. *quorum scelere ac furore.* Grævius e Dresd. recepit *quorum scelere et furore.* In Franc. 1. et ed. pr. *quorum scelere violatus essem et furore.*—18 *Sed ut quam mod.* C H S χ ψ, Pal. 2. 9. Ven. 1480. 1483. *sed quam mod.* T, Franc. 1. Pall. plerique, ed. 1472. Med. *sed inquam mod.* Junt. *sed agam* e Ms. Hotomanni recepit Lambinus, quem Orell. sequitur. Dein, *hujus potius tempori* C H S T, duo Mss. Lambini, cum Lamb. Oliv. et Orell.—19 ψ *a sal. vestra*, et Lamb. *dissenserunt.*—20 Pro *offerunt* Lamb. habet *offerent;* Franc. 1. Dresd. Pall. 1. 3. 4. 5. 8. ed. pr. et Junt. cum Orell. *efferunt;* S χ, Pal. 9. Gembl. Erf. *offendunt.* Tum, ab Mss. omnibus et edd. vett. abest *insolenter*, quod Orell. uncis inclusit. In Mss. quibusdam copula quoque deest. Porro, *insequuntur* habent S χ, Erf. Pall. 1. 4. 9. Gembl. ed. Med. Rom. Ven. 1480. 1483. *insectantur* Pall. 1. 4. Franc. 1. *insectanter* Pall. 3. 5. 8. *insectabuntur* Lamb. Grævius conjecit Ciceronem scripsisse *si qui se efferunt insolenter, quoad ferri pot. &c.* In Ms. Bergeri *perferri.*—1 χ non agnoscit *mea.*—2 Pantagathus *ut in me non invas., sed incurrisse videatur.* Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *incucurrisse.* A Franc. 1. Dresd. et ed. pr. absunt verba *Sed necesse est . . . repugnantibus amicissimus*, et a C T *Sed necesse est . . . salutis inimici.*—3 Erf. et Car. Steph. *in rep.* Ernesto *reipublicæ* suspectum est.—4 In H S χ *reficiendo saluti.*

NOTÆ

[h] *Reipublicæ naufragium*] Loquitur de tribunatu Clodii, et de sua ejectione in exilium, et utrumque per naufragium exprimit, quia et ipse Clodius contra leges omnes tribunus factus est, cum esset e patricio genere, et Cicero ejectus in exilium est.

versata. VII. Fuerat ille annus in reipublicæ magno motu,[5] et multorum timore, tanquam[6] intentus arcus in me unum, sicut vulgo ignari rerum loquebantur; re quidem vera in universam rempublicam, traductione ad plebem[7] [i] furibundi hominis ac perditi, mihi irati,[k] sed multo acrius[8] otii[l] et communis salutis inimici. Hunc vir clarissimus[9] mihique, multis repugnantibus, amicissimus, Cn. Pompeius, omni cautione,[l] fœdere,[10] execratione devinxerat, nihil in tribunatu contra me esse[11] facturum. At ille nefarius,[m] ex omnium scelerum colluvione natus, parum se[12] fœdus violaturum est arbitratus, nisi ipsum cautorem[13] [n] alieni

[l] *Pacis.*

Cap. VII. 5 H S ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. *annus tanquam in rep.* [edd. *R. P.*] *judices quam in magno metu* [S *motu*]: χ *annus in r. p. tanquam in r. p. judices, magno metu:* Naug. *annus tanquam in rei p. magno metu.* 'Pall. omnes hic mire mutilati sunt a librariis, præter nonum; is exhibet *annus tam in rep. videlicet quam in magno motu*, sine illo *tanquam;* neque aliter S. Victoris, quam quod is *in repub. judices, quam in magno metu;* quod et in codice scripto Henrici Stephani, nisi quod is *motu.*' Gruter.—6 In H et S deest *tanquam.* Mox, H ψ *arctius.*—7 Pro *plebem* χ habet *ferrum.*—8 'Si *acrius* verum est, post esse debere videtur *otio et saluti communi:* ut *inimici* sit adjectivum; nam substantive dictum non fert adverbium *acrius:* nisi quis malit *sed multo magis.*' Ern.—9 Pro verbis *Hunc vir clarissimus* C habet *vir clarissimus hunc tribunum;* H *Hunc tribunum vir clarissimus;* T *genere. Pompeius hunc tribunum mihi vir utique clarissimus.* Tum, H S χ ψ *mihi*, sine copula. Pro verbis *mihique ... Pompeius*, quæ in T deest, C *mihi* tantum habet. Pro *repugnantibus* χ *repugnationibus.*—10 Franc. 1. Dresd. et ed. pr. *Cn. Pompeius hunc tribunum mihi vir utique clarissimus omni* [ed. pr. *omnium*] *cautionum fœdere.* Tum, χ ψ *exercitatione devinx.* Dresd. *execrationem devinx.*—11 In H S χ *esse* omittitur. Mox, pro *nefarius* H S χ *sceleratissimus*, sed in H supra lin. *nefarius.*—12 *Se* non est in χ. Dein, Ms. Bergeri *arbitratus est*, ut Pantagathus volebat. In C H S χ et edd. vett. *est* omittitur.—13 *Cautiorem* H χ ψ: *cautione*

NOTÆ

[i] *Traductione ad plebem*] Erat Clodius e patricio genere: patriciis vero non patebat aditus ad tribunatum; quare se ab homine plebeio Fonteio videlicet voluit adoptari, legem Cæsare ferente. Id autem Clodius fecit, ut certius Ciceroni noceret.

[k] *Mihi irati*] Iratus fuit Ciceroni Clodius, quod cum accusaretur in operta Bonæ Deæ muliebri habitu irrepsisse, daretque testimonium Cassinii scholæ, se eodem die Interamnæ fuisse, productus est ab accusatore Cicero, qui testatus est se cum Clodio eodem illo die collocutum diu fuisse. Corruptis pecunia judicibus absolutus, cœpit de Cicerone perniciose cogitare.

[l] *Cautione*] Cautio proprie est scriptura aut syngrapha, quæ ad majorem securitatem fœneratoribus tribuitur.

[m] *Ille nefarius*] In plenissimam et brevissimam Clodii vituperationem incurrit.

[n] *Cautorem*] Pompeio Clodius promiserat, se nihil Ciceroni nociturum.

periculi suis propriis periculis terruisset.[o] 16. Hanc tetram immanemque belluam,[p] vinctam auspiciis,[14] [q] alligatam more majorum,[r] constrictam legum sacratarum[s] catenis, solvit subito [legum] consul,[15] vel, ut ego arbitror, exoratus,[16] vel, ut non nemo putat,[17] mihi iratus,[u] ignarus quidem certe et imprudens impendentium tantorum scelerum ac malorum: qui tribunus[x] plebis felix in evertenda republica fuit nullis suis nervis. Qui enim in ejusmodi vita[18] nervi esse potuerunt hominis, fraternis flagitiis,[y] sororiis stupris,[19] [z] omni inaudita libidine[a] infamis? 17. Sed

Franc. 1. *cautionem* ed. pr. In T *alieni* deest. Mox, '*Suis propriis*] An alterum delendum?' *Ern.* Verba *Hanc tetram . . . qui tribunus plebis* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—14 χ ψ *victam ausp.* Tum, H *alligata*: ψ *obligatam.* Paulo post, χ ψ *legum sacrarum.*—15 *Legum curia* Ms. Turnebi: *legum cura* ed. Hervag. *legum vinculis consul* Manut. Pantagathus conjecit *solvit laqueo legum consul.* Schutz. de sententia Ernesti *legum* delevit. Vid. Nott. Varr.—16 ψ *exhortatus.*—17 Ern. e conjectura cum Schutz. edidit *putat.* Ceteri *putaret.* Garaton. suspicabatur legend. *putabat*, vel delend. *putaret.* In χ deest *mihi.* Pro *iratus* H habet *juratus*; χ *miratus.* Tum, ψ *gnarus.*—18 *In ejus vita* C T et ed. pr. *in vita* Franc. Dresd.—19 H χ

NOTÆ

[o] *Periculis terruisset*] Clodius voluit ex insidiis interficere Pompeium per sicarium, qui in vestibulo curiæ cum sica deprehensus est.

[p] *Tetram immanemque belluam*] Clodium belluam appellat, quia legum omnium vincula et religiones disrupit, ut tribunus fieret beneficio Cæsaris, qui ei favere videbatur.

[q] *Vinctam auspiciis*] Vetabant auspicia ne e patriciis fierent plebeii; quia ad patricios tantum auspicia habere pertinebat.

[r] *Alligatam more majorum*] Non vetuit lex ulla e patriciis transire ad plebeios, sed mos tantum majorum, qui legis vim obtinet.

[s] *Legum sacratarum* [*sacrarum*] Leges sacræ dictæ sunt, aut quia, qui earum aliquam violabat, sacer alicui Deorum putabatur, inquit Festus; aut quia juramento, quod sacrum est, sancitæ erant.

[u] *Mihi iratus*] Iratus Ciceroni Cæsar fuit, quia questus erat de republica, cum Antonium collegam suum in judicio defendit, Cæsare et Bibulo coss.

[x] *Qui tribunus*] Clodius non suis, sed improborum coss. Gabinii et Pisonis viribus felix fuit, quorum ope omnia sua consilia improba ad exitum perducere potuit.

[y] *Fraternis flagitiis*] Appium fratrem suum de possessione sui fundi absentem dejecit, ut ait ipse in orat. pro Milone.

[z] *Sororiis stupris*] Ex sororibus Clodii una nupsit Q. Marcio Regi, altera Q. Metello Celeri, tertia L. Lucullo. Dicitur duas priores Clodius violasse.

[a] *Inaudita libidine*] Solus arguitur irrepsisse in operta Bonæ Deæ, ut

fuit profecto quædam illa reipublicæ fortuna[20] fatalis, ut ille cæcus[b] atque amens tribunus plebis nancisceretur,[1] quid dicam consules? hoccine ut[2] ego appellem nomine eversores hujus imperii? proditores vestræ dignitatis?[3] [c] hostes bonorum omnium? qui ad delendum senatum, affligendum equestrem ordinem, exstinguenda omnia jura atque instituta majorum, se illis fascibus[d] ceterisque insignibus[e] summi honoris atque imperii ornatos[4] esse arbitrabantur? Quorum, per Deos immortales, si nondum[5] scelera vulneraque inusta[6] reipublicæ vultis recordari, vultum atque incessum animis intueamini.[7] Facilius facta eorum occurrent[8] mentibus vestris, si ora ipsa oculis proposueritis. VIII. 18. Alter[f] unguentis[m] [9] affluens, calamistrata coma,[g] despiciens conscios[10] stuprorum, ac veteres vexatores[n] ætatulæ suæ, puteali[11] [h] et fœneratorum

[m] *Odoribus.* [n] *Corruptores.*

ψ *fratris flag.* et H S T χ ψ, Junt. *sororis stup.* Dein, *somni inaud.* Franc. 1. Postea, *libid. insani* omnes Mss. et edd. vett. cum Grævio: *libid. infami* Junt.—20 *Prof. in illa rep. fort.* C T, Franc. Dresd. et ed. pr. *prof. quædam illa republica fort.* ψ. Tum, *facilis* T, Franc. Dresd. et ed. pr.—1 H *tribunatum plebis*, et T *nanciscerentur.*—2 H S T et Dresd. omittunt *ut.*—3 In H T χ *nostræ dign.*—4 H χ *natos.* Dein, H S T *arbitramur:* χ *arbitrantur.*—5 Pro *nondum* Pantagathus legi maluit *unquam*, et Ern. *non.*—6 χ ψ *in ista.*—7 *Intuemini* C H S χ ψ, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. et Orell. —8 T *occurrerent.* Mox, H S χ et ed. Hervag. *oculis vestris propos.*

CAP. VIII. 9 H S χ *unguenti.*—10 H *conscius.* Pro *stuprorum* H *furtorum ;* χ *furorum.* Tum, H S *veterum vexatorum :* χ ψ *veterum vexationum.*—11 C χ

NOTÆ

Pompeia, Cæsaris uxore, ad libidinem suam abuteretur.

[b] *Ille cæcus*] Clodium cæcum vocat, quia non consilio, sed effrænata quadam cupiditate consules ad perdendam rempublicam sibi comparavit.

[c] *Proditores vestræ dignitatis*] Alloquitur judices, qui ex omni ordinum gradu, senatorio scilicet et equestri, conflati erant; quos omnes videntur prodidisse, cum Cicero civis indemnatus turpissime in exilium a consulibus ejectus est.

[d] *Fascibus*] Fasces fuerunt virgarum fasciculi alligati securibus, qui consulibus præferebantur ad ostendendam sui magistratus potentiam.

[e] *Ceteris insignibus*] Alia consulum insignia fuerunt sella curulis eburnea, prætexta, &c.

[f] *Alter*] Gabinii descriptionem elegantem per hypotyposim et ethopœiam affert.

[g] *Calamistrata coma*] Arguit eum crines ferro calido vibratos et contortos habuisse. Calamistrum autem est, quasi acus ferrea, qua capilli crispantur.

gregibus inflatus[i] atque perculsus, olim, ne Scyllæo illo æris alieni in freto[k] ad columnam adhæresceret,[l] in tribunatus portum[m] perfugerat. Contemnebat equites Romanos, minitabatur senatui, venditabat se operis,[o] atque ab iis se ereptum,[12] ne de ambitu causam diceret,[n] prædicabat; ab iisdemque se, etiam invito senatu,[o] provinciam sperare dicebat: eamque nisi adeptus esset, se incolumem nullo modo fore arbitrabatur. 19. Alter,[p] o Dii boni!

[o] *Operariis.*

ψ, Franc. Dresd. et edd. pr. *putealis:* H et margo Crat. *puteolis.* Dein, C T et Franc. *fœneratoribus.* Pro *inflatus* alii legi volunt *infractus;* alii *inflictus;* alii *infensus;* Gulielm. *inlatus;* Lamb. *afflictus:* Schutz. e conjectura Ernesti dedit *jactatus.* Porro, *atque compulsus* Pal. 9. Ms. Vict. Mss. ap. Lamb. cum Naug. et Lamb. 1566. Verba *atque perculsus* absunt a Ms. Hotomanni et plerisque Pall. In C T, Franc. Dresd. et ed. pr. desunt verba *atque perculsus* usque ad *perfugerat.* Pro *ne Scyllæo* χ ψ exhibent *nesculcio;* Alciatus in Parerg. *ne Herculeo;* Junt. *ne Esculeio;* Hervag. *ne Herculeio.* Postea, pro *adhæresceret* χ *accresceret,* et pro *perfugerat* S ψ, Junt. *infugeret.* Denique, T *contemnebant.* Pantagathus hunc locum ita correxit, *Puteali et fœneratorum gregibus infensus æque atque compulsus olim, ne Scyllæo ... portum perfugere,* sive, ut est in aliis, *confugere.* Garaton. conjecit, *puteali et feneratorum gregi subiratus, a quo compulsus olim ... perfugerat, contemnebat.* Orell. legi maluit *a puteali et fen. gregibus inflatus atque compulsus, &c.* Vid. Nott. Varr.—12 χ *atque abisse ereptum:* Ursinus legi jubet *atque ab iis iri se ereptum.* In C T, Franc. Dresd. et ed. pr. verba *minabatur senatui ... fore arbitrabatur*

NOTÆ

[h] *Puteali*] Puteal basilica fuit a Scribonio Libone exstructa in comitio, ubi causæ fœnebres agebantur.

[i] *Inflatus*] Tumebat videlicet circumseptus debitoribus, qui ab eo pecuniam exigere non audebant, quia magistratum gerebat, a quibus alioquin propter immensum æs alienum oppressus fuisset.

[k] *Scyllæo illo æris alieni in freto*] Æs alienum comparat cum Scylla et Charybdi: nam ut naves allisæ ad duos illos scopulos fluctibus hauriebantur; ita, qui alienum æs contraxerant, a creditoribus tanquam freto scopuloso sorbebantur. Porro Scylla et Charybdis duo sunt scopuli infames naufragiis.

[l] *Ad columnam adhæresceret*] Adhæresceret, id est, allideretur aut faceret naufragium. Intelligit Mæniam columnam, ad quam trahebantur rei æris alieni, judicandi a triumviris capitalibus.

[m] *Tribunatus portum*] Nemo molestus esse poterat magistratum gerenti, rei privatæ causa: quare tribunatus beneficio liber evasit a creditoribus suis.

[n] *De ambitu causam diceret*] Delatum nomen Gabinii fuerat, quod consulatum pecunia quæsiverat.

[o] *Invito senatu*] Venditabat Gabinius, etiamsi senatus ei provinciam denegaret, se tamen eam per tribunos plebis habiturum.

[p] *Alter*] Pisonem jam describit, consulum alterum.

quam teter[p] incedebat! quam truculentus! quam terribilis[13] aspectu! unum aliquem te[14] ex barbatis illis,[q] exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis,[r] columen reipublicæ, diceres intueri.[15] Vestitus aspere nostra hac purpura plebeia[s] ac pæne fusca; capillo ita horrido,[q] [16] ut Capua,[t] in qua ipse tum, imaginis ornandæ causa,[u] duumviratum gerebat,[x] Seplasiam sublaturus videretur. Nam quid ego de supercilio[r] [17] dicam? quod tum hominibus non supercilium, sed pignus reipublicæ videbatur.[18] [*p*. 7.] Tanta erat gravitas in oculo, tanta contractio frontis, ut illo supercilio respublica, tanquam Atlante[y] cœlum,[19] niti

[p] *Fœdus.* [q] *Impexo.* [r] *Gravitate.*

omittuntur.—13 Edd. vett. *terribili.*—14 C T *te* omittunt. Mox, in ψ *barbaris.* —15 C T *dic. tu int.* Tum, Franc. Dresd. et edd. vett. cum Orell. *Vest. asper.* In T *Vest. asper ac nostra purp.*—16 H *capillo illo horrido.* Pro *in qua* idem Ms. habet *quæ;* χ ψ *qua.* Dein, H S χ ψ *ipsa.* Porro, *imag. formandæ causa* S χ ψ, edd. ante Lamb. et *duumvirum ger.* χ ψ. Vid. Nott. Varr. Pro *Seplasiam* H S χ ψ *sæpius jam;* et pro *sublaturus* χ *sublaurus*, ψ *sublautus.* Verba *Capua in qua ... de superc. dicam* in C T, Franc. Dresd. et ed. pr. omittuntur.—17 χ *super illo.* Pro *quod tum* C T, Franc. Dresd. et ed. pr. habent *jam.*—18 C *videret:* T, Franc. et ed. pr. *videretur.*—19 Pro verbis *respublica tanquam Atlante cœlum* H exhibet *aumentius ille;* S χ ψ, Ven. 1483.

NOTÆ

[q] *Ex barbatis illis*] Ex barba ait similem fuisse Pisonem iis veteribus Romanis, qui rempublicam administrabant, aut antiquis illis philosophis, qui intonsa barba cultum corporis negligebant.

[r] *Imaginem antiquitatis*] Ridet Pisonem, qui cum colore fusco esset, referebat illas majorum imagines, quæ in familiis asservabantur.

[s] *Purpura plebeia*] Patricii ac senatores veste purpurea utebantur, cum lato clavo intexto; plebeii vero veste quidem purpurea, sed fusca, et crassioribus filis texta.

[t] *Ut Capua*] Ex urbe Capua videbatur sublaturus Seplasiam. Huc autem missus fuerat duumvir, ut magistratum urbis gereret. Seplasia vero vicus fuit, ubi unguenta vendebantur.

[u] *Imaginis ornandæ* [*formandæ*] *causa*] Piso exercebat in illa urbe duumviratum, in quo sustinere personæ consulis dignitatem studebat, quam anno proxime sequenti obtinere debebat.

[x] *Duumviratum gerebat*] Qui Romæ consules, in coloniis duumviri dicebantur.

[y] *Atlante*] Atlas rex fuit Mauritaniæ, astrologiæ deditus; qui, quia primus inter homines de sphæra disputavit, dictus est humeris cœlum sustinere. Hinc poëtæ fabulati sunt in montem fuisse conversum, quo cœlum sustinebatur.

videretur. 20. Erat denique[20] hic omnium sermo:[f] Est tamen[z] reipublicæ magnum firmumque subsidium: habeo quem opponam labi illi[1] atque cœno:[a] vultu, medius fidius,[b] collegæ sui libidinem levitatemque franget: habebit[2] senatus, in hunc annum quem sequatur: non deerit auctor et dux bonis. Mihi denique homines[3] præcipue gratulabantur, quod habiturus essem contra tribunum[c] plebis furiosum et audacem, cum amicum et affinem,[4 d] tum etiam

[f] *Omnes de illo loquebantur.*

aumantius ille. Tum, H S χ, Ven. 1483. *niti tanquam videretur.* In ed. Junt. legitur *ut illo supercilio niti resp. tanquam Atlantis humeris cœlum videretur.* 'Ut *illo supercilio annus ille tanquam Atlante cœlum niti videretur*] Omnes fere libri Mss. habent *ut illo supercilio an mantuus ille tanquam niti videretur;* mendose, fateor; sed unde suspicari possis vulgatam esse mendosiorem: nam neque est in lib. vet. *respub.* neque *Atlante cœlum,* quod tamen proximum retinui, propter *tanquam,* quod est in libris illis. Hic igitur locus considerandus. Ego interea tamen ex illo toto *an mantuus ille* feci *annus ille,* ejecta voce *respub.* quæ non reperitur in veteribus libris. Non dissimulabo tamen, quendam in suis notis hunc locum sic proferre, quasi certum sit ita in libris omnibus legi, *ut illo supercilio tanquam Rhadamanthus illi niti videretur,* quam lectionem, ut dicam libere quod sentio, probare non possum.' *Lamb.* '*Ut illo supercilio resp. tanquam Atlante cœlum niti videretur*] Lectio fictitia, neque melior ea, quam substituit Lambinus. Primæ edd. habent *ut illo supercilio aumantius ille niti tanquam videretur;* a qua nihil recedunt Mss. nostri; nam Pal. 9. exhibet *ut illo supercilio vel amnantius anancius, ille niti tanquam videretur:* S. Victoris *ut illo supercilio mantuus ille niti tanquam videretur.* Videatur Turnebus Advers. xx. 3. nam ego hic nihil video, nisi latere *anancæum.*' Gruter. 'Turnebus conjicit pro *mantius,* quod est in veteribus libris, posse legi aut *mortuus* aut *mancus.*' Græv. Schutz. conjecit legend. *ut illo supercilio consulatus ille tanquam niti vid.* Wolf. legi maluit *ut illo supercilio, quæ augurabantur illi, tanquam niti vid.* Verba *ut illo ... videretur* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—20 In H S χ deest *denique.* Tum, χ *sermone.* In H χ *est* omittitur. Pro *tamen.* C T ψ, Franc. Dresd. ed. pr. Rom. Ven. 1480. 1483. habent *tandem.*—1 χ *habeo quæ opp.* et C T χ *labei illi.*—2 H T χ *frangeret,* et χ *habebat:* ψ *habebis.* Mox, ψ *sequetur.* Postea, H S χ ψ *boni.*—3 C T *omnes.* Dein, H S χ, Ven. 1483. Junt. Crat. *congratulabantur:* T *gratulabuntur.*—4 H S χ *cum et am. et aff.* C *cum am. etiam aff.*

NOTÆ

[z] *Est tamen*] Id est, hic Piso.

[a] *Labi illi atque cœno*] Gabinium labem reipublicæ vocat, quod labefacturus erat rempublicam; cui ait Pisonem opponendum esse; quia quam comtus erat et calamistratus Gabinius, tam asper et horridus erat Piso.

[b] *Medius fidius*] Jusjurandum apud Romanos usurpatum, de quo diximus in orat. pro Roscio Com.

[c] *Contra tribunum*] Clodium intelligit.

[d] *Cum amicum et affinem*] Affinis fuit Cicero Pisoni, quia filiam suam Pisoni Crassipedi junxerat matrimonio.

fortem et gravem consulem. IX. Atque eorum alter[e] fefellit neminem. Quis enim clavum tanti imperii tenere, et gubernacula reipublicæ tractare[5] in maximo cursu ac fluctibus posse arbitraretur hominem emersum subito ex diuturnis tenebris lustrorum[6 f] ac stuprorum, vino, ganeis,[g] lenociniis, adulteriisque confectum? cum is præter spem in altissimo gradu[h] alienis opibus[i] positus esset, qui non modo tempestatem[k] impendentem intueri temulentus,[t] [7] sed ne lucem quidem insolitam aspicere posset? 21. Alter[l] multos plane in omnes partes fefellit:[8] erat enim[9] hominum opinioni nobilitate[m] ipsa, blanda conciliatricula, commendatus. Omnes boni semper[10] nobilitati favemus, et, quia utile est[11] reipublicæ, nobiles homines esse dignos majoribus suis, et quia valet apud nos clarorum hominum et bene de republica meritorum memoria, etiam mortuorum. Quia tristem[12] semper, quia taciturnum, quia subhorridum atque incultum[13] videbant, et quod erat eo nomine,[u] ut ingenerata familiæ[14] frugalitas[n] videretur, favebant, gaude-

[t] *Vinosus.* [u] *Ea familia.*

Cap. IX. 5 ψ *attrectare.* Pro *cursu* Ern. conjecit *æstu* legend.—6 Junt. *ex diurnis lustrorum temp.*—7 χ *temulentis.* Mox, ψ *luce.*—8 *Alter multos plane fef.* C T: *Alter plane omnes fef.* Junt.—9 In C deest *enim.* Tum, *opinione* Franc. Dresd. sex Oxonn. Mss. et edd. ante Vict. cum Græv.—10 In C T *semper* omittitur.—11 H *utile esse.* Paulo post, pro *bene* H S χ ψ et tres alii Mss. ac ed. vet. habent *senex.* Verba *et quia utile . . . etiam mortuorum* non leguntur in C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—12 Ante *tristem* C T addunt *cum.* In Franc. legitur, *Et quod eum tristem:* Dresd. *Quia eum tristem:* Junt. *Et quia eum tristem.*—13 Franc. et Dresd. *quia subhorridum esse et incultum.* Tum, ψ *videbatur.*—14 Quinque Mss. et ed. vet. *familia,* unde Gulielmius

NOTÆ

[e] *Eorum alter*] Gabinium ab antecedentibus, sive ex repugnantibus describit.

[f] *Lustrorum*] In locis abditis et secretis, voluptatibus indulgebat.

[g] *Ganeis*] 'Ganeum,' ut inquit Festus, 'antiqui locum abditum, ac velut sub terra dixerunt.'

[h] *In altissimo gradu*] Altissimum gradum consulatum vocat, quia omnium magistratuum erat maximus.

[i] *Alienis opibus*] Gratia et favore Pompeii pervenit ad consulatum.

[k] *Tempestatem*] Mala quæ impendebant e tribunatu Clodii, allegorice per tempestatem exprimit.

[l] *Alter*] Pisonis jam mores et vitam describit.

[m] *Nobilitate*] Erat Piso e Calpurniorum nobilissima et antiquissima familia, utpote patricia.

[n] *Familiæ frugalitas*] Piso Frugi

bant, et ad integritatem majorum spe sua hominem vocabant, materni generis obliti.[o] 22. Ego autem[15] (vere hoc dicam, judices) tantum esse in homine sceleris, audaciæ, crudelitatis, quantum ipse cum republica[16] sensi, nunquam putavi: nequam esse hominem,[17] et levem, et falsa opinione,[p] errore hominum, ab adolescentia commendatum, sciebam. Etenim animus ejus vultu,[18] [q] flagitia parietibus tegebantur: sed hæc obstructio[19] nec diuturna est, nec obducta ita,[20] ut curiosis oculis perspici non possit. X. Videbamus genus vitæ, desidiam, inertiam:[1] inclusas ejus libidines, qui[2] paulo propius accesserant, intuebantur. Denique etiam sermonis ansas[x] [3] dabat, quibus reconditos ejus sensus tenere possemus. 23. Laudabat homo doctus philosophos, nescio quos;[r] neque eorum tamen nomina poterat dicere: sed tamen eos[4] laudabat maxime, qui dicuntur præter ceteros esse auctores et laudatores[5] voluptatis; cujus,[6] [s] et quo tempore, et quo modo,[t] non quære-

[x] *Occasiones.*

faciebat *a familia.* Pro *frugalitas* C T et Franc. *nobilitas;* tres alii Mss. *integritas.*—15 *Autem* non est in H S. *Vere dicam* legunt C T, Steph. Crat. Hervag. Naug. Lamb. et Orell. *ego hoc vere dicam* ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt.—16 Lamb. conjecit legend. *cum populo Romano.*—17 C *Neque enim hom.* Franc. Dresd. *Neq; enim hom.* T *Nequam enim hom.* In ψ desunt verba *et levem.*—18 ψ *vultus.*—19 Franc. *obstrusio.*—20 C et Lamb. *neque obd. ita.*

CAP. X. 1 Barb. ed. Wald. et Græv. *desid. et inertiam.*—2 H *quia.*—3 Franc. *causas.*—4 *Sed eos tamen* ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. Hervag. Lamb. In ed. Junt. *maxime* deest. Pro verbis *qui dicuntur* H χ ψ, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. habent *quos novit.* 'Fortasse, *quos novimus.*' Orell.—5 Verba *et laudatores* absunt a Dresd.—6 χ ψ *quovis.* In C T, Franc.

NOTÆ

dictus est a singulari continentia. Bellum servorum in Sicilia confecit.

[o] *Materni generis obliti*] Piso hic habuit matrem homine Gallo natam, qui, cum Romam venisset, Pisoni Cæsonio filiam collocavit.

[p] *Falsa opinione*] Imbiberant homines bonam opinionem de Pisone, tum ob frontis severitatem, tum ob generis nobilitatem; at aliam prorsus de eo habuit Cicero.

[q] *Vultu*] Vultu tristis et taciturnus videbatur.

[r] *Philosophos nescio quos*] Epicureos scilicet philosophos Piso sequebatur; sed tam stolido erat ingenio, ut vel eorum nomen appellare non posset.

[s] *Cujus*] Non intelligebat Piso, cum illi philosophi de voluptate loquebantur, eos non de corporis, sed de animi voluptate loqui.

[t] *Quo tempore, et quo modo*] Quo-

bat. Verbum ipsum[u] omnibus modis animi et corporis devorabat:[7] eosdemque præclare dicere aiebat, sapientes omnia sua causa facere:[x] rempublicam capessere hominem bene sanum non oportere: nihil[8] esse præstabilius otiosa vita, et plena, et conferta[9] voluptatibus: eos autem,[10] qui dicerent, dignitati esse serviendum, reipublicæ consulendum, officii rationem in omni vita, non commodi, esse ducendam, subeunda[11] pro patria pericula, vulnera excipienda, mortem oppetendam,[12] vaticinari[y] atque insanire dicebat. 24. Ex his assiduis ejus quotidianisque sermonibus, et quod videbam, quibuscum hominibus in[13] interiore ædium parte viveret, et quod ita domus ipsa fumabat,[14] ut multa ejus sermonis indicia redoleret,[15] statuebam sic, boni nihil ab illis nugis[16] expectandum, mali quidem certe nihil pertimescendum. Sed ita est, judices, ut, si gladium parvo puero, aut si imbecillo seni aut debili[17] dederis, ipse impetu suo nemini noceat; sin ad nudum[18] vel fortissimi viri corpus accesserit, possit acie ipsa et[19] ferri viribus vulnerari: [*p.* 8.] ita cum hominibus enervatis atque exsanguibus[y] consulatus, tanquam gladius, esset

[y] *Errare.*

Dresd. et ed. pr. desunt *cujus et quo temp. . . . non oportere*, sed addunt *aiebat* ante *nihil.*—7 *Devorat* χ ψ, Ven. 1483. *devorarat* Junt. Verba *animi et corporis* Ern. delend. censebat, Schutz. etiam voces *omnibus modis.* Orell. notavit locum esse corruptum.—8 ψ *aiebat nihil.* Post *præstabilius* C addit *illius;* H *illis.*—9 *Et conferta plena* ed. Rom. Ven. 1480. 1483. *et conf. ac plena* Junt. *et conf. et plena* Crat. unde verba *et plena* suspecta Garatono.—10 Pro *autem* χ, Ven. 1483. Junt. habent *hoc.*—11 C T ψ, Franc. Dresd. ed. pr. Car. Steph. Lamb. *adeunda.*—12 Franc. et Dresd. *appetendam.*—13 C S T carent præpositione. In χ *ædium* deest. Pro *viveret* H S habent *ageret;* χ ψ *ageret; ne diu viveret.*—14 C *fundabat:* ψ *firmabat.*—15 *Sermonibus* χ; *judicia* ψ; et *redolerent* C H S T χ ψ, et alii, atque edd. ante Manut. cum Lamb. et Orell.—16 Pro *nugis* C habet *magis;* H *magis esse;* S, Ven. 1483. Junt. *nugis esse.*—17 H χ, Ven. 1483. Junt. *imbecilli seni*, et Lamb. *ac deb.* Tum, ψ *dederitis.*—18 C *si ad nud.*—19 Pro *et* C H χ habent *vel.* Dein, *ferri viribus vulnerare*

NOTÆ

modo et quando capienda erat ejusmodi voluptas, non animadvertebat propter stoliditatem animi.

[u] *Verbum ipsum*] Ut pecus, solum voluptatis verbum amplectebatur.

[x] *Omnia sua causa facere*] Doctrina hæc Epicureorum fuit, ut omnia sua, non civium et reipublicæ causa facere debere dicerent.

[y] *Enervatis atque exsanguibus*] Piso-

datus; qui per se pungere neminem unquam potuissent,[20] hi summi imperii[z] nomine armati[1] rempublicam contrucidaverunt. Fœdus fecerunt cum tribuno plebis palam,[2] ut ab eo provincias acciperent, quas ipsi vellent; exercitum, et pecuniam,[z] quantam vellent, ea lege, si ipsi prius tribuno plebis afflictam et constrictam[3] rempublicam tradidissent: id autem fœdus[4] meo sanguine ictum sanciri[a] posse dicebant. 25. Qua re patefacta,[b] (neque enim[5] dissimulari tantum scelus poterat, nec latere) promulgantur uno eodemque tempore rogationes ab eodem tribuno de mea pernicie,[c] et de provinciis consulum[d] nominatim.[6]

XI. Hic tum senatus solicitus, vos equites excitati,[7] Italia cuncta permota, omnes denique omnium generum atque ordinum cives summæ reipublicæ[a] a consulibus atque a summo

[z] *Consulatus.* [a] *Reipublicæ periclitantis.*

Lamb. *fervoribus vulnerari* Franc. Dresd. et ed. pr. In χ *ita* deest.—20 Franc. *pungere neminem;* et C *unq. potuisset.*—1 Post *armati* χ addit *tamen.* Tum, C T et ed. pr. *trucidarunt:* H S χ ψ, Franc. Dresd. *trucidaverunt.* Verba *Fœdus fecerunt ... auxilium arbitrabantur* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—2 In H deest *palam.*—3 Ms. Henr. et Car. Stephani *conscriptam;* unde Henr. Steph. faciebat *circumscriptam.* H S χ ψ et edd. ante Lamb. non agnoscunt voces *et constrictam.*—4 In H S χ ψ legitur *Id enim fœdus.*—5 H S χ omittunt *enim.*—6 *Consules nom.* H S χ: *consularibus nom.* ψ: *nom. consularibus* Hervag. *nom. consulum* Ven. 1483. Junt.

NOTÆ

nem et Gabinium per illos enervatos intelligit, viros nempe deliciis fractos, reipublicæ administrandæ minime idoneos.

[z] *Exercitum et pecuniam*] Duæ legiones consulibus proficiscentibus in provinciam dabantur cum pecunia, quæ sumebatur ex ærario.

[a] *Ictum sanciri*] Alludit ad sanctionem fœderum: nam veteres Romani in sanciendis fœderibus soliti fuerunt silice porcum, aut terram ferire, attestando se velle a Jove feriri, si a fœdere deficerent, ut porcum vel terram feribant.

[b] *Qua re patefacta*] Cognito fœdere et actione inter Clodium et consules, de provinciis accipiendis, de Ciceronis exilio actum est a Clodio.

[c] *De mea pernicie*] Per suam perniciem, significat legem quæ lata est a Clodio contra Ciceronem: ut qui civem Romanum indemnatum interfecisset, ei aqua et igni interdiceretur: licet enim Ciceronem non nominarit, tamen ad eum hæc lex pertinere videbatur, quod in suo consulatu Cethegum, Lentulum, et alios cives, Catilinariæ conjurationis affines, necandos in carcere jussisset.

[d] *De provinciis consulum*] Clodius, tribunus plebis, legem promulgavit, qua dabatur Macedonia Pisoni, et Gabinio Syria.

imperio petendum esse auxilium arbitrabantur, cum illi soli essent,[8] præter furiosum illum tribunum,[e] duo reipublicæ turbines,[f] qui non modo præcipitanti patriæ non subvenirent,[9] sed eam etiam nimium tarde concidere mœrerent. Flagitabatur ab his quotidie, cum querelis bonorum omnium, tum etiam [10] precibus senatus, ut meam causam susciperent, agerent; aliquid denique [11] ad senatum referrent.[g] Hi non modo negando, sed etiam [12] irridendo, amplissimum quemque illius ordinis insequebantur. 26. Hic [h] subito cum incredibilis in Capitolium [i] multitudo ex tota urbe, cunctaque Italia convenisset; [13] vestem mutandam [k] omnes, meque etiam omni ratione, privato consilio, (quoniam publicis ducibus respublica careret) defendendum putarunt. Erat eodem tempore senatus in æde Concordiæ,[l] quod ip-

Cap. xi. 7 H S χ *sunt exc.* Pro *Italia* H S ψ *Ita illa.*—8 C T, Franc. Dresd. et ed. pr. *arb.*, *hi duo soli fuerunt.* Pro *furiosum* χ ψ, Ven. 1483. Junt. exhibent *flagitiosum.*—9 χ *patriæ subvenerunt.* Tum, *sed eam nim.* C H S χ, Franc. ed. pr. Ald. Crat. Naug. Cam. Græv. et Oliv. *sed etiam nim.* ψ, Ven. 1483. Junt. Hervag. Lamb. Grut. *sed nim.* Dresd. et edd. vett. nonnullæ: *sed eam etiam nim.* Ern. Schutz. et Orell. In H S χ ψ legitur *nimis.* Verba *non modo præcip. . . . referrent. Hi* in T desunt.—10 C *cum etiam.*—11 Junt. Hervag. distinguunt *agerent aliquid, denique;* et sic Franc. Dresd. et ed. pr. in quibus omittuntur voces *denique ad sen. ref.*—12 C *sed ne etiam,*

NOTÆ

[e] *Tribunum*] Clodius otii et pacis publicæ hostis erat.

[f] *Duo reipublicæ turbines*] Pisonem et Gabinium turbines vocat, quia illi seditiones alebant in republica.

[g] *Ad senatum referrent*] Cum respublica periclitabatur, referre de præsenti rerum statu ad senatum debebant consules, ut patet ex Cæsare de Bello Civ. l. I. Monebantur autem consules illi, ut de iis quæ seditiose a Clodio fiebant in republica, ad senatum referrent.

[h] *Hic*] Id est, hoc præsenti rerum statu.

[i] *Capitolium*] Capitolium arx Romæ celebris fuit in monte Saturnino, a Tarquinio Superbo exstructa.

[k] *Vestem mutandam*] Plutarchus refert, Ciceronem reum vestem mutavisse, et sordidatum populo supplicasse, et cum eo omnem fere equestrem ordinem, eumque nobilissimos adolescentes, numero ad viginti millia, sordidatos, deprecatores ejus salutis, fuisse comitatos.

[l] *In æde Concordiæ*] Ædes Concordiæ Opimii monumentum appellata est. Cum enim ille legatus ad Jugurtham regem Numidiæ missus esset, ab eo pecunia corruptus est, ac repetundarum damnatus; senatus decreto hanc ædem in foro erigere jussus est. Vide Plut. in Gracchis.

sum templum repræsentabat[14] memoriam consulatus mei, cum flens universus ordo cincinnatum consulem[m] orabat:[15] nam alter ille horridus[n] et severus consulto[16] se domi continebat. Qua tum superbia[17] cœnum illud ac labes, amplissimi ordinis preces, et clarissimorum civium[18] lacrymas repudiavit![o] me ipsum ut contemsit helluo patriæ![19][p] nam quid ego patrimonii dicam, quod ille, cum quasi[20] quæstum faceret,[q] amisit? Cum venisset ad senatum,[1] vos, inquam, equites Romani, et omnes boni, veste mutata, vos, inquam, pro meo capite ad pedes lenonis impurissimi projecistis, cum, vestris precibus a latrone illo repudiatis, vir incredibili[2] fide, magnitudine animi, constantia,[3] L. Ninnius,[r] ad

et mox *insequebatur*.—13 Ed. pr. Ven. 1480. 1483. *convenissent*.—14 H χ *repræsentabant*. Pro *memoriam* χ ψ habent *me*.—15 C T, Franc. Dresd. et ed. pr. *Hic subito senatus et universus ordo flens consulatus mei causa Cincinnatum consulem orabat*, omissis verbis *cum incred. in Cap. . . . Erat eodem temp.*—16 Hotom. conjecit legend. *sev. consul cons.*—17 C T, Franc. Dresd. et ed. pr. *Quanta sup.* H χ *Quantum sup.*—18 χ *amplissimorum civium.* In T, Franc. Dresd. et ed. pr. omittuntur *clariss. civium.*—19 Ed. vet. *patris.*—20 Ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Hervag. Lamb. *tum quasi.*—1 Verba *Cum venisset ad senatum* omittunt C H S χ ψ, Franc. Dresd. et edd. pr. cum Orell. Tum, Lamb. habet *Vos, vos, inquam.* Mox, Orell. ex H S χ recepit *vestem mutastis*, et ex H S *vosque pro meo cap.* Pro *lenonis* C ψ habent *latronis*; χ *leonis.*—2 H S χ ψ et Orell. *repudiati estis.* *Vir incred.* In χ legitur *incredibilis.* Verba *cum vestris precibus . . . mutandam censuit* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—3 In S χ ψ deest *constantia.* Dein, *L. Mummius* habent edd. ante Lamb. cum Grut. et Græv. Cf. cap. XXXI.

NOTÆ

[m] *Cincinnatum consulem*] Gabinium designat, quem sic antea descripsit a capillis calamistratis ad contemtum; quem vel ironice carpit alludendo ad Quintium Cincinnatum, singularis abstinentiæ virum, qui ab aratro ad consulatum, ad dictaturam, et ad triumphum pervenit.

[n] *Ille horridus*] Pisonem indicat, quem ita superius descripsit.

[o] *Repudiavit*] Dio lib. XXXVIII. tradit equites ad Capitolium convenisse, atque ad consules et senatum misisse legatos non solum e suo ordine, verum etiam senatores duos, Q. Hortensium et C. Curionem, qui pro Cicerone deprecarentur: sed eos repudiavit Gabinius.

[p] *Helluo patriæ*] Helluo dicitur, qui patrimonium in ganeis et popinis dilapidavit; et 'helluo patriæ' Gabinius, quia ærarium exhausit.

[q] *Cum quasi quæstum faceret*] Notat hic impudicitiam Gabinii, qui quasi meretrix, divulgato corpore, quæstum faciebat.

[r] *L. Ninnius* [*L. Mummius*] Is Mummius, quem Dio L. Ninnium Quadratum nominat, tribunus plebis, auctor fuit populo, ut tanquam in aliqua publica calamitate, vestem pro salute Ciceronis mutaret.

senatum de republica retulit,[s] senatusque frequens vestem pro mea salute mutandam censuit. XII. 27. O diem illum, judices, funestum senatui bonisque omnibus! reipublicæ luctuosum! mihi ad domesticum mœrorem, gravem! ad posteritatis memoriam, gloriosum! Quid enim quisquam potest ex omni memoria sumere[4] illustrius, quam, pro uno cive[5] et bonos omnes privato consensu, et universum senatum publico consilio mutasse vestem? quæ quidem tum mutatio non deprecationis causa[6][t] est facta, sed luctus: quem enim deprecarentur, cum omnes essent sordidati? cumque[7] hoc satis esset signi, esse improbum, qui mutata veste non esset? Hac mutatione vestis facta,[8] tanto in luctu civitatis, omitto, quid ille tribunus, omnium rerum divinarum[u] humanarumque prædo, fecerit; qui adesse nobilissimos adolescentes, honestissimos equites Romanos, deprecatores salutis meæ jusserit, eosque operarum[b] suarum gladiis et lapidibus objecerit: de consulibus[9] loquor, quorum fide[c] respublica niti debuit. 28. Exanimatus[10] evolat ex senatu, non minus perturbato animo atque vultu, quam si paucis ante annis[11] in creditorum[x] conventum in-

[b] *Opificum.* [c] *Patrocinio.*

CAP. XII. 4 *Sumere* suspectum est Ernesto.—5 Ven. 1483. Junt. Hervag. *pro me uno cive.*—6 In χ deest *causa.* Mox, Hervag. *Quem enim deprecari esset:* Ms. Ursini *Quem enim deprecati essent:* H *Quem enim deprecati se:* χ ψ *Quem enim deprecari se.* Verba *quæ quidem tum mutatio . . . vestis facta* non sunt in C T.—7 Car. Steph. *quum* sine copula.—8 H et ψ *Ac mutatione;* et Ven. 1483. Junt. Hervag. cum Orell. *facta vestis.*—9 χ *de consule.* Verba *qui adesse . . . niti debuit* in C et T omittuntur.—10 ψ *Examinatus.*—11 *Animis*

NOTÆ

[s] *De republica retulit*] Primis reipublicæ temporibus tantum ad consules, non autem ad tribunos referre de republica pertinuit. Icilius tribunus plebis id primus omnium tentavit.

[t] *Non deprecationis causa*] Duplici de causa vestis mutabatur, vel deprecationis vel luctus. In luctu toga sordida sumebatur; in deprecatione pulla.

[u] *Rerum divinarum*] Rerum divinarum Clodium prædatorem nominat, quia religiones Bonæ Deæ violavit; de quibus sæpe jam: et humanarum, quia pecuniam publicam ad libitum attribuit.

[x] *In creditorum*] In magno ære alieno fuit Gabinius, et molestos habuit suos creditores toto illo tempore, quod tribunatum inter et illius consulatum intercessit.

cidisset: advocat concionem: habet orationem talem consul, qualem nunquam [12] Catilina victor habuisset: Errare homines, si etiam tum senatum aliquid in republica posse arbitrarentur: [*p.* 9.] equites vero Romanos daturos illius diei [13] pœnas,[d] quo, me consule, cum gladiis, in clivo Capitolino [y] fuissent: venisse tempus iis, qui in timore fuissent, (conjuratos [14] videlicet [z] dicebat,) ulciscendi se. Si dixisset hoc solum, omni supplicio esset dignus: [15] nam oratio ipsa consulis [16] perniciosa potest rempublicam labefactare. 29. Quid fecerit, videte. L. Lamiam,[17] [a] (qui, cum me ipsum pro summa familiaritate, quæ mihi cum fratre, cum patre ejus erat,[18] unice diligebat, tum [19] pro republica vel mortem oppetere cupiebat) in concione relegavit: [20] [b] edixitque, ut ab urbe abesset millia passuum [c] ducenta; quod [1] esset au-

[d] *Se puniturum propter illum diem.*

ante paucis C T: *annis ante paucis* Mss. pauci et edd. ante Grut. cum Lamb. 1566. et Orell. Delenda hæc censebat Ern., qui etiam conjecit legend. aut *quam cum paucis ante annis*, aut *quam si, ut paucis ante annis*. Tum, χ *in cred. conventu*. Ante *advocat*, ac ante *habet* tres Oxon. Mss. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. addunt *et*.—12 In H deest *nunquam*.—13 Ms. Lamb. cum Grut. *dies*. Vid. Nott. Varr. Pro *quo* χ exhibet *qui*. Dein, H χ *me consulem*. Postea, H S χ ψ *cum gladiis in Capitolium duci fecissent*. A Franc. Dresd. C T et ed. pr. absunt verba *Errare homines* usque *libertatemque pervertere*, ad fin. § 30.—14 H χ ψ *comparatis*. Mox, χ ψ *ulciscendis*. Pro *se*. *Si* H χ ψ habent *nisi*.—15 ψ *esset dignum*: Lamb. *dignus esset*.—16 In ψ verba *ipsa consulis* omittuntur.—17 Pro *L. Lamiam* H χ ψ habent *illum jam*.—18 H S χ *cum fratre, compare cum patre ejus erat*: ψ *cum fratre compare ejus erat*. Pro *erat* Car. Steph. habet *est*.—19 H S χ ψ *tum cum*.—20 *In conc. sine lege releg*. Ms. Ursini: *in conc. lege religavit* ψ: *in conc. lege releg*. H S χ et edd. ante Nang. qui delevit *lege*.—1 H S χ ψ *abesset M. P. A. quod*. Mox, edd. ante Lamb. *pro cive, pro bene merito cive*.

NOTÆ

[y] *In clivo Capitolino*] Cum Cicero consul in æde Concordiæ ad senatum referret de Catilinæ conjuratione, in clivo Capitolino, præsidii causa, armatos equites Romanos collocavit.

[z] *Conjuratos videlicet*] Eos designat, qui in conjuratione Catilinæ erant.

[a] *L. Lamiam*] L. Lamia equestris ordinis princeps fuit.

[b] *Relegavit*] Relegati dicuntur, quibus ignominiæ aut pœnæ causa, necesse est ab urbe Roma alioque loco abesse, lege, senatusconsulto, vel edicto magistratus. Ita Festus Pompeius. Hanc porro ejus ejectionem per orationem gradatim ascendentem describit.

[c] *Millia passuum*] Milliarium sive millia passuum eodem recidunt. Milliarium porro mille passibus terminatur, inquit Isidorus, xv. 15. et habet pedes quinque millia, et stadia octo.

sus pro civi, pro bene merito civi, pro amico, pro republica deprecari. XIII. Quid hoc homine facias?[e] aut[2] quo civem importunum, aut quo[f] potius[3] hostem tam sceleratum reserves? qui (ut omittam cetera, quæ sunt ei cum collega immani impuroque conjuncta atque communia) hoc unum habet proprium, ut expulerit ex urbe, relegarit, non dico equitem Romanum, non ornatissimum atque optimum virum, non amicissimum reipublicæ civem, non illo ipso tempore una cum senatu, et cum bonis omnibus, casum[4] amici reique publicæ lugentem; sed civem Romanum sine ullo judicio, aut edicto,[5][d] ex patria consul ejecerit. 30. Nihil acerbius socii Latini[e] ferre[6] soliti sunt, quam (id quod perraro accidit) ex urbe exire a consulibus juberi.[7] Atque illis tum erat[8] reditus in suas civitates, ad suos lares[f] familiares: et in illo communi incommodo nulla in quenquam propria ignominia nominatim cadebat. Hoc vero quid est? exterminabit cives Romanos edicto consul[9] a suis Diis penatibus?[g] expellet a patria? deliget quem

[e] *Statues de hoc homine.* [f] *Ad quid.*

CAP. XIII. 2 Hoc *aut* Garatono suspectum.—3 Ed. Junt. et Orell. *aut potius*, ut volebat Garaton.—4 H χ ψ *causam.* Tum, H ψ *remque p. lugentem.* —5 *Jud. atque edicto* H S χ ψ et edd. ante Vict. *jud. edicto* e conjectura Garatoni recepit Orell. *jud., suo edicto* Pantagathus et Schutz. de sententia Manutii, et sic legitur in Bergeri Ms. 'Non credo *edicto* verum esse: nam 'edicto ejecisse,' ante ipse Cicero dixit et paulo post dicit. Puto scripsisse *Scto:* nisi quis malit totum hoc *aut edicto* cum Manutio, Lambino, et Grævio delere.' *Ern.*—6 *Acerb. societati inferre* H S χ et ed. vet. *acerb. socii Reatini ferre* Ms. Vict. Dein, H S ψ *quam si id.*—7 H S χ ψ *ire*, et H χ ψ *a consule jub.* —8 Lamb. *erat tum.*—9 H χ *consul quos:* ψ *consulum quos.* Mox, *penetralibus?*

NOTÆ

[d] *Aut edicto*] Edictum pertinet ad magistratus.

[e] *Socii Latini*] Tarquinio Superbo regnante, Latini cum Romanis in societatem fœderis venerunt. Ab eo Latinæ feriæ Jovi Latiali sunt institutæ, quæ postea a civitatibus Latinis septem et quadraginta celebratæ sunt, in monte Albano, quo cum populo Romano quotannis conveniebant ad taurum Jovi Latiali sacrificandum. Vide Dionys. Hal. lib. IV.

[f] *Ad suos lares*] Lares Dii erant, quos pater quisque familias cum familia sua privatim aliqua in domus suæ parte colebat. His ara et focus erat consecratus, ex quo illud, 'Pro aris et focis pugnare.'

[g] *Diis penatibus*] Dii penates domestici fuerunt, ut ait Cic. de Nat.

volet? damnabit atque ejiciet nominatim? Hic,[h] si unquam vos eos, qui nunc estis, in republica fore putasset,[10] si denique imaginem judiciorum, aut simulacrum aliquod futurum in civitate reliquum credidisset, unquam[11] ausus esset senatum de republica tollere? equitum Romanorum[12] preces aspernari? civium denique omnium, novis et inauditis[g] edictis,[13] jus libertatemque pervertere?

31. Etsi me attentissimis animis, summa cum benignitate auditis, judices; tamen vereor, ne quis forte vestrum miretur, quid hæc[14] mea oratio tam longa ac tam alte[15] repetita velit, aut quid ad P. Sextii causam, eorum, qui[16] ante hujus tribunatum[i] rempublicam vexarunt, delicta pertineant.[17] Mihi autem hoc propositum est ostendere, omnia consilia P. Sextii, mentemque totius tribunatus hanc fuisse, ut afflictæ et perditæ reipublicæ, quantum posset, mederetur. Ac, si in exponendis vulneribus[h] illis de me ipso plura dicere videbor, ignoscite:[18] nam et illam meam cladem vos et omnes boni maximum esse reipublicæ vulnus judicastis; et P. Sextius est reus, non suo, sed meo nomine: qui cum omnem vim sui tribunatus[19] in mea salute consumserit, necesse est, meam causam præteriti temporis cum hujus præsenti defensione esse conjunctam.

[g] *Inusitatis.* [h] *Cladibus.*

expelleret χ; et *ex patria* Arusian. *e patria* Lamb. Pro *deliget* χ ψ, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. habent *videlicet.*—10 H *putastis:* χ *putasti.*—11 H χ ψ *nunquam.*—12 H *equites Romanos:* S *equites nos r.* χ *equites R.*—13 H χ ψ *dictis.* Mox, *evertere* H S χ, Car. Steph. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Hervag.—14 H S χ *nostrum min.* et C. *quod hæc.*—15 *Tam alta aut tam longe* tres Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. *tam longa aut tam alte* C et Franc. *tam longe ac tam alte* Lamb. e conjectura Hotomanni.—16 C *quæ.*—17 χ *pertinent.* Tum, *Mihi enim prop.* H S χ: *Mihi autem prop.* Hervag.—18 C H, Nang. Cam. Lamb. *ignoscitote.* Verba *quantum posset ... esse reipublicæ* in T desunt.—19 Verba *sui tribunatus* non sunt in χ.

NOTÆ

D. l. II. 'ita dicti, quod penes nos nati sint; vel quod non longe absint ab hac vita; sive quod penitus insident.'

[h] *Hic*] Gabinius.

[i] *Ante hujus tribunatum*] Sextius tribunus fuit anno urbis 696. sequente consulatum Pisonis et Gabinii, et Clodii tribunatum.

XIV. 32. Erat igitur in luctu senatus:[k] squalebat civitas publico consilio[l] mutata veste: nullum erat Italiæ municipium,[m] nulla colonia,[n] nulla præfectura,[o] nulla Romæ societas vectigalium,[p] nullum collegium,[q] aut concilium,[20][r] aut omnino aliquod commune consilium,[s] quod tum non honorificentissime decrevisset de mea salute; cum subito edicunt duo consules, ut ad suum vestitum senatores redirent. Quis unquam consul[1][t] senatum ipsius decretis parere prohibuit? quis tyrannus miseros lugere vetuit? Parumne est, Piso,[2] (ut omittam Gabinium) quod tantum homines[3] fefellisti, ut negligeres auctoritatem senatus? optimi cujusque consilia contemneres? rempublicam prode-

Cap. XIV. 20 C et nonnullæ edd. vett. *concilium.*—1 Franc. Dresd. et ed. pr. *consul* omittunt. Pro *consul senatum* C habet *S. C.* Pro *ipsius* H χ *ipsum.*—2 In χ *Piso* deest. Mox, ψ *Gabinum.*—3 *Quod tam hom.* Franc.

NOTÆ

[k] *In luctu senatus*] Senatus frequens cum convenisset, vestem, tanquam in publico luctu, mutandam censuit.

[l] *Publico consilio*] Consilium sumitur, vel pro consessu eorum qui causam vel publicam vel privatam cognoscunt. Convenerat autem totus senatus, ut, mutata veste, pro Cicerone supplicaret.

[m] *Nullum municipium*] Municipium id hominum genus est, qui cum Romam venissent, neque Romani cives essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis civibus, excepto ferendo suffragio, aut capiendo magistratu.

[n] *Nulla colonia*] Colonia quodvis erat oppidum, quo Romani magistratus ex urbe cives traduxerant, qui ferendi suffragii jus habebant.

[o] *Nulla præfectura*] Præfecturæ dicebantur quædam Italiæ oppida, quorum incolæ cives Romani erant, qui in hoc a municipiis distinguebantur, quod non suis legibus utebantur, sed a magistratibus, quo Roma quotannis mittebantur, Romanis legibus regebantur. Ii magistratus præfecti dicebantur.

[p] *Nulla societas vectigalium*] Societates plurimæ Romæ publicanorum fuerunt, qui vectigalia provinciarum communi periculo redimebant.

[q] *Nullum collegium*] Collegia, quæ et sodalitates dicuntur, sunt conventus hominum artem aliquam certam factitantium.

[r] *Concilium*] Concilium veteres dicebant de plebis parte aliqua, quæ ad concionem in foro conveniebat. Hinc concilium edicere, non comitia, debet is qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubet. Vide Gell. XV. 27.

[s] *Commune consilium*] Commune consilium dicitur quivis conventus, sive consessus.

[t] *Quis unquam consul*] Decreti indignitatem amplificat.

res? consulare nomen affligeres? [*p.* 10.] etiamne edicere[4] audebas, ne mœrerent homines[5] meam, suam, reipublicæ calamitatem? ne hunc[6] suum dolorem veste significarent? Sive illa vestis mutatio ad luctum ipsorum, sive ad deprecandum valebat; quis unquam tam crudelis fuit, qui prohiberet[7] quenquam aut sibi mœrere, aut ceteris supplicare?[u] 33. Quid? sua sponte homines in amicorum periculis vestitum mutare non solent? pro te ipso, Piso,[x] nemone[8] mutavit? ne isti quidem, quos legatos[9][y] non modo nullo[10] senatusconsulto, sed etiam repugnante senatu, tute tibi legasti?[11] Ergo hominis[12] desperati, et proditoris reipublicæ casum lugebunt fortasse, qui volent: civis florentissimi[z] benevolentia bonorum, et optime de salute patriæ meriti, periculum, conjunctum cum periculo civitatis, lugere senatui[13] non licebit? Iidem consules,[14] (si appellandi sunt consules, quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed etiam ex fastis[a] evellendos[15] putet,) pacto jam fœdere[b] provinciarum, producti in circo Flaminio[c] in con-

Dresd. et ed. pr. *quod tu hom.* Ven. 1483.—4 C *etne edicere;* et *audebas* Franc. Ern. Schutz. *audes* χ et Ven. 1483. *audeas* ceteri. Pro *ne* χ habet *non.*—5 In C deest *homines.*—6 C H ψ, Franc. Dresd. et edd. ante Lamb. *neve hunc.* C T *suum* omittunt. Post *veste* C H S T χ, Franc. Dresd. et edd. ante Naug. addunt *mutata.*—7 ψ *prohibere.*—8 Pro *Piso, nemone* H ψ habent *Pisone, nemo;* et χ *Pisone.* Tum, *mutabit* dedit Orell. e conjectura Lallemandi. Wolf. conjecit legend. *mutaret.* Verba *Quid? sua sponte* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—9 *Legatos* suspectum J. F. Gronovio.—10 H S *nullos.*—11 Victorius legi mavult *legisti.* In H desunt verba *tute tibi legasti.*—12 H ψ *homines,* et mox *proditores.* Postea, H χ ψ *lugebant.*—13 H *senatu.*—14 C *Iidemque cons.* χ ψ *Idemque cons.* Verba *si appellandi sunt consules* Lamb. omittit.—15 In C *avellendos.* Ante *putet* T χ, Ald.

NOTÆ

[u] *Ceteris supplicare*] Id est, pro ceteris supplicare.

[x] *Pro te ipso, Piso*] Convertit orationem ad Pisonem, qui tum aberat: erat enim in Macedonia proconsul.

[y] *Quos legatos*] Dabantur legati a senatu proconsulibus; sed eos sibi Piso ad arbitrium suum delegit, nempe L. Flaccum et Q. Martium.

[z] *Civis florentissimi*] De se loquitur Cicero, cujus casum omnes boni luxere.

[a] *Ex fastis*] Fasti consulum dicebantur ii libri, in quibus nomina et res gestæ consulum scribebantur.

[b] *Pacto fœdere*] Fœdus inter se fecisse consules et tribunum plebis, indicat, ut nempe Pisoni Macedonia, Gabinio Cilicia, quæ in Syriam mutata est, decernerentur: liceret vero

cionem ab illa furia[d] ac peste patriæ,[16] maximo cum gemitu vestro, illa omnia, quæ tum contra me, contraque rempublicam[17] dixerat, voce ac sententia sua comprobaverunt. XV. Iisdem consulibus sedentibus atque inspectantibus, lata lex est, ne auspicia valerent,[e] ne quis obnuntiaret,[f] ne quis legi[18] intercederet;[g] ut omnibus fastis diebus[h] legem ferri liceret; ut lex Ælia, lex Fufia[19] [i] ne valeret: qua una ro-

Lamb. et Oliv. addunt *non.*—16 *Patriæ* non est in H.—17 H, Rom. Ven. 1480. 1483. *quam quæ contra remp.* In Ms. Ursini edd. Ald. Hervag. *tam quæ contra me, quam contra remp.* In H ψ quoque legitur *tam.* Dein, *dixerant* H χ, Ven. 1483. Hervag. Naug. *fiebant* Car. Steph. *agebat* Lamb. Paulo post, in H χ deest *sua.* Pro *comprobaverunt* Franc. habet *decreverunt;* et pro verbis *comprobaverunt Iisdem cons. atque sed.* C T habent *decreverunt aut.* A Dresd. absunt verba *sententia sua comprobaverunt.*

Cap. xv. 18 H et ψ *lege.* Mox, χ ψ et nonnullæ edd. vett. *festis.* In Franc. Dresd. et ed. pr. verba *Iisdem consulibus . . . incitarentur* absunt a Franc. Dresd. et ed. pr.—19 Mss. nonnulli cum Græv. *Fusia.* Tum, ψ *vale-*

NOTÆ

tribuno Clodio leges ferre quas sibi placeret, quamvis reipublicæ perniciosas.

[c] *Circo Flaminio*] Circus Flaminius inde appellatus est, quod circa Flaminium campum ædificatus fuerit; vel a consule Flaminio. In hoc campo equestres ludi celebrabantur, ibique aliquando senatus habebatur.

[d] *Ab illa furia*] Furiam Clodium nominat, quia omnia furiose et per vim miscebat in republica.

[e] *Auspicia valerent*] Pergit narrare consulum facinora contra rempublicam, ac inprimis ne quo die cum populo ageretur, quisquam de cœlo servaret, aut ejus rei ratio haberetur ad concionem discutiendam.

[f] *Ne quis obnuntiaret*] Vetuerunt ne a magistratibus renuntiaretur, quid advertissent augures observantes de cœlo, qua obnuntiatione concionem dissolverent.

[g] *Legi intercederet*] Novem tribunis legem ferentibus unus intercedere poterat, ne qua lex ferretur. Sed legem tulit Clodius, ut libera et soluta in ferendis legibus tribunorum plebis potestas esset, neque intercessione impediretur.

[h] *Fastis* [*festis*] *diebus*] Dies alii festi dicti sunt apud Romanos, alii profesti, alii intercisi. Festi dies Diis dicati erant: profesti hominibus ad administrandam rem privatam publicamque concessi: intercisi Deorum hominumque erant communes. Festis inerant sacrificia, epulæ, ludi, feriæ: profestis fasti, comitiales, comperendini, stati, prœliares: intercisi, in se, non in alios dividebantur; illorum enim dierum quibusdam horis fas erat, quibusdam fas non erat jus dicere. Fasti dies erant quibus licebat fari prætori tria verba, 'Do, dico, addico.' His contrarii nefasti. Porro comitiales erant, quibus cum populo agi licebat: et festis quidem lege agi poterat, cum populo agi non poterat; comitialibus utrumque poterat. Comperendini, quibus vadimonium licebat dicere. Stati denique, qui judicii causa cum peregrino instituebantur. Vide Macrobium, Sat. I. 15.

gatione, quis est, qui non intelligat, universam rempublicam esse deletam? 34. Iisdem consulibus[20] inspectantibus, servorum delectus[k] habebatur pro tribunali Aurelio,[l] nomine collegiorum, cum vicatim homines conscriberentur,[1] decuriarentur:[m] ad vim, ad manus, ad cædem, ad direptionem[2] incitarentur. Iisdem consulibus[n] arma in templum[3] Castoris[o] palam comportabantur; gradus ejusdem templi tollebantur: armati homines forum et conciones tenebant: cædes lapidationesque fiebant: nullus erat senatus, nihil reliqui magistratus: unus omnem[4] omnium potestatem armis et latrociniis possidebat, non aliqua vi sua; sed cum duo[5] consules a republica provinciarum fœdere retraxisset,[6] insultabat, dominabatur: aliis pollicebatur: terrore ac metu multos,[7] plures etiam spe et promissis tenebat.

35. Quæ cum essent ejusmodi, judices, cum senatus duces nullos, ac pro ducibus proditores, aut potius apertos hostes haberet;[8] equester ordo reus[p] a consulibus citaretur;[9] Italiæ totius auctoritas repudiaretur; alii nomina-

rent.—20 ψ *deletam hisce cons.* Dein, Franc. Dresd. ed. pr. *ut serv. delectus haberet.* In C *delictus*, et C T *haberetur.*—1 *Aur., ut vicatim homines scriberentur* Franc. Dresd. *Aur., ut judicaturi homines scriberentur* T et ed. pr. In C *conscriberent : χ circumscriberentur.*—2 χ *directionem.* Verba *Iisdem consulibus arma . . . tenebat* non leguntur in C'T, Franc. Dresd. et ed. pr.—3 H χ ψ *templo.* Dein, H χ *portabantur.*—4 In H S χ ψ deest *omnem.*—5 Al. *duos.* Ernesto vocab. *duo* suspectum est.—6 Lamb. e Mss. *fœdera retraxissent.*—7 ψ *multo.*—8 Idem Ms. *haberent.*—9 H χ *sciscitaretur.* In Dresd. *reus ad*

NOTÆ

[i] *Lex Ælia, lex Fufia*] Vide orat. de Harusp. Resp. § 58. nott.

[k] *Servorum delectus*] Servi ad arma conscribebantur prætextu collegiorum, quasi vellet eos inter societates ejusmodi conscribere.

[l] *Pro tribunali Aurelio*] Juxta Aurelium tribunal, quod a M. Aurelio Cotta excitatum est in foro, delectus ille habebatur.

[m] *Decuriarentur*] Decuriare est in decurias conscribere. Decuria vero decem equites habebat, qui ab uno decurione regebantur.

[n] *Iisdem consulibus*] Inspectantibus iisdem consulibus Pisone et Gabinio.

[o] *Arma in templum Castoris*] Clodius templum Castoris, revulsis gradibus, qui erant exemtitii, armatis hominibus occupavit.

[p] *Equester ordo reus*] Accusabat hunc ordinem integrum Gabinius, quod Cicerone consule arma sumsisset ad opprimendam Catilinæ conjurationem.

tim relegarentur,[10] alii metu ac periculo terrerentur; arma essent in templis, armati in foro; eaque non silentio consulum dissimularentur, sed et voce[11] et sententia comprobarentur; cum omnes urbem nondum excisam[12] et eversam, sed jam captam atque oppressam videremus;[13] tamen his tantis malis, tanto bonorum studio, judices, restitissemus. XVI. 36. Sed me alii metus, atque aliæ curæ suspicionesque moverunt. Exponam enim hodierno die, judices, omnem rationem facti et consilii mei: neque huic vestro tanto studio audiendi, neque vero[14] huic tantæ multitudini, quanta, mea[15] memoria, nunquam ullo in judicio fuit, deero. Nam, si ego in causa tam bona,[16] tanto studio senatus, consensu tam incredibili bonorum omnium, tam parato, tota denique Italia ad omnem contentionem[i] expedita,[17] cessi tribuni plebis, despicatissimi hominis, furori, contemtissimorum consulum[18] levitatem audaciamque pertimui; nimium me timidum, nullius animi, nullius consilii fuisse confiteor. 37. Quid enim simile fuit in Q. Metello?[19][q] cujus causam etsi omnes boni probabant,[20] tamen neque senatus publice, neque ullus ordo proprie, neque suis decretis Italia tota[1] susceperat. [*p.* 11.] Ad suam enim magis quandam[2] ille gloriam, quam ad perspicuam salutem reipublicæ sumserat,[3] cum unus in legem

[i] *Pugnam.*

consulem cit. ed. pr. *reus a consule cit.*—10 C ψ *religarentur.*—11 C T, Dresd. et ed. pr. *sed voce*, copula omissa.—12 Lamb. *excissam.*—13 ψ *videamus.*

Cap. xvi. 14 *Vero* omittunt C, Franc. Dresd. ed. pr. Junt. Ald. Hervag. Græv.—15 In H S T χ deest *mea.* Mox, χ *unquam.* Vox *ullo* non est in C. Pro *fuit* H S χ habent *fecerit.*—16 H S χ ψ *in causa bona.* Verba *Nam si ego . . . enixeque susceperant* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—17 H S χ ψ *exped. esset.* Mox H *despicacissimi.*—18 H S *contempti consulis:* χ *contempsi cons.* ψ *contempsi cons.* Tum, S χ *pertimuit:* H ψ *pertinuit.* Pro *nimium* χ exhibet *a;* ψ *ad.*—19 H S χ *in M. Metello.*—20 χ *probant.*—1 Margo Crat. *Italia cuncta.*—2 Lamb. *quandam magis.* χ, Ven. 1483. Junt. Hervag. omittunt *quandam.*—3 Pro *sumserat* C H S T, Ald. Lamb. Oliv. Schutz. et Orell. habent *specturat.* Ern. conjecit legend. *fecerat.* Wolf. legi maluit *sumpserat*

NOTÆ

[q] *In Q. Metello*] Q. Metellus, qui Numidicus dictus est, cum in legem Apuleiam, de agro a Cimbris recepto viritim dividendo, solus e senatu jurare nollet, de civitate maluit, quam de sententia discedere. Jam excusat suam fugam magnorum virorum exemplo.

per vim latam jurare noluerat:[4] denique videbatur ea conditione tam fortis fuisse, ut cum patriæ caritate constantiæ gloriam commutaret.[k] Erat autem ei res[5] cum exercitu C. Marii invicto: habebat inimicum[6] C. Marium, conservatorem[r] patriæ, sextum jam illum consulatum gerentem: res erat cum L. Saturnino, iterum tribuno plebis, vigilante homine, et in causa populari[s] si non moderate,[t] at certe populariter[u] abstinenterque[x] versato. Cessit,[7] ne aut victus a fortibus viris cum dedecore caderet, aut victor multis et fortibus[8] civibus rempublicam orbaret. 38. Meam causam senatus palam, equester ordo acerrime, cuncta Italia publice, omnes boni proprie[9] enixeque susceperant: eas res gesseram, quarum non unus auctor, sed dux[l] omnium[10] voluntatis fuissem, quæque non modo ad singularem meam gloriam, sed ad salutem communem omnium civium, et prope gentium, pertinerent:[11] ea conditione gesseram, ut meum factum semper omnes præstare[y] tuerique deberent. XVII. Erat autem mihi[12] contentio non cum victore exercitu, sed cum operis[m] [13] conductis, et ad diripiendam urbem con-

[k] *Anteponeret gloriam constantiæ caritati patriæ.* [l] *Executor.* [m] *Servis.*

sibi.—4 χ *voluerat.*—5 *Erat enim hæc res* H S χ ψ: *Erat autem res ei* Naug. Lamb. *Erat enim huic res* Junt. et Hervag. *Erat autem hæc res* Ven. 1483.—6 H S χ ψ *initium.*—7 *Populariter at isti ne tergiversato. Cessit* H S χ, Ven. 1483. *populariter agenti, attamen nec tergiversatus cessit* Junt. Crat. Hervag. 'Ad oram libri emendati a viro doctissimo ita hic locus restitutus est, *Cessit tamen nihil tergiversatus, ne aut victus, &c.*' Ursinus.—8 χ *multis eo fort.* ψ *multis fort.*—9 In H S χ ψ *proprie* deest.—10 C et T non habent *omnium.* Pro *voluntatis* in χ *voluptatum.*—11 In C T ψ *gentium omnium,* et χ *pertineret.* Verba *ea conditione deberent* absunt a C et T.

Cap. XVII. 12 H S χ *Erat enim mihi.*—13 C *operariis.* Mox, χ *ad ra-*

NOTÆ

[r] *Marium conservatorem*] Jugurtham in Africa Marius devicit; Cimbros, Ambronas, et Teutonas delevit, qui per Alpes in Italiam irrumpebant.

[s] *In causa populari*] Popularis erat illa causa, quia populo grata erat, nam legem agrariam ferebat.

[t] *Si non moderate*] Numinm, qui tribunatum, et Memmium, qui petebat consulatum, interficiendos curavit. Livius in Epit.

[u] *Populariter*] Nihil enim non effecit, ut sibi populum devinciret.

[x] *Abstinenterque*] Hac voce utitur ad invidiam Clodio conciliandam, præ quo moderatus fuit.

[y] *Præstare*] Præstare est accipere in se omne periculum.

citatis: habebam inimicum non C. Marium, terrorem hostium, spem subsidiumque patriæ; sed duo importuna prodigia,[z] quos egestas,[14] quos æris alieni magnitudo, quos levitas, quos improbitas tribuno[15] plebis[a] constrictos addixerat. 39. Nec mihi res erat cum Saturnino, qui, quod a se, quæstore Ostiensi,[16][b] per ignominiam, ad principem et senatus[c] et civitatis,[17] M. Scaurum, rem frumentariam translatam sciebat, dolorem suum magna contentione animi persequebatur; sed cum scurrarum[d] locupletium[18] scorto, cum sororis adultero,[e] cum stuprorum sacerdote,[f] cum venefico,[g] cum testamentario,[h] cum sicario,[i] cum latrone:[19][k] quos homines, si (id[20] quod facile factu fuit, et quod fieri debuit, quodque a me optimi et fortissimi cives[l] flagita-

piendam urbem.—14 C omittit *quos egestas.*—15 H *tribuni.* In ψ deest *constrictos.* Tum, *adduxerat* H S T χ.—16 H S χ ψ *quod a quæst. Ostiensi,* omisso *se.* Verba *qui quod . . . animi persequebatur* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr. —17 χ ψ *per ignorantiam ad principem et senatum civ.* Dein, in H S χ ψ desunt verba *dolorem ... persequebatur.*—18 T, Franc. Dresd. *locuplete.* Mox, ψ *adulterio.*—19 ψ *cum venefico latrone:* C T *latrone* sine præpositione.—20 C T ψ, Franc. Dresd. et ed. pr. cum Græv. *id* omittunt. Mox, H χ ψ

NOTÆ

[z] *Importuna prodigia*] Pisonem et Gabinium.

[a] *Tribuno plebis*] Clodio se addixerant propter speratam ab illo pecuniam et provincias obtinendas.

[b] *Quæstore Ostiensi*] Ostia oppidum est, qua Tiberis influit in mare. Huc autem appellebant naves quæ ex Africa et Sicilia frumentum Romam devehebant.

[c] *Ad principem et senatus*] Quæstor erat Ostiensis Saturninus; cum autem perfunctorie munus suum agere videretur, in ejus locum M. Scaurus suffectus est. Princeps vero senatus dicebatur, quem censores in recitando senatu primum nominaverant. Primus autem ille sententiam rogabatur.

[d] *Scurrarum*] Scurræ in conviviis adhibebantur, ut convivas delectarent.

[e] *Cum sororis adultero*] Cum germana Clodius adulterium commisit.

[f] *Stuprorum sacerdote*] Clodius in opertum Bonæ Deæ muliebri habitu ingressus est, et per ancillarum manus servatus.

[g] *Cum venefico*] Q. Seium veneno sustulit Clodius, ut domum ejus sibi compararet.

[h] *Testamentario*] Testamentarius dicitur testamenti scriptor. Sed quandoque, et hic maxime, sumitur pro corruptore testamentorum.

[i] *Sicario*] Sicarium Clodium appellat, quia Papirium in Via Appia dicitur occidisse, et posuisse servum in excubiis ad Pompeium interficiendum.

[k] *Latrone*] Latro dicitur, quia Etruriam depopulatus est.

[l] *Fortissimi cives*] Lucullus auctor fuit Ciceroni, ut vim vi repelleret.

bant) vi armisque superassem,[1] non verebar, ne quis aut vim vi repulsam[2] reprehenderet, aut perditorum civium, vel potius domesticorum hostium, mortem mœreret. Sed me illa moverunt:[3] omnibus in concionibus illa furia[m] clamabat, se, quæ faceret contra salutem meam, facere auctore Cn. Pompeio, clarissimo viro, mihique et nunc, et quoad licuit,[4][n] amicissimo. M. Crassus, quocum mihi erant omnes amicitiæ necessitudines,[5] vir fortissimus, ab eadem illa peste infestissimus esse meis fortunis prædicabatur.[6] C. Cæsar,[o] qui a me nullo meo[7] merito alienus esse debebat, inimicissimus esse meæ saluti ab eodem quotidianis concionibus[8] dicebatur. 40. His se tribus auctoribus[*] in consiliis capiendis,[p] adjutoribus in re gerenda esse[9] usurum dicebat: ex quibus unum habere exercitum[q] in Italia maximum;[10] duo,[r] qui privati tum[11] essent, et præesse, et parare,[12] si vellent, exercitum posse: idque facturos esse dicebat. Nec mihi ille judicium po-

[*] *Impulsoribus.*

non agnoscunt *fuit*. Verba *et quod fieri . . . flagitabant* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—1 H S χ *superassent*.—2 *Depulsam* C H S T χ ψ, Franc. et ed. pr. cum Grævio. Verba *aut perd. civium . . . mortem mœreret* in C T, Franc. Dresd. et ed. pr. omittuntur. Pro *mortem* Junt. habet *morte*, et Car. Steph. *cæde*.—3 ψ *nocuerunt*. Mox, in T *furia* deest.—4 C *et nunc, quoad licuit*.—5 Verba *quocum mihi erant omnes amic. necessitudines* non sunt in T, Franc. Dresd. et ed. pr.—6 C *prædicebatur*.—7 χ non agnoscit *meo*.—8 χ *criminibus*.—9 C non habet *esse*. Dein, verba *ex quibus unum . . . dicebat* non inveniuntur in C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—10 Hervag. *max. in Italia*.—11 In H S χ ψ *tum* deest.—12 *Et præessent et pararent* tres Oxonn. Mss.

NOTÆ

[m] *Illa furia*] Clodius hoc sæpe infami furiæ nomine appellatur.

[n] *Quoad licuit*] Videtur hic excusare Pompeium, a quo ipse proditus et derelictus est, cum urbe maluit cedere, quam bonorum vitam servis armatis objicere.

[o] *C. Cæsar*] Visus quoque est alienus a Cicerone Cæsar, quod ejus legatus in Galliam ire, et inter viginti viros agro Campano dividendo esse noluerit.

[p] *In consiliis capiendis*] Dicebat Clodius se cum Pompeio, Crasso, et Cæsare consilium iniisse de Cicerone perdendo.

[q] *Unum habere exercitum*] Cæsar Galliam Cisalpinam cum exercitu quatuor legionum obtinebat.

[r] *Duo*] Crassus divitiis suis, Pompeius ex militibus quos confecto bello Mithridatico ex Asia reduxerat, exercitum facile comparare poterant.

puli,[s] nec legitimam[13] aliquam contentionem,[t] nec disceptationem,[u] aut causæ dictionem,[x] sed vim, arma, exercitus, imperatores, castra denuntiabat. XVIII. Quid ergo? inimici oratio, vana[o] præsertim, tam improbe in clarissimos viros conjecta,[14] me movit? Me vero non illius oratio, sed eorum taciturnitas, in quos illa oratio tam improba conferebatur: qui tum, quanquam ob aliam causam[15] tacebant, tamen hominibus, omnia timentibus, tacendo loqui, non inficiando confiteri videbantur. [*p.* 12.] Illi autem, aliquo tum timore perterriti,[16] quod acta illa[y] atque omnes res anni superioris[17] labefactari a prætoribus,[z] infirmari a senatu[a] atque principibus[18] civitatis[b] putabant, tribunum

[o] *Falsa.*

Ven. 1483. Junt. Pro *parare* S habet *parerent*. Schutz. de sententia Ernesti delevit verba *et præesse*. Wolf. conjecit *et præsto esse* legend. Orell. locum esse corruptum notavit. Tum, Car. Steph. verba *si vellent* omittit. Paulo post, H S χ non habent *posse*. Pro *idque* in ψ legitur *id quod*.—13 H *ne leg*.

CAP. XVIII. 14 H S χ ψ *viros tunc injecta*. Voces *Me vero non* in ψ desunt. Post *non* C H S T χ, Dresd. et al. atque ed. pr. Ven. 1483. Junt. Hervag. Græv. et Orell. addunt *movit;* Franc. *commovit*. Lamb. transposuit post *taciturnitas*. Ante *eorum* Pal. 9. Grut. Oliv. inserunt *etiam*, quod abest a C H S T χ ψ et plerisque aliis Mss.—15 C T ψ, Franc. Dresd. ed. pr. Mediol. Naug. Cam. Lamb. *ob alias causas*.—16 Hervag. *Illi autem mali timore perterr.* H S χ *Illi enim mali qui cum perterr.* Verba *Illi autem aliquo . . . fratrem præfecerat* in C T, Franc. Dresd. et ed. pr. omittuntur.—17 Edd. ante

NOTÆ

[s] *Judicium populi*] Populi judicium illud dicitur, quod populus in foro per tribus; in campo Martio per centurias distributus exercebat.

[t] *Legitimam contentionem*] Legitima contentio tum est, cum actores, posito sacramento, litigant inter se.

[u] *Disceptationem*] Disceptatio est summa quæstio nata ex ratione, et firmamento, quæ dicitur judicatio. Disceptator autem dicitur tam arbiter, quam judex.

[x] *Causæ dictionem*] Causæ dictio est causæ dicendæ jus atque potestas. Nihil horum ex more populi Rom. sed omnia per vim agere voluit, minitando arma, &c.

[y] *Acta illa*] De actis loquitur, quæ Cæsar in suo consulatu fecerat, agrorum videlicet divisionem, vectigalium remissionem, &c.

[z] *Labefactari a prætoribus*] Memmius et Lucius Domitius ea acta labefactare voluerunt: quare de iis ad senatum retulerunt.

[a] *Infirmari a senatu*] Hæc acta infirmata fuissent statim a senatu, si hæc contra auspicia lata esse declarasset.

[b] *Principibus civitatis*] M. Bibulus, M. Cato, L. Domitius, et Q. Hortensius, erant Cæsaris inimici.

popularem a se alienare[19] nolebant, suaque sibi propiora pericula esse, quam mea, loquebantur. 41. Sed tamen et Crassus[20] a consulibus[c] meam causam suscipiendam esse dicebat, et eorum fidem[p] Pompeius implorabat; neque se privatum publice susceptæ[d] causæ[1] defuturum esse dicebat: quem virums tudiosum mei, cupidissimum reipublicæ conservandæ, [domi meæ[2]] certi homines, ad eam rem compositi,[e] monuerunt, ut esset cautior; ejusque vitæ a me insidias apud me domi positas esse dixerunt: atque hanc ei suspicionem alii literis mittendis, alii nuntiis, alii coram ipsi[3] excitaverunt, ut ille, cum a me certe nihil timeret, ab illis, ne quid meo nomine molirentur,[4] sibi cavendum putaret. Ipse autem Cæsar,[5] quem maxime homines ignari veritatis[6] mihi esse iratum putabant, erat ad portas,[f] erat[7] cum imperio: erat in Italia ejus exercitus, inque eo exercitu[8] ipsius tribuni plebis, inimici mei, fratrem præfecerat.[g]

[p] *Patrocinium.*

Naug. *superioris anni.*—18 Lamb. e Ms. cum Orell. *atque a princip.*—19 Hervag. *alienari*, omittens *suaque ... loquebantur.*—20 H S *Et tamen Crassus.*—1 *Publice causæ suæ susceptæ* H S ψ: *publicæ causæ susceptæ* Hervag.—2 Schutz. de sententia Ernesti delevit verba *domi meæ*, quæ Orell. uncis inclusit. Lamb. conjecit legend. *domi suæ.* Tum, χ ψ *certe.* Hervag. non habet *homines*, neque S χ ψ, voces *ad eam.* Paulo post, *positi* H S χ ψ, Pal. 9. Ms. Vict. Hervag. Naug.—3 H χ ψ *coram ipso.* Mox, pro *ut ille* in H χ *Tot ille.*—4 χ *moliretur.*—5 H χ ψ *L. ipse autem Cæsar*, et sic S, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. nisi quod *autem* omittant.—6 *Ign. hom. ver.* edd. ante Naug. *ign. ver. hom.* Lamb.—7 In ψ deest *erat.*—8 ψ *in quod eo exercitu:* Lamb. *eique exercitui.* Mox, ψ *perfecerat.*

NOTÆ

[c] *A consulibus*] A Pisone et Gabinio suscipiendam esse Ciceronis causam dicebat Crassus. Refutat porro quod a Clodio dictum fuerat, auctores Crassum, Pompeium, et Cæsarem contra Ciceronem habuisse.

[d] *Publice susceptæ*] Dicebat Pompeius se suscepturum causam Ciceronis, si consules, qui publicam habent auctoritatem, eam tuerentur.

[e] *Ad eam rem compositi*] Homines Ciceroni infesti subornati sunt a Clodio, ut Pompeium ab illo alienarent.

[f] *Erat ad portas*] Qui cum imperio in provincias missi erant, simulatque portam Romæ ingrediebantur, imperium deponebant. Deinde non prius exivit in provinciam Cæsar, quam Cicero profectus est in exilium. Unde facile fuit conjicere Cæsarem inimicum fuisse Ciceroni.

[g] *Fratrem præfecerat*] Præfecerat Appium Pulchrum, Clodii fratrem.

XIX. 42. Hæc ego[9] cum viderem, (neque enim erant occulta) senatum, sine quo civitas stare non posset,[10] omnino de civitate esse sublatum; consules, qui publici consilii duces esse deberent,[11] perfecisse, ut per ipsos[12] publicum consilium funditus tolleretur; eos, qui plurimum possent, opponi omnibus concionibus,[13] falso, sed formidolose tamen, auctores ad perniciem meam; conciones[14] haberi quotidie contra me; vocem pro me, ac pro republica neminem mittere; intenta signa legionum existimari[q] cervicibus ac bonis vestris, falso, sed putari tamen;[15] conjuratorum copias veteres,[16] et fusam illam[h] [ac superatam] Catilinæ manum importunam, novo duce,[17] et insperata commutatione rerum esse renovatam: 43. hæc cum viderem, quid agerem, judices?[18] scio enim, tum non mihi vestrum studium, sed meum prope vestro[19] defuisse.[i] Contenderem contra tribunum plebis privatus[20] armis? Vicissent improbos boni, fortes inertes: interfectus esset is,[k] qui hac una medicina sola potuit a reipublicæ peste de-

[q] *Minari.*

CAP. XIX. 9 T *Hic ego:* Lamb. *Hæc ergo.*—10 H S χ *possit.*—11 Franc. et Dresd. *debebant.*—12 χ *ut ipsos*, sine præpositione: Franc. et ed. pr. *ut per eos publ.*—13 Franc. *opp. omnibus contentionibus.* Tum, H S χ *falsos.* Pro *sed* H S ψ habent *et.* Postea, χ *formidolosos.* In C T, Franc. Dresd. et ed. pr. deest *tamen.*—14 *Conciones* omittitur in T, Franc. Dresd. et ed. pr.—15 Verba *intenta signa . . . putari tamen* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—16 Hervag. Naug. et Orell. *veteres copias.* Dein, *et effusam* Mss. et edd. ante Ern. qui e conjectura Gulielmii dedit *et fusam*, sic etiam Schutz. et Orell. In C T, Franc. Dresd. ed. pr. omittuntur voces *ac superatam*, et eas Schutz. delevit. Orell. conjecit legend. *ac dissipatam.*—17 C *uno duce.* Pro *insperata comm.* in H S χ legitur *mihi speratam commutationem.*—18 *Quid agerem luderem* Franc. Dresd. *quid agerem: laudarem* ed. pr.—19 Franc. Dresd. et ed. pr. non agnoscunt *vestro.*—20 Nonnullæ edd. vett. *privatis.*—

NOTÆ

[h] *Et fusam illam, &c.*] Cum videret Cicero homines illos, qui supererant e conjuratione Catilinæ, habere Clodium ducem et restauratorem, nullum esse senatum, tolli per consules publicum consilium, haberi contra se conciones, parari exercitus, judicavit sibi abeundum esse.

[i] *Prope vestro defuisse*] Defuit senatus studio studium Ciceronis, quia pugnare noluit, dum ei bellum a tot bonis civibus suadebatur, quos servorum furori noluit exponere.

[k] *Interfectus esset is*] Tantum Clodii morte huic reipublicæ calamitati remedium afferri poterat.

pelli. Quid deinde?[1] quid reliquiarum restaret? quid denique erat dubium, quin ille sanguis tribunicius,[l] nullo præsertim publico consilio profusus, consules ultores[2] et defensores[m] esset habiturus? cum quidem[3] in concione dixisset, aut mihi semel pereundum, aut bis esse[4] vincendum.[n] Quid erat bis vincere? Id profecto, ut, cum amentissimo tribuno[5] plebis cum decertassem, cum consulibus, ceterisque ejus ultoribus[6] dimicarem. 44. Ego vero, si mihi uni[7] pereundum non fuisset, ac modo accipienda plaga, mihi sanabilis, illis mortifera, qui eam imposuissent; semel perire tamen,[8] judices, maluissem, quam bis vincere. Erat enim illa altera ejusmodi contentio,[9] [o] ut neque victi, neque victores rempublicam tenere possemus.

1 C *Quod deinde.* Tum, *quid reliqui restaret* C T, Franc. Dresd. et ed. pr. *quid reliquarum restat* χ : *quis reliqua ire staret* Ms. Vict. *quis reliqui restaret* al. *quæ reliquæ starent* conjecit Lamb. *quis reliqua præstaret? cui denique erat, &c.* tentabat Gulielm. Pro *denique* ψ habet *deinque.*—2 ψ et edd. nonnullæ *auctores.*—3 C T *quid.*—4 ψ, Franc. Dresd. et ed. pr. *esset.*—5 χ *cum amicissimo trib.* In C H S T, Franc. Dresd. et ed. pr. deest *cum* ante *decertassem.* —6 χ *ceterisque prius ult.* Tum, C H T, Franc. Dresd. ed. pr. *dimicassem,* sed in H supra lin.—7 Pro verbis *si mihi uni* H χ ψ habent *veni.* Ante *fuisset* Ern. e conjectura addidit *non.* Dein, *ac non accip. plaga mihi sanabilis, illi mortifera, qua eum posuissent* Pal. 9. *ac non accip. plaga mihi insanabilis illa mortifera, qua ei imposuisset* ed. 1472. et Med. *ac non accip. plaga mihi insanabilis, illa* (vel *illi*) *mortifera, quam reip. imposuissent* (vel *imposuissem*) al. *ac non accip. plaga mihi insanabilis illis mortifera quæ imposuisset* Ms. Vict. *ac non accip. plaga mihi sanabilis, illis mortifera, qui eam imposuissent* Lamb. Grut. Græv. *ac modo mihi accip. plaga insanabilis illa mortifera, quam is imposuisset* Junt. *ac non accip. rei publicæ plaga, insanabilis illa et mortifera, quam illi imposuissent* Schutz. e conjectura: *ac non accip. plaga mihi insanabilis, reipublicæ mortifera, quam illi imposuissem* Oliv. e conjectura Manutii. Oxonn. ita var. lect. afferunt: χ ψ habent *sanabilis:* H *illis:* S *illa:* dein, H ψ *quam ei imposuisset;* S *qua ei imposuisset;* χ *qua ei jam posuisset.* Verba *Ego vero ... imposuissent* absunt a T, Franc. Dresd. et ed. pr.—8 C et Orell. *tum.* Pro *judices* Franc. et ed. pr. habent *videri.*—9 Hervag. *altera ejusmodi contentio illa.* Verba *Erat enim*

NOTÆ

[l] *Sanguis tribunicius*] Si sanguis tribuni plebis Clodii nullo publico consilio, id est, sine senatus auctoritate, profusus fuisset, Gabinius et Piso consules de eo vindictam sumsissent,

[m] *Et defensores*] Defensorem Cæsarem et ejus exercitum habuisset; cum enim Cæsar gener esset Pisonis, et totius seditionis auctor, opem Pisoni attulisset.

[n] *Aut bis esse vincendum*] Vincendus erat Clodius cum suis, et vincendi consules, quod non sine maxima civium strage, et pessimo exemplo in republica fieri poterat.

[o] *Altera ejusmodi contentio*] Contentio habenda erat alia cum consulibus, in qua necessario agebatur de reipublicæ pernicie; si enim boni cives victi essent, stare amplius respublica non poterat; si vicissent, gravem plagam a cæde consulum accepisset.

Quid, si in prima contentione,[10] vi tribunicia victus, in foro, cum multis bonis viris[11] concidissem? Senatum consules, credo, vocassent, quem totum de civitate delerant: ad arma vocassent,[12] qui ne vestitu quidem defendi rempublicam sissent: a tribuno plebis post interitum meum dissidissent, qui eandem horam meæ pestis et suorum præmiorum[13][p] esse voluissent. XX. 45. Unum enim[14] mihi restabat illud, quod forsitan non nemo vir fortis, et acris animi magnique, dixerit: restitisses, repugnasses,[15] mortem pugnans oppetisses. De quo te, te, inquam, patria, testor,[16] et vos penates, patriique Dii, me vestrarum sedum[17] templorumque causa, me propter salutem meorum civium,[18] quæ mihi semper fuit mea carior vita, dimicationem cædemque fugisse.[19] Etenim, si mihi in aliqua nave cum meis amicis naviganti, hoc,[20] judices, accidisset, ut multi ex[1] multis locis prædones classibus eam navem se oppressuros minitarentur,[2] nisi me unum sibi dedidissent; si id vectores[q] negarent, ac mecum simul interire, quam

. . . *possemus* desunt in C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—10 C *contione:* Franc. Dresd. et ed. pr. *concione.*—11 In C et T *viris* omittitur. Dein, H S χ *Senatumque.* Verba *consules, credo vocassent* non sunt in S χ. Pro *vocassent* ψ habet *venissent.* Denique, S χ, ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Ald. Hervag. *quem tum de civ. dejecerant*, sed Ald. Hervag. *delerant.*—12 Ern. e conjectura cum Schutz. dedit *vocassent:* ceteri *vocarent.* Orell. conjecit legend. *vocarent . . . vocarent . . . . dissiderent.* Tum, *qui ni vestitum quidem defendissent* Franc. Dresd. et edd. ante Grut. In C S T χ ψ *vestitum:* H *vestitui:* T caret *quidem.* In C H S T χ ψ *defendissent.* Pro *rempublicam* S χ *r. p.* ψ *reip.* T omittit. Vox *sissent* abest a C H S T χ ψ. Pro verbis *a tribuno plebis . . . dissidissent*, quæ in T et ed. pr. desunt, Franc. habet *remp. a tribuno pl. post interitum defendissent*, et Dresd. *remp. post interitum dissidissent.* S et edd. vett. non agnoscunt *meum.* H exhibet *discidissent* supra lin. Denique, T *qui tandem hora:* ψ, Dresd. et ed. pr. *qui tandem horam.*—13 S χ, Ven. 1483. Junt. *sui præmii.*

Cap. XX. 14 S χ, Franc. Dresd. et ed. pr. cum Græv. et Schutz. omittunt *enim.*—15 C *repugnares.* Garaton. suspicabatur *depugnasses* legend.—16 H S χ et edd. ante Naug. *obtestor.* In C deest *vos.* Mox, *Dii patriæque* Franc. Dresd. *Dii patriique* ed. pr.—17 Mss. nonnulli et edd. *sedium.*—18 H S *sal. eorum civium.*—19 ψ *sedemque*, et χ *fugisset.*—20 C T carent *hoc.*—1 In H χ ψ præpositio deest.—2 χ *minarentur.* Mox, C H S T χ *dedissent.*—

NOTÆ

[p] *Horam meæ pestis, et suorum præmiorum*] Clodius tribunus plebis eodem die duas leges tulit; de exilio Ciceronis alteram, alteram de provinciis.

[q] *Vectores*] Eos intelligit, qui in

me tradere hostibus mallent; [*p.* 13.] jecissem[3] me ipse potius in profundum, ut ceteros conservarem, quam illos mei tam cupidos, non modo ad certam mortem, sed in magnum vitæ discrimen adducerem. 46. Cum vero in hanc reipublicæ navem, ereptis senatui gubernaculis, fluitantem in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum, armatæ tot classes, nisi ego unus deditus essem,[4] incursuræ viderentur; cum proscriptio, cædes, direptio denuntiarentur; cum alii me suspicione periculi sui[r] non defenderent, alii vetere[5] odio bonorum incitarentur, alii inviderent,[s] alii obstare sibi me arbitrarentur,[6] alii ulcisci dolorem suum aliquem[7] vellent, alii rem ipsam publicam, atque hunc bonorum statum otiumque odissent, et ob hasce causas, tot, tamque varias, me unum deposcerent; depugnarem[8] potius cum summo, non dicam[9] exitio, sed periculo certe vestro liberorumque vestrorum,[10] quam non id, quod omnibus impendebat, unus[11] pro omnibus susciperem ac subirem? XXI. 47. Victi essent improbi. At cives,[12] at ab eo privato, qui sine armis etiam consul rempublicam conservarat.[t] Sin victi essent boni; quid superesset?[13] non ad

3 ψ *jecissent.* Tum, *ipse me potius* Naug. et Orell. *me potius ipse* ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Ald. In C *ipse* omittitur.—4 Barb. Naug. Cam. *nisi ego essem unus deditus.* χ non habet *unus.* Pro *incursuræ* Franc. exhibet *incursare.* Verba *cum proscriptio . . . unum deposcerent* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—5 χ *vero.*—6 In χ desunt voces *alii inviderent, alii obst. sibi me arb.*—7 Lamb. et Schutz. *dol. aliquem suum.*—8 T *depugnaret.*—9 Franc. *ne dicam.*—10 χ *liberorum quam vestrorum.*—11 In Franc. Dresd. et ed. pr. desunt verba *quod omnibus impendebat, unus;* et in C omittuntur *impendebat, unus pro omnibus,* pro quibus verbis in T tantum legitur *instar et.*

Cap. XXI. 12 ψ *ac cives.* Ante *privato* Lamb. e Ms. inseruit *armato.* Paulo post, *remp. etiam consul* Crat. Hervag. Cam. Lamb. et Orell. *etiam remp. consul* Ven. 1483. Junt. Verba *Victi essent improbi . . . venturam fuisse* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—13 *Quid superasset* ψ: *qui superessent*

NOTÆ

eadem nave simul vehuntur: hic autem ficto exemplo utitur, quo sibi et Sextio judices conciliet.

[r] *Suspicione periculi sui*] Indicat a bonis civibus vidisse se desertum propter pericula, licet eum salvum et defensum cuperent.

[s] *Alii inviderent*] Lucullus et Hortensius videntur intelligi.

[t] *Consul rempublicam conservarat*] Exstincto Catilina et sociis conjurationis, urbem Cicero servaverat, quam jam privatus noluit perdere.

servos videtis rem[14] venturam fuisse? An mihi ipsi, ut quidam putant, fuit mors æquo animo oppetenda? Quid? tum mortemne fugiebam?[15] an erat res ulla, quam mihi[16] magis optandam putarem? aut ego illas res[17] tantas, in tanta improborum multitudine, cum gerebam, non mihi mors, non exilium ob oculos versabantur?[18] non hæc denique a me tum, tanquam fata, in ipsa re gerenda canebantur?[u] an erat mihi, in tanto luctu meorum, tanta disjunctione,[19] tanta acerbitate, tanta spoliatione omnium rerum, quas mihi aut natura aut fortuna dederat, vita retinenda? tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers consilii, aut ingenii? nihil audieram? nihil videram? nihil ipse legendo quærendoque cognoveram? nesciebam vitæ brevem[20] esse cursum, gloriæ sempiternum? cum esset omnibus definita mors, optandum esse,[1] ut vita, quæ necessitati deberetur, patriæ potius donata, quam reservata naturæ videretur? nesciebam, inter sapientissimos homines hanc contentionem[2] fuisse, ut alii dicerent animos hominum sensusque morte restingui,[x] alii autem tum maxime[3] mentes sapientium ac fortium virorum, cum e[4] cor-

Lamb. qui cum H S χ et Naug. pro *non* dedit *nonne*.—14 H S et edd. vett. *remp.* vel *rempublicam*.—15 *Quid tamen? mortemne fugiam* ed. pr. *Quid? tum mortem non fugiebam* χ: *Quid tum mortemne effugi* Franc. *Quid? tum mortem ne fugiam* Dresd.—16 In C T deest *mihi*.—17 χ *an vero illas res*.—18 C T, Franc. *ante oculos*, et T, Franc. Naug. Lamb. *versabatur*. Dein, *num hæc denique a me tanquam in ipsa re ger. canebantur* C: *non hæc denique tum a me in ipsa re ger. cavebantur* Franc. *non hæc denique a me, tum tanquam in ipsa re ger. cavebantur* Dresd. sic et ed. pr. nisi quod hæc, *num hæc denique, &c.* Pro *canebantur* χ exhibet *cum canebantur;* S et edd. pr. *concanebantur;* unde Gulielm. fecit *consule canebantur*. T ψ, Hervag. Naug. Grut. Oliv. *concinebantur*. Denique, T *an erit*.—19 C H S χ *luctu eorum*, et Hervag. *in tanta*.—20 C H S T χ ψ *vitam brevem*. In Franc. Dresd. ed. pr. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Ald. *vitam brevem esse, cursum gloriæ*.—1 C *opt. esset*.—2 χ *contionem*.—3 ψ *cum maxime*. Tum, *sapientum* edd. ante Grut.—4 C caret præpositione. Mox, pro *sentire ac vigere* T habet *censere ac jungere*. Gulielm. legi maluit *sentire ac vegere*.—

NOTÆ

[u] *Canebantur* [*concinebantur*] Concino vox vatum est, qui prænuntiant res futuras.

[x] *Morte restingui*] Senserunt Epicurei philosophi cum vita animum exstingui.

pore excessissent, sentire ac vigere?[y] quorum alterum fugiendum non esse, carere sensu; alterum etiam[5] optandum, meliore esse sensu. 48. Denique, cum omnia semper ad dignitatem retulissem, nec sine ea quicquam expetendum esse homini in vita putassem; mortem, quam etiam virgines[6] Athenis, (regis, opinor, Erechthei[7] [z] filiæ) pro patria contemsisse dicuntur, ego, vir consularis, tantis rebus gestis, timerem? præsertim cum ejus essem civitatis, ex qua Q. Mucius[a] solus in castra Porsenæ[8] venisset, eumque interficere, proposita sibi morte, conatus esset? ex qua P. Decius[b] primum pater, post aliquot annos[9] patria virtute præditus filius,[c] se, ac vitam suam, instructa acie,

5 Pro *etiam* in C T legitur *vel*, et pro *optandum* in H S *obtinendum*. Dein, S T *meliorem*.—6 Græv. tacite dedit *etiam quam virg.*—7 C *Arithei:* χ *erethei.* —8 Al. *Porsennæ.* Tum, T *venisset.*—9 C *annis.* Mox in H *præditus* deest.

NOTÆ

[y] *Sentire ac vigere*] Plato et Aristoteles animorum immortalitatem crediderunt.

[z] *Erechthei*] Cum Eumolpus rex Thraciæ bellum Atheniensibus inferret, una ex filiabus Erechthei se pro patria ad voluntariam mortem obtulit, eaque a patre, quæ omnium erat minima, mactata est. Quinque reliquæ sibi ipsis mortem intulerunt. Paus. in Att.

[a] *Q. Mucius*] Mucius Scævola, ingressus in castra Porsenæ, regis Etruscorum, qui Romam obsidebat, pro eo scribam ejus interemit; comprehensus autem ab Etruscis manum sibi combussit. Livius, Florus, &c.

[b] *P. Decius*] Pugnantibus contra Latinos A. U. C. 613. Romanis, consulibus Torquato et Decio, ad Capuam; in quiete utrique audire visum est, ex una acie imperatorem, ex altera exercitum Diis Manibus, matrique Terræ deberi; qui utrius exercitus imperator legiones hostium, superque eas se devovisset, ejus populi, partisque victoriam fore. Cum autem nocturnos visus contulissent, ita inter eos conventio facta est, ut cujus cornu in acie laboraret, Diis se Manibus devoveret. Factum est ut, post, inita ad Veserim cum hoste pugna, inclinante Decii parte, is se et hostes per M. Valerium pontificem Diis Manibus devoverit, et impetu in eos facto, morte sua victoriam suis pepererit. Val. Max. v. 6.

[c] *Præditus filius*] Anno urbis 658. quadragesimo quinto videlicet post Decium patrem, sic se filius devovit. Quartum ille consul cum Fabio Max. cum Galli, Samnites, Umbri, Tusci contra Romam conspirassent; ibi exercitu in aciem ducto, et cornu inclinante, exemplum patris imitatus, advocato M. Livio pontifice; hastæ insistens, et solennia verba respondens, se et hostes Diis Manibus devovit. Impetu in hostes facto, victoriam suis reliquit. Aurelius Victor de Vir. Illust.

pro salute populi Romani victoriaque devovisset?[d] ex qua innumerabiles alii, partim adipiscendæ laudis, partim vitandæ turpitudinis causa, mortem in variis bellis, æquissimis animis, oppetissent? in qua civitate ipse meminissem, patrem hujus M. Crassi, fortissimum virum, ne videret victorem inimicum,[10] eadem sibi manu vitam exhausisse,[r 11 e] qua mortem sæpe hostibus obtulisset? XXII. 49. Hæc ego et multa alia cogitans, hoc videbam, si causam publicam mea mors peremisset, [*p.* 14.] neminem unquam fore, qui auderet suscipere contra improbos cives[12] reipublicæ salutem. Itaque non solum si vi[13] interissem, sed etiam si morbo exstinctus essem, fore putabam, ut exemplum reipublicæ conservandæ mecum simul interiret. Quis enim unquam, me a senatu populoque Romano,[14] tanto omnium bonorum studio, non restituto,[g] (quod certe, si

[r] *Eripuisse.*

—10 Ante *inimicum* Junt. Hervag. Naug. Lamb. et Orell. addunt *vivus*, quod Græv. Ern. Schutz. deleverunt, et abest a Franc. Dresd. ed. pr. Wald. —11 χ *exhausisset.*

CAP. XXII. 12 H et S *cives* omittunt. In ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. legitur *qui auderet contra improbos R. P. suscipere salutem.*—13 C *sive:* in T deest. Mox, C *sed sive etiam morbo extinctum essem.* Verba *sed etiam ... reipublicæ* non sunt in T.—14 H *unq., in eo senatu populi R.* Dein, *bonorum omnium* nonnullæ edd. vett. cum Orell. Pro *omnium*, quod nonnulli ap. Lamb. omittunt, in χ legitur *hominum.* Ald. Crat. Hervag. *studio nunc restituto, omnia adire pericula pro rep. dubitabit? quod certe si essem interfectus, nunquam accidere potuisset, ut quisquam ullam reip. partem cum sua min. invid. aud. attingere.* In Ms. Ursini, emendato a viro doctissimo, sic legitur, *studio rest., omnia pro rep. pericula adire dubitabit? quod certe si essem interf. nunquam accidere pot., ut quisquam ullam reip. partem, &c.* ψ habet *studio nunc non rest.*

NOTÆ

[d] *Devovisset*] Hæc sunt verba devotionis, quibus usus est Decius, quæ a Livio lib. VIII. referuntur: 'Jane, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, Dii Novensiles, Dii Indigetes, Divi, quorum est potestas nostrorum hostiumque, Diique Manes, vos precor, veneror, veniam peto feroque, uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis, hostesque populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita pro republica Quiritium, legiones auxiliaque hostium mecum Diis Manibus, Tellurique devoveo.'

[e] *Vitam exhausisse*] Bello Cinnano, ne vivus, capta urbe, in manus hostium incideret, seipsum interfecit. Ita Hotomannus.

[g] *Non restituto* [*nunc rest.*] Revocatus ab exilio in patriam est summo bonorum omnium consensu.

essem interfectus, accidere non potuisset) ullam reipublicæ partem cum[15] sua minima invidia[h] auderet attingere? Servavi igitur rempublicam discessu meo, judices: cædem[16] a vobis liberisque vestris; vastitatem, incendia, rapinas, meo dolore luctuque[17] depuli: et unus bis rempublicam servavi, semel gloria,[i] iterum ærumna[k] mea. Neque enim in hoc me hominem esse[18] inficiabor unquam, ut me optimo fratre, carissimis liberis, fidelissima[19] conjuge, vestro conspectu, patria, hoc honoris gradu, sine dolore caruisse glorier. Quod si fecissem; quod a me beneficium haberetis, cum pro vobis ea, quæ mihi essent vilia, reliquissem? Hoc, meo quidem animo, summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum, quod, cum abesse ab ea non possem sine summo dolore,[20] hunc me perpeti, quam illam labefactari ab improbis, malui. 50. Memineram, judices, divinum illum virum,[l] atque ex iisdem, quibus nos, radicibus[m] natum ad salutem imperii hujus,[1] C. Marium, summa senectute,[n] cum vim prope justorum armorum pro-

C *studio nunc rest.* In Franc. Dresd. et ed. pr. *certe* deest.—15 C, Franc. Dresd. et ed. pr. præpositionem omittunt.—16 In C, Franc. *et cædem.*—17 *Meo dol. meoque luctu* Franc. Dresd. Barb. ed. pr. Græv. Lall. Schutz. Mox, pro *bis* C H χ exhibent *vobis.* *Unus remp. bis serv.* habent omnes alii Mss. et edd. præter Græv. Ern. Schutz. qui dederunt *unus bis remp. serv.*—18 χ et Hervag. non habent *esse.* In Junt. legitur *hominem esse me.* Verba *Neque enim in hoc . . . nunc me restituto, vivit* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—19 H S et edd. vett. cum Orell. *fidissima.*—20 Naug. Cam. Lamb. *sine summo dol. non possem.* Mox, *labefactarier* ψ, Car. Steph. ed. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt.—1 Naug. Cam. Lamb. *hujus imp.* Mox, *cum prope vim* edd.

NOTÆ

h *Cum sua minima invidia*] Nemo, si interfectus fuisset Cicero, se vel minimo periculo ad defendendam aliquam reipublicæ partem exponeret.

i *Semel gloria*] Exstincta Catilinæ conjuratione, summa cum gloria rempublicam servavit.

k *Iterum ærumna*] Eundo potius in exilium, quam in urbe remanendo cum periculo civium, patriam iterum a perditione liberavit.

l *Divinum illum virum*] Divinum hominem Marium appellat, propter multa ejus præclara facinora et victorias, quibus et illustravit rempublicam, et ab hostibus liberavit.

m *Ex iisdem radicibus*] Eodem oppido Arpinate, quo Cicero fuit.

n *Summa senectute*] Marius post sextum consulatum, anno ætatis suæ 70. profugit in parietinas Carthagi-

fugisset, primo senile corpus paludibus occultasse demersum; deinde ad infimorum[2] ac tenuissimorum hominum Minturnis[o] misericordiam confugisse; inde navigio perparvo, cum omnes portus terrasque fugeret, in oras Africæ desertissimas pervenisse. Atque ille vitam suam, ne inultus[3] esset, ad incertissimam spem,[p] et ad reipublicæ statum[4] reservavit:[q] ego, qui (quemadmodum multi in senatu, me absente, dixerunt) periculo reipublicæ vivebam,[5] [r] quique ob eam causam consularibus literis[s] de senatus sententia exteris nationibus[6] commendabar, nonne, si meam vitam deseruissem,[7] rempublicam prodidissem? In

ante Naug. *cum propter vim* Lamb.—2 H ψ *infirmorum.* Tum, Lamb. *hominum Minturnensium.*—3 H *invictus:* χ ψ *invitus.*—4 '*Ad reipub. statum*] Profecto videtur aliquid ejusmodi deesse, *ad turbulentissimum*, aut *perditissimum*, aut tale quidpiam.' *Hotom.* 'Reposui sic, *ad incertissimam spem reip. recuperandæ*, [et sic edidit Schutz.] cum reperissem in libris veteribus ita scriptum, *ad incertissimam spem rep. rata:* al. *ratam:* al. *randum.*' Lamb. 'Ms. Vict. *et ad remp. ratam.* Lambini scripti *spem rep. rata:* forsan, *repub. irata*, inquit Gulielm.' *Gruter.* Pantagathus correxit, *ad incert. spem reip. fatum.* Grævius conjecit legend. *ad incert. spem recuperandi statum suum;* et Garaton. *ad incert. spem et alium reip. statum.* Ern. legi maluit *et ad incertum reip. statum;* et Wolf. *ad incertissimam spem reip.*—5 H *remp. juvabam:* χ ψ *r. p. juvabam.*—6 H *ceteris nat.* χ ψ *et ceteris nat.*—7 H χ ψ *meam mulctam*

NOTÆ

nis, ubi in summa inopia vitam in tugurio toleravit.

[o] *Minturnis*] Cum ad Minturnenses venisset, illi fessum eum inedia et fluctibus recrearunt, viaticum dederunt, et inde in Africam navigavit.

[p] *Ad incertissimam spem*] Quid enim sperare is, aut ab eo sperare respublica poterat, qui profugus, qui desertus ab omnibus erat?

[q] *Ad reipublicæ statum reservavit*] Licet is Marius in summa illa esset calamitate, tamen Sulla ad bellum Mithridaticum profecto, pristinam suam dignitatem recuperavit, et iis interfectis, qui Sullæ partes tuebantur, tandem ad septimum consulatum pervenit.

[r] *Periculo reipublicæ vivebam*] Is reipublicæ periculo vivit, cujus casus potissimum damno futurus est reipublicæ.

[s] *Consularibus literis*] Non literas illas scripserant Piso et Gabinius, qui tum consules erant, cum abire in exilium coactus est, quos auctores suæ profectionis toties insectatur; at certe Lentulus Spinther et Metellus Nepos, qui eis successerunt. 'Factum enim,' inquit in hac oratione, 'S. C. fuit, ut literis consularibus cuncta ex Italia omnes, qui rempublicam salvam vellent, convocarentur.' Et in alio loco: 'Senatus idem decrevit, ut qui provincias cum imperio obtinerent, qui quæstores legatique essent, salutem et vitam Ciceronis custodirent.'

qua[8] quidem nunc, me restituto,[9] vivit mecum simul exemplum fidei publicæ, exemplum reipublicæ defendendæ.[10] Quod si immortale[1] retinetur, quis non intelligit, immortalem hanc civitatem futuram? XXIII. 51. Nam externa bella regum, gentium, nationum, jampridem ita exstincta sunt, ut præclare cum iis agamus, quos pacatos esse patiamur. Denique ex bellica victoria non fere quenquam[2] est invidia civium consecuta. Domesticis malis, et audacium civium consiliis sæpe est resistendum; eorumque periculorum[3] est in republica retinenda medicina; quam omnem,[4] judices, perdidissetis, si meo interitu senatui populoque Romano doloris sui de me declarandi[5] potestas esset erepta. Quare moneo vos, adolescentes, atque hoc meo jure præcipio, qui dignitatem, qui rempublicam, qui gloriam spectatis; ne,[6] si qua vos aliquando necessitas ad rempublicam contra improbos cives defendendam vocabit,[7] segniores sitis, et recordatione mei casus a consiliis fortibus refugiatis. 52. Primum, non est periculum, ne qui[8] unquam sint in civitate ejusmodi consules,[t] præsertim si erit[9] his id, quod debetur, persolutum.[s] Deinde nunquam jam,[10] ut spero, quisquam improbus,[u] consilio et auxilio

[s] *Si punirentur, ut meriti sunt.*

deser.—8 Ern. e conjectura cum Schutz. et Orell. dedit *In qua.* Ceteri *In quo.*—9 ψ *restituo.*—10 Verba *exemplum fidei publicæ* absunt a T, et *exemplum reipublicæ defendendæ* a C H S et nonnullis ap. Lamb. unde ipse conjecit legend. *exemplum fidei publicæ defendendæ.* Junt. omittit *alterum exemplum.*—1 *Mortale* T; et *tenetur* C T, Franc. Dresd. ed. pr. *retineretur* Med. Tum, C T *intelligat.* Paulo post, in ψ *futuram* deest.

CAP. XXIII. 2 H χ *non fere quam:* Junt. *non temere unquam,* prob. Ern. Tum, in χ deest *civium.* Verba *Nam externa . . . potestas esset erepta* absunt a C et T.—3 χ ψ, edd. ante Hervag. *periculo.* Pro *eorumque* Pantagathus emendavit *bonorumque.*—4 χ ψ *omnes.*—5 χ *declaranda.*—6 C *non.* In H S χ *qua* deest.—7 Ern. conjecit *vocarit.* Dein, ψ *et recordationis:* C *ex recordatione.*—8 H χ ψ *ne quis.* Pro verbis *sint in civitate* H S χ ψ habent *incitati.* Ms. Car. Steph. Hervag. Naug. Cam. et Orell. exhibent *ne quis unquam incidat in ejusmodi consules:* Lamb. 1566. *ne civitas unquam incidat in ejusmodi cons.* In C T, Franc. Dresd. et ed. pr. omittuntur verba *Primum, non est peric. . . . esse revocatum.*—9 χ et ψ *eritis.* In H χ ψ deest *his.* Hervag. et Naug. habent *iis.*—

NOTÆ

[t] *Ejusmodi consules*] Tam improbi videlicet, quam Piso et Gabinius, deinceps consules futuri sunt.

[u] *Quisquam improbus*] Clodium de-

bonorum se oppugnare rempublicam dicet, illis tacentibus; nec armati exercitus[x] terrorem opponet togatis; neque erit justa causa ad portas sedenti[1] imperatori, quare terrorem suum falso jactari opponique patiatur. Nunquam enim[2] erit tam oppressus senatus, ut ei ne supplicandi[3][y] quidem ac lugendi sit potestas; tam captus equester ordo, ut equites Romani a consule relegentur.[4][z] Quæ cum omnia, atque etiam multo[5] alia majora, quæ consulto[6] prætereo, accidissent, videtis[7] me tamen in pristinam meam dignitatem, brevis temporis dolore interjecto,[a] [*p.* 15.] reipublicæ voce esse revocatum.[b]

XXIV. 53. Sed, ut revertar ad illud, quod mihi in hac omni est oratione propositum, omnibus malis illo anno,[8][c] scelere consulum, rempublicam esse confectam: primum illo ipso die,[d] qui mihi funestus fuit, omnibus bonis luctu-

10 H χ omittunt *jam.*—1 Grævius conjecit legend. *sedendi.*—2 Pro *enim* Garaton. suspicatur *etiam* vel *autem* legend. Orell. legi mavult *jam.*—3 Ven. 1483. *suspicandi:* Junt. *suspirandi.*—4 ψ *religarentur.*—5 Ern. conjecit *multa.* —6 χ *consulti.*—7 S ψ, Lamb. Grut. Græv. Oliv. *vidissetis.* Mox, Lamb. e Mss. cum Nang. et Orell. *in pristinam meam dign.* Tum, *brevis temporis dolore int.* Ern. et Schutz. e conjectura Hotomanni: *brevi tempore doloris interj.* Car. Steph. e Ms. cum Orell. *brevi dolore int.* Lamb. *brevi temporis dolore int.* ceteri.

NOTÆ

signat, qui dicebat se consilio Cæsaris, Pompeii, et Crassi facere quæcunque ad reipublicæ perniciem moliebatur.

[x] *Nec armati exercitus, &c.*] Non erit aliquis tam sceleratus quam Clodius qui dicet se habere paratum exercitum, quem opponat consilio togatorum: palam enim dictitabat Clodius habere se ad manum Cæsaris exercitum; qui revera Cæsar in provinciam tantum profectus est, cum Cicero discessit e patria in exilium.

[y] *Ut ei ne supplicandi*] Cum universus senatus pro Cicerone supplicaret, et vestem mutandam censuisset, edixerunt coss. Piso et Gabinius, ut ad suum vestitum redirent senatores,

[z] *Relegentur*] Cum pro Cicerone supplicaret Lamia, princeps equestris ordinis, a Gabinio relegatus est.

[a] *Brevis temporis dolore interjecto*] Post sexdecim menses a sua profectione, revocatus est Cicero.

[b] *Reipublicæ voce esse revocatum*] Lentulus cum convocasset senatum in Capitolium, quadringenti et decem senatores affuerunt cum omnibus magistratibus, qui una voce Ciceronem, dissentiente uno Clodio, revocandum esse dixerunt.

[c] *Illo anno*] Anno 695. quo abiit in exilium, coss. Pisone et Gabinio.

[d] *Illo ipso die*] Extremo mense Martio.

osus, cum ego me e[9] complexu patriæ, conspectuque vestro eripuissem, et metu vestri periculi,[10] non mei, furori hominis,[e] sceleri, perfidiæ, telis, minisque cessissem, patriamque, quæ mihi erat carissima, propter ipsius patriæ caritatem reliquissem; cum meum illum[1] casum, tam horribilem, tam gravem,[2] tam repentinum, non solum homines, sed tecta[3] urbis ac templa lugerent; nemo vestrum forum,[4] [f] nemo curiam, nemo lucem aspicere vellet: illo, inquam, ipso die, die dico? immo hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi reique publicæ pernicies,[g] Gabinio et Pisoni provincia, rogata est. Pro Dii immortales, custodes[h] et conservatores hujus urbis atque imperii! quænam illa in republica monstra, quæ scelera vidistis? Civis erat expulsus, is, qui rempublicam ex senatus auctoritate cum omnibus bonis defenderat,[i] et expulsus non alio aliquo, sed eo ipso crimine.[k] Erat autem[5] expulsus sine judicio,[l] vi,[6] lapidibus, ferro,[m] servitio[t] denique concitato:

[t] *Servis.*

CAP. XXIV. 8 In H S χ deest *anno.* Dein, ψ *scelere consilium.*—9 Mss. plerique et edd. vett. paucæ cum Schutz. præpositionem omittunt.—10 Hervag. Naug. *peric. vestri.* Mox, *furori hominum* H S χ ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Paulo post, pro *minisque* C T, Franc. Dresd. et ed. pr. habent *injuriisque.* Verba *cessissem . . . caritatem* non sunt in T.—1 In χ desunt *meum illum.*—2 Franc. *tam gravem, tam horribilem:* C *ita horrib., tam gravem.*—3 Ante *tecta* Lamb. e Ms. inseruit *etiam.* Tum, C *urbes.*—4 In χ non legitur *forum.*—5 S χ ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. *Erat enim.* Junt. Ald. Crat. omittunt voces *Erat autem.* Verba *Civis erat expulsus . . . veste mutata* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—6 H S χ ψ, et Hervag. non habent *vi.*—

NOTÆ

[e] *Furori hominis*] Clodii tribuni plebis furori cessit abeundo e patria in exilium.

[f] *Nemo vestrum forum*] Placuit senatui, frustra resistente Clodio, nihil in republica decernere, nulla de re agere, nisi Cicero ab exilio revocaretur.

[g] *Mihi reique publicæ pernicies*] Lex Clodia de Ciceronis exilio, et de Macedonia Pisoni, et Cilicia Gabinio decernenda lata est.

[h] *Custodes*] Jupiter et Minerva vulgo habiti sunt urbis Romæ custodes.

[i] *Defenderat*] Contra Catilinam, Cethegum, et Lentulum, qui contra eam conspiraverant.

[k] *Sed eo ipso crimine*] Cicero nullius alterius criminis affinis fuit, quam quod senatusconsulto conjuratores, cives sceleratos, et hostes reipublicæ, morte mulctaverit.

[l] *Sine judicio*] Non fas erat civem indemnatum ejicere sine populi judicio.

lex erat lata,[n] vastato[u] [7] ac relicto foro, et sicariis servisque tradito, et ea lex, quæ ut ne ferretur, senatus fuerat veste mutata. 54. Hac tanta perturbatione civitatis, ne noctem quidem consules inter meum discrimen et eorum prædam [8] interesse passi sunt: statim, me perculso,[9] ad meum sanguinem hauriendum, et, spirante etiam republica,[10] ad ejus spolia detrahenda advolaverunt. Omitto gratulationes,[o] epulas, partitionem ærarii,[p] beneficia,[x] spem, promissa,[1] prædam, lætitiam paucorum in luctu omnium.[2] Vexabatur uxor mea:[q] liberi ad necem quærebantur: gener,[3] et Piso gener,[r] a Pisonis consulis pedibus supplex rejiciebatur: bona diripiebantur, eaque ad consules deferebantur:[4][s] domus ardebat in Palatio: consules epulabantur. Quodsi meis incommodis lætabantur, urbis tamen periculo commoverentur.[t]

[u] *Deserto.* [x] *Immunitates.*

7 Schutz. e conjectura Manutii recepit *vasto.*—8 *Meum discrimen et suam prædam* Lamb. *meum casum et suam prædam* C T, et Pall. plerique cum Schutz. et Orell. *inter meum et sui arma præda* Pal. 9. *inter meum et suum præda* Ms. Vict. *inter meum et suum præmium* legi maluit Gulielm. Ceteri, ut Ern. Pro *interesse* ψ habet *interfuisse.*—9 Pro *perculso* C *periculose;* T *percusso.*—10 C et ψ *spirantem etiam rempublicam.*—1 Pro *spem, promissa* C T ψ, et ed. pr. exhibent *sæpe repromissa;* χ et ed. Mediol. *spe promissa;* Dresd. *spe repromissa.* In Franc. deest *spem.*—2 Supra *omnium* in H scribitur *communi.* Orell. censet potius *bonorum* excidisse.—3 *Gener*, primo loco, omittunt H et Lamb. In S χ et edd. ante Ald. desunt verba *gener, et Piso gener.*—4 Orell. conjecit legend. *prædaque ad coss. deferebatur.*

NOTÆ

[m] *Ferro*] Gladiatores armatos Clodius apposuerat, qui curiam occupaverant.

[n] *Lex erat lata*] Lex de pernicie Ciceronis lata fuit præter omnem æquitatem.

[o] *Omitto gratulationes*] Profert gratulationes quas sibi mutuo faciebant consules et tribunus, sive quas illi a veteribus conjuratis, Catilinæ sociis, accipiebant.

[p] *Partitionem ærarii*] Clodius legem tulerat de maximis pecuniis Pisoni et Gabinio, quasi in provinciam euntibus, attribuendis, quas cum ipsis deinde partitus est.

[q] *Uxor mea*] Uxor, ut ipse scribit Epist. ad Fam. XIV. 2. ducta est a Vesta ad tabulam Valeriam.

[r] *Gener, et Piso gener*] Bis repetit ad invidiam Pisonis, cujus cum affinis esset et consanguineus, ab eo defendi debebat. Piso ille gener Calpurnius Piso Frugi dicebatur.

[s] *Ad consules deferebantur*] Villa Tusculana ad Gabinium, domus in Palatio ad Pisonem delata est.

[t] *Commoverentur*] Commoveri de-

XXV. 55. Sed, ut a mea causa jam recedam, reliquas illius anni pestes recordamini; sic enim facillime perspicietis, quantam vim omnium remediorum a magistratibus[5] proximis[u] respublica desiderarit; legum multitudinem, cum earum,[6] quæ latæ sunt, tum vero, quæ promulgatæ[x] fuerunt. Nam latæ quidem[7] sunt consulibus illis tacentibus dicam? immo vero approbantibus etiam:[8] ut censoria notio[y] et gravissimum judicium sanctissimi magistratus de republica tolleretur: ut collegia[9] non modo illa vetera[z] contra senatusconsultum restituerentur,[10] sed ab uno gladiatore innumerabilia alia nova conscriberentur: ut, remissis semissibus[1][a] et trientibus,[b] quinta prope pars vectiga-

Cap. xxv. 5 χ *remed. et mag.* Mox, pro *desiderarit* χ habet *desiderari;* H *declararit;* T et Dresd. *declarat;* Franc. et ed. pr. *declararet.* Græv. dedit *desiderarit: declararat legum multitudinem:* Schutz. e suspic. *desideravit. Declarat legum multitudo.* Verba *legum multitudinem . . .* usque ad *ex civitate exturbari,* § 65. non leguntur in C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—6 H χ *eorum.* —7 In H S χ ψ deest *quidem.*—8 Naug. Lamb. *etiam approb.* Dein, *ut censori annotatio* H S χ: *ut censoria notatio* edd. vett.—9 Hervag. *toll. de rep.* et H S χ *ut collega.*—10 H χ *contra se rest.* In χ ψ deest præpositio ante *uno.*

NOTÆ

bebant, propter imminens reipublicæ periculum.

[u] *A magistratibus proximis*] Proximos eos dicit, qui post Clodium tribunum, post Pisonem et Gabinium consules, eosdem inierunt magistratus.

[x] *Quæ promulgatæ*] Promulgantur leges quæ exponuntur per trinundinum; sed non latæ sunt intercedente aliquo tribuno.

[y] *Censoria notio*] Tulit legem Clodius, ne quem censores in legendo præterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, et utriusque censoris sententia damnatus esset.

[z] *Collegia non modo illa vetera*] Tulit Clodius, ut collegia, id est conventus artificum a Numa instituti, et magna ex parte, partim legibus, partim senatusconsultis sublati, restituerentur.

[a] *Remissis semissibus*] Tulit Pub. Clodius, tribunus plebis, Pisone et Gabinio coss. ut frumentum populo, quod antea senis æris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur, et Sexto Clodio frumentaria procuratio mandaretur: aliquot enim fuere civium millia, quibus frumentariæ tesseræ dabantur, ut iis nullo aut exiguo pretio frumentum de publico habere liceret.

Semissibus] Semissis media pars est rei cujuslibet, vel media pars assis, qui duodecim denariis constat.

[b] *Trientibus*] Triens tertia pars est rei cujuslibet, cujus duodecim partes sunt. Nota autem, quod Gracchus legem tulerat, ut populo frumentum e publico daretur, isque tantum in singulos modios trientem et semissem persolveret. At Clodius legem eam

lium tolleretur: ut Gabinio, pro illa sua Cilicia, quam sibi, si[2] rempublicam prodidisset, pactus erat, Syria daretur: ut uni helluoni bis de eadem re deliberandi, et, rogata lege, potestas fieret[3] provinciæ commutandæ. XXVI. 56. Mitto eam legem,[c] quæ omnia jura religionum,[4] auspiciorum, potestatum, omnes leges, quæ sunt de jure, et de tempore legum rogandarum, una rogatione delevit: mitto omnem domesticam labem:[5] etiam exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus. Lege tribunicia Matris Magnæ[d] Pessinuntius[e] ille sacerdos expulsus, et spoliatus sacerdotio est, fanumque sanctissimarum atque antiquissimarum[f] religionum venditum[g] pecunia grandi, Brogitaro,[6] impuro homini, atque indigno illa religione; præsertim cum ea[7] sibi ille non colendi, sed violandi[8] causa appetisset: [*p.* 16.] appellati reges[h] a populo, qui id nunquam ne a senatu quidem postulassent: reducti[9] exules Byzantium[i] condemnati tum, cum indemnati cives[k]

—1 H S χ *semis.*—2 χ non habet *si.*—3 Mss. Lambini *rogata legem fieret.* In ed. Junt. legitur *delib. esset potestas, lege rogata; legem ferret:* H χ *delib. esset, rogata legem potestas fieret:* Ald. Hervag. et Orell. *delib. esset potestas: ut, rogata lege, legem ferret.*

CAP. XXVI. 4 Junt. Hervag. *relig. jura.*—5 H χ ψ *laudem.*—6 ψ *Broitaro.* —7 Lamb. *eam.*—8 ψ *volandi.*—9 χ *relicti.* Tum, Lamb. *Byzantii.* Schutz.

NOTÆ

abrogavit, tulitque aliam, ut daretur gratis.

[c] *Mitto eam legem*] Tulit Clodius, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo servaret, ut omnibus fastis legem ferri liceret.

[d] *Lege tribunicia Matris Magnæ*] Dea Tellus Magna Mater dicta est.

[e] *Pessinuntius*] Tulit Clodius, ut Pessinuntius Matris Magnæ sacerdos suo sacerdotio spoliaretur, fanumque illud Brogitaro Gallogræco attribueretur.

[f] *Antiquissimarum*] Religionem Magnæ Matris ad Midam et Dardanum refert Ammianus lib. XXII.

[g] *Venditum*] Dionysius lib. II. ait Romulum tulisse legem, ne sacerdotia pecunia vel sorte ducerentur; sed ex quaque tribu duo viri assumerentur quinquagenarii, ceteris virtute et nobilitate præstantes, nullaque corporis parte mutili, qui sacerdotes eligerentur.

[h] *Appellati reges*] Reges exteri in summo beneficio et honore ponebant, si a senatu populoque Romano reges socii et amici appellarentur: tum autem aurea corona, aurea patera, sella curulis eburnea, scipio eburneus, toga picta et palmata, et calcei coccinei dono mittebantur.

[i] *Byzantium*] Ordo est, exules tum condemnati, reducti Byzantium; tum

e civitate ejiciebantur. 57. Rex Ptolemæus,[l] qui, si nondum erat ipse a senatu socius appellatus, erat tamen frater ejus regis,[m] qui, cum esset in eadem causa, jam erat a senatu[10] honorem istum consecutus: erat eodem genere, iisdemque majoribus,[1] eadem vetustate societatis:[n] denique erat rex, si nondum[2] socius, at non hostis: pacatus, quietus, fretus imperio populi Romani, regno paterno atque avito: regali otio perfruebatur. De hoc nihil cogitante, nihil suspicante, eisdem[3] operis[y] suffragium ferentibus, est rogatum, ut sedens, cum purpura et sceptro, et illis insignibus regiis, præconi[4] publico subjiceretur: et imperante populo Romano, qui etiam bello victis regibus regna reddere consuevit, rex amicus, nulla injuria commemorata, nullis repetitis rebus,[5] cum bonis omnibus publicaretur. XXVII. 58. Multa acerba, multa turpia, multa turbulenta habuit ille annus: tamen illi sceleri, quod in me illorum immanitas edidit,[6] haud scio, an recte hoc proximum esse dicam. Antiochum[o] illum Magnum majores nostri, magna belli contentione terra marique superatum,[p] intra montem

[y] *Operariis.*

e conjectura Lambini recepit *condemnati exules Byzantium reducti.*—10 Pro verbis *erat a senatu* H exhibet *parata senatus;* χ *parata senatu.*—1 H S *his denique maj.*—2 H χ *sed nondum.*—3 χ ψ *ejusdem.*—4 ψ *prædoni.* Verbum *publico* suspectum erat Ernesto.—5 Lamb. *nullis rebus rep.* In χ deest *rebus.*

NOTÆ

indemnati cives ejiciebantur.

[k] *Indemnati cives*] Cicero et Lamia indemnati ejecti sunt a tribuno et consulibus.

[l] *Rex Ptolemæus*] Ptolemæus rex Cypri fuit. Pulso ex Italia Cicerone, Clodius legem tulit, ut ejus regnum in formam provinciæ redigeretur, ejusque bona in foro hastæ subjicerentur. Indignam ejus publicationem ab adjunctis describit.

[m] *Frater ejus regis*] Frater fuit Ptolemæi Auletæ, regis Alexandrini.

[n] *Vetustate societatis*] Ab eo tempore quo Pyrrhus rex in Italiam transiit, populus Rom. cum Ægypti rege Ptolemæo societatem fecerat.

[o] *Antiochum*] Antiochus, Asiæ rex, Epiphanes, sive illustris et magnus, dictus est, quia superiores reges alios omnes opibus et potentia superavit.

[p] *Superatum*] A L. Scipione, Africani Majoris fratre, A. U. C. 564. qui inde Asiaticus dictus est, ad Magnesiam superatus fuit, ubi quinquaginta peditum millia interfecit Scipio, equitum quatuor millia: ad Myonesum vero undetriginta naves, partim

Taurum[q] regnare jusserunt: Asiam, qua illum mulctarunt, Attalo,[r] ut is regnaret in ea, condonaverunt.[z] Cum[7] Armeniorum rege, Tigrane,[s] grave bellum perdiuturnumque[8] [t] gessimus; cum ille, injuriis in socios[u] nostros inferendis, bello prope nos lacessisset. Hic et ipse per se vehemens fuit, et acerrimum hostem hujus imperii Mithridatem,[x] pulsum Ponto,[9] opibus suis regnoque defendit: et a Lucullo, summo viro atque imperatore, pulsus,[10] animo tamen hostili cum reliquis copiis suis in pristina mente mansit. Hunc Cn. Pompeius, cum in suis castris supplicem abjectumque vidisset, erexit, atque insigne regium,[a] [1] quod ille de suo capite abjecerat, reposuit, et, imperatis certis rebus,[2] [y] regnare jussit: nec minus et sibi, et huic imperio gloriosum putavit, constitutum a se regem, quam constrictum videri.[z] [a] 59. Qui[3] et ipse hostis fuit populi Romani, et acerrimum hostem in regnum[4] recepit; qui conflixit,

[z] *Donaverunt.* [a] *Diadema.*

Cap. XXVII. 6 χ *reddidit.* Pro *an* ψ habet *at.*—7 H S χ *Quocum.*—8 Naug. Steph. Lamb. *diuturnumque*, prob. Garaton.—9 H χ *pulsum pro eo.*—10 H χ ψ *pulsum.* Mox, pro *copiis suis* in ψ legitur *corpus suum.*—1 χ *regnum.*—2 *Certis imp. rebus* Naug. *certis rebus imp.* Lamb.—3 Ante *Qui* Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. cum Grut. Græv. addunt *Tulit, gessit.* Junt. Ern. et Schutz. exhibent *videri.* *Qui et ipse, &c.* Ceteri *videri.* *Tigranes igitur qui, &c.* Pro *Tigranes* Pantagathus legi mavult *Albanus rex*, aut *Comma-*

NOTÆ

accepit, partim submersit.

[q] *Montem Taurum*] Cum Antiochus devictus fuisset a Scipione, Tauro tenus regnare jussus est. Taurus porro mons Asiæ est, qui committitur Caucaso: a Cappadocia se attollens, Ciliciam præterit, Armeniæque montibus jungitur.

[r] *Attalo*] Attalus Pergami rex fuit, qui moriens populum Romanum hæredem reliquit.

[s] *Tigrane*] De Tigrane sæpius et fuse dictum est in orat. pro lege Manilia.

[t] *Perdiuturnum*] Per annos quadraginta gestum est illud bellum.

[u] *Injuriis in socios*] Vexavit ille Græcos, Cilices, et Cappadoces, qui, victo Antiocho, cum Romanis societatem fecerant.

[x] *Mithridatem*] De toto hoc bello, et de victoriis relatis a Lucullo, dictum est in oratione pro lege Manilia.

[y] *Imperatis certis rebus*] Parte Cappadociæ et Syriæ, item Phœnice, quas provincias invaserat, mulctatus est.

[z] [*Tulit*] Id est, projecit ad pedes Pompeii diadema suum.

[a] [*Gessit*] Gessit iterum diadema, quod Pompeius restituit ejus capiti.

qui signa contulit, qui de imperio pæne certavit, regnat hodie, et amicitiæ nomen ac societatis, quod armis violarat, id precibus est consecutus: ille Cyprius [b] miser, qui semper socius, semper amicus fuit; de quo nulla unquam suspicio durior aut [5] ad senatum, aut ad imperatores nostros allata est; vivus (ut aiunt) est et videns [c] cum victu ac vestitu [6] suo, publicatus. En, cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur, cum, hoc illius funesti anni prodito [7] exemplo, videant, per tribunum aliquem, et sexcentas [8] operas,[d] se fortunis spoliari, et regno omni posse nudari. XXVIII. 60. At etiam eo negotio M. Catonis splendorem maculare voluerunt, ignari, quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret: quæ in tempestate sæva [9] quieta est, et lucet in tenebris, et pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, splendetque per se [10] semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit. Non illi [1] ornandum M. Catonem,[e] sed relegandum; nec illi committendum [2] illud negotium, sed imponendum putaverunt: qui in concione palam dixerint, linguam se evellisse M. Catoni, quæ semper contra extraordinarias [f] potestates libera fuisset. Tulit, gessit. Sed

genus. Cf. cap. XXVIII.—4 χ *in regem.*—5 In H S χ deest τὸ *aut* post *durior.* χ quoque omittit præpositionem ante *imperatores.*—6 H S *cum victu aut vest.*—7 H S χ et edd. ante Grut. *perdito.*—8 ' *Sexcentas*] Mirum hoc. Ern. susp. *serviles;* sed, si quid corrupti hic latet, est potius *excitatas, concitatas,* (§ 65.) *comparatas,* &c.' Orell.

Cap. XXVIII. 9 Pro *sæva,* quod Junt. et Hervag. omittunt, in χ legitur *sua.* Deinde, ψ *luctet in ten.*—10 Edd. Rom. Ven. utraque, Junt. Ald. Hervag. et Orell. *per sese.*—1 H χ *illo.*—2 Verba *nec illi committendum* omittun-

NOTÆ

[b] *Ille Cyprius*] Ptolemæus rex Cypri a Clodio publicatus est.

[c] *Vivus et videns*] Proverbium, cujus meminit et Terentius, cum ait in Eunucho, ' vivus, vidensque pereo.'

[d] *Sexcentas operas*] Multi homines collecti a tribuno, quos pecunia habet sibi addictos, approbarunt, ut a tribuno lex de publicatione regis Cypri ferretur.

[e] *Ornandum M. Catonem*] Clodius legem tulit, ut Catoni provincia daretur regiæ gazæ vendendæ,et pecuniæ deportandæ; partim ut virum fortissimum, et improbis civibus infensum, a republica removeret; partim ut eum socium ac defensorem haberet, si quis legem de Cypro publicatam criminari vellet.

[f] *Contra extraordinarias*] Per extra-

sentient,[3] ut spero, brevi tempore, manere libertatem illam; atque hoc etiam, si fieri poterit, esse majorem, quod cum consulibus illis M. Cato, etiam cum jam desperasset aliquid auctoritate sua profici[4] posse, tamen voce ipsa ac dolore pugnavit, et post meum discessum, iis Pisonem verbis, flens meum et reipublicæ casum, [*p.* 17.] vexavit, ut illum hominem perditissimum atque impudentissimum pæne jam provinciæ pœniteret. 61. Cur igitur rogationi paruit?[g] Quasi vero[h] ille non in alias[5] quoque leges, quas injuste rogatas putaret, jam ante jurarit.[6][i] Non offert se ille istis[7] temeritatibus, ut, cum reipublicæ nihil prosit, se cive rempublicam[8] privet.[k] Consule me, cum esset[9] designatus tribunus plebis, obtulit in discrimen vitam suam: dixit eam sententiam,[l] cujus invidiam[10] capitis periculo sibi præstandam videbat: dixit vehementer: egit acriter: ea quæ sensit,[1] præ se tulit: dux, auctor, actor rerum illarum[m] fuit; non quo periculum suum non viderit;[2] sed in tanta reipublicæ tempestate nihil sibi, nisi

tur in H S χ ψ.—3 Ern. e conjectura *fuisset. Tulit, gessit. Sed sentient.* Ceteri *fuisset. Sentient.* Vid. Varr. Lett. in cap. præced.—4 *Perficere* H: *proficere* χ et edd. ante Lamb. cum Orell.—5 H S χ ψ *alteras.*—6 Pro *jurarit* H S χ habent *rogari;* ψ *rogatas.*—7 Pro *istis* χ ψ, Junt. et Hervag. habent *testis.* 'Vereor, ut locus sit persanatus a Naug. in illis, *istis temeritatibus.* Fuitne *tempestatibus?* nam *temere* minus placet.' *Orell.*—8 *Se civi Romano* H: *se civi r.* S χ: *se civitati Ro.* Junt. Hervag.—9 ψ *esse.*—10 H χ ψ *cui invid.*—1 Pro *sensit* in χ *egit.*—2 Edd. pleræque ante Lamb. cum Orell. *videret.*

NOTÆ

ordinarias potestates Pompeium significat et Cæsarem; nam auctor fuit Cato, ut victo Mithridate, cum exercitu in Italiam Pompeius rediret, et ne Cæsari cum Galliis Illyricum daretur.

[g] *Rogationi paruit*] Rogatio dicta est, quod plebs aut populus rogetur, ut aliquid velit et jubeat.

[h] *Quasi vero*] Quæ sequuntur, ironice dicit.

[i] *Jam ante jurarit*] Jurare in leges aliud nihil est, quam jurare aliquem se legi obtemperaturum.

[k] *Se cive rempublicam privet*] Excusat Catonem, quod in leges latas a Cæsare, de agro Campano dividendo, contra collegæ sui obnuntiationem juraverit; nempe quod se tam bono cive, quo indigebat respublica, privare noluerit.

[l] *Dixit eam sententiam*] Censuit Cato conjuratos morte esse afficiendos.

[m] *Rerum illarum*] Auctor, id est, senatusconsulti fuit, quo censuit senatus, Cethegum et Lentulum morte esse afficiendos.

de patriæ periculis, cogitandum putabat. XXIX. 62. Consecutus est ipsius tribunatus. Quid ego[3] de singulari magnitudine animi ejus, ac de incredibili virtute dicam? Meministis illum diem, cum, templo[n] a collega[o] occupato, nobis omnibus de vita ejus viri et civis timentibus, ipse animo fortissimo venit in templum, et clamorem hominum auctoritate, impetum improborum virtute, sedavit. Adiit tum periculum,[4] sed adiit ob causam:[p] quæ quanta fuerit, jam[5] mihi dicere non est necesse. At, si isti Cypriæ rogationi[q] sceleratissimæ non paruisset; hæreret[6] illa nihilominus in republica turpitudo. Regno enim jam publicato, de ipso Catone erat nominatim[r] rogatum: quod ille si repudiasset, dubitatis, quin ei vis esset allata,[7] cum omnia acta illius anni per illum unum labefactari[s] viderentur? 63. Atque etiam hoc videbat: quoniam illa in republica macula regni publicati maneret, quam nemo jam posset eluere; quod ex malis boni[8] [t] posset in republica

Cap. xxix. 3 χ *Quid ergo.*—4 Ven. 1483. Junt. Ald. Crat. *cum periculo.* Tum, *sed adiit causam* H S χ, Ven. 1483. *sed adiit cum causa* Junt. Ald. Crat. Hervag. Cam. Orellius putat notas *R. P.* excidisse, ita ut legendum sit, *sed adiit causam rei publicæ.*—5 In H S χ ψ deest *jam.*—6 χ *hæret.*—7 Idem Ms. *ablata.* Mox, Naug. Lamb. *per unum illum.*—8 H *bonum.* Tum, Ern. e

NOTÆ

[n] *Cum templo*] Rostra intelligit, quæ sæpe nomine templorum appellantur, quia omnia loca auguriis consecrata, templa a Romanis dicebantur.

[o] *A collega*] Q. Metellus Nepos, Catonis collega in tribunatu, legem iniquam de Pompeio laturus, rostra occupavit: non tulit Cato, sed in locum irrupit, et silere jussit præconem, qui jamjam legem recitaturus erat.

[p] *Sed adiit ob causam*] Non aliam ob causam hoc egit Cato, quam quia metuebat, ne, si Pompeius cum exercitu rediret ad rempublicam componendam, ipse sibi dominatum usurparet.

[q] *Cypriæ rogationi*] Excusat Catonem, et liberat ab infamia: licet enim non paruisset huic legi quam tulit Clodius, ut ille vir tantus mitteretur in insulam Cyprum, ad regiam gazam vendendam, et pecuniam Romam deportandam; et licet huic legi non paruisset tam sceleratæ, tamen jam infamiæ notam subierat respublica.

[r] *Nominatim*] Si parere ille huic legi recusasset, facile lex de altero ferri potuisset.

[s] *Per illum labefactari*] Sane Cato rempublicam labefactasset, si contemta lege Clodii tribuni, in Cyprum ire recusasset; nam ostendisset, leges latas a Clodio nullas esse.

[t] *Quod ex malis boni*] Malum fuis-

provenire, id utilius esse per se conservari, quam per alios.[9] Atque ille etiamsi aliquapiam[10] vi expelleretur illis temporibus ex hac urbe, facile pateretur: etenim, qui superiore anno[u] senatu caruisset, quo[1] si tum veniret, me tamen socium suorum in republica consiliorum videre posset;[2] is æquo animo tum, me expulso, et meo nomine, cum universo senatu, tum sententia sua condemnata,[x] in hac urbe esse posset?[3] Ille vero eidem tempori, cui nos; eidem furori,[4] eisdem consulibus, eisdem minis, insidiis, periculis cessit. Luctum nos hausimus majorem, dolorem[5] ille animi non minorem.

XXX. 64. His de tot[6] tantisque injuriis in socios,[y] in reges, in liberas civitates, consulum querela esse debuit. In ejus magistratus tutela, reges,[7] atque exteræ nationes semper fuerunt. Ecquæ vox[8] unquam est audita consulum? Quanquam quis audiret, si maxime queri vellent?[9] De Cyprio rege quererentur,[10] qui me civem, nullo meo

conjectura, cum Schutz. et Orell. *posset*: ceteri *possit*. Porro, edd. vett. *in R. P.* vel *in rep.* Orell. *in rempublicam*. Denique, *pervenire* H S χ, edd. Rom. Ven. utraque, Junt. Hervag. Cam. et Orell.—9 Post *alios* Gulielmius putabat excidisse verbum *dilapidare*, aut aliud tale.—10 Pal. 9. *aliapiam*: ed. vet. *aliquadam*: Gembl. edd. Med. Rom. et Orell. *aliquapiam*.—1 H S χ *qua*. —2 H S χ ψ *possit*.—3 Iidem *posse*.—4 H S χ *quo nos; et eisdem furori*. In Mss. ap. Lamb. *ejusdem furori*.—5 In H S χ *dolorem* deest. Pro *ille* χ et ψ habent *illi*.

Cap. XXX. 6 H S χ non habent *tot*. Tum in χ *consilium*.—7 *Reges* non est in χ.—8 H ψ *Hæc quæ vox*; et H χ ψ *nunquam*.—9 Ms. Paris. Lall. Ern. Schutz. et Orell. *quis audiret . . . vellent*, ut Pantagathus volebat. *Vellent* quoque habent H S χ ψ, edd. Rom. Junt. Hervag. Ceteri *quis auderet* . . .

NOTÆ

set insonti regi suum eripere bonum; bonum vero reipublicæ coactam de bonis illius pecuniam in ærarium inferre. Id autem a Catone fieri optatius fuit, utpote viro probo, quam ab alio quovis, cujus non tanti fieret integritas.

u *Superiore anno*] Hoc anno, quo Cæsar consul fuit, nihil more majorum actum est: unde iratus Cato senatu abstinuit.

x *Sententia sua condemnata*] Catonis sententia fuit, ut conjurati morte damnarentur; quam secutus est senatus: quare qua lege Clodii damnatus est Cicero, damnatus est senatus et Cato.

y *In socios*] Conqueri debuerunt consules de sociis Pessinuntiis vexatis, de Ptolemæo et Deiotaro male tractatis, de Byzantio, libera civitate offensa, cujus exules restituit Clodius.

crimine, patriæ nomine[z] laborantem, non modo stantem non defenderant,[1] sed ne jacentem quidem protexerant? Cesseram,[2] si alienam a me plebem fuisse vultis, quæ[3] non fuit, invidiæ; si commoveri omnia videbantur, tempori; si vis suberat,[4] armis; si societas, magistratuum pactioni;[a] si periculum civium, reipublicæ. 65. Cur, cum de capite civis (non disputo, cujusmodi civis) et de bonis proscriptio[5] ferretur, cum et sacratis legibus[b] et XII tabulis[c] sancitum esset, ut neque privilegium[d] irrogari liceret, neque[6] de capite,[e] nisi comitiis centuriatis, rogari, nulla vox est audita consulum? constitutumque est illo anno, quantum in illis duabus hujus imperii pestibus[f] fuit, jure posse, per operas concitatas,[b] quemvis civem nominatim, tribuni plebis concilio,[7] ex civitate exturbari?[8] 66. Quæ vero[9]

[b] *Per suffragia servorum.*

vellet.—10 H S χ ψ *quærere.*—1 χ *defenderent.* Ern. e conjectura cum Schutz. *defenderant . . . protexerant.* Ceteri *defenderunt . . . protexerunt.*—2 χ *Cessaram.*—3 H χ *qua.* Mox, pro *commoveri* H χ ψ *quo moveri.*—4 χ *si jus susceperat.*—5 χ ψ, Ven. 1483. Junt. Hervag. *proscripti.* Mox, H S χ *sacris legibus.*—6 ‘ *Neque . . . neve* H S χ ψ, Rom. Ven. utraque, Junt. *neve . . . neve* Lamb. Verum videtur *ut ne priv. . . . . neve.*’ Orell.—7 Edd. ante Ald. cum Ern. et Schutz. *concilio.* Ceteri *consilio.*—8 *Perturbari* S χ et edd. ante Naug. unde Garaton. conjecit *proturbari.*—9 Pro *vero* H χ habent *cum,*

NOTÆ

[z] *Patriæ nomine*] Laborabat Cicero, quia patriam defenderat contra Catilinam, et alios conjuratos, quem tueri debuerunt consules: ergo minus regem Cyprium tuebantur.

[a] *Magistratuum pactioni*] Pepigerant fœdus inter se consules et tribunus mercede provinciarum, ut consules provincias haberent a tribuno, tribunus ut Ciceronem ejiceret.

[b] *Sacratis legibus*] Sacratas leges tulit Junius Brutus tribunus plebis A. U. C. 240.

[c] *Et XII tabulis*] Decem tabulæ leges sunt, quæ a decemviris perlatæ sunt, et in duodecim tabulis æreis incisæ, unde et nomen habuerunt. Leges autem illæ in omni ratione juris præcipuam auctoritatem habuerunt.

[d] *Privilegium*] Privilegium jussum est populi aut plebis, rogante magistratu, non generale, neque de universis civibus, sed de singulis conceptum, ut de imperio Cn. Pompeii, de Ciceronis reditu.

[e] *Neque de capite*] Cum agitur de cive aut bonis illius, nihil contra eum decerni potest, nisi comitiis centuriatis. De iis dictum est in orat. pro Mur. § 1. not.

[f] *Illis duabus pestibus*] Coss. Gabinium et Pisonem pestes appellat, quia omnia violari in reipubl. permittebant, expelli cives, &c.

promulgata[g] illo anno fuerunt? quæ promissa multis?[h] quæ conscripta? quæ sperata?[10] quæ cogitata? quid dicam? qui locus orbis terræ jam non erat alicui destinatus? cujus negotii publici cogitari, optari, fingi curatio[c] potuit,[1] quæ non esset attributa atque descripta?[d] [*p.* 18.] quod genus imperii, aut quæ provincia,[2] quæ ratio auferendæ aut conflandæ[e][3] pecuniæ non reperiebatur? quæ regio orave terrarum erat latior, in qua non regnum aliquod statueretur?[4] quis autem rex, qui illo anno non aut emendum sibi, quod non habebat, aut redimendum, quod habebat,[5] arbitraretur? quis provinciam, quis pecuniam, quis legationem ab senatu petebat? Damnatis de vi,[i] restitutio; consulatus petitio ipsi illi populari sacerdoti[k] comparabatur. Hæc gemebant boni, sperabant improbi, agebat tribunus plebis, consules adjuvabant.

XXXI. 67. Hic, aliquanto[6] serius, quam ipse vellet, Cn. Pompeius,[l] invitissimis iis,[7] qui mentem optimi ac fortis-

[c] *Administratio.* [d] *Concessa et distributa.* [e] *Conquirendæ.*

et T *non.* Deinde, Franc. *pervulgata.* Postea, H χ *fuerant.*—10 Verba *quæ sperata* in H et S desunt. Pro *cogitata* H et χ *rogitata.* Verba *qui locus . . . descripta* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—1 *Fingique ratio potuit* Junt. et al. *fingique procuratio potuit* Hervag. *fingique ratio potuit* Med. *fingi ratio doluit* χ.—2 H S χ ψ et Ven. utraque *imp., quæque prov.* In edd. Junt. Hervag. Lamb. *aut* omittitur.—3 Pro *conflandæ* Hervag. Lamb. et al. habent *auferendæ ;* Mss. pauci, ed. Med. Junt. Grut. *flandæ.*—4 Verba *quæ regio . . . statueretur* absunt a C et T. Mox, pro *autem* H S χ ψ habent *hic.* Post *rex* C H S T χ addunt *erat.*—5 χ *haberet.*

CAP. XXXI. 6 *Hæc* H χ, et *aliquando* Naug. Lamb. et al.—7 χ *invictissi-*

NOTÆ

[g] *Promulgata*] Promulgare legem nihil aliud est, quam populo per trinundinum legem ferendam proponere.

[h] *Quæ promissa multis*] Per effectorum conglobationem agit in acta consulum.

[i] *Damnatis de vi*] Leges vetabant eos, qui de vi damnati erant, restitui in pristinum statum. Pœna autem non alia, quam exilio puniebantur.

[k] *Populari sacerdoti*] Clodium sacerdotem appellat, quia in operta Bonæ Deæ, libidinis causa, penetravit: popularem vero, quia unice populo placere voluit.

[l] *Cn. Pompeius*] Excusat Pompeium, quod a principio nefariis Clodii consiliis non obstiterit: nam ut Cæsari satisfaceret suorum actorum dissolutionem metuenti, Clodium furere in Ciceronem passus est.

simi viri, suis consiliis, fictisque[8] terroribus a defensione meæ salutis averterant, excitavit illam suam non sopitam,[9] sed suspicione aliqua retardatam consuetudinem reipublicæ bene gerendæ. Non est passus ille vir, qui sceleratissimos cives,[m] qui acerrimos[10] hostes, qui maximas nationes,[n] qui reges, qui gentes feras atque inauditas, qui prædonum[o] infinitam manum, qui etiam servitia[1][p] virtute victoriaque domuisset; qui omnibus bellis terra marique compressis,[2] imperium populi Romani orbis terrarum terminis definisset, rempublicam everti scelere paucorum; quam ipse non solum consiliis,[3] sed etiam sanguine suo sæpe servasset: accessit ad causam publicam: restitit auctoritate sua reliquis rebus:[q] de præteritis questus est.[4] Fieri quædam ad meliorem spem inclinatio[f] visa est. 68. Decrevit senatus frequens de meo reditu Kalendis Jun.[5] dissentiente nullo, referente L. Ninnio,[6][r] cujus in mea causa

[f] *Mutatio.*

mis iis. Verba *ac fortissimi* non sunt in C et T.—8 Edd. vett. *cons. ac fictis.* —9 *Solitam* C T: *solutam* ed. pr. Ascens. et Hervag. *insolitam* Franc. Med. Rom. Ven. 1483. Junt. Naug.—10 *Acerbissimos* Franc. *asperrimos* χ, Rom. Ven. utraque, Junt.—1 C *qui non serv.* T *qui serv.*—2 ψ *compressit.*—3 χ *cum filiis.* Mox, C T, Ald. Hervag. *sang. suo sæpe defendisset ; accessit, &c.* sic etiam Franc. nisi quod *sæpe* omittat.—4 Naug. Lamb. *questus est de præteritis.* In C T, Franc. Dresd. et ed. pr. omittuntur verba *reliquis rebus : de præt. questus est.* In χ *reliquis* tantum deest.—5 H *Junii:* T *Jan.*—6 C

NOTÆ

[m] *Sceleratissimos cives*] Domuit Carbonem, Domitium, Q. Sertorium: primum in Sicilia, secundum in Africa, tertium in Hispania, qui omnes rebelles erant patriæ.

[n] *Maximas nationes*] Domuit Hierbam, Mithridatem, Tigranem, et plurimas alias nationes; quæ ei aditum negaverant, dum Mithridatem insequeretur, eas adjecit imperio Rom. De quibus vide orat. pro lege Manilia.

[o] *Prædonum*] Piratarum bellum confecit undequinquagesimo die, quo lege Gabinia ei delatum est.

[p] *Servitia*] Domuit reliquias servorum, qui, Spartaco duce, Italiam populabantur: quatuor enim et septuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt, et congregata servorum multitudine, Crixo et Spartaco ducibus, bello excitato, Claudium Pulchrum legatum et P. Varinium prætorem vicerunt: eosdem item prælio fractos Appianus et Plutarchus tradidit.

[q] *Reliquis rebus*] Restitit rebus aliis omnibus quas Clodius meditabatur.

[r] *L. Ninnio*] Alii legunt *L. Mummio,* qui tribunus plebis tum erat.

nunquam fides virtusque contremuit. Intercessit Ligus iste,[s] nescio qui, additamentum[7] [t] inimicorum meorum. Res[8] erat et causa nostra eo jam[9] loci, ut erigere oculos, et vivere videretur. Quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quocumque venerat, quod judicium cumque subierat, damnabatur.[10] Inveniebatur nemo, qui se suffragium de me tulisse confiteretur. Decesserat ex Asia[1] [u] frater meus magno squalore, sed multo etiam majore mœrore. Huic ad urbem venienti tota obviam[2] civitas cum lacrymis gemituque processerat: loquebatur liberius senatus: concurrebant equites Romani: Piso ille, gener meus,[3] cui fructum pietatis suæ[4] neque ex me, neque a populo Romano ferre licuit, a propinquo suo[x] socerum suum flagitabat: omnia senatus rejiciebat,[y] nisi de me primum[5] consules retulissent. XXXII. 69. Quæ cum res jam manibus[6] teneretur;[g] et[7] cum consules provin-

[g] *Prope esset confecta.*

Numio: H *Ninio*, sed in marg. *nimio:* S *Mimmio:* T *Munio:* χ et edd. pleræque ante Lamb. *Mummio:* ed. pr. *Mimio.* 'Pall. nostri, præter nonum, inclinant ad *Mimium* aut *Mumium*, aut sane *Numium*.' Grut. Pro *cujus* H S χ habent *cui*.—7 Orell. conjecit *auctoramentum*. Verba *Intercessit Ligus . . . consules retulissent* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—8 ψ *Rem.*—9 H S χ ψ et edd. ante Hervag. non agnoscunt *jam*. Mox, in ψ *eligere oculos.*—10 χ ψ *sibi, erat damnab.* Manutius conjecit legend. *subierat, repellebatur, damnab.*—1 S ψ *Discesserat*, et H S χ ψ *ab Asia.*—2 H χ *obvia.*—3 Lamb. *meæ* omittit.—4 χ *piet. meæ.* Tum, *neque a me* Car. Steph. et Lamb. 1566.—5 H S χ ψ *primo.*

CAP. XXXII. 6 ψ *Quæ enim res*, et T *jam in manibus.*—7 H S χ et nonnul-

NOTÆ

[s] *Ligus iste*] Ælium Ligurem designat, qui hoc sibi nomen ex antiqua Æliorum familia assumserat; quem tamen ostendit in Liguria natum esse.

[t] *Additamentum*] Is se ad Clodium et ad Ciceronis inimicos adjunxerat.

[u] *Ex Asia*] Minorem Asiam Q. Cicero proconsul administraverat, ex qua aliquanto post fratris discessum rediit.

[x] *A propinquo suo*] A Pisone consule, qui propinquus erat, repetebat Ciceronem exulem.

[y] *Senatus rejiciebat*] Statim atque Mummius de Cicerone revocando retulit, frustra Ligo intercedente, ut scribit Plutarchus, Pompeius se accusans, quod Ciceronem prodidisset, de illius reditu, amicorum opera adjutus, agere cœpit. Resistente frustra Clodio, placuit senatui nihil in republica decernere, nulla de re agere, nisi Cicero ab exilio revocaretur.

ciarum pactione[z] libertatem omnem perdidissent, qui cum in senatu, privatim,[8] ut de me sententias dicerent, flagitabantur, legem illi se Clodiam timere[a] dicebant: cum hæc non possent jam diutius sustinere,[9] initur consilium de interitu Cn. Pompeii; quo patefacto, ferroque deprehenso,[b] ille inclusus domi tamdiu fuit, quamdiu inimicus meus[c] in tribunatu. De meo reditu octo tribuni promulgarunt.[h] [10] Ex quo intellectum est, mihi absenti crevisse amicos, in ea præsertim fortuna, in qua nonnulli etiam, quos esse putaveram, non erant; sed eos voluntatem semper eandem, libertatem non eandem[1] semper habuisse: nam ex novem tribunis,[2] quos tunc habueram, unus, me absente, defluxit,[i] qui cognomen sibi ex Æliorum imaginibus[3] [d] arripuit, quo magis nationis ejus esse, quam generis, videretur. 70. Hoc

[h] *Proposuerunt.* [i] *Recessit.*

læ edd. vett. non habent copulam. Verba *et cum consules . . . diutius sustinere* non sunt in C et T.—8 H S χ et edd. ante Manut. *privati.* Vid. Nott. Varr. Pro *dicerent* Schutz. e conjectura Garatoni recepit *rogarent;* Wolf. suspicabatur legend. *dicere liceret:* quidam, teste Orell., legi maluerunt *ut sententias darent.* Aliquis ap. Lamb. *cum* (omisso *qui*) *in senatu permulti, ut sententias dicere liceret, flagitabant.*—9 Manut. *sustineri.* Deinde, H *initum:* ψ *initus.*—10 χ *promulgarent.* Ante *mihi absenti* Car. Steph. Lamb. Schutz. et Orell. e conjectura Manutii addiderunt *non.* Pro *crevisse* quidam ap. Orell. *decrevisse.* Totus locus suspectus erat Ernesto. Verba *Ex quo intell. est . . . fidem convertissent* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—1 Pro verbis *libertatem non eandem* in χ tantum legitur *non.*—2 H S χ *ex octo trib.* Mox, Ern. suspicabatur *tunc* delend., vel legend. *ante.*—3 H *ex aliorum imag.* χ *ex aliis imag.* Deinde, pro *quo* χ habet *quod;* ψ *quos.* Schutz. e conjectura Ursini recepit *quo magis nationis ejus esse, quam generis.* Vid. Nott. Varr.—

NOTÆ

[z] *Provinciarum pactione*] Consules Piso et Gabinius suas provincias a populo, non a senatu, ut moris erat, obtinuerant.

[a] *Legem Clodiam timere*] In illa lege illud continebatur, ne quis de Ciceronis reditu referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret in sententiam, neve scribendo adesset.

[b] *Ferroque deprehenso*] Collocatus est quidam Clodii libertus nomine Damnio in insidiis ad vestibulum templi Castoris, qui deprehensus fuit cum sica ad interficiendum Pompeium.

[c] *Inimicus meus*] Quamdiu Clodius tribunus fuit, tamdiu Pompeius domi suæ delituit,

[d] *Æliorum imaginibus*] Ælia gens nobilis imagines habuit, ex qua gente sibi nomen assumsit Stalenus; qui, cum Ligur esset, credidit hoc cognomine nationem suam celare. Ligures autem fallaciarum et superbiæ nomine pessime audiebant.

igitur anno, magistratibus novis designatis,[e] cum omnes boni omnem spem melioris status in eorum fidem convertissent;[k] princeps[4] P. Lentulus,[f] auctoritate ac sententia sua,[5] Pisone et Gabinio repugnantibus, causam suscepit, tribunisque plebis octo referentibus,[g] præstantissimam de me sententiam dixit. [*p.* 19.] Qui cum ad gloriam suam, atque ad amplissimi[6] beneficii gratiam magis pertinere videret, causam illam integram ad suum consulatum reservari, tamen rem talem per alios citius, quam per se tardius confici malebat. XXXIII. 71. Hoc interim[7] tempore[h] P. Sextius, judices, designatus, iter ad C. Cæsarem[i] pro mea salute suscepit. Quid egerit, quantum profecerit, nihil ad causam. Equidem existimo, si ille (ut arbitror) æquus nobis[8] fuerit, nihil ab hoc profectum: sin iratior,[9] [k] non multum: sed tamen sedulitatem atque integritatem hominis videtis. Ingredior jam in Sextii tribunatum: nam hoc primum iter designatus[l] reipublicæ causa[10]

[k] *Speravissent meliorem statum ex eorum probitate.*

4 Post *princeps* C T addunt *etiam.*—5 In H et χ *sua* deest.—6 χ *amplissimam.* Verba *Qui cum ad gloriam . . . confici malebat* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.

CAP. XXXIII. 7 C *iterum.* Pro *judices,* quod in T deest, H S χ ψ, Franc. Dresd. ed. pr. Ven. 1483. Junt. habent *judex.* In ed. Car. Steph. legitur *judices, tribunus designatus.*—8 *Nobis* non est in χ. Pro *fuerit* Ms. Ursini exhibet *fuerat.* Verba *Equidem existimo . . . causa suscepit* absunt a C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—9 χ *ratio.*—10 In H *causa* omittitur. Verba *Ingredior jam*

NOTÆ

[e] *Magistratibus novis designatis*] Anno urbis 695. designati sunt in annum sequentem consules P. Lentulus Spinther et Q. Metellus Nepos: tribuni vero plebis T. Annius Milo, P. Sextius, C. Sestilius, M. Cispius, T. Fadius, M. Curtius, C. Messinius, Q. Fabricius, Sex. Attilius Serranus, et Numerius Quintius.

[f] *Princeps P. Lentulus*] Hic princeps dicitur Lentulus, quia primus omnium censuit revocandum esse Ciceronem.

[g] *Tribunis referentibus*] Jus fuit tribunis ad senatum referre de republica.

[h] *Hoc interim tempore*] Aggreditur jam de Sextii tribunatu dicere, ut ad suam defensionem, quæ est de vi, perveniat.

[i] *Ad C. Cæsarem*] Tunc Cæsar erat in Galliis, quas administrabat.

[k] *Sin iratior*] Cæsar Ciceroni subiratus videbatur, quod in judicio quodam deplorans reipublicæ statum, eum læserat.

[l] *Designatus*] Statim atque Sextius tribunus designatus est, iter in Gal-

suscepit. Pertinere et ad concordiam civium putavit, et ad perficiundi [1] facultatem, animum Cæsaris a causa non abhorrere.

Abiit ille annus.[m] Respirasse [2] homines videbantur, nondum re, sed spe [3] reipublicæ recuperandæ. Exierunt malis ominibus [4][n] atque execrationibus [o] duo vulturii [p] paludati; [q] quibus utinam ipsis [5] evenissent ea, quæ tum homines precabantur! neque nos [r] provinciam Macedoniam cum exercitu, neque equitatum in Syria, et cohortes optimas,[s] perdidissemus.[6] 72. Ineunt magistratum [t] tribuni

in Sextii . . . causa suscepit Schutz. uncis inclusit. Pro *Pertinere et* in T legitur *Pertinet sed.* C et Franc. copulam omittunt.—1 χ *putare, et ad perficiendum.*—2 C T, Franc. *respirare.*—3 ψ *nondum rep., sed spei.* Tum, Lamb. *republica recuperata.*—4 C T χ *omnibus.*—5 H χ *se ipsi.*—6 C T, Franc. Dresd. et ed. pr. non habent verba *neque nos provinciam . . . perdidissemus.* Mox, pro verbis *tribuni plebis* C T, Franc. et ed. pr. exhibent *alii.* In Dresd. legitur *magistr., qui omnes alii se de me, &c.* Pro *qui* χ ψ habent *quod,* et pro *se de* iidem *sæpe.* Edd. vett. omittunt *se.* In Ms. C *me* deest. Denique, C *pro-*

NOTÆ

liam pro Cicerone ad Cæsarem suscepit.

[m] *Abiit ille annus*] Quo fuere consules Piso et Gabinius, tandem ille annus effluxit.

[n] *Malis ominibus*] Omen quoddam est præsagium ex hominum vocibus collectum: nam a captantibus omina pueri foras in vicum mittebantur, qui prætereuntium voces aucuparentur, easque domum referrent, ex quibus omina colligebant.

[o] *Execrationibus*] Cum abibant in provinciam consules, solebat eos populus cum amicis ex Capitolio ad portas civitatis deducere. Faustis eos acclamationibus et ominibus prosequebantur amici, inimici vero precibus detestabantur: hæc porro preces diræ seu execrationes dicebantur.

[p] *Duo vulturii*] Vultures appellat Pisonem et Gabinium, quasi mali ominis aves.

[q] *Paludati*] Profecturi in provincias consules et prætores, vota nuncupabant in Capitolio, unde paludati discedebant. Paludamentum autem genus fuit vestis, qua imperatores utebantur, aliique milites in castris.

[r] *Neque nos*] Si mala quæ ipsis omnes apprecabantur, evenissent, nunquam venissent in provincias; et Piso non vendidisset Thracibus ac Dardanis pacem, neque his Macedoniam vexandam permisisset, neque fame exercitum perdidisset; neque Gabinius equitatum amisisset.

[s] *Cohortes optimas*] Cohortes peditum fuerunt, sicut turmæ equitum. Cohors continebat tres manipulos, unum principum, alterum hastatorum, tertium triariorum. Vide plura de iis in orat. pro Marcello.

[t] *Ineunt magistratum*] Quarto Idus Decembres illi tribuni, de quibus dictum est superius, magistratum inierunt.

plebis, qui omnes se de me promulgaturos confirmarant. Ex his princeps emitur[7] ab inimicis meis is,[8] quem homines, in luctu irridentes, Gracchum vocabant;[u] quoniam[9] id etiam fatum civitatis[x] fuit, ut illa[10] ex vepreculis extracta nitedula[y] rempublicam conaretur arrodere.[1] Alter vero, non ille Serranus[z] ab aratro, sed ex deserto[a] Gavi Oleli horreo calatis granis,[2] in Calatinos Attilios[b] insitus, subito nominibus in tabulas relatis,[3] [c] nomen suum de tabula sus-

mulgatores, et C H T *confirmarunt*: χ *confirmant*.—7 χ *emittitur*: Franc. *eruitur*.—8 C et T non habent *is*.—9 χ *quod*. Deinde, χ ψ *factum*.—10 χ *ut ille*: T *ne illa*. Tum, *vepretulis* C H S χ et al. Pro *nitedula* T ψ *in cedula*; al. *nicedula*.—1 C *conarentur*, et χ *abrodere*. Verba *Alter vero . . . tabula sustulit* non sunt in C T, Franc. Dresd. et ed. pr.—2 Mss. ap. Lamb. *Gavio Lælior ea colatis ganis*; al. *ganiis*; al. *granis*: unde ipse conjecit legend. *Gaviani Atilii horreo, et calatis Gaviis*, vel *Gavii Atilii horreo calathis Gavianis*. Pal. 9. habet *gravi leliore a calatis gravis*: Ms. Vict. *gravi lætior ea calatis gaviis*: Gembl. *gavi oleli orea calathis granis*: Junt. *Gavi et Leli horreo calatis granis*. Perizonius, Animadv. Hist. cap. 1. sic correxit, *Gavii Cæpionis horreo, calatis granis*. Manut. Grut. et omnes edd. seqq. dederunt *Gavi* (vel *Gavii*) *Oleli horreo calatis granis*, e conjectura Pantagathi. Pro verbis *Gavi Oleli horreo* H S habent *gauioleliorea*, cum asterisco in margine; χ *gaviolæ liorea*: pro *granis* χ ψ *gravis*. Grut. conjecit *Calavii Ofelli horreo calatis granis*. Mox, pro *Atilios* Gembl. et ed. pr. exhibent *at illos*; H S, Ven. 1483. *atque illos*; Junt. *atque Lelios*. Viri docti hunc locum esse corruptum dicunt.—3 χ *relictis*.—

NOTÆ

[u] *Gracchum vocabant*] Ironia est. Gracchus Quintiæ gentis, et Semproniæ cognomen fuit: significat autem Numerium Quintium, cujus pater se filium Tiberii Gracchi venditabat.

[x] *Fatum civitatis*] Ridet hominem; ut enim Tiberius Gracchus, tribunus plebis, evertit rempublicam seditionibus, sic iste Numerius Quintius, tribunus plebis, evertere rempublicam conatus est.

[y] *Nitedula*] Nitedula musculi species est: facete autem id dictum est de infimæ sortis homine, qui sic virum dignitate insignem lædere conatur, ut nitedulæ arbores corrodunt.

[z] *Serranus*] C. Attilius Serranus dictus est, ex eo quod serentem invenerunt: at istius in horreo tam pauca erant grana, ut calari, id est nominari, possent: unde Calatinus dictus est.

[a] *Sed ex deserto*] Iste Serranus tribunus plebis, qui a Clodianis emtus est, non a Serrano præstantissimo illo homine, cujus cognomen refert, originem traxit; sed, cum Gavi cujusdam Oleli filius esset, ab inope et vacuo patris horreo in Attiliam familiam per adoptionem transiit: quod quasi jure quodam factum est; nam cum in deserto illo Gavi horreo ita pauca grana essent ut calarentur, id est numerarentur, merito hic ejus filius a calatis granis, in eam familiam, quæ Calatini cognomen habet, insitus est.

[b] *Attilios*] E gente Attiliorum fuere Calatini.

[c] *Nominibus in tabulas relatis*] Qui

tulit. Veniunt kalendæ Januarii:[4] [d] vos hæc melius scire potestis:[e] equidem audita dico: quæ tum frequentia senatus,[f] quæ expectatio populi, qui concursus legatorum ex Italia cuncta, quæ virtus, actio, gravitas P. Lentuli consulis fuerit, quæ etiam collegæ ejus[g] moderatio de me; qui cum inimicitias sibi mecum ex reipublicæ dissensione[5] susceptas esse dixisset, eas se patribus conscriptis, dixit, et temporibus reipublicæ permissurum. XXXIV. 73. Tum princeps[h] rogatus sententiam L. Cotta, dixit[6] id, quod dignissimum republica[7] fuit, nihil de me actum esse jure, nihil more majorum, nihil legibus: non posse quenquam de civitate tolli sine judicio: de capite non modo[8] ferri, sed ne judicari quidem posse, nisi comitiis centuriatis:[i] vim fuisse illam,[k] flammam quassatæ[9] reipublicæ perturbato-

4 Garaton. et Orell. *Januariæ*. Ceteri *Jan.* vel *Januarii*. Verba *vos hæc melius scire pot.; equidem aud. dico* non leguntur in C T, Franc. Dresd. et ed. pr. —5 ψ *dissessione*. Pro verbis *se patribus conscriptis* H S χ habent *sæpe*. Tum, H, Junt. Lamb. *et temp. et reipublicæ*. Pro *permissurum* Lamb. legi maluit *remissurum*. In C T, Franc. Dresd. et ed. pr. omittuntur verba *qui concursus legatorum . . . temp. reip. permissurum*.

Cap. XXXIV. 6 ψ *Cottæ*, et C T χ *edixit*.—7 C *reip.*—8 χ *de cap. nemo modo*. Mox, pro *quidem* H χ *quenquam*. Schutz. e conjectura edidit *de cap. non modo judicari, sed ne ferri quidem*.—9 H S *quæsitæ*. Tum, *perturbato undi-*

NOTÆ

in familiam novam adoptabantur, nomina sua in censorum tabulas referebant. Ut primum igitur locuples factus est per illam adoptionem, nomen suum de creditorum tabula sustulit, ære alieno dissoluto: nisi potius tabulam auctionariam significet, quæ de illius proscriptis bonis fixa erat.

[d] *Veniunt kalendæ Januarii*] Kalendis Januariis P. Lentulus Spinther et Q. Metellus Nepos consulatum inierunt, anno urbis 696.

[e] *Hæc melius scire potestis*] Quia tum absens et in exilio erat Cicero, non ita quæ tum gesta sunt, ac judices, qui præsentes erant, nosse potuit.

[f] *Frequentia senatus*] Quadringenti et decem senatores, magistratusque omnes affuerunt, cum de Cicerone revocando relatum est.

[g] *Collegæ ejus*] Metellum Nepotem indicat, qui cum Pub. Clodii frater esset ex matre, et inimicus Ciceronis et tribunus plebis consulatu abeuntem concionis habendæ potestate privavisset, tamen Lentulo referente, cum eo absente rediit in gratiam.

[h] *Princeps*] Princeps senatus dicebatur, qui primus a censoribus nominabatur.

[i] *Comitiis centuriatis*] De comitiis illis dictum est in orat. II. de lege Agr. § 27. not. in quibus tantum de civis capite fas erat judicare.

[k] *Vim illam*] Vis quæ a Clodio contra Ciceronem excitata est, quasi

rumque temporum, jure judiciisque sublatis: magna rerum[1] perturbatione[10] impendente, declinasse[1] me paululum, et, spe reliquæ tranquillitatis, præsentes fluctus tempestatemque[2] fugisse. Quare, cum absens rempublicam non minus magnis periculis, quam quodam[3] tempore præsens[m] liberassem, non restitui me solum, sed etiam ornari a senatu decere. Disputavit etiam multa prudenter, ita de me[4] illum amentissimum et profligatissimum hostem pudoris et pudicitiæ scripsisse quæ scripserat,[5] iis verbis, rebus, sententiis, ut, etiamsi jure[6] esset rogatum,[l] tamen vim habere non posset: quare me, qui nulla lege[7] abessem, non restitui lege, sed revocari senatus auctoritate oportere. 74. Hunc,[8] nemo erat, quin verissime sentire diceret.[9] Sed post eum rogatus Cn. Pompeius, approbata laudataque Cottæ sententia,[10] dixit, sese otii mei causa, ut omni populari concitatione defungerer,[m] [1] censere, ut ad senatus auctoritatem populi quoque Romani beneficium erga me adjungeretur. Cum omnes certatim, aliusque alio[2] gravius atque ornatius de mea salute dixisset,[3] fieretque sine

[l] *Perlatum.* [m] *Ut essem expers omnis periculi.*

que tempore C H T χ ψ, Franc. Dresd. et edd. ante Hervag.—10 *Permutatione* C T, Franc. Dresd. Ald. Naug. Car. Steph. Mannt. Græv. Lall. et Orell. *commutatione* Lamb. *perturbatione* ceteri.—1 χ *inclinasse.* Tum Lamb. *paulum.* Postea, C *reliqua.*—2 Franc. Dresd. et ed. pr. *tempestatesque.*—3 χ *quondam.*—4 Idem Ms. *ita a me.*—5 C H T χ ψ, Rom. Ven. 1480. Junt. Lamb. *scripsisset.*—6 C *etiam sine jure.* Mox, idem Ms. *non possem:* Franc. Dresd. et ed. pr. *non posse.*—7 *Lege* abest a C T, Franc. Dresd. et ed. pr. non improb. Grævio. Deinde, C *obessem:* Franc. Dresd. et ed. pr. *abesse.* —8 Pro *Hunc* T, Franc. Dresd. et ed. pr. habent *Homo.*—9 ψ *deberet.* In C T et ed. Hervag. deest *Sed.*—10 *Sententiam Cottæ laudavit et approbavit* C T: *approbavit laudavitque Cottæ sententiam* Franc. Dresd. et ed. pr.—1 χ *defringier.* Pro *ut* H habet *et;* ψ *aut.* Pro verbis *ad senatus auct. . . . adjungeretur* in H et S legitur *ad senatum non ad se referri jussit.* Verba *sese otii mei causa . . . adjungeretur* absunt a Franc. Dresd. et ed. pr.—2 Car. Steph. Lamb. et Orell. *alius alio.*—3 Pro *dixisset* Rom. Ven. utraque, Junt. Hervag.

NOTÆ

flamma fuit reipublicæ perturbatæ.

[l] *Magna rerum*] Nisi Cicero abiisset, impendebat civile bellum reipublicæ, quod cum Clodio, cum consulibus et Cæsare gerendum fuisset.

[m] *Quodam tempore præsens*] Intelligit tempus quo Catilinæ seditionem exstinxit, cui similis reipublicæ impendebat.

ulla varietate discessio;[n] surrexit, ut scitis,[4] Attilius hic Gavianus: nec ausus est, cum esset emtus, intercedere; noctem sibi ad deliberandum postulavit.[o] Clamor senatus,[p] querelæ, preces, socer ad pedes[q] abjectus. Ille se affirmare, postero die moram nullam esse facturum. Creditum est: discessum est. Illi interea deliberatori merces, longa interposita nocte, duplicata est. Consecuti dies pauci[r] omnino Januario mense, per quos senatum haberi liceret; sed tamen actum nihil, nisi de me.

XXXV. 75. Cum omni mora, ludificatione, calumnia, senatus auctoritas impediretur, venit tandem[5] concilii de me agendi dies, VIII kalendis Febr. Princeps rogationis,[s] vir mihi amicissimus, Q. Fabricius, templum[t] aliquanto[6] ante lucem[u] occupavit. [*p.* 20.] Quietus eo die Sextius,[7]

et Orell. habent *dixissent.* Pro verbis *dixisset fieretque* usque ad *auctoritas impediretur* in ψ tantum legitur *dixissent,* in C H S T χ *sine ulla varietate dixissent,* in Franc. Dresd. et ed. pr. *dixisset sine ulla varietate.*—4 Hervag. Lamb. *sciatis.*

CAP. XXXV. 5 In C H S T, Franc. Dresd. et ed. pr. deest *tandem.* Tum, *consilii* Franc. Junt. Hervag. Naug. Vocem *concilii* de sententia Garatoni et Ernesti Orellius uncis inclusit. In Lamb. ed. 1566. legitur *venit tandem in comitio de me agendi.* Abramius conjecit legend. *concilii de me habendi.* Pro *VIII* C T habent *nonus,* et Junt. *nono.* Porro, Ern. *kalendis:* alii *kal.* vel *kalendas.* Denique, Junt. *Februarii.*—6 Franc. *C. Fabricius,* et T *tem-*

NOTÆ

[n] *Fieretque discessio*] Omnes senatores ibant in partem eorum, qui reditum Ciceronis postulabant: qui enim aliter sentiebant, in aliam partem transibant.

[o] *Ad deliberandum postulavit*] Licet tribunis fas esset intercedere, et tempus ad deliberandum postulare, tamen illius spatium poterat a senatu circumscribi.

[p] *Clamor senatus*] Clamor factus est a senatu contra tribunum indignante.

[q] *Socer ad pedes*] Moris id fuit apud antiquos, cum supplicarent, ut ejus, quem precarentur, caput, manum dextram, et genu contingerent. Socer autem Attilii, Cn. Oppius, ad generi sui pedes abjectus est.

[r] *Dies pauci*] Nec a Kalendis Januarii ad XVIII Kal. Febr. quotidie senatum habere fas est, propter dies comitiales; nec unquam ad VIII kal. Feb. propter legem Pupiam. Cic. Epist. ad Fam. I. 4. et ad Q. Fratr. II. 11.

[s] *Princeps rogationis*] Q. Fabricius princeps rogationis de Ciceronis reditu dicitur, quia prior rogationem tulit de illo, cui omnes alii magistratus subscripserunt.

[t] *Templum*] Per templum rostra intelligit, quia omnis locus auguriis consecratus templum dicebatur.

[u] *Ante lucem*] Occupavit rostra ne

is, qui est de vi reus: actor hic defensorque causæ meæ, nihil progreditur, consilia expectat inimicorum meorum. Quid illi,[8] quorum consilio P. Sextius in judicium vocatur? quo se pacto gerunt?[9] Cum forum,[x] comitium,[y] curiam,[z] multa de nocte, armatis hominibus ac servis plerisque[10] occupavissent, impetum faciunt in Fabricium, manus afferunt, occidunt nonnullos, vulnerant multos. 76. Venientem in forum, virum optimum et constantissimum, M. Cispium, tribunum plebis, vi depellunt; cædem in foro maximam faciunt:[1] universique, destrictis gladiis et cruentis, in omnibus fori partibus, fratrem meum, virum optimum, fortissimum, meique amantissimum, oculis[2] quærebant, voce poscebant: quorum ille telis libenter, in tanto luctu, ac desiderio mei, non repugnandi,[3] sed moriendi causa corpus obtulisset suum, nisi suam vitam ad spem mei reditus reservasset.[4] Subiit tamen vim illam nefariam consceleratorum latronum: et, cum ad fratris salutem a populo Romano deprecandam[5] venisset, pulsus e rostris,[a]

plum aliquantulum.—7 Al. *Sestius.*—8 χ *illorum.*—9 *Quo se spectato ger.* C H S χ: *quo se spectatum ger.* Franc. Dresd. et ed. pr.—10 Gulielmius suspicabatur *operisque* legend.—1 Verba *Venientem in forum . . . max. faciunt* absunt a C H S T χ ψ, Franc. Dresd. et ed. pr. Deinde, *universique districtis* habent C H et nonnullæ edd. vett.—2 Pro verbis *fortissimum . . . oculis*, quæ C H S χ omittunt, in T ψ *oculis* tantum legitur.—3 Schutz. e Ms. Hotomanni recepit *depugnandi.* In C H S T χ, Franc. Dresd. et ed. pr. desunt verba *in tanto luctu . . . moriendi causa.*—4 Post *reservasset* in χ ψ additur *pulsus tamen e rostris in comitio.* Verba *Subiit tamen vim . . . deprec. venisset* in C H S T, Franc. Dresd. et ed. pr. omittuntur.—5 Naug. Manut. Car. Steph. *deprecandumque* cum defectus signo. Lamb. *a P. R. implorandam deprecandamque.* Tum, *pulsus tamen* C H S T, Hervag. 'Fortasse *tandem*,'

NOTÆ

aditu a Clodianis prohiberetur; nam ante lucem agere cum populo legibus fas non erat.

[x] *Forum*] Forum locus et platea fuit, ubi judicia fiebant, agebatur cum populo, et conciones habebantur.

[y] *Comitium*] Comitium locus fuit fori sacratior in faucibus Sacræ Viæ situs. Comitium autem dictum est, quod eo coibant comitiis curiatis, et litium causa.

[z] *Curiam*] Curia Romæ fuit locus, ubi senatus cogebatur; qualis curia Hostilia, Pompeia, et Julia fuit. Curia vero in municipiis et coloniis locus erat, in quo consilium publicum habebatur.

[a] *Rostris*] Rostris, id est, e suggestu ante curiam Hostiliam posito,

in comitio jacuit, seque servorum et libertorum[b] corporibus obtexit, vitamque tum[6] suam noctis et fugæ præsidio, non juris judiciorumque defendit. 77. Meministis tum, judices, corporibus civium Tiberim compleri,[7] cloacas[c] referciri, e foro spongiis effingi[n][8] sanguinem, ut omnes tantam illam copiam, et tam magnificum apparatum, non privatum, aut plebeium, sed patricium et prætorium[d] esse arbitrarentur. XXXVI. Nihil, neque[9] ante hoc tempus, neque hoc ipso turbulentissimo die, criminationis esse in Sextium.[10] Atqui vis in foro versata est. Certe: quando enim major? Lapidationes persæpe vidimus: non ita sæpe, sed nimium tamen sæpe gladios: cædem vero tantam, tantos acervos corporum exstructos, nisi forte illo Cinnano atque Octaviano[e] die, quis unquam in foro vidit? qua ex concertatione[1] animorum?[f] Nam ex pertinacia,

[n] *Exprimi.*

ait Orell.—6 In H S T χ, Ven. 1483. Junt. deest *tum.*—7 C et Hervag. *repleri.* In χ deest. Mox, al. *refarciri.* In C H S T χ, Franc. Dresd. et ed. pr. non leguntur verba *e foro .... arbitrarentur.*—8 Edd. nonnullæ ante Lamb. *effundi.*

CAP. XXXVI. 9 *Nihil neque* e Ms. dederunt Lamb. Grut. Ern. Schutz. et Orell. Ceteri *Nihilque neque.* Ern. conjecit legend. *Nihil itaque,* aut simile quid.—10 Naug. Lamb. Grut. *criminamini Sextium:* Abram. ed. *criminandum Sextium:* nonnulli ap. Lamb. *criminationis est in Sext.* Hervag. et Cam. omittunt *esse,* unde Orell. uncis inclusit. Pro *criminationis,* Ern. legi maluit *criminis.* Verba *Atqui vis in foro* usque ad *sanguine saginantur* absunt a C H S T χ, Franc. Dresd. et ed. pr.—1 Lamb. *vidit, sine aliqua conc.*

NOTÆ

unde orationes suas habebant oratores.

[b] *Servorum et libertorum*] Suorum libertorum et servorum, qui pro comitii foribus pernoctarunt, corporibus, Q. Cicero se texit, quia gladios ad eum defendendum non habebant.

[c] *Cloacas*] Cloacæ meatus subterranei fuere, quibus ad Tiberim aqua corrivatur: ex earum structura, ait Dionysius Halicarnassus imperii Romani magnitudinem judicari.

[d] *Patricium et prætorium*] Appium Pulchrum notat, qui et patriciæ gentis erat, et præturam eo anno gerebat. Hic enim eos gladiatores, quos in funere Marci propinqui sui daturus erat, P. Clodio fratri suo commodavit.

[e] *Cinnano atque Octaviano*] Ab illo die, quo Cinna et Cn. Octavius coss. inter se dissidentes, magnam civium stragem ediderunt, (de quo Velleius, lib. II.) nunquam tanta cædes facta est.

[f] *Qua ex concertatione animorum*] Affert hic causas omnes seditionum; vel enim oriuntur illæ ex animorum concertationibus, vel ex tribuno qui contra legem intercedit, vel ex ipso

aut constantia intercessoris, oritur sæpe seditio, culpa atque improbitate latoris, commodo aliquo imperitis, aut largitione proposita: oritur ex concertatione magistratuum: oritur sensim ex clamore primum; deinde aliqua discessione [o] [2] concionis: vix, sero et raro ad manus pervenitur: nullo vero verbo facto,[g] nulla concione advocata, nulla lege recitata, concitatam [3] nocturnam seditionem, quis audivit? 78. An verisimile est,[4] ut civis Romanus, aut homo liber quisquam cum gladio in forum descenderit ante lucem, ne de me ferri pateretur, præter eos, qui ab illo pestifero ac perdito cive [h] jampridem reipublicæ sanguine saginantur? Hic jam [5] de ipso accusatore [i] quæro, qui P. Sextium queritur cum multitudine [6] in tribunatu, et cum præsidio magno fuisse, num illo die fuerit. Certe, certe [7] non fuit. Victa igitur est causa reipublicæ, et victa, non auspiciis,[k] non intercessione,[l] non suffragiis; [m] sed vi, manu, ferro: nam, si obnuntiasset Fabricio is prætor, qui se servasse de cœlo [8] dixerat; accepisset respublica [n] pla-

[o] *Dissensione.*

Orell. conjecit *concitatione* legend.—2 Orell. suspicatur *dissensione* legend.—3 Hervag. *nulla lege, tam concitata:* Lamb. *nulla lege promulgata, concitatam.* In Mss. nonnullis et edd. ante Grut. deest *recitata.*—4 Verba *An verisimile est* Lambino suspecta erant.—5 *Saginabantur* Pantagathus, et *Hic etiam* C H S T χ, Franc. Dresd. et ed. pr.—6 Voces *cum multitudine* in Franc. et ed. pr. desunt.—7 *Certe* semel tantum legitur in C H S T χ, et edd. ante Grut. Verba *Victa igitur . . . læsisset* absunt a C H S T χ.—8 *Is tribunus*

NOTÆ

legislatore qui contra intercessorem suam legem tueri vult, quique multa commoda sperare imperitæ multitudini jubet; vel ex concertatione magistratuum, vel ex clamore qui fit a populo, &c.

[g] *Nullo vero verbo facto, &c.*] At nihil horum factum est; nullam enim Fabricius aut Cispius occasionem pugnæ aut seditionis dederunt.

[h] *Perdito cive*] Clodius civis erat tam perditus, ut seditionibus aleretur.

[i] *Ipso accusatore*] M. Tullius Albinovanus accusabat Sextium de vi.

[k] *Auspiciis*] Non enim aliquis magistratus renuntiavit se spectasse de cœlo, aut signum aliquod cœleste observavisse, quo impediretur ne lex ferretur de Ciceronis reditu: nam obnuntiationibus leges impediebantur.

[l] *Non intercessione*] Nullus magistratus aut tribunus plebis intercessit.

[m] *Non suffragiis*] Nulla suffragia populi contra legem illam de Cicerone fuerunt, quibus lex antiquabatur.

[n] *Accepisset respublica*] Magnam qui-

gam, sed eam, quam acceptam gemere posset:[9] si intercessisset collega Fabricio, læsisset rempublicam, sed rempublicam jure læsisset. Gladiatores tu novicios,[o] pro expectata ædilitate suppositos, cum sicariis[10] e carcere emissis ante lucem immittas?[1] magistratus templo dejicias?[2] cædem maximam facias? forum purges?[p][3] et, cum omnia vi et armis egeris,[4] accuses eum, qui se præsidio munierit, non ut te oppugnaret, sed ut vitam suam posset defendere?[5]

XXXVII. 79. Atqui ne ex eo quidem[6] tempore id egit Sextius, ut a suis munitus, tuto[7] in foro magistratum gereret, rempublicam administraret. Itaque fretus sanctitate tribunatus,[p] cum se non modo contra vim et ferrum, sed etiam contra verba[8] atque interfationem[q] legibus sacratis[r]

[p] *Vacues.*

plebis, qui servasse de cœlo edd. ante Lamb. *is prætor, qui se servaturum esse de cœlo* Schutz. recepit e conjectura Ernesti.—9 Schutz. e conjectura cujusdam ap. Ursinum edidit *gemere, non queri posset.*—10 *Gladiatores tu supponas cum sicariis* C H S T χ, Franc. Dresd. et edd. ante Hervag.—1 *Ante lucem in forum immittas* C H S χ, Barb. et edd. ante Grut. cum Orell. sic etiam T, Franc. Dresd. et ed. pr. nisi quod habeant *emittas.*—2 C H S T χ et edd. ante Naug. *ejicias.*—3 Manutius legi maluit *spurces.* Schutz. de sententia Ernesti uncis inclusit voces *forum purges.*—4 C T *omnia vim et armis egeris:* χ *omnia armis gesseris.*—5 In T desunt verba *posset defendere.*

Cap. XXXVII. 6 Pro verbis *Atqui ne ex eo quidem* (quæ in T χ desunt) C H ψ, Dresd. ed. pr. Ven. 1480. Junt. habent *Ex eo autem;* S et edd. vett. pleræque *Ex eo.* In Franc. legitur *Ex eo temp. autem quid egit Sextius, nisi ut a suis, &c.*—7 C *tute.* Post *foro* Naug. Cam. Manut. Græv. Lall. addunt *tum;* χ, Franc. Pal. 9. Ms. Vict. edd. Rom. Ven. utraque, Grut. *tuo.* Gulielm. legi maluit *tuto in foro tamen mag.* et Garaton. *tuto in foro suum mag.* In Dresd. omittuntur verba *tuto in foro tum mag. ger.* Ante *rempublicam* C H S T χ, Franc. et edd. ante Naug. repetunt verba *ut a suis munitus.*—8 Voces

NOTÆ

dem plagam accepisset respublica, sed non tantam quantam accepit, cum vis facta est: quia obnuntiatione et intercessione, quæ legitimæ sunt, in republica allata fuisset; at nunquam vis est legitima.

[o] *Tu novicios*] Novicii gladiatores dicebantur, qui nondum satis erant a lanistis eruditi: hos autem fingebat Clodius se pro ædilitate, quam expectabat, comparasse.

[p] *Sanctitate tribunatus*] Sacrosancti habebantur tribuni plebis, quos violare nefas fuit, non solum ferro et vi, sed etiam verbis et interfatione.

[q] *Interfationem* [*intercessionem*] Legunt alii *interfationem.* Fas autem non fuit tribuno plebis loquenti interfari, seu interloqui.

[r] *Legibus sacratis*] Sacratæ leges

esse armatum putaret, venit in templum Castoris: obnuntiavit consuli:[s] cum subito[9] manus illa Clodiana, in cæde civium sæpe jam victrix, exclamat,[10] incitatur, invadit: inermem atque imparatum tribunum alii gladiis adoriuntur, alii fragmentis septorum[t] et fustibus:[1] a quibus hic, multis vulneribus acceptis, ac[2] debilitato corpore et contrucidato, se abjecit exanimatus: neque ulla alia re ab se mortem, nisi opinione mortis[u] depulit.[3] Quem cum jacentem et concisum[4] plurimis vulneribus extremo spiritu exsanguem et confectum viderent; defatigatione magis et errore,[5] quam misericordia et modo, aliquando cædere destiterunt. 80. Et causam dicit[q] Sextius de vi?[6] Quid ita? quia vivit. At id[7] non sua culpa: plaga una illa extrema defuit; quæ[8] si accessisset, reliquum spiritum exhausisset. Accusa Lentidium:[x] non percussit locum:[9] [y]

[q] *Defendit se.*

cum se non . . . verba absunt a T. Mox, *interfectionem* Mss. et edd. ante Junt. *intercessionem* Junt. Hervag. *interfationem* Lamb. et edd. seqq. e conjectura Turnebi. Hotom. legi maluit *insectationem*, aut aliud quidpiam ejusmodi. 'Sed undenam constat de voc. *interfatio*, nisi e Quintil. IV. 2. 50.? ubi ad hanc conj. Turnebianam, quam maxime dubiam, recurrit Spalding. In oratione tam fœde corrupta *interfectionem* oriri poterat etiam ex voc. *interpellationem*, quod vocab. est Tullianum.' *Orell.*—9 ψ *subita.*—10 C S T χ ψ, Franc. *exclamabat.*—1 ψ *et etiam fust.*—2 *Ac* suspectum est Garatono.—3 Ven. 1480. Junt. *repulit.*—4 Eædem edd. *conscissum.* Deinde, S T χ *pluribus.* Post *vulneribus* Franc. addit *acceptis.*—5 Margo Crat. et Henr. Steph. *mag. et terrore.*—6 χ *de vita.*—7 H S T χ ψ *Et id.*—8 C *qui.*—9 Pro *locum* Ven. 1483. habet *eum;* Junt. *ad letum.* Tum, *maledicto* χ: *maledicite* ψ. Pro

NOTÆ

sunt, quas plebs dicitur jurata in Monte Sacro sancivisse; vel, ut Festus ait, 'sacratæ leges dicebantur, quibus sancitum erat, ut si quis adversus eas fecisset, sacer alicui Deorum esset.'

[s] *Consuli*] Quis fuerit ille consul, non liquet: neque enim credibile est Metello aut Lentulo obnuntiasse, cum uterque pro Cicerone staret; nisi fortasse obnuntiaverit aliqua alia de causa.

[t] *Fragmentis septorum*] Forum, comitium, et Campus Martius septis ligneis, ad instar cancellorum claudebantur.

[u] *Nisi opinione mortis*] Sextius simulavit se mortuum, ut mortem evitaret, quæ ei a Clodianis inferretur.

[x] *Lentidium*] Lentidius mortem inferre Sextio voluit.

[y] *Percussit locum*] Non vulneravit Sextium in ea parte corporis, ubi eum ferire oportebat, ut interficeretur.

maledicito Sabinio, homini Reatino,[z] cur tam[10] tempori exclamarit occisum. Ipsum vero quid accusas? num defuit gladiis? num repugnavit?[1] Num, ut gladiatoribus[a] imperari solet, ferrum non recepit? XXXVIII. An hæc ipsa vis est, non posse emori? an illa, quod tribunus plebis templum[b] cruentavit? an, quod, cum esset ablatus, primumque resipuisset,[2] non se referri jussit? Ubi est crimen, quod reprehenditis? 81. Hic quæro, judices, si illo die gens ista Clodia,[3] [c] quod facere voluit, effecisset; si P. Sextius, qui pro occiso relictus est,[4] occisus esset; fuistisne ad arma ituri? fuistisne vos ad patrium illum animum, majorumque virtutem excitaturi? fuistisne aliquando rempublicam a funesto latrone[d] repetituri?[5] an etiam tunc quiesceretis, cunctaremini, timeretis, cum rempublicam a facinorosissimis sicariis, et a servis esse oppressam atque occupatam[6] videretis? [*p.* 21.] Cujus igitur mortem ulcisceremini, siquidem liberi esse, et habere[7]

Sabinio, quod C H S T χ, et edd. ante Hervag. omittunt, Naug. et Lamb. habent *Sabino*; unus Pal. *Salinio*. 'Pantagathus ex vestigiis antiquæ scripturæ *maledic Titio Sabino*, et recte. Ego autem pro *Titio* mallem *Titurio*.' Ursin.—10 Pro *tam* C T et Franc. habent *tanto*. Deinde, *tempore* C S T χ, Franc. Pall. sex, et edd. ante Hervag. *temere* Vict. Manut. Hervag. Lamb. Vid. Nott. Varr. Denique, *exclamaret* C H S T et Franc.—1 Nonnullæ edd. vett. *repudiavit*.

Cap. XXXVIII. 2 *Recepisset* T: *resipisceret* ed. 1472. Ven. 1480. Junt. *resipisset* C S χ ψ, Erf. Gemb. sex Pall. edd. Rom. Ven. 1483. Ald. Naug. Grut. Græv. Oliv. et Orell.—3 *Clodiana* C H S T χ, Franc. edd. pleræque ante Naug. cum Orell. qui pro *gens* suspicatur *manus* legend.—4 H S χ non habent *est*.—5 H *erepturi*.—6 '*Oppr. atque occupatam*] Habent quidem istud plerique Pall. sed nonus præfert *occultam*, neque secus Gembl. aut Ms. Vict. Gulielmius conjicit *conculcatam* sive *occulcatam*; quod ultimum non displi-

NOTÆ

[z] *Reatino*] Reate oppidum est in Sabinis, cujus origo ad Aborigines refertur.

[a] *Gladiatoribus*] Cum gladiatores in arena populo non satisfecerant pugnando, præbere guttur, ut interficerentur, a lanista, eorum magistro, jubebantur.

[b] *Templum*] Sextius Castoris templum sanguine suo cruentavit, cum se furori consulis opposuit, et ejus legi intercessit.

[c] *Gens ista Clodia*] Appium Clodium pungit, ad quem illi gladiatores pertinebant.

[d] *Funesto latrone*] Clodium latronem dicit, quia misere rempublicam opprimebat.

rempublicam cogitaretis; de ejus virtute viri[8] quid vos loqui, quid sentire, quid cogitare, quid judicare oporteat, dubitandum[9] putatis? 82. At vero illi ipsi parricidæ,[e] quorum effrænatus furor alitur impunitate diuturna, adeo vim facinoris sui perhorruerant, ut, si paulo longior opinio mortis Sextii fuisset, Gracchum illum[f] suum, transferendi in nos[10] criminis causa, occidere cogitarint. Sensit rusticulus[g] non incautus, (neque enim homines nequam[1] tacere potuerunt) suum sanguinem quæri ad restinguendam invidiam[2] facinoris Clodiani: mulionicam[3] pænulam[h] arripuit, cum qua primum Romam ad comitia[i] venerat: messoria se corbe[4] contexit. Cum quærerent alii Numerium,[5] alii Quintium, gemini nominis[k] errore servatus est. Atque hoc scitis omnes,[6] usque adeo hominem in periculo fuisse, quoad scitum sit[7] Sextium vivere: quod nisi esset patefactum paulo citius quam vellem, non illi[8] quidem morte

cet.' *Grut.*—7 Lamb. legi maluit *et aliquam hab.*—8 *Vivi* vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. qui id recepit; et sic legend. conjecit Beier, Fragmm. Cic. p. 61.—9 C H S χ *judicandum.* Mox, χ ψ *An vero.*—10 Franc. *vos.*—1 In H S T χ ψ deest *nequam.* Deinde, Ern. suspicabatur *potuerant* legend.—2 C H S T χ ψ *quærunt*, et χ *ad restituendam invid.*—3 *Mulioniam* Mss. plerique et edd. ante Lamb. *multoniam* C S χ: *multoriam* Franc. *multa jam* T: *multo mea* ψ. Tum, *plenulam* C ψ: *penula* T.—4 ψ *corve.*—5 *Numerum* S χ et Pall. plerique: *Numenium* T et Pal. 9. non improbante Grutero: *Numeium* ed. pr. 'Cum *Numerius* sit prænomen, consentaneum erat ut pro *Quintium* legeretur *Quintum*: sed infra § 94. recurrit *Numerius*, nominis, non prænominis loco. Accedo nunc Grutero, corruptum utrobique hoc judicanti. Cf. Weiske Clar. Vir. Epp. p. 44.' *Orell.* in Addend.—6 ψ *Atque hæc*, et C *satis omnes.*—7 C H S T χ et edd. ante Hervag. *est.* Mox, C H S T χ, Ven.

NOTÆ

[e] *Parricidæ*] Parricida hic sumitur pro eo qui voluit tribunum occidere, quia non modo sacrosanctus est ille magistratus, sed etiam pater plebis.

[f] *Gracchum illum*] Numerium Quintium intelligit, quem facete Gracchum appellabant; de quo supra, § 72. not.

[g] *Sensit rusticulus*] Numerius rusticulus dicitur, quia incognitus se ex Gracchorum familia jactitabat.

[h] *Mulionicam pænulam*] Pænula mulionica vestis est rusticana arcendis pluviis idonea, qua muliones utebantur.

[i] *Romam ad comitia*] Ignobilem et rusticum hunc Numerium fuisse declarat; utpote qui habitu rustico veniebat ad comitia.

[k] *Gemini nominis*] Prænomen Numerii nomen appellat.

mercenarii[1] sui transferre potuissent invidiam in quos[9] putabant, sed acerbissimi sceleris[m] infamiam grato[10] quodam scelere[n] minuissent.[1] 83. Ac, si tunc P. Sextius, judices, in templo Castoris animam, quam vix retinuit, edidisset;[r] non dubito, quin, si modo esset in republica senatus, si majestas populi Romani revixisset, aliquando statua[2] [o] huic, ob rempublicam interfecto, in foro statueretur. Nec vero illorum quisquam, quos a majoribus nostris, morte obita, positos in illo loco, atque in rostris collocatos videtis,[3] esset P. Sextio aut acerbitate mortis, aut animo in rempublicam[4] præponendus: qui, cum causam civis calamitosi, causam[5] amici, causam bene de republica meriti,[6] causam senatus,[p] causam Italiæ, causam reipublicæ suscepisset; cumque auspiciis religionique parens obnuntiaret, quod senserat;[7] luce, palam, a nefariis pestibus[8] in Deorum hominumque conspectu esset occisus, sanctissimo in templo, sanctissima in causa, sanctissimo in magistratu.[q] Ejus igitur vitam quisquam[9] spoliandam ornamentis esse dicet, cujus mortem ornandam monumento sempiterno putaretis?

[r] *Reddidisset.*

1483. Junt. Lamb. *quod ni esset.*—8 C H T χ ψ *nonnulli.*—9 H *invidia*, et ψ *in quod.*—10 C *gracco.*—1 C *meminissent:* H *lenissent:* T *munivissent.*—2 χ *statuam.*—3 *Videtis* non est in H.—4 C H *in reip. animo:* Hervag. *in remp. animo.*—5 χ non habet *causam.*—6 C T *causam bene reip. mer.* Franc. et ed. pr. *causam reip. mer.* Tum, T χ, Franc. Dresd. et ed. pr. *causam senatoris.* Verba *causam sen., causam Italiæ, causam reip.* in C et H desunt. In T verba *causam reipublicæ* tantum omittuntur.—7 In χ legitur *suscep.; causam auspiciis religionique obnuntiasset, quod sens.* Pantagathus correxit *renuntiaret, quod servarat.*—8 C *testibus.*—9 C H χ *quisnam.*

NOTÆ

[l] *Mercenarii*] Mercenarium vocat Numerium, quia a Clodio corruptus ad suam factionem venerat.

[m] *Acerbissimi sceleris*] Intelligit scelus de morte Sextii.

[n] *Grato scelere*] Id est, morte Numerii Quintii, qui tribunus plebis erat.

[o] *Statua*] Mos fuit, ut qui pro republica mortem obierant, iis statuæ in foro prope rostra ponerentur.

[p] *Causam senatus*] Senatus causa, Italiæ, et reipublicæ cum Ciceronis reditu conjungebatur; quia senatus, cum tota Italia, et bonis omnibus, Ciceronis reditum optabat.

[q] *Sanctissimo in magistratu*] Tribunatus sacrosanctus erat, neque impune a quoquam violari debebant tribuni.

XXXIX. 84. Homines, inquit,[r] emisti, coëgisti, parasti. Quid uti faceret?[s] senatum obsideret? cives indemnatos[s] expelleret?[10] bona diriperet? ædes incenderet? tecta disturbaret? templa Deorum[t] immortalium inflammaret? tribunos plebis[u] ferro e rostris[1] expelleret? provincias, quas vellet,[x] quibus vellet, venderet? reges appellaret?[y] rerum capitalium[z] condemnatos in liberas civitates per legatos nostros reduceret?[2] principem civitatis[a] ferro obsessum teneret? hæc ut efficere posset, quæ fieri, nisi armis oppressa[3] republica, nullo modo poterant, idcirco, credo, manum sibi P. Sextius et copias[4] comparavit. At nondum erat maturum: nondum res ipsa[5] ad ejusmodi præsidia viros bonos compellebat: pulsi nos eramus, non omnino ista manu sola, sed tamen non sine ista: vos taciti mœrebatis.[6] 85. Captum erat forum anno superiore,[b] æde Castoris, tanquam arce aliqua, a fugitivis occupata: silebatur: omnia hominum, cum egestate,[7] tum audacia per-

[s] *Ad quid faciendum?*

CAP. XXXIX. 10 *Cives in domos exp.* Franc. *cives indomitos exp.* Dresd. Deinde, Franc. *bona dissiparet.*—1 C *foro et rostris.*—2 Pro verbis *in liberas civitates per leg. nostros reduceret*, (quæ absunt a C S T χ, Franc. Dresd. et ed. pr.) in H tantum legitur *restitueret.*—3 H *obsessa.*—4 χ *et sibi copias.* —5 Hervag. *dum res ipsa.* In C H S T χ, Franc. Dresd. ed. pr. Med. Ascens. Crat. omittuntur verba *at nondum erat maturum . . . mentio nulla.*— 6 *Mirabamini* Argentor. 1543. Mich. Bruti Planciana 1585. Lamb. Godofredus: *mærebamini* Hervag. Naug. Manut. Car. Steph. Grut. *merebamini* Mss.

NOTÆ

[r] *Homines, inquit*] Objectio Albinovani, et occupatio, quam solvit ironia, et exornat.

[s] *Cives indemnatos*] Ciceronem indemnatum expulit Clodius sine ullo judicio.

[t] *Templa Deorum*] Clodius templum Nympharum incendit.

[u] *Tribunos plebis*] Cum factus est impetus in Fabricium et Cispium, tribuni plebis venientem in forum vi depulerunt.

[x] *Provincias quas vellet*] Clodius Macedoniam Pisoni dedit, Syriam Gabinio.

[y] *Reges appellaret*] Clodius Brogitarum regem appellari voluit a populo.

[z] *Rerum capitalium*] Exules condemnatos Byzantium reducit Clodius.

[a] *Principem civitatis*] Pompeium indicat, quem per sicarium voluit occidere: unde postea caruit foro.

[b] *Anno superiore*] Coss. Lentulo et Metello, VIII kal. Feb. nam tum Milo et Serranus tribuni fuerunt.

ditorum, clamore, concursu, vi, manu gerebantur: perferebatis.[8] Magistratus templis pellebantur:[c] alii omnino aditu ac foro prohibebantur:[d] nemo resistebat. Gladiatores ex prætoris[e] comitatu, comprehensi, in senatum introducti, confessi, in vincula conjecti a Milone, emissi[9] a Serrano:[f] mentio nulla. Forum[10] corporibus civium Romanorum constratum cæde nocturna. Non modo nulla nova quæstio,[g] sed etiam vetera judicia[h] sublata. Tribunum plebis[i] plus viginti vulneribus acceptis jacentem moribundumque vidistis: alterius tribuni[k] plebis, divini[1] hominis, (dicam enim quod sentio, et quod mecum sentiunt omnes) divini, insigni quadam, inaudita, nova magnitudine animi, gravitate, fide præditi, domus est oppugnata[2] ferro, facibus, exercitu Clodiano. XL. 86. Et tu hoc loco laudas Milonem,[l] et jure laudas: quem enim unquam virum tam immortali virtute[3] vidimus? qui, nullo præmio proposito, præter hoc, quod jam contritum[m] et contemtum

ap. Lamb.—7 Schutz. *tum eg.*—8 Hervag. Cam. Manut. Lamb. *ferebatis.*—9 Edd. ante Grut. *missi.*—10 C H S T χ *Cum forum:* Franc. Dresd. et edd. vett. nonnullæ *At cum forum.* Mox, C H S T χ *Rom. esset constr.*—1 Ven. 1483. Junt. Hervag. *divina.* In Franc. *quod mecum sentiunt omnes boni, insigni quadam.*—2 Franc. *expugnata.*

NOTÆ

[c] *Magistratus pellebantur*] De Fabricio superius dictum est § 75.

[d] *Prohibebantur*] M. Cispius, cum veniret in forum, depulsus est.

[e] *Ex prætoris*] Appius Clodius gladiatores comparaverat ad funus Marci consanguinei.

[f] *Emissi a Serrano*] Cum gladiatores in vincula conjecti essent a Milone, liberati sunt a Serrano.

[g] *Nova quæstio*] Cum propter casum aliquem insignem, qualis tum fuit, quæstio acciderat, solebat ferri ad populum, ut certus ejus criminis quæsitor extra ordinem crearetur.

[h] *Vetera judicia*] Lege Plautia quæstio constituta est contra eos qui vim publicam armatis hominibus fecissent: sed hæc lex sublata est, cum Metellus Nepos consul, Appius Clodius prætor, Serranus tribunus plebis, edictum proposuerunt, ne Clodius, de vi accusatus a Milone, reus adesset, aut de ipso quæreretur.

[i] *Tribunum plebis*] Sextium multis affectum vulneribus, quasi mortuum reliquerunt.

[k] *Alterius tribuni*] Milonis domus oppugnata est a Clodianis.

[l] *Laudas Milonem*] Alloquitur Albinovanum, qui Sextium accusabat.

[m] *Jam contritum*] Hoc dicit, quia nemo judicium bonum tanti facit, ut hoc ad recte agendum præmio ducatur.

putatur, judicium bonorum, omnia pericula, summos labores, gravissimas contentiones inimicitiasque suscepit? [*p.* 22.] qui mihi unus ex omnibus civibus videtur re docuisse, non verbis, quid oporteret[4] a præstantissimis viris in republica fieri, et quid necesse esset:[5] oportere hominum audacium,[6] [n] eversorum reipublicæ sceleri, legibus et judiciis resistere. Si leges non valerent, judicia[7] non essent; si respublica vi, consensuque audacium, armis oppressa teneretur; præsidio et copiis defendi vitam et libertatem necesse esse. Hoc sentire, prudentiæ est: facere, fortitudinis: et[8] sentire vero, et facere, perfectæ cumulatæque virtutis. 87. Adiit ad[t] rempublicam tribunus plebis, Milo: de cujus laude plura dicam, non quo aut ipse hæc dici, quam existimari malit, aut ego hunc laudis fructum præsenti libenter impertiam,[9] præsertim cum verbis consequi non possim:[10] sed quod existimo, si Milonis causam accusatoris voce collaudatam probaro, vos in hoc crimine parem Sextii causam existimaturos. Adiit igitur T. Annius ad causam reipublicæ, sic ut civem patriæ recuperare vellet ereptum. Simplex[1] causa,[o] constans ratio, plena consensionis omnium, plena concordiæ. Collegas adjutores[p] habebat; consulis alterius summum studium,[q]

[t] *Amplexus est.*

CAP. XL. 3 Post *virtute* T et edd. ante Grut. addunt *præditum.*—4 *Quid oporteat* Barb. Ven. 1480. Junt. *et quid oporteret* Car. Steph. et Lamb. Tum, *a præstantibus viris* Franc. Barb. Car. Steph. Lamb. et Orell.—5 ψ *aut quid nec. esset.*—6 H ψ *audacium.* Mox, *sceleribus* C H S T, Franc. Dresd. et edd. ante Naug. cum Græv. Lall. et Orell.—7 Lamb. *si jud.*—8 C H S T et ed. Hervag. cum Græv. omittunt copulam ante *sentire.*—9 In T *impartiar:* χ *in patriam.*—10 C S χ *possum.*—1 Edd. vett. *sicut civem patriæ recuperare te velle, te remp. tum simplex, &c.* Manut. conjecit *sic ut civem patriæ recuperare vellet, reipub. civem. Simplex, &c.* Robortellus Emend. l. II. correxit *sic, ut*

NOTÆ

[n] *Oportere hominum audacium*] Platonis præcepta de republica profert.

[o] *Simplex causa*] Simplex causa dicitur, quæ unam tantum complectitur actionem: sic id unum spectabat Milo, ut reipublicæ commodis inserviret.

[p] *Collegas adjutores*] Exceptis Serrano et Quintio, Sextius reditus Ciceronis omnes collegas suos adjutores habebat.

[q] *Alterius summum studium*] P. Len-

alterius animus[r] pæne placatus. De prætoribus unus alienus:[s] senatus incredibilis voluntas: equitum Romanorum animi ad causam excitati, erecta Italia. Duo soli erant emti ad impediendum: qui si, homines despecti et contemti, tantam rem sustinere non potuissent; se causam, quam susceperat, nullo labore peracturum videbat. Agebat auctoritate,[t] agebat consilio, agebat per summum ordinem,[u] agebat exemplo bonorum et fortium[2] civium: quid republica, quid se dignum esset, quis ipse esset,[3] quid sperare, quid majoribus suis[x] reddere deberet, diligentissime cogitarat.[4] XLI. 88. Huic gravitati hominis, videbat ille gladiator,[y] se, si moribus ageret,[z] parem esse non posse: ad ferrum, ad faces, ad quotidianam cædem, incendia, rapinas, se cum exercitu suo contulit: domum oppugnare, itineribus occurrere, vi lacessere, et terrere cœpit. Non movit hominem[a] summa gravitate, summaque constantia; sed quanquam dolor animi, innata libertas, promta excellensque virtus, fortissimum virum hortabantur,[5] vi vim ob-

civem patriæ recuperare vellet. Reipublicæ tum simplex, &c. Verba *Adiit igitur T. Annius ... in reip. periculo pertimesceret* absunt a C H S T χ, Franc. Dresd. ed. pr. Mediol. Ascens. Crat.—2 Junt. Naug. Lamb. et Orell. *bon. ac fort.*—3 *Quis etiam ipse esset* Mss. pauci, ed. 1472. Ven. 1480. Junt. Græv. *quis ipse posset* al.—4 Edd. ante Grut. cum Orell. *cogitabat:* Grut. tacite, et edd. seqq. *cogitarat.*

NOTÆ

tuli studium summum fuit in Milonem.

[r] *Alterius animus*] Q. Metellum Nepotem indicat, qui, licet cum Cicerone rediisset in gratiam, nolebat Clodium fratrem suum accusari a Milone.

[s] *Unus alienus*] Appius Clodius, frater Pub. Clodii, alienus erat a Milone.

[t] *Agebat auctoritate*] In iis est auctoritas, quorum extant in rempublicam merita.

[u] *Per summum ordinem*] Senatum intelligit, qui omnium ordinum supremus fuit.

[x] *Majoribus suis*] Putant aliqui Anniorum gentem e Latio, ex L. Annio Setino, Latinorum prætore, descendisse.

[y] *Ille gladiator*] Clodius dicitur gladiator, quia iis usus erat ad cædem patrandam in foro.

[z] *Si moribus ageret*] Agere moribus, est, legibus more institutoque civitatis agere.

[a] *Movit hominem*] Milo, vir gravis, moveri non potuit minis et terroribus Clodii.

latam, præsertim sæpius, ut frangeret et refutaret; tanta moderatio fuit hominis,[6] tantum consilium, ut contineret dolorem, neque eadem se re ulcisceretur, qua esset lacessitus; sed illum, tot jam funeribus[7] reipublicæ exultantem ac tripudiantem, legum, si posset, laqueis constringeret. 89. Descendit ad accusandum.[b] Quis unquam tam proprie reipublicæ causa;[8] nullis inimicitiis, nullis præmiis, nulla hominum postulatione, aut etiam opinione, id unquam esse facturum?[9] Fracti erant animi hominis: hoc enim accusante pristini illius sui judicii[c] turpitudinem desperabat. Ecce tibi consul, prætor, tribunus plebis, nova novi generis edicta proponunt: Ne reus adsit,[d] ne citetur, ne quæratur, ne mentionem omnino cuiquam judicum aut judiciorum facere liceat. Quid ageret vir ad virtutem, dignitatem, gloriam natus, vi sceleratorum hominum corroborata, legibus judiciisque sublatis? Cervices tribunus plebis privato; præstantissimus vir profligatissimo homini daret? an causam susceptam affligeret?[10] an se domi contineret? Et vinci turpe putavit, et deterreri. Etiam e republica credidit, ut, quoniam[1] sibi in illum legibus uti non liceret, illius vim neque in suo, neque in reipub-

Cap. xli. 5 Car. Steph. Naug. Cam. *hortabatur.*—6 Post *hominis* Lamb. addit *tamen.*—7 Edd. ante Ald. cum Orell. *tot jam in fun.*—8 Vict. Lamb. Manut. *Quis unq. tam proprie? reip. causa, &c.* Grut. *Quis unq. tam propriæ reip. causa? &c.* Vid. Nott. Varr.—9 Ms. Car. Steph. *fact. speravit.*—10 Ern. suspicabatur *amitteret* legend.—1 *Deterreri etiam* eripi rejecit, ut quoniam, &c.* edd. ante Lamb. qui dedit *deterreri. Esse jam e re p. credidit, quoniam,*

NOTÆ

[b] *Descendit ad accusandum*] Milo venit in forum ad accusandum Clodium de vi.

[c] *Pristini illius sui judicii*] Clodius vocatus fuerat in judicium, quod sacra Bonæ Deæ polluisset; sed corruptis judicibus pecunia, vim legum ac judicii evitavit.

[d] *Ne reus adsit, &c.*] Dio scribit, in judicium non adductum fuisse a Milone Clodium, quod nondum creati quæstores essent, per quos judicum sortitionem fieri oportebat: prætori vero consul edixerat, ne ullum judicium fieret antequam sorte judices deligerentur. Quæstores vero creari non poterant, nisi prius ædilicia comitia haberentur, in quibus ædilis P. Clodius creandus erat.

licæ periculo pertimesceret.[2] XLII. 90. Quomodo[3] igitur hoc in genere præsidii comparati accusas Sextium, cum idem laudes Milonem? An, qui sua tecta defendit; qui[4] ab aris, focis,[e] ferrum flammamque depellit; qui sibi licere vult tuto esse in foro, in templo,[f] in curia; qui vitæ præsidium[5] comparat; qui vulneribus, quæ cernit quotidie toto corpore, movetur,[6] ut aliquo præsidio caput, et cervices, et jugulum,[7] ac latera tutetur, hunc de vi accusandum putas? 91. Quis enim vestrum,[g] judices, ignorat, ita naturam rerum tulisse,[8] ut quodam tempore homines, nondum neque naturali neque civili jure descripto, fusi per agros ac dispersi vagarentur, tantumque haberent,[9] quantum manu ac viribus per cædem ac vulnera aut eripere aut retinere potuissent? Qui igitur primi[h] virtute et consilio præstanti extiterunt, ii, perspecto[10] genere humanæ docilitatis atque ingenii, dissipatos[1] unum in locum congregarunt, eosque ex feritate illa[2] ad justitiam atque mansuetudinem transduxerunt. Tum res, ad communem utilitatem, quas publicas appellamus, tum conventicula hominum, quæ postea civitates nominatæ sunt,[3] tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento et divino et

&c. Ceteri ut Ern., e conjectura Lambini.—2 Lamb. *pertimescere.*
Cap. XLII. 3 T *Quo.* In C H S T χ deest *igitur.* Deinde, *in hoc gen.* Junt. Hervag. Lamb.—4 H *quia.* Tum, Græv. e Franc. recepit *focisque.* Paulo post, C et Franc. *depulit.*—5 *Qui jure præs.* H S T χ, Franc. et edd. ante Junt. *jure præsid.*, omisso *qui*, Lall. *vitæ præsid.* Orell. *qui vitæ præsid.* ceteri.—6 C H S χ, edd. Rom. Ven. 1483. Junt. Hervag. Naug. Lamb. Lall. et Orell. *monetur.*—7 χ *jugum.*—8 C *nat. eorum tul.*—9 ψ *tantum hab.*—10 C H S T *hi persp.* Orell. conjecit legend. *ii perspecto toto genere, &c.*—1 Pal. 9. *disputatos:* Gembl. *disparatos.*—2 T *ex ferocitate illa.* Mox, *mansuetudinemque transtulerunt* Franc. *Transtulerunt* quoque habent H S T χ ψ. Deinde, *res comm. util.* C H S χ et al. *res comm. util. continentes* Med. Ald. *res ad comm. util. continentes* Hervag. Naug. Cam. *res ad comm. util. pertinentes*

NOTÆ

[e] *Ab aris, focis*] In his aris et focis sacra sua domestica Diis Laribus faciebant.

[f] *In templo*] In templo, id est, rostris et comitio, quæ loca religiosa habebantur.

[g] *Quis enim vestrum*] Digressio elegans de vi, de injuria et jure, ac de ipsa juris origine.

[h] *Qui igitur primi*] Primus omnium dicitur Cain civitatem ædificasse, ut ex Genes. cap. 4. colligitur.

humano jure,[4] mœnibus sepserunt. 92. Atque inter hanc vitam perpolitam humanitate, et illam immanem, nihil tam interest, quam jus atque vis.[5] Horum utro[u] uti nolimus, altero est utendum. Vim volumus [6] exstingui? jus valeat necesse est, id est, judicia, quibus omne jus continetur. Judicia displicent, aut nulla sunt? Vis dominetur necesse est. Hæc[7] vident omnes: Milo et vidit, et fecit, ut jus experiretur,[i] vim depelleret. Altero uti voluit, ut virtus audaciam vinceret: altero usus necessario [8] est, ne virtus ab audacia vinceretur. Eademque ratio[9] fuit P. Sextii, si minus in accusando, (neque enim per omnes fuit idem necesse fieri [10]) at certe in necessitate defendendæ [1] salutis suæ, præsidioque contra vim et manum comparando.[2]

XLIII. 93. O Dii immortales! quemnam ostenditis[3] exitum nobis? quam spem reipublicæ datis? quotusquisque invenietur tanta virtute vir, qui optimam quamque causam reipublicæ amplectatur? qui bonis viris deserviat?[x] [4] qui solidam laudem veramque[5] quærat? cum sciat, duo illa reipublicæ pæne fata,[y] Gabinium et Pisonem, alterum hau-

[u] *Uno.* [x] *Serviat.* [y] *Duos illos fatales.*

Lamb.—3 Sex Oxonn. Mss. et edd. ante Naug. *nominaverunt.*—4 Naug. Lamb. *et div. jure et hum.* Tum, S T *scripserunt.*—5 ψ *nihil tamen int., quam vis et jus.* Mox, C H S χ *nolumus:* T *noluimus.* In ed. Hervag. *uti volumus, altero est carendum.*—6 C *nolumus.* In C H S T deest *valeat.*—7 Ven. 1480. Junt. Lamb. *Hoc.*—8 ψ *necessarios.* C non habet *est.*—9 Pantagathus suspicabatur legend. *Eadem quoque ratio.*—10 Naug. Lamb. et Orell. *fieri necesse.* Tum, Lamb. *ac certe:* C S χ *ut certe.*—1 H S χ et Hervag. *defensionis.*—2 In C H S T χ ψ Franc. Dresd. et ed. pr. legitur, *manum comparato* (Franc. Dresd. *parato*). *Nam quid ageret vir ad dignitatem et gloriam natus? Agebat auctoritate; agebat consilio* (verba *Ag. auct., ag. cons.* in T desunt); *agebat per summum ordinem; agebat consilio* (χ ψ, Franc. Dresd. ed. pr. *exemplo:*) *bonorum ac fortium civium: quid remp.* (H, Franc. Dresd. ed. pr. *rep.* S χ *r. p.*) *quid se dignum esset* (S *esse*), *quid* (H S χ ψ *quis*) *esse ipse posset* (Franc. Dresd. ed. pr. *quid etiam ipse esset;* T *quid de rep. quid dignum esset*), *quid sperare, quid majoribus suis reddere deberet diligentissime cogitabat.*

Cap. XLIII. 3 C H S χ ψ, Rom. Ven. 1483. *quem jam ostend.* In Dresd. omittuntur verba *quemnam ostend. . . . laudem veramque quærat.*—4 C χ ψ *eserviat.*—5 Græv. tacite edidit *solidam veramque laudem.* Verba *cum sciat duo*

NOTÆ

[1] *Jus experiretur*] Is experiri jus dicitur, qui in judicium vocat, quoniam judiciorum incertus est exitus.

rire [k] quotidie ex pacatissimis atque opulentissimis Syriæ gazis innumerabile pondus auri? bellum inferre quiescentibus, ut eorum veteres illibatasque divitias [z] in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat? villam ædificare in oculis omnium tantam, tugurium ut jam videatur esse illa villa, quam ipse tribunus plebis pictam olim [l] in concionibus explicabat, quo fortissimum ac summum civem in invidiam homo castus,[a] ac non cupidus vocaret? 94. alterum Thracibus [m] ac Dardanis [n] primum pacem maxima pecunia vendidisse? deinde, ut illi pecuniam conficere possent, vexandam his Macedoniam et spoliandam tradidisse? eundemque bona creditorum,[o] civium Romanorum, cum debitoribus Græcis divisisse? cogere pecunias maximas a Dyrrachinis,[p] spoliare Thessalos,[q] certam Achæis [r] in annos singulos pecuniam imperavisse: neque tamen ullo in publico aut religioso loco signum, aut tabu-

[z] *Intactos thesauros.* [a] *Abstinens.*

illa usque ad *accusavit de vi Milonem* absunt a C H S T χ ψ, etiam a Franc. Dresd. et ed. pr. in quibus quoque desunt voces *neque hic tamen ulla unquam*

NOTÆ

[k] *Alterum haurire*] Gabinius ex Syria abstulit quater millies sestertium, qui vulgo numerus revocatur ad denos scutatorum milliones.

[l] *Pictam olim*] Lucullus villas habuit plurimas magnifice exstructas. Cum vero hunc in odium populi Romani vocare vellet, tabulam pro concione ad populum exposuit, in qua picta quædam erat Luculli villa.

[m] *Thracibus*] Thraces populi bellicosissimi fuerunt, quorum in finibus procreatum Martem fuisse veteres crediderc. Ita Arnobius lib. IV.

[n] *Dardanis*] Dardani populi sunt Samothraciæ.

[o] *Bona creditorum*] Cives Romani complures partim in provinciis negotiabantur, et miseris provincialibus pecunias credebant, eosque fœnore trucidabant. At Pisoni lege Clodia permissum est, ut jus in liberos populos de creditis pecuniis diceret: deinde aut jus non dixit, aut ita dixit, ut bonis cives Romanos everteret.

[p] *Dyrrachinis*] Dyrrachium urbs est in ea parte Macedoniæ, quæ Mari Adriatico incumbit, ac portu celebris est.

[q] *Thessalos*] Thessalia regio et pars Macedoniæ, apud Ptolemæum; quam tamen Plinius ab ea distinguit.

[r] *Achæis*] Achæa Sarmatiæ Asiaticæ vicus ad Pontum Euxinum, cujus incolæ Achæi dicti sunt, teste Ptolemæo.

lam, aut ornamentum reliquisse? hos[s] sic illudere,[6] quibus omne supplicium atque omnis jure optimo pœna debetur? reos esse hos duos,[t] quos videtis? omitto jam Numerium, Serranum, Ælium, quisquilias seditionis Clodianæ; sed tamen hi quoque etiam nunc volitant,[b] ut videtis: nec, dum vos de vobis aliquid timebitis illi unquam de se pertimescent.[7] XLIV. 95. Nam quid ego de ædile[8] ipso[u] loquar, qui etiam diem dixit, et accusavit de vi Milonem? Neque hic tamen ulla unquam injuria adducetur, ut eum[9] tali virtute, tantaque firmitate animi se in rempublicam[10] fuisse pœniteat: [p. 23.] sed, qui hæc vident,[1] adolescentes, quonam suas mentes conferent? ille, qui monumenta[2] publica,[x] qui ædes sacras,[y] qui domos inimicorum[z] suorum oppugnavit, excidit, incendit, qui stipatus[3] semper sicariis, septus armatis, munitus indicibus[a] fuit, quorum hodie copia redundat,[4] qui et peregrinam manum[b] facino-

[b] *Ostentant se.*

injuria.—6 Hervag. *Hoc sic includere.* Garaton. legi mavult *Hos sic eludere.* —7 Hervag. *aliquid timetis, illi unquam de se pertimescunt.*

CAP. XLIV. 8 Hervag. Cam. *ædili.*—9 H T *cum.*—10 C ψ *in rep.* Pro *fuisse* T habet *venisse.*—1 Barb. Ven. 1480. Junt. *qui hoc vident.* Mox, ψ *quoniam.*—2 C H S χ ψ *munimenta.* In T desunt verba *qui ædes sacras, qui domos inim. suorum.* Tum, H S χ *expugnavit,* et Lamb. *exscidit.*—3 ψ *stipatis,* et mox *armatus.* In χ *armis.* Deinde, *munitus judicibus* C H, Med. et ed. pr. *municipibus* Franc.—4 *Redundant* C H T: *redundas* S: *redundans* χ ψ.

NOTÆ

[s] *Hos*] Pisonem et Gabinium, quibus propter facinora debetur supplicium, florere queritur.

[t] *Hos duos*] Milonem, qui a Clodio; Sextium, qui ab Albinovano accusantur, opprimi a sceleratis etiam queritur.

[u] *Ædile ipso*] Clodius, qui tunc erat ædilis, Milonem in judicium de vi vocavit.

[x] *Monumenta publica*] Porticum quam Q. Catulus in memoriam victoriæ de manubiis Cimbrorum exstruxerat, intelligit, quam suis ædibus adjungere voluit.

[y] *Ædes sacras*] Ædem nempe Nympharum incendit, et templum Castoris, quod, avulsis gradibus, tanquam arcem occupavit, et replevit hominibus armatis.

[z] *Domos inimicorum*] Oppugnavit Clodius domum Milonis, Ciceronis excidit, et Q. Ciceronis incendit.

[a] *Indicibus*] Indices falsi testes sunt, et accusationum ministri, quos ad manum semper Clodius habuit.

[b] *Peregrinam manum*] Homines ex Etruria collectos intelligit, ad omne facinus paratos.

rosorum concitavit, et servos ad cædem idoneos emit, et in tribunatu carcerem [c] totum in forum effudit, volitat ædilis,[5] accusat eum,[d] qui aliqua ex parte ejus [6] furorem exultantem repressit: hic, qui se est tutatus sic, ut in privata re Deos penates suos, in republica jura tribunatus auspiciaque[7] defenderet, accusare eum moderate, a quo ipse nefarie accusatur, per senatus auctoritatem non est situs.[c]

96. Nimirum hoc illud est, quod de me potissimum tu [8] in accusatione quæsisti, quæ esset nostra natio [e] optimatium:[f] sic enim dixisti. Rem quæris [9] præclaram juventuti ad discendum, nec mihi difficilem ad perdocendum: de qua pauca, judices, dicam; et, ut arbitror, nec ab utilitate eorum, qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa P. Sextii abhorrebit oratio [10] mea. XLV. Duo genera semper in hac civitate fuerunt eorum, qui versari in republica, atque in ea se excellentius gerere studuerunt:[1] quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates et haberi et esse voluerunt. Qui ea, quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini jucunda esse volebant, populares:[2] qui autem ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique probarent,[3] optimates habebantur. 97. Quis ergo iste optimus quisque?[4] De numero si quæris, innumerabiles: neque

[c] *Permissus.*

Verba *qui et peregr. . . . in forum effudit* absunt a C S χ ψ, Franc. et ed. pr.—5 Franc. *ædibus.*—6 H S T χ ψ non agnoscunt *ejus.*—7 Naug. Cam. Lamb. *atque auspicia:* C H S χ ψ *auspicia* sine copula.—8 In χ deest *tu.*—9 χ ψ *quæritis.* Ante *præclaram* C H S T addunt *et.*—10 Pro *oratio* in χ legitur *causa.*

CAP. XLV. 1 'Rectius *studerent.*' Ern.—2 χ *mult. juc. esse vol., esse pop.*—3 χ ψ, Rom. Ven. utraque, Ald. Naug. *probarentur.*—4 *Quis ergo iste opt.*

NOTÆ

[c] *Carcerem*] Clodius eduxit servos tum ex carcere, tum ex ergastulis, quos in forum emisit ad turbandas conciones.

[d] *Accusat eum*] Conqueritur quod Milonem accusat Clodius, qui ejus furoribus obstitit.

[e] *Nostra natio*] Natio quandoque in malam partem sumitur.

[f] *Optimatium*] Digreditur Cicero ad optimates; etenim quinam essent, a Cicerone quæsierat Albinovanus: huic itaque respondet.

enim aliter stare possemus. Sunt principes consilii publici:[g] sunt, qui eorum sectam sequuntur: sunt maximorum ordinum homines,[h] quibus patet curia: sunt municipales,[i] rusticique[k] Romani: sunt negotia[5] gerentes:[l] sunt etiam libertini[m] optimates. Numerus, ut dixi,[6] hujus generis, late et varie diffusus est: sed genus universum (ut tollatur error) brevi circumscribi et definiri potest. Omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt, nec natura[7] improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Esto igitur,[8] ut hi sint, (quam tu nationem appellasti) quiqui[9] integri sunt, et sani, et bene de rebus domesticis constituti. Horum qui voluntati, commodis, opinioni in gubernanda republica[10] serviunt, defensores optimatium; ipsique optimates[1] gravissimi et clarissimi cives numerantur,[2] et principes civitatis. 98. Quid est igitur propositum his reipublicæ gubernatoribus,[3] quod intueri, et quo cursum suum diri-

quisquis? H S: *quis ergo ist. opt. quis?* χ ψ et Oliv. *quis ergo optimus iste? quis?* edd. vett. pleræque: *qui ergo isti optimates? qui?* Lamb. 1566. et Schutz. *qui ergo isti? optimus quisque* Orell. e conjectura. Ceteri ut Ern. In C H S T et edd. vett. omittitur præpositio ante *numero.*—5 *Negotii* C T, Pal. 1. 2. 4. 8. Ven. 1480. Lamb. et Orell.—6 Verba *ut dixi* non sunt in C H S T χ ψ.—7 Junt. Lamb. *neque nat.*—8 Mss. nonnulli ap. Lamb. *Est igitur:* al. *Ei igitur.* Post *hi sint* in Ms. Ursini et edd. vett. paucis additur *optimates.*—9 Pro *quiqui* C H S T, Ven. 1483. Junt. Hervag. Naug. habent *et qui;* ψ *si qui;* Manut. Lamb. Oliv. et Orell. *qui et.* A Mss. quibusdam et edd. vett. absunt verba *quiqui integri sunt ... constituti.*—10 C *in gubernacula reip.*—1 ψ *ipsi quoque opt.*—2 ψ *muniuntur:* edd. vett. *nominantur.* In T χ et Franc. legitur, *et clarissimi numerantur principes civitatis.*—3 C *guber-*

NOTÆ

[g] *Principes consilii publici*] Principes consilii publici sunt qui inter senatores, vel rebus gestis, vel virtutis gloria, excellebant.

[h] *Maximorum ordinum homines*] Maximi ordines fuerunt senatus, et equester ordo.

[i] *Municipales*] Aul. Gellius XVI. 13. sic municipes describit: 'Municipes sunt cives Romani ex municipiis, legibus suis et suo jure utentes, muneris tantum cum populo Romano honorarii principes: a quo munere capessendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, neque ulla populi Romani lege astricti, ni, inquam, populus eorum fundus factus est.'

[k] *Rusticique*] Per rusticos colonos intelligit, et eos cives qui in pagis agriculturæ causa habitabant.

[l] *Negotia gerentes*] Maxima fuit multitudo Romanorum, qui in variis mundi partibus negotia gerebant.

[m] *Libertini*] Libertini sunt, qui ex justa servitute nati sunt.

gere debeant? Id quod [4] est præstantissimum, maximeque optabile omnibus [5] sanis, et bonis, et beatis, cum dignitate otium. Hoc qui volunt, omnes optimates; qui efficiunt, summi viri, et conservatores civitatis putantur. Neque enim rerum gerendarum dignitate homines efferri ita convenit, ut otio non prospiciant; [6] neque ullum amplexari otium,[7] quod abhorreat a dignitate. XLVI. Hujus autem otiosæ dignitatis hæc fundamenta sunt, hæc membra, quæ tuenda principibus, et vel capitis periculo defendenda sunt: religiones, auspicia, potestates magistratuum, senatus auctoritas,[8] leges, mos majorum, judicia, jurisdictio, fides, provinciæ, socii, imperii laus, res militaris, ærarium. 99. Harum rerum tot atque tantarum esse defensorem et patronum, magni animi [9] est, magni ingenii, magnæque constantiæ. Etenim in tanto civium numero magna multitudo est eorum, qui aut [10] propter metum pœnæ,[n] peccatorum suorum conscii, novos motus conversionesque reipublicæ quærant; aut qui, propter insitum quendam animi furorem, discordiis civium ac seditione pascantur; aut qui, propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint, quam suo, deflagrare. Qui cum auctores sunt et duces suorum studiorum vitiorumque nacti, in republica fluctus excitantur; ut vigilandum sit iis, qui sibi gubernacula patriæ depoposcerunt, enitendumque omni scientia [1] ac diligentia, ut, conservatis his, quæ ego paulo ante fundamenta ac membra [2] esse dixi, tenere cursum possint et capere otii

nantibus.—4 ψ *Ita quod:* χ *Id quo.*—5 C H S T χ, Hervag. omittunt *omnibus.* —6 C H S ψ *ut otio prosp.* omisso *non.*—7 C H *odium.* Tum, ψ *abhorreret.* In C et S deest præpositio ante *dignitate.*

Cap. XLVI. 8 χ *auctoritates.* In T deest *harum.*—9 χ *magnanimi.*—10 Car. Steph. *aut qui.* In C H S T χ ψ, Franc. Dresd. et ed. pr. omittuntur verba *Etenim in tanto ... portum et dignitatis.*—1 Hotom. conjecit *omni studio* legend. prob. Ern.—2 Post *membra* Lamb. solus addit *otiosæ dignitatis.*—

NOTÆ

[n] *Propter metum pœnæ*] Causam significat, quæ Tiberium Gracchum ab optimatibus alienavit; quia nempe judicii de se futuri formidine ab optimatibus, quorum pater princeps ac defensor perpetuo fuerat, defecit.

illum portum et dignitatis. 100. Hanc ego viam, judices, si aut asperam, aut arduam,[3] aut plenam esse periculorum aut insidiarum[4] negem, mentiar; præsertim cum id non modo intellexerim semper, sed etiam præter ceteros senserim.[o] XLVII. Majoribus præsidiis[p] et copiis oppugnatur respublica, quam defenditur, propterea quod audaces homines et perditi nutu impelluntur; et ipsi etiam sponte sua contra[5] rempublicam incitantur: boni (nescio quomodo) tardiores sunt, et, principiis rerum neglectis, ad extremum ipsa denique necessitate excitantur; [*p.* 24.] ita ut nonnunquam cunctatione ac tarditate, dum otium volunt etiam[6] sine dignitate retinere, ipsi[7] utrumque amittant. 101. Propugnatores autem reipublicæ qui esse voluerunt,[8] si leviores sunt, desciscunt; si timidiores, desunt:[9] permanent illi soli, atque omnia reipublicæ causa perferunt, qui sunt tales, qualis pater tuus, M Scaure,[q] [r] fuit, qui a Graccho[10] usque ad Q. Varium[s] seditiosis omnibus restitit; quem nulla unquam vis, nullæ minæ,

3 H S T ψ et edd. ante Lamb. cum Orell. *asp. atque ard.*—4 Garaton. suspic. *peric. atque insid.* legend.

CAP. XLVII. 5 In C deest *contra.*—6 Idem Ms. *et.*—7 *Ipsi* Garatono suspectum est.—8 T *volunt.* Verba *si leviores sunt . . . perm. illi soli atque* absunt a C H S T χ ψ, Franc. Dresd. et ed. pr.—9 Hervag. Cam. *desinunt.* Græviis suspicabatur Ciceronem scripsisse *deserunt.* Orell. notavit *desunt* ut corruptum.—10 *A C. Graccho* χ, Hervag. Naug. Car. Steph. Lamb. Tum, *ad C. Marium* Hervag. Vict. Manut. Lamb. In C H S T ψ, Franc. Dresd.

NOTÆ

[o] *Præter ceteros senserim*] Sensit id, et expertus fuit Cicero in consulatu, quando ei fuit seditiosis civibus resistendum.

[p] *Majoribus præsidiis*] Improbi acriores ad evertendam rempublicam, quam boni ad conservandam solent esse.

[q] *Pater tuus, M. Scaure*] M. Scaurus, princeps senatus, semper in republica defendenda constans fuit. Itaque Saturnini tumultu armatus in comitio constitit: cum ingredi vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putavit.

[r] *M. Scaure*] Prætor tunc erat Scaurus, et apud eum hæc causa agebatur.

[s] *Ad Q. Varium* [*ad C. Marium*] Hunc septimum consulatum gerentem hortatus est, ut contra Saturninum, tribunum plebis, libertatem legesque manu defenderet, statimque sibi jussit arma afferri; quibus allatis ultima senectute confectum corpus induit, spiculoque innixus ante fores curiæ constitit.

nulla invidia [1] labefecit; aut qualis Q. Metellus,[t] patruus matris tuæ; qui, cum florentem hominem in populari ratione, L. Saturninum, censor notasset, cumque insitivum [2] Gracchum [u] contra vim multitudinis incitatæ censu prohibuisset, cumque in eam legem, quam non jure rogatam judicarat, jurare unus noluisset; [x] de civitate maluit, quam de sententia demoveri; [3] aut (ut vetera exempla, quorum est copia digna hujus imperii gloria, relinquam, neve eorum aliquem, qui vivunt, nominem) qualis nuper Q. Catulus [y] fuit; quem neque periculi tempestas, neque honoris aura [z] potuit unquam [4] de suo cursu, aut spe, aut metu demovere. XLVIII. 102. Hæc imitamini,[5] per Deos immortales! qui dignitatem, qui laudem, qui gloriam quæritis. Hæc ampla sunt, hæc divina,[6] hæc immortalia: hæc fama celebrantur, monumentis [7] annalium mandantur, posteritati propagantur. Est labor: non nego. Pericula magna; fateor. 'Multæ insidiæ sunt [d] [a] bonis:' [8] verissime dictum est.

[d] *Fiunt.*

et ed. pr. desunt verba *a C. Graccho usque ad Q. Varium.*—1 C H S T *ulla invid.* Car. Steph. et Lamb. *quem nunquam ulla vis, ullæ minæ, ulla invid.* Mox, verba *cum florentem hominem . . . unus noluisset* omittuntur in C H S T χ, Franc. Dresd. et ed. pr.—2 Hervag. Cam. *insititium.*—3 Al. *dimoveri.*—4 C *hon. causa pot.* et T *nunquam.* Post *cursu* C H S T χ, Franc. et edd. ante Naug. addunt *vitæ.* Deinde, *removere* T, Franc. et ed. pr. *dimovere* al.

CAP. XLVIII. 5 ψ *imitemini.*—6 Verba *hæc divina* non sunt in C et Franc. In ed. pr. legitur *hæc ampla sunt, hæc immortalia, hæc divina.*—7 Franc. *hæc monum.*—8 *'Multæ insidiæ sunt bonis, &c.*] Hos versiculos sic constitui partim cum Hervag., in qua hic locus primum comparet, partim cum Bothe Poëtæ Scen. p. 283. *Multa*, ut *insidiæ* sit num. sing. conjecit Bothe. Cf. Planc. c. 24. Ceterum Garaton. illa quoque *Est labor, pericula*

NOTÆ

[t] *Q. Metellus*] Numidicus scilicet.

[u] *Insitivum Gracchum*] C. Quintius Gracchus Tiberii se Gracchi filium mentitus est: quo mendacio plebem usque eo decepit, ut tribunus plebis designaretur.

[x] *Jurare unus noluisset*] Postquam lex per trinundinum promulgata esset, et ad extremum perlata, cives omnes in ejus verba jurabant.

[y] *Q. Catulus*] Q. Catulus filius ejus fuit, qui cum Mario consul fuit, quique statim post Ciceronis consulatum periit.

[z] *Honoris aura*] Aura significat proprie splendorem et felicem propitiumque ventum.

[a] *Multæ insidiæ sunt*] Sententiæ desumtæ sunt ab Accio poëta, qui Æacum, Jovis filium, hæc suis liberis præcipientem induxit.

'Sed, te id,[9] quod multi invideant, multique expetant, Inscitia sit,'[10] inquit, 'postulare, si tu laborem summa cum cura efferas[e] [1] Nullum.' Idem alio loco dixit, quod exciperent improbi cives, 'Oderint, dum metuant.'[b] 103. Præclara enim illa præcepta dederat juventuti. Sed tamen hæc via, hæc ratio[2] reipublicæ capessendæ,[f] olim erat magis pertimescenda, cum multis in rebus multitudinis studium ad populi[3] commodum ab utilitate reipublicæ discrepabat. Tabellaria lex[c] ab L. Cassio ferebatur. Populus libertatem[d] agi putabat suam. Dissentiebant principes;[e] et in salute optimatium, temeritatem multitudinis, et tabellæ licentiam[f] pertimescebant. Agrariam[g] Ti. Grac-

[e] *Afferas.* [f] *Gubernandæ.*

magna poëtæ (Attio) tribuit, quasi fuerit versiculus, *Est labos, pericla magna, multæ ins. sunt bonis:* verius tamen e Planciana huc refertur, *Vigilandum est semper: multæ ins. sunt bonis.*' Orell. In C H S T χ, Franc. Dresd. ed. pr. Med. omittuntur verba *Est labor* usque ad *maxime commovebatur*, § 105.—9 '*Sed id*] Sic Hervag. optima auctoritate, Bothe. *Sed te id* Naug. Cam. Lamb. seqq.' *Orell.*—10 '*Inscitia sit*] Veteres codices habent partim *inscita sunt;* plane mendose; sed hinc conjiciunt quidam legend. *inscitum sit:* partim *instutia sit*, unde feci olim *stultitia sit:* nunc vulgatum, *inscitia*, retineo.' *Lamb.* Gembl. Hervag. *inscitia est*, ut volebat Bothe: Pal. 9. *inscientia est.* Mox, pro *si tu* Pal. 9. habet *suum;* Ms. Vict. *si tui*, Gulielm. tentabat *si tuum.* Bothe conjecit legend. *Te postulare, si lab.* unde Orell. dedit *expetant, inscitia est, (inquit,)* | *Te postulare, si lab.*—1 Schutz. e conjectura Abramii recepit *afferas.*—2 Hervag. Cam. *hæc via, ratio;* unde Orell. conjecit legend. *hæc via ac ratio.*—3 Schutz. et Orell. e conjectura Lambini receperunt *stu-*

NOTÆ

[b] *Oderint, dum metuant*] Ex eodem poëta desumta sententia, quæ a Tullio et Seneca usurpatur.

[c] *Tabellaria lex*] Lex tabellaria, quæ et Cassia dicta est, lata fuit a L. Cassio tribuno plebis, Lepido et Mancino coss. anno urbis 616. nempe ut judices sententias, quas voce dicebant, tabellis ferrent.

[d] *Populus libertatem, &c.*] Populus legem illam in primis probabat, quia liberius suam sententiam ferebat.

[e] *Dissentiebant principes*] Non probabant hanc legem optimates, quia vita et fortunæ occultis illis populi suffragiis committebantur.

[f] *Tabellæ licentiam*] Longe major est licentia, ubi per tabulas datur suffragium.

[g] *Agrariam*] Lex illa Licinia quoque dicta est, a Licinio lata A. U. C. 377. ne quis plus quingenta jugera agri, centum pecoris majoris capita, quingenta minoris possideret. Hanc legem restituit Tib. Sempronius Gracchus trib. pleb. P. Mucio Scævola et L. Calpurnio coss. A. U. C. 620. ne quis ex publico agro plus quingenta jugera possideret, quorum tamen dimidium filiis habere liceret: ut, si

chus legem ferebat.4 Grata erat populo: fortunæ constitui tenuiorum videbantur. Nitebantur contra optimates, quod ea discordiam 5 excitari videbant: et, cum locupletes possessionibus diuturnis moverentur, spoliari rempublicam propugnatoribus arbitrabantur. Frumentariam [h] legem C. Gracchus ferebat. Jucunda res plebi Romanæ: 6 victus enim suppeditabatur large sine labore. Repugnabant boni, quod et ab industria plebem ad desidiam avocari putabant, et ærarium exhauriri videbatur. XLIX. Multa etiam nostra memoria, quæ consulto prætereo, fuerunt in ea contentione, ut popularis cupiditas a consilio principum dissideret. 104. Nunc jam 7 nihil est, quod populus a delectis principibusque dissentiat: [g] nec flagitat rem ullam, neque novarum rerum est cupidus, et otio suo, et dignitate optimi cujusque, et universæ reipublicæ gloria delectatur. Itaque homines seditiosi ac turbulenti, quia nulla jam largitione populum Romanum concitare possunt, quod plebs perfuncta gravissimis seditionibus ac discordiis otium malle 8 videatur, conductas habent conciones: [i] neque id agunt, ut ea dicant, aut ferant, quæ illi velint audire, qui in concione sunt; sed pretio ac mercede perficiunt, ut quicquid dicant, id illi velle audire videantur. 105. Num vos existimatis, Gracchos, aut Saturninum, aut quenquam illorum veterum,

[g] *Separet.*

dium ac populi.—4 Lamb. *Agrariam legem Ti. Gracchus ferebat.*—5 Hervag. Cam. et Orell. *quod et disc.*—6 In ed. Hervag. *Romanæ* omittitur.

CAP. XLIX. 7 Pro *jam* Hervag. habet *tamen*, et Lamb. *autem.*—8 *Otium*

NOTÆ

quis latius agrum patefaceret, triumviri quotannis data opera creati judicarent, qua publicus ager, qua privatus esset.

[h] *Frumentariam*] Frugum decimæ prius solvebantur populo Romano; quas quæstores vendebant, et pecuniam ex iis collectam ad ærarium deferebant. Gracchus tulit legem, N. Fulvio et M. Plautio coss. A. U C. 628. ut semisse et triente frumentum menstruum plebi ex publico viritim daretur. Appian. de Bello Civ. Velleius lib. II. Plutarch. in vitis.

[i] *Conductas habent conciones*] Id est, conducunt homines pretio, ut veniant in conciones, et simulent se suffragiis suis comprobare, quæ dicuntur ab illis popularibus.

qui populares habebantur, ullum unquam in concione habuisse conductum?[k] Nemo habuit: ipsa enim largitio, et spes commodi propositi, sine mercede ulla multitudinem concitabat. Itaque temporibus illis, qui populares erant, offendebant illi quidem apud graves et honestos homines, sed populi judiciis atque omni significatione florebant.[l] His in theatro plaudebatur: hi suffragiis, quod contenderant, consequebantur. Horum homines nomen, orationem, vultum, incessum amabant. Qui autem adversabantur ei generi, graves et magni homines[9] habebantur; sed valebant in senatu multum, apud bonos viros plurimum: multitudini jucundi non erant: suffragiis offendebatur[m] sæpe eorum voluntas; plausum vero, etiamsi quis eorum aliquando acceperat, ne quid peccasset, pertimescebat. Attamen, si qua res erat major, idem ille populus horum auctoritate maxime commovebatur.

L. 106. Nunc, nisi me fallit, in eo statu civitas est, ut, si operas[h] conductorum[10] removeris, omnes idem de republica sensuri esse videantur. Etenim tribus locis significari maxime populi Romani judicium ac voluntas potest, concione,[n] comitiis,[o] ludorum[p] gladiatorumque consessu.[1] Quæ concio fuit per hos annos, quæ quidem esset non con-

[h] *Servos.*

ferre male Hervag. *otium fere malle* Cam. et Orell.—9 Hervag. *homines* omisit.

CAP. L. 10 Wolf. malebat *operas conductas*, ut § 113. Deinde, *removeritis*

NOTÆ

[k] *Habuisse conductum*] Habebant illi pecunia conductos homines, ut probare se simularent leges quas volebant ferre.

[l] *Significatione florebant*] Cum in theatrum populares homines veniebant, populus, ad benevolentiam significandam, plausus dabat.

[m] *Suffragiis offendebatur*] Sæpe optimates repulsam ferebant, cum petebant magistratus.

[n] *Concione*] In foro conciones apud populum habebantur.

[o] *Comitiis*] In Campo Martio cum populus conveniebat ad comitia, ad ferenda suffragia, leges approbandas, et creandos magistratus.

[p] *Ludorum*] In theatro ubi ludi scenici et gladiatorii habebantur: in his omnibus conductos pecunia homines habebant.

ducta, sed vera, in qua populi Romani consensus perspici non [2] posset? Habitæ sunt multæ de me a [3] gladiatore [q] sceleratissimo, ad quas nemo adibat incorruptus, nemo integer: nemo illum fœdum vultum [r] aspicere, nemo furialem vocem bonus audire poterat.[4] Erant, erant illæ conciones perditorum hominum necessario turbulentæ. 107. Habuit de eodem me [s] P. Lentulus consul [5] concionem. Concursus est populi Romani [6] factus: omnes ordines, tota in illa concione Italia constitit.[7] [t] Egit causam summa cum gravitate copiaque dicendi, tanto silentio, tanta approbatione omnium, nihil ut unquam videretur tam populare ad populi Romani aures accidisse. Productus est ab eo Cn. Pompeius,[u] qui se non solum auctorem meæ salutis,[8] sed etiam supplicem populo Romano exhibuit. Hujus oratio et pergravis, et grata concioni [9] fuit. Sic contendo, nunquam neque sententiam ejus auctoritate, neque eloquentiam jucunditate, fuisse majore.[10] 108. Quo silentio sunt auditi de me ceteri principes civitatis! quos idcirco [1] non appello hoc loco, ne mea oratio, si minus de aliquo dixero,

Franc.—1 C S ψ, Franc. ed. pr. et Med. *consensu.*—2 Ern. Schutz. et Orell. addiderunt *non* e conjectura Lambini. Ceteri omittunt.—3 In C S T deest præpositio ante *gladiatore.* Tum, T. *gladiatorie.* Post *sceleratissimo* C H S addunt *contiones;* T *compericione;* ψ et edd. ante Naug. cum Orell. *conciones.* In χ legitur *sceleratissimæ conciones.*—4 In C H S T ψ, Franc. ed. pr. Med. verba *nemo illum fœdum ... audire poterat* omittuntur. Tum, C H S T ψ habent *Erant enim illæ, &c.*—5 In χ deest *consul.*—6 ψ *populus Ro.*—7 C H S T χ, Franc. ed. pr. Med. non agnoscunt verba *omnes ord., tota in illa conc. Italia const.*—8 χ *suæ sal.*—9 '*In concionibus* sex Oxonn. Mss. cod. Steph. Ven. 1483. Junt. *in concione* Crat. Hervag. Cam. Fuitne, *in concione omnibus?*' Orell.—10 Ern. Schutz. et Orell. *majore* e conjectura Ursini et Augustini. Ceteri *majorem.* Verba *Sic contendo ... fuisse majore* non leguntur in C H S

NOTÆ

[q] *A gladiatore*] Clodium nominat gladiatorem.

[r] *Fœdum vultum*] Pulcher fuit Clodius, sed fœdum eum vultu appellat ob perditissimos mores.

[s] *De eodem me*] De Cicerone revocando ab exilio in patriam concionem habuit Lentulus.

[t] *Italia constitit*] Ex omnibus Italiæ municipiis et urbibus legati missi fuerant ad revocandum Ciceronem.

[u] *Productus est ab eo Cn. Pompeius*] Concionandi potestatem de Cicerone permisit Pompeio. Neque enim privato civi fas fuit agere et concionari apud populum, nisi facultatem illam habuisset a magistratu, a quo producebatur.

ingrata;[2] si satis de omnibus, infinita esse videatur. Cedo[3] nunc ejusdem illius inimici mei, de me eodem, ad verum[4] populum in Campo Martio[x] concionem. Quis non modo approbavit,[5] sed non indignissimum facinus putavit, illum non dicam loqui, sed vivere ac spirare? quis fuit, qui non ejus voce maculari rempublicam,[6] seque, si eum audiret, scelere astringi arbitraretur? LI. 109. Venio ad comitia,[y] sive magistratuum placet, sive legum. Leges videmus sæpe ferri multas. Omitto eas, quæ feruntur ita, vix ut quini, et hi ex alia[7] tribu, qui suffragium ferant, reperiantur. De me,[z] quem tyrannum, atque ereptorem libertatis esse dicebat, in illa ruina[8] reipublicæ dicit se legem tulisse. Quis est, qui se, cum[9] contra me ferebatur, inisse[i] suffragium confiteatur? Cum autem[a] de me eodem ex senatusconsulto, comitiis centuriatis, ferebatur, quis est, qui non profiteatur se affuisse, et suffragium de salute mea tulisse? Utra igitur causa popularis debet videri; in qua

[i] *Dedisse.*

T χ et edd. ante Hervag.—1 T *quos quorum idc.*—2 Post *ingrata* C T χ ψ, Franc. Hervag. addunt *sit.*—3 χ *Credo.*—4 Voces *ad verum* in T ψ desunt, cum spatio.—5 ψ *non modo non appr.*—6 C *resp.* et mox C χ *si cum aud.* Franc. *si tum aud.*

CAP. LI. 7 Pro *alia* Pal. 9. Erf. Gembl. habent *aliena;* Hervag. Cam. et Orell. *ima.* Augustinus conjecit *una* legend. Verba *Leges videmus sæpe . . . ferant, reperiantur* absunt a C H S T χ ψ, Franc. et ed. pr.—8 C H S T χ, Franc. et ed. pr. *illa ruina* sine præpositione.—9 ψ omittit *se cum.* Mox,

NOTÆ

[x] *In Campo Martio*] In Campo Martio veri tantum, et non perditi cives; locupletes, non miseri, distribuebantur in suas classes, audituri conciones, quæ pro capite civis habebantur.

[y] *Ad comitia*] In comitiis eligebantur magistratus, et leges ferebantur.

[z] *De me*] Tulit Clodius, ut M. Tullio Ciceroni, quod falsum senatusconsultum retulisset, quod cives Rom. indemnatos necasset, aqua et igni interdictum esset, &c. At ostendit Cicero eam legem non esse, quia contra auspicia et per vim lata est, et quia verbis legitimis concepta non fuit.

[a] *Cum autem*] Cum de Ciceronis reditu lex ferebatur, ea lata est ex senatusconsulto a Lentulo consule, comitiis centuriatis in Campo Martio: at quæ contra Ciceronem a Clodio, neque ex senatusconsulto, neque comitiis centuriatis, neque in Campo Martio perlata est: quare injuste, et per vim lata est, ideoque nulla haberi debet.

omnes honestates civitatis,[k] omnes ætates,[10] omnes ordines una consentiunt? an in qua furiæ concitatæ, tanquam ad funus reipublicæ, convolant? 110. An, sicubi [l] aderit Gellius, homo et fratre indignus, viro clarissimo, [atque optimo consule,[1]] et ordine equestri, cujus ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit;[b] id erit populare? Est enim homo iste populo Romano deditus. Nihil vidi magis: qui cum ejus adolescentia in amplissimis honoribus summi viri, L. Philippi,[c] vitrici,[d] florere potuisset,[2] usque eo [m] non fuit popularis, ut bona solus comesset. Deinde ex impuro adolescente et petulante, posteaquam rem paternam ab idiotarum [e] divitiis [3] ad philosophorum regulam [f] perduxit; Græculum [g] se atque otiosum putari voluit; studio literarum se subito dedidit. Nihil sane Attæ juvabant:[4 h] anagnostæ,[i] libelli etiam pro vino sæpe oppigne-

[k] *Omnes honesti cives.* [l] *Si.* [m] *Ita.*

pro *inisse* in eodem Ms. legitur *quis est qui non profitebatur.*—10 In T deest *civitatis*, et in H desunt *omnes ætates.* Manutius delevit verba *omnes honestates*, ut Faërnus volebat. Pro *honestates* Orell. conjecit *potestates* legend.—1 Verba *atque optimo cons.* omittunt χ ψ, Franc. et edd. ante Hervag. cum Schutz. et ea spuria esse censebat Ern. Manutius conjecit legend. *atque optimo cive.*—2 In C H χ ψ, Franc. ed. pr. Med. Ascens. Hervag. omittuntur verba *Est enim homo . . . florere potuisset;* et ab iisdem Mss. et edd. absunt verba *Deinde ex impuro* usque ad *anagnostæ.*—3 Pantagathus correxit *deliciis.* —4 *Nihil sane a te juvabant* Pal. 9. *nihil sane a te juvabatur* edd. vett. ple-

NOTÆ

[b] *Ornamenta confecit*] Gellius abligurivit bona quæ per ornamenta explicat. Hæc autem equestris dignitatis fuere, ut quadringenta millia sestertium haberet ex censu.

[c] *L. Philippi*] Philippus ille summus fuit orator; de quo lib. III. de Oratore. De eodem agetur orat. de Prov. Cons.

[d] *Vitrici*] Vitricus pater est conjugis. Vitricus vero Gellii fuit, quia matrem Gellii duxerat uxorem.

[e] *Idiotarum*] Idiotæ homines imperiti sunt, qui vulgarem quandam sine modo vivendi rationem sequuntur.

[f] *Ad philosophorum regulam*] Philosophi doctrina instructi et temperati exquisitum quoddam vitæ genus accurate servant.

[g] *Græculum*] Græculos vocabant Romani, qui se philosophiæ studiis applicabant, ut ex Plut. patet in Cicerone.

[h] *Attæ juvabant*] Atta cognomentum fuit familiæ Quintianæ Numerianæ, e qua fuit ille Titus Quintius, comicus poëta, qui circa Olymp. 175. floruit, et de quo Horat. Epist. II. loquitur. Itaque per Attas intelligit orator Quintium Numerium, et alios, qui cum eo, contra Sextium, Gellio et Clodio favebant.

[i] *Anagnostæ*] Anagnostæ servi fuere Græco hoc nomine appellati, quo-

rabantur. Manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. Itaque semper versabatur in spe rerum novarum: otio[5] et tranquillitate reipublicæ consenescebat. LII. Ecquæ seditio unquam fuit, in qua non ille princeps? ecqui seditiosus, cui ille non familiaris? ecquæ turbulenta[6] concio, cujus ille non concitator? cui bene dixit unquam bono? bene dixit? immo, quem fortem et bonum civem non petulantissime est insectatus? qui, ut credo, non libidinis causa, sed ut plebicola[7] videretur,[k] libertinam duxit uxorem. 111. Is de me suffragium tulit, is affuit, is interfuit epulis[l] et gratulationibus parricidarum. In quo tamen est me ultus, cum illo ore inimicos est meos suaviatus:[n] [8] [m]

[n] *Osculatus.*

ræque: *nihil sane te juvabant* Hervag. Nonnulli ap. Lamb. legi voluerunt *nihil sane arte juvabatur,* vel *arte adjuvabatur,* vel *chartæ adjuvabant;* alii *nihil sane te juvabant anagnostæ.* Pantagathus correxit *nihil sane a re juvabatur.* Abramius conjecit *nihil sane Atticæ juvabant;* et J. F. Gronov. *nihil sane ea re juvabatur.* Schutz. legi maluit *nihil ganeonem istæ juvabant.*—5 Hervag. et Orell. *vers. in rerum novarum cogitatione: otio, &c.* In C H S χ, Franc. et edd. pr. non leguntur verba *Itaque semper vers. . . . .* usque ad *suaviatus,* § 111.

Cap. LII. 6 Lamb. *Ecqua sed. . . . . ecquis sed. . . . . ecqua turb.*—7 Edd. paucæ *poplicola.*—8 Hervag. et Naug. *In quo tum est * ne ullus cum illo reo inimicus? est meus Savoniatus* (Naug. *suaviatus*): Vict. et Steph. *In quo tamen est ne ullus cum illo reo inimicus est meus suaviatus*.* In Ms. Ursini legitur *In quo tamen quid esset, quamobrem inimicus ille esset meus, qui quasi, &c.* Lamb. et edd. seqq. e conjectura Pantagathi, *In quo tamen est me ultus, cum illo ore inimicos est meos suaviatus. Qui quasi, &c.* Turnebus conjecit legend. *In quo tamen nullus tum illum ore inimicus est meus suaviatus. Qui quasi, &c.*—

NOTÆ

rum opera in legendis libris utebantur. Horum meminit Cornelius Nepos in Attici vita: 'Namque in ea familia erant pueri literatissimi, anagnostæ optimi, et plurimi librarii.'

[k] *Plebicola* [*publicola*] *videretur*] Quemadmodum Valerius, primi consulis collega, Publicola dictus est, quod fasces et imperium populo submiserit; ita Gellium ridicule appellat Publicolam, quod, contemtis nobilibus mulieribus, ex ima plebe mulierem duxerit.

[l] *Epulis*] Interfuit epulis quas Clodius cum consulibus Pisone et Gabinio post Ciceronis discessum celebrarunt. Hos vero nominat parricidas, quod Ciceronem, patrem patriæ appellatum, ejecerunt.

[m] *Est suaviatus*] Suaviatus, id est osculatus; mos enim fuit apud illos veteres, ut cum gratulari aliquid alicui vellent, oscularentur. Unde Martialis Epigr. I. 4. 'Audieris cum grande sophos et basia captas.' Ait autem, quod hic homo se Ciceronem de his consulibus ultus fuit, cum eos impuro ore et putido osculatus est.

qui, quasi mea culpa bona[9] perdiderit, ita ob eam ipsam causam est mihi inimicus, quia nihil habet. [*p.* 25.] Utrum ego tibi patrimonium eripui, Gelli, an tu comedisti? quid? tu meo periculo, gurges ac vorago patrimonii, helluabare:[10] [n] ut, si ego consul rempublicam contra te et gregales tuos[o] defendissem, in civitate esse me nolles? Te nemo tuorum videre[1] vult: omnes aditum, sermonem, congressum tuum fugiunt: te sororis filius Postumus,[2] adolescens gravis, senili judicio, notavit, cum in magno numero tutorem liberis non instituit.[p] Sed elatus odio, et meo, et reipublicæ nomine, (quorum ille utri sit inimicior, nescio) plura dixi, quam dicendum fuit, in furiosissimum[3] atque egentissimum ganeonem. **112.** Illuc revertor: contra me cum sit actum,[4] capta urbe atque oppressa, Gellium, Firmidium, Titium,[q] ejusdemmodi furias, illis mercenariis gregibus duces et auctores fuisse, cum ipse lator[r] nihil ab horum turpitudine, audacia, sordibus abhorreret. At, cum de dignitate mea ferebatur, nemo sibi nec valetudinis excusationem, nec senectutis, satis justam putavit: nemo fuit, qui se non rempublicam mecum simul revocare in suas sedes arbitraretur. LIII. **113.** Videamus nunc comitia magistratuum.[s] Fuit collegium nuper[t] tribunicium,

9 In C deest *bona*. Mox, a Franc. absunt verba *quia nihil habet.*—10 χ *helluare:* ψ *helluabere.*—1 χ *videres.*—2 Græv. *postumus*: edd. ante Lamb. cum Orell. *Postumius*. In C H T χ ψ desunt verba *te sororis filius ... inimicior, nescio.*—3 Franc. et Ven. 1480. *furiosum*. Pro *atque* C exhibet *at in*. Mox, C H S T χ ψ, Franc. Dresd. ed. pr. Med. Ascens. Crat. non agnoscunt verba *Illuc revertor* usque ad *dignissimos judicet*, § 114.—4 *Quid si actum* Hervag.

NOTÆ

[n] *Meo periculo helluabare*] Helluabatur periculo Ciceronis, quia ejus helluatio in eum recidebat.

[o] *Gregales tuos*] Gregales socios ejus ad contemtum vocat.

[p] *Tutorem liberis non instituit*] Ignominiosum fuit consanguineum non liberis tutorem institui, aut præteriri in testamento. Vide orat. pro Cluentio.

[q] *Gellium, Firmidium, Titium*] De his, Pro Domo sua, jam egit, quos canes Clodii vocat.

[r] *Ipse lator*] Clodius legem tulit contra Ciceronem, de qua superius § 109. not.

[s] *Comitia magistratuum*] In comitiis eligebantur magistratus.

[t] *Nuper*] Nempe biennio ante, Cæsare et Bibulo coss. fuit enim tribu-

in quo tres [u] minime, vehementer duo populares [x] existimabantur. Ex his, qui populares non habebantur, quibus in illo genere conductarum concionum [y] consistendi potestas non erat, duo [5] a populo Romano prætores video esse factos: [z] et, quantum sermonibus [6] vulgi et suffragiis intelligere potui, præ se populus Romanus ferebat, sibi illum in tribunatu Cn. Domitii animum constantem et egregium, et Q. Ancharii [7] fidem [a] ac fortitudinem, etiamsi nihil agere potuissent, tamen voluntate ipsa gratum [8] fuisse. Jam de C. Fannio quæ sit existimatio, videmus: quod judicium populi Romani in honoribus ejus futurum sit, nemini dubium esse debet. 114. Quid? populares illi duo quid egerunt? Alter, (qui tamen se continuerat, tulerat nihil: [b] senserat tantum de republica aliud, atque homines expectabant) vir et bonus, et innocens, et bonis viris semper probatus, (quod parum videlicet intellexit in tribunatu, quid vero populo probaretur, et quod illum esse populum Romanum, qui in concione erat, arbitrabatur) non tenuit eum locum, in quem, nisi popularis esse voluisset, facillime pervenisset. Alter, qui ita se in populari ratione jactarat,[o] ut auspicia, legem Æliam,[c] senatus auctoritatem, consu-

[o] *Gesserat.*

unde Orell. suspicatur legend. *quicquid sit actum*, et censet locum esse corruptum.

CAP. LIII. 5 Al. *duos.*—6 Lamb. *quantum ex serm.*—7 *Atque Ancharii*

NOTÆ

nus plebis eo anno Vatinius; quem hic significat.

[u] *Tres*] Cn. Domitius, Q. Ancharius, Cn. Fannius.

[x] *Duo populares*] Populares fuere Vatinius et alter nescio quis, quem non vult appellare: fortasse Alfium subindicat.

[y] *Conductarum concionum*] Per conductas conciones eos homines intelligit, qui pecunia corrupti et conducti erant.

[z] *Prætores esse factos*] Domitius et Ancharius prætores creati sunt.

[a] *Ancharii fidem*] Quia, quamvis quotidie de cœlo servarent, ut Vatinio leges ferenti impedimento essent, tribuni tres, ille tamen, auspiciis neglectis, et multas et reipublicæ exitiosas pro Cæsaris potentia leges pertulit.

[b] *Tulerat nihil*] Legem quidem promulgaverat, sed non tulit, quia servaverant de cœlo tribuni tres.

[c] *Legem Æliam*] Lex Ælia vetabat agi cum populo, obnuntiantibus magistratibus.

lem, collegas, bonorum judicium, nihil[9] putaret,[p] ædilitatem petivit cum bonis viris, et hominibus primis, sed non præstantissimis opibus et gratia: tribum suam non tulit:[d] Palatinam denique,[e] per quam omnes illæ pestes vexare populum Romanum[10] dicebantur, perdidit:[f] nec quicquam illis comitiis, quod boni viri vellent,[1] nisi repulsam, tulit. Videtis igitur, populum ipsum, ut ita dicam, jam non esse popularem: qui ita vehementer eos, qui populares habentur, respuat; eos autem, qui ei generi adversantur, honore dignissimos judicet.

LIV. 115. Veniamus ad ludos.[g] Facit enim, judices, vester[2] in me animorum oculorumque conjectus, ut mihi jam licere putem remissiore[q] uti genere dicendi. Comitiorum et concionum significationes[r] interdum veræ sunt,

[p] *Nihili faceret.* [q] *Abjectiore.* [r] *Testimonia.*

Hervag. *atque Q. Ancharii* Naug. Cam.—8 Lamb. *gratam.*—9 Hotom. conjecit *nihili* legend.—10 Pro verbis *populum Romanum,* quæ Orell. ut corrupta notat, Garaton. suspicabatur legend. *rem publicam* (*R. P.* pro *P. R.*).—1 Orell. censet verba *quod boni viri vellent* spuria esse, et suspicatur legend. *quod boni viri vicerant*, vel *quod bonos viros mallent.*

CAP. LIV. 2 Post *vester* C H S T ψ, Hervag. Vict. Lamb. 1566. Græv. Oliv. et Orell. addunt *iste.* Deinde, Franc. et ed. Vict. *oculorumque* omittunt. Pro *conjectus* C H S T ψ, Franc. Dresd. et edd. ante Lamb. habent *contuitus; χ intuitus;* Pal. 9. et Mss. ap. Lamb. *contectus.* Paulo post, verba *Comitiorum et concionum . . . necesse est* absunt a C S χ ψ, etiam a Franc. Dresd. ed. pr. Med. Ascens. Crat. in quibus omittuntur verba omnia usque ad

NOTÆ

[d] *Tribum suam non tulit*] Tribum non tulit, id est, non obtinuit suffragia tribus suæ: erat autem insignis ignominia, si quis candidatus, in petitione magistratus, suæ tribus suffragia non obtineret.

[e] *Palatinam denique*] Tribus Palatina ita secundum Varronem L. L. l. IV. dicta est a Palatino monte, quem cum foro et Capitolio obtinebat. Fuit porro una ex urbanis, et omnium vilissima, quippe quæ libertinis et egentibus referta erat.

[f] *Perdidit*] Tribus Palatinæ suffragia non habuit.

[g] *Veniamus ad ludos*] Varia ludorum genera apud Romanos exhibebantur: alii fuere theatrales, quibus tragœdiæ et comœdiæ habebantur: alii gladiatorii, quibus aliquot gladiatorum paria inter se committebantur: alii venatici, seu venationes, in quibus homines cum bestiis depugnabant, qui et bestiarii dicebantur. Hos ludos omnes magnis impensis ædiles curabant, præter Apollinares, qui a prætore urbano fiebant.

nonnunquam vitiatæ atque corruptæ: theatrales gladiatoriique consessus dicuntur omnino solere, levitate nonnullorum emtos, plausus exiles[3] et raros excitare. Attamen facile est, cum id fit, quemadmodum, et a quibus fiat, et quid integra multitudo[h] faciat, videre. Quid ego nunc dicam, quibus viris, aut cui generi civium, maxime applaudatur? neminem vestrum fallit.[s] Sit hoc sane leve;[i] quod non ita est, quoniam[4] optimo cuique impertitur: sed, si est leve, homini gravi leve est:[t] ei vero, qui pendet a[5] rebus levissimis, qui rumore, et (ut ipsi loquuntur) favore populi tenetur et ducitur, plausum immortalitatem,[k] sibilum mortem videri necesse est. 116. Ex te igitur, Scaure, potissimum quæro, qui ludos apparatissimos[l] magnificentissimosque fecisti, ecquis istorum popularium tuos ludos aspexerit; ecquis se theatro populoque Romano commiserit.[6] Ipse ille maxime ludius,[7] [m] non solum spectator,[8] sed actor et acroama,[n] qui omnia sororis embolia[o] novit, qui in

[s] *Nemo vestrum ignorat.* [t] *Gravis homo non curat.*

exprimeret ipse actor, § 118.—3 Naug. Lamb. Grut. et Græv. *plausus et exiles.*—4 Alii ap. Ursin. *quando.*—5 Naug. præpositionem omisit, probante Garaton. Ad oram libri, teste Ursino, scriptum est, *qui pendet, qui rebus leviss.*—6 Verba *ecquis istorum . . . commiserit* non leguntur in χ ψ. In C H S T verba *Ex te igitur, Scaure . . . in judicio loquar*, § 119. transponuntur post *qui putentur* in eadem sectione.—7 C S χ *maxime ludus:* Ern. conjecit legend. *maximus ludius.*—8 C ψ *exspectator.* Tum, χ ψ *acroma.*

NOTÆ

[h] *Integra multitudo*] Integra multitudo, id est, populus qui corruptus pecunia non est.

[i] *Sit hoc sane leve*] Ait quod levis sit ille plausus; sed qui tamen levis esse non potest, quia optimis quibusque datur.

[k] *Plausum immortalitatem, &c.*] Id est, tanti facit plausum, quanti immortalitatem, et tantopere de sibilo dolet, quantum de ipsa morte. Porro est observandum moris fuisse in consessu ludorum, ut si quis vir summus et gratus populo ingrederetur, ei plausus daretur; sin minus, sibilis exciperetur.

[l] *Ludos apparatissimos*] Totam illorum ludorum magnificentiam, qui dati sunt a Scauro, describit Plinius lib. XXXVI. cap. 51. Hunc consule.

[m] *Ludius*] Clodius ludius appellatur, quia et ludis delectabatur, et ipse fabulæ argumenta maxima suppeditabat.

[n] *Acroama*] Acroama festivus homo dicitur, qui urbanis dictis alios delectat. Acroama etiam sumitur pro ipsa re quæ recitatur.

[o] *Embolia*] Embolium, 1. sumitur pro eo quod in media fabula a mimis

cœtum[9] mulierum pro psaltria[p] adducitur, nec tuos ludos aspexit in illo ardenti tribunatu suo, nec ullos alios,[10] nisi eos, a quibus vix vivus effugit.[1 q] Semel, inquam, se ludis homo popularis commisit omnino, cum in templo Honoris-Virtutis honos[2] habitus esset virtuti,[r] Caiique Marii, conservatoris hujus imperii, monumentum, municipi ejus[s] et reipublicæ defensori sedem ad salutem præbuisset. LV. 117. Quo quidem tempore, quid populus Romanus sentire se ostenderit,[3] utroque in genere declaratum est: primo, cum, audito senatusconsulto, ore[t] ipsi[4] atque absenti senatui plausus est ab universis datus: deinde, cum senato-

Paulo post, ψ *eubolia.*—9 χ, Rom. Ven. 1483. Junt. *in cœtu.*—10 χ *nec illos alios.*—1 C S χ ψ *vix unus eff.* Deinde, Orell. suspicabatur legend. *Semel, semel, inquam.* Verba *Semel . . . mente venisset* non sunt in C χ ψ.—2 *In templo Honoris honos* Pal. 9. *in templo honoris honos* Ms. Vict. *in templo honori honos* Hervag. *in templo Virtutis honos* edd. vett. pleræque.

Cap. LV. 3 Naug. *ostenderet.* Schutz. e conjectura Ernesti recepit *quid pop. Rom. senserit, utroque in gen. &c.* Wolf. legi mavult *quid pop. Rom. sentiret, se ostendit, et utroque in gen. &c.*—4 ‘ *Ore ipsi*] Locus corruptus. *Ore* delevit Schutz. *coram ipsi* Ern. susp. *rei ipsi* dubia Garatoni susp. *relatori ipsi*, scil. P. Lentulo, nescio cujus suspic. Bonum est vocabulum: sed fortasse latet in his nihil aliud nisi *præconi* vel *recitatori ipsi.*’ Orell. Vid.

NOTÆ

interponebatur, a voce Græca ἐμβάλλω, *intersero.* 2. sumitur pro introitu et januis quibus ad proscenium transeunt actores, cum suis spectatoribus se volunt exhibere. Cum itaque dicat Clodium omnia sororis embolia novisse, sane vult ostendere sororis turpitudinem, quacum incestum commiserat; quia cum per latentes januas ad ejus cubiculum accederet, interesse ludicro alteri spectaculo noluit.

[p] *Pro psaltria*] Clodius cum psaltriæ habitu in opertum Bonæ Deæ ingressus erat, libidinis causa.

[q] *Vix vivus effugit*] Quo die in templo Virtutis de Ciceronis reditu actum est, ludi celebrati sunt, quibus, dimisso senatu, cum Clodius affuisset, nihil propius fuit, quam ut in eum populus irrueret.

[r] *Honos habitus esset virtuti*] In templo Virtutis de salute civis actum est, qui sua virtute civitatem ab incendio, et rempublicam a pernicie contra Catilinæ furores vindicaverat. Porro templum Virtutis erectum fuit a Mario de manubiis Cimbricis et Teutonicis. Ante eum jam alii plures exstruxerant.

[s] *Municipi ejus*] Cicero ex eodem erat Arpinate municipio, quo Marius.

[t] *Ore* [*auctori*] Lentulus consul retulit de Cicerone revocando, quin et ipse Metellus Nepos, cujus ludis Clodius frater interesse voluit, cum ab aliis abfuisset.

ribus singulis spectatum e senatu redeuntibus.[u] Cum vero ipse, qui ludos faciebat, consul assedit, stantes,[x] et manibus[5] passis[w] gratias agentes, et lacrymantes gaudio, suam erga me benevolentiam ac misericordiam declararunt. At, cum ille furibundus, incitata[6] illa sua vecordi mente, venisset; vix se[7] populus Romanus tenuit: vix homines odium suum a corpore ejus impuro atque infando[8] represserunt. Voces quidem, et palmarum intentus,[y] et maledictorum clamorem omnes profuderunt. 118. Sed quid ego populi Romani animum virtutemque commemoro, libertatem jam ex diuturna servitute[z] respicientis[9] in eo homine, cui tum petenti jam ædilitatem[a] ne histriones quidem coram sedenti pepercerunt? Nam cum ageretur Togata,[b] Simulans,[c] ut opinor, caterva tota[d] clarissima concentione,[10] in ore impuri hominis imminens, concionata est: 'Huic vitæ

[w] *Extensis.*

Nott. Varr.—5 Hervag. *ei man.*—6 Quidam ap. Orell. conjecit *incitatus.*—7 In T *se* deest.—8 S T ψ, Junt. *nefando.* Garaton. legi maluit *infami.* In C χ ψ non leguntur *Voces quidem . . . ædilitatem.*—9 Hervag. Naug. Cam. *despicientis.*—10 Nonnullæ edd. vett. *contentione.* Pro verbis *in ore* Schutz. conjecit legend. *in os* vel *ori.* Verba *Nam cum ageretur . . . exprimeret ipse*

NOTÆ

[u] *Spectatum redeuntibus*] Cum senatores redirent e templo Virtutis, ubi de Ciceronis reditu actum fuit, ad spectandos ludos, ipsis plausus ab omni populo datus est, propter senatusconsultum quod de Ciceronis reditu dederant.

[x] *Stantes*] Cum amoris significationem dare volebat populus, solebat assurgere, et rectis pedibus stare; unde Epist. ad Att. II. 19. 'Inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant.'

[y] *Palmarum intentus*] Significat eam consuetudinem quam vulgus observabat in sibilis faciendis, cum omnes simul manus porrigebant.

[z] *Ex diuturna servitute*] Per illam servitutem, intelligit libertatem imminutam, quam passus est per duos annos populus, Cæsar et Bibulo, tum Pisone et Gabinio coss.

[a] *Petenti jam ædilitatem*] Primo anno post tribunatum, petere ædilitatem licuit. Hanc Clodius eo tempore petivit.

[b] *Togata*] Togata comœdia dicitur, quæ Romanum habet argumentum; et ideo togata dicta est, quod Romani togis uterentur.

[c] *Simulans*] Hoc erat argumentum comœdiæ, 'Simulans,' quam scripserat Afranius.

[d] *Caterva tota*] Grex histrionum, cum erat aliquid cantandum, quod in Clodii opprobrium verti posset, ei imminens recitabat, et illa maxime verba quæ sequuntur. Nota autem, quod

tuæ . . .' et, 'Postprincipia,[1] atque exitus vitiosæ vitæ!' [*p.* 25.] Sedebat exanimatus: et is, qui antea cantorum convicio[e] conciones celebrare suas solebat, cantorum ipsorum vocibus ejiciebatur. Et, quoniam facta mentio est ludorum, ne illud quidem prætermittam, in magna varietate sententiarum, nunquam ullum fuisse locum, in quo aliquid a poëta dictum, cadere in tempus nostrum[f] videretur, quod aut populum universum fugeret, aut non exprimeret ipse actor. 119. Et, quæso, hoc loco,[g] judices, ne qua me levitate ductum ad insolitum genus dicendi labi putetis, si de poëtis, de histrionibus, de ludis in judicio loquar. LVI. Non sum tam ignarus, judices, causarum, non tam insolens[x] in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper,[y] et omnes undique flosculos carpam atque delibem.[z][2] Scio, quid gravitas vestra, quid hæc advocatio,[h] quid ille[3] conventus, quid dignitas P. Sextii, quid periculi magnitudo, quid ætas, quid honos meus postulet. Sed mihi sumsi[i] hoc loco doctrinam quandam juventuti,[a] qui essent optimates. In

[x] *Novus.* [y] *Quæram.* [z] *Seligam.*
[a] *Ad erudiendam juventutem.*

actor absunt a C χ ψ.—1 *Huic Tite, et tua post-principia* Gembl. *Huic tuæ, et tua post-principia* Pal. 9. *Huic vitæ tua post-principia* Ms. Vict. *Huic vice* * *tua post principia* Hervag. Lambinus dedit *et post, Principia.* Pro *atque* Pantagathus *ecqui.*

CAP. LVI. 2 C T *debilem:* ψ *debilitem.*—3 Hervag. Lamb. et Grut. *illi.* Mox, pro *P. Sextii* Mss. plerique et edd. ante Naug. habent *populi*

NOTÆ

in theatris fieri solita esset symphonia et concentus.

[e] *Cantorum convicio*] Convicium quasi convocium dictum esse Ulpianus putat; hoc est, a collatione vocum, quia plures in unum conferuntur. Ridet autem Clodium, qui cantores, data opera, ad suas conciones evocabat, ut sibi apud populum concionanti, pro consuetudine acclamarent, 'Bene et præclare,' 'belle et festive,' a quibus modo deluditur.

[f] *In tempus nostrum*] Quæcumque Ciceroni quadrabant, aut quæ his acta temporibus fuerant, exprimere histriones gestiebant.

[g] *Et quæso, hoc loco*] Utitur hic præmunitione, qua insolitam orationem de scenicis ludis excusat.

[h] *Quid hæc advocatio*] Advocatio sumitur pro patrocinio, quod reo sive ab amicis, qui causæ aderant, sive ab ipso oratore dabatur.

[i] *Sed mihi sumsi*] Ineptias vitat, ostenditque, ad rem pertinere hanc de ludis scenicis digressionem.

ea explicanda demonstrandum est,[4] non esse populares omnes eos, qui putentur. Id facillime consequar, si universi populi judicium verum et incorruptum, et, si intimos sensus civitatis expressero. 120. Quid fuit illud,[k] quod, recenti nuntio de illo senatusconsulto, quod factum est in templo Virtutis,[5] ad ludos scenamque perlato, consessu maximo, summus artifex,[l] et mehercule semper partium[m] in republica,[6] tanquam in scena,[n] optimarum,[b][7] flens, et recenti lætitia, et misto[8] dolore ac desiderio mei, egit aperte multo[9] gravioribus verbis meam causam, quam egomet de me agere potuissem? Summi enim poëtæ ingenium non solum arte sua, sed etiam dolore exprimebat.[10] 'Quid enim? qui rempublicam certo[c] animo adjuverit, statuerit,[1] steterit[d] cum Achivis.'[o] Vobiscum me stetisse dicebat, vestros ordines demonstrabat. Revocabatur ab universis. 'Re dubia,[p] nec

[b] *Tam bonus civis quam actor.* [c] *Magno.* [d] *Manserit.*

Rom.—4 C H S T χ ψ, Franc. Dresd. et edd. vett. *dem. fuit.* Mox, pro *omnes* in ψ *putemus* legitur. In T deest *eos.* Verba *Id facill. cons. . . . expressero* non leguntur in C ψ, Franc. Dresd. et edd. pr.—5 Garaton. conjecit *Honoris-Virtutis.* Verba *recenti nuntio ... scena optimarum* absunt a C H S T χ, Franc. Dresd. et edd. pr. sed in iisdem sic legitur, *Quid fuit illud, quod summus artifex flens, et recenti lætitia, &c.*—6 Hervag. *partium inter plebem.*—7 Naug. Grut. Græv. *optimatium.*—8 C H S T χ, Rom. Ven. utraque, Ald. *mesto*, vel *mæsto.*—9 Hervag. et Orell. *egit apud populum Romanum multo.* Pro *aperte* C habet *a parte,* cum asterisco; H *a prætore;* χ *a pr.*—10 C H S T χ ψ *sed quis dol.* et T *exprimebant.* Verba *Quid enim ... ingenio præditum* absunt a C H S χ ψ. Pro *Quid* Hervag. habet *Qua;* Naug. Cam. *Quam.*—

NOTÆ

[k] *Quid fuit illud*] Declarat quid judicari debeat de illa singulari in se populi benevolentia, cum illud senatusconsultum perlatum est de suo reditu in templo Virtutis.

[l] *Summus artifex*] Æsopus fuit tragœdus Ciceronis temporibus nobilissimus, qui in theatro multas sententias veterum poëtarum amico Ciceroni accommodavit.

[m] *Semper partium*] Partes sunt personarum gradus, quæ repræsentantur.

[n] *In scena*] Scena est, quæ ludorum faciendorum causa, quolibet loco, ubi quis consistat, moveaturque, spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico privatoque, vel in vico: quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittantur.

[o] *Cum Achivis*] Sententia illa fortasse desumta fuit ab Accio poëta tragico Græco, et dicta de Telamone, qui post multa collata in patriam beneficia, exulavit. Cum eo Ciceronem confert.

[p] *Re dubia*] Re dubia, id est, cum

dubitarit vitam offerre, nec capiti pepercerit.' 121. Hæc quantis ab illo clamoribus agebantur! cum jam, omisso gestu,[e] verbis poëtæ, et studio[2] actoris,[q] et expectationi[r] nostræ plauderetur. 'Summum amicum, summo in bello . . .' (nam illud ipse actor adjungebat amico animo, et fortassis[3] homines propter aliquod desiderium approbabant) 'summo ingenio præditum.' LVII. Tum illa,[4] quanto cum gemitu populi Romani ab eodem paulo post in eadem fabula sunt acta! 'O pater! . . .' Me, me ille absentem, ut patrem, deplorandum putabat,[5] quem Q. Catulus, quem multi alii sæpe in senatu[6] patrem patriæ nominarant. Quanto cum fletu de illis nostris incendiis ac ruinis,[7] cum patrem pulsum, patriam afflictam[8] deploraret, domum incensam, eversamque! Sic egit, ut demonstrata pristina fortuna, cum se convertisset, 'Hæc omnia vidi inflammari,'[9][s] . . . fletum etiam inimicis atque invidis[10] excitaret. 122. Pro, Dii immortales! quid? illa quemadmodum dixit idem? quæ mihi quidem ita et acta et scripta

[e] *Actore.*

1 Nonnullæ edd. vett. *statuerit* omittunt.—2 Orell. suspicabatur legend. *omisso gestu et verbis poëtæ studio,* vel *omisso gestu ac verbis poëtæ, et studio.*—3 Hervag. Cam. *et quod fortassis:* Naug. et Orell. *et fortasse.*

CAP. LVII. 4 Nonnullæ edd. vett. cum Orell. *Jam illa.* Deinde, C H S, Franc. Dresd. et edd. pr. non agnoscunt verba *pop. Rom. ab eod. paulo post in ead. fab.* In χ desunt quoque verba *O pater ... depl. putarat.*—5 *Putaret* Græv. *putabat* Hervag. Lamb. Ern. Schutz. et Orell. *putarat* ceteri.—6 C *in senatum.*—7 Verba *de illis nostris incendiis ac ruinis* non leguntur in H S T χ, Franc. Dresd. et edd. pr. neque in C et ψ: sed in C quoque deest *fletu,* pro quo ψ exhibet *conflictu.*—8 T *pulsum, tum patriæ affl.* In Barb. et Ven. 1480. legitur *pulsum patria, afflictam domum depl., incensam eversamque.*—9 In C H S χ ψ, Franc. Dresd. et edd. pr. omittuntur voces *cum se convert., Hæc omnia vidi inflamm.*—10 Dresd. *inim. atque in ludis.* Verba *Pro, Dii imm.* usque ad *principes civitatis,* § 123. absunt a C H S χ ψ, Franc. Dresd. et edd. pr.—

NOTÆ

summopere respublica sive patria periclitaretur.

[q] *Studio actoris*] Applaudebant omnes Æsopo, propter studium singulare, quo ille in Ciceronem ferri videbatur.

[r] *Et expectationi*] Omnes reditum Ciceronis summopere expectabant.

[s] *Vidi inflammari*] Ex eadem Accii fabula desumta sententia est: quam autem bene quadret in Ciceronem, patet: nam pulso eo, omnia ejus bona publicata sunt, domus incensa, prædia direpta, lex de ejus exilio lata, &c.

videntur esse,[t] ut vel a Catulo, si revixisset,[u] præclare posse dici viderentur. Is enim libere reprehendere, et accusare populi nonnunquam temeritatem solebat, aut errorem senatus: 'O ingratifici Argivi,[x] inanes Graii, immemores beneficii!' Non erat illud quidem verum: non enim ingrati, sed miseri, quibus reddere salutem, a quo acceperant, non liceret; [*p.* 25.] nec unus in quenquam unquam gratior, quam in me universi: sed tamen illud scripsit disertissimus poëta pro me:[1] egit fortissimus actor, non solum optimus, de me, cum omnes ordines demonstraret; senatum, equites Romanos, universum populum Romanum, accusaret: 'Exulare sinitis, sivistis[2] pelli, pulsum patimini.' Quæ tum significatio fuerit omnium, quæ declaratio voluntatis ab universo populo Romano in causa hominis non popularis, equidem audiebamus:[3] existimare facilius possunt, qui affuerunt. LVIII. 123. Et, quoniam me huc provexit[4] oratio, histrio[y] casum meum toties collacrymavit, cum ita dolenter ageret causam meam, ut vox ejus illa præclara lacrymis impediretur. Neque poëtæ, quorum ego semper ingenia dilexi, tempori meo defuerunt; eaque populus Romanus non solum plausu, sed etiam gemitu suo comprobavit. Utrum igitur hæc Æsopum potius pro me, aut Accium dicere oportuit, si populus Romanus liber esset, an principes civitatis? Nominatim sum appellatus

1 Lamb. *pro Telamone.*—2 Lamb. *siistis:* al. *sistis.*—3 Hervag. Lamb. et Orell. *equidem audiebam.* Hæc delevit Schutz. de Gœrenzii sententia ad Fin. III. p. 307. Ern. conjecit legend. *nos quidem audiebamus.* Vid. Clav. in *Equidem.* Pro *existimare* in Ms. Ursini *æstimare.*

CAP. LVIII. 4 Naug. Lamb. *huc me prov.* Hervag. *me huc produxit.*—

NOTÆ

[t] *Scripta videntur esse*] Erat tunc in exilio, quando hæc acta sunt ab Æsopo.

[u] *Si revixisset*] Catulus ille Ciceronem patrem patriæ appellavit, et obiit paulo post ejus consulatum.

[x] *O ingratifici Argivi, &c.*] Versus pro Telamone scripti ab Accio, quos Æsopus causæ Ciceronis accommodavit.

[y] *Histrio*] Æsopus ille actor toties lacrymas emisit, quoties de Cicerone diceret.

in Bruto,[z] 'Tullius, qui libertatem[a] civibus stabiliverat.'[5] Millies revocatum est.[b] Parumne videbatur populum Romanum[6] judicare, id a me, et a senatu esse constitutum, quod perditi cives sublatum per nos criminabantur? 124. Maximum[7] vero populi Romani judicium universo[8] consessu gladiatorio declaratum est: erat enim munus Scipionis,[c] dignum et eo ipso, et illo Q. Metello, cui dabatur. Id autem spectaculi genus erat, quod omni frequentia, atque omni genere hominum celebratur, quo multitudo maxime delectatur. In hunc consessum P. Sextius,[9] tribunus plebis, cum ageret nihil aliud in eo magistratu, nisi meam causam, venit, et se populo[10] dedit, non plausus cupiditate, sed ut ipsi inimici nostri voluntatem universi populi viderent. Venit[1] (ut scitis) ad columnam Meniam.[d]

5 H S χ ψ *stabiliveram.* Pro *Millies* C χ ψ *Miles,* et pro *revocatum* C H S χ ψ *revocatus;* T *renovatum.* In ed. pr. legitur *renovatum est hoc consilium. Videb. populum, &c.* '*Revocatum est*] Nescio quid viros doctos moverit, ut ad marginem ascriberent, 'Forte *recitatum,* vel *repetitum.*'' Abram. In C H S χ ψ non leguntur *Parumne videbatur ... maxime delectatur.*—6 Cam. *populo Romano:* Orell. *populus Romanus.*—7 Hervag. Cam. et Orell. *Maxime.*—8 Schutz. e conjectura, cum Orell. *universi.*—9 C H S T χ *consensum P. Sextius:* Franc. *consensum: quod Sextius.*—10 C H S T χ ψ *causam egit, is se pop.* Franc. *causam egit. Ideo se pop.* Dresd. *causam. Is se pop.*—1 S *Veni.* Tum, *a columna* H S ψ et al. Franc. *ad columia.* Pro *Meniam* C χ, Rom. Brix. Med. habent *æneam;* H S *mena;* χ, Franc. et al. *Menia;* edd. nonnul-

NOTÆ

[z] *Appellatus in Bruto*] Tragœdiam Accius scripsit, quæ Brutus inscribitur, de qua lib. I. de Divinatione loquitur.

[a] *Tullius, qui libertatem*] Quoties nominandus erat Brutus, toties Tullius ab Æsopo nominabatur.

[b] *Millies revocatum est*] Si quid ab histrione diceretur, quod populo probaretur, toties a populo repetere jubebatur.

[c] *Munus Scipionis*] Per munus intelligit spectaculum gladiatorum, quod Cæcilius Metellus Scipio exhibuit in honorem mortui Q. Metelli Celeris. Nota porro, quod verbum hoc 'munus' non tantum venationes, sed etiam certamina gladiatorum complectatur, teste Seneca, qui de Benef. l. I. sic loquitur: 'Nemo tam stultus est, ut monendus sit, ne cui gladiatores, aut venationem, jam munere edito, mittat.'

[d] *Ad columnam Meniam*] 'Menius cum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus, ut ibi basilica ædificaretur, exceperat jus sibi unius columnæ, unde ipse et posteri ejus spectare munus gladiatorium possent, quod etiam tum in foro dabatur.'

Tantus est ex omnibus spectaculis usque a Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, ut nunquam major consensio, aut apertior populi Romani universi fuisse ulla in causa diceretur. 125. Ubi erant tum illi concionum moderatores, legum domini, civium expulsores? aliusne est aliquis improbis civibus peculiaris populus, cui nos offensi [2] invisique fuerimus? LIX. Equidem existimo, nullum tempus esse frequentioris populi, quam illud gladiatorium; neque concionis ullius, neque vero ullorum comitiorum. Hæc igitur innumerabilis hominum multitudo, hæc populi Romani tanta significatio, sine ulla varietate, universi, cum illis ipsis diebus de me actum iri putaretur, quid declaravit, nisi optimorum civium salutem et dignitatem populo Romano caram esse universo? 126. At vero et ille [3] tribunus plebis,[e] qui de me, non patris, avi, proavi,[f] majorum denique suorum omnium, sed Græculorum instituto,[g] concionem interrogare solebat, Velletne me redire; et, cum erat reclamatum semivivis[f] mercenariorum vocibus, populum Romanum negare dicebat: is, cum quotidie gladiatores spectaret, nunquam [4] est conspectus.[h] Cum

[f] *Languentibus.*

læ *Mæniam.*—2 Ms. Ursini *infensi.* Verba *Ubi erant tum illi* usque ad *significatione decorari* § 127. absunt a C H S χ ψ.

CAP. LIX. 3 Hervag. Cam. Lamb. et Orell. *At vero ille.* Pro *tribunus plebis* Garaton. suspic. *prætor* legend.—4 *Nunquam* bis legitur in Pal. 9. Tum, Naug. Manut. Lall. Garaton. Schutz. et Orell. sic distinguunt, *conspectus, cum veniret. Emerg. subito.* Pro *emergebat* Ms. Ursini *sed emerg.* Her-

NOTÆ

Ita Asconius. Erat autem projectum impositum columnæ, unde gladiatorum certamina in foro spectabantur. Hic assedit Sextius, cui plausus a toto populo datus est.

[e] *Ille tribunus plebis*] Non erat tribunus Clodius, sed tribunicius, quando hæc acta sunt.

[f] *Non patris, avi, proavi*] Pater Clodii tribuni fuit Appius Clodius, qui consul fuit A. U. C. 674. avus Caius Clodius, item consul anno 661. proavus Appius Pulcher, consul anno 610.

[g] *Græculorum instituto*] Hi Græculi scire se omnia profitentur.

[h] *Nunquam est conspectus*] Cum exsibilari se Clodius a populo vereretur, veniebat quidem ad ludos, sed sub eas tabulas occulte subrependo, quæ temporariæ ad spectacula conspicienda exstructæ erant.

veniret, emergebat subito,[i] cum sub tabulas subrepserat, ut 'Mater te appello' . . . dicturus videretur. Itaque illa via latebrosa, qua spectatum ille veniebat, Appia[5] jam vocabatur. Qui tamen,[6] quoquo tempore conspectus erat, non modo gladiatores, sed equi ipsi gladiatorum[k] repentinis sibilis extimescebant. 127. Videtisne igitur, quantum inter populum Romanum et concionem intersit? dominos concionum omni odio populi notari? quibus autem consistere in operarum concionibus[g] non liceat, eos omni populi Romani significatione decorari?

[*p.* 26.] Tu mihi etiam M. Atilium Regulum[l] commemoras, qui redire ipse Carthaginem sua voluntate ad supplicium, quam sine iis captivis,[7] a quibus ad senatum missus erat, Romæ manere maluerit? et mihi negas optandum reditum fuisse per familias comparatas[m] et homines armatos.[8] LX. Vim scilicet ego desideravi, qui, dum

[g] *Conventu hominum pecunia corruptorum.*

vag. *immergebat.* Pro *veniret* Ern. conjecit *venerat* legend.—5 Schutz. e conjectura Manutii *Attilia.* Vid. Nott. Varr.—6 Ern. conjecit *Quem tamen* legend.—7 Post *captivis* ψ addit *parere.* Deinde, *pro quibus* Ald. Crat. *de quibus* Ms. Ursini.—8 '*Et mihi negas . . . armatos?*] Mire hæsit in h. l. Ern. propter defectum signi interrog.' *Orell.* Verba *per familias . . . labefactare potuisset* non sunt in C H S χ ψ.

NOTÆ

[i] *Emergebat subito*] Posteaquam consederat, a populo conspectus exsibilabatur, adeo ut similis emergeret Memnoni Auroræ filio, qui insepultus post mortem, matrem sic alloquebatur: 'Mater, te appello, quæ curam somno suspensam levas.' Cum ille Memnon in auxilium Priamo venisset, in pugna ab Achille occisus est.

[k] *Equi ipsi gladiatorum*] Inter gladiatores quidam essedarii dicti sunt, quod ex essedis, in curribus militaribus pugnarent. Ait autem quod, cum repentini illi sibili fierent, conspecto Clodio, tum gladiatores, tum equi terrebantur.

[l] *Regulum*] Cum fidem Regulus hosti datam nollet fallere, ad hostes reversum, resectis palpebris, vigilando necaverunt. Refellit autem illud exemplum quod ab adversario afferebatur contra se, quia non est simile.]

[m] *Per familias comparatas*] Gladiatorum familias intelligit. Familia autem dicebatur, seu grex, manus, et schola gladiatorum. Objiciebatur autem Ciceroni, quod per illos gladiatores reditum in patriam obtinuerat. Huic Cicero objectioni respondet, et diluit.

vis fuit, nihil egi, et quem, si vis non fuisset, nulla res labefactare potuisset. 128. Hunc ego reditum repudiarem, qui ita florens fuit, ut verear, ne quis me studio gloriæ putet idcirco[9] exisse, ut ita redirem? Quem enim unquam senatus civem, nisi me, nationibus exteris commendavit? cujus unquam propter salutem, nisi meam, senatus publice sociis populi Romani[n] gratias egit? De me uno patres conscripti decreverunt, ut, qui provincias cum imperio obtinerent, qui quæstores legatique essent, salutem et vitam meam custodirent. In una mea causa[10] post Romam conditam factum est, ut literis consularibus ex senatusconsulto, cuncta ex Italia, omnes, qui rempublicam salvam vellent, convocarentur. Quod nunquam senatus in universæ reipublicæ periculo decrevit, id in unius mea salute conservanda decernendum putavit. Quem curia magis requisivit?[1] quem forum luxit? quem æque ipsa tribunalia desideraverunt? Omnia discessu meo deserta, horrida, muta, plena luctus et mœroris fuerunt. Quis est Italiæ locus, in quo non fixum sit in publicis monumentis studium salutis meæ, testimonium dignitatis?[2] LXI. 129. Nam quid ego illa de me divina senatusconsulta[o] commemorem? vel quod in templo Jovis Optimi Maximi factum est, cum vir is,[p] qui tripartitas[3] orbis terrarum oras atque regiones tribus tri-

CAP. LX. 9 ψ *idcirca.* Mox, verba *cujus unquam propter ... decernendum putavit* absunt a C H S χ ψ.—10 Hervag. *In mea una causa.*—1 In Mss. Grævii desunt verba *Quem curia magis requisivit* usque ad *consiliorum meorum,* § 131.—2 In C omittuntur *testimonium dignitatis* usque ad *porrexerint Brundisini,* § 131. et in H S T χ non leguntur verba *Nam quid ego illa* usque ad *consiliorum meorum* in eadem sectione.

NOTÆ

[n] *Sociis populi Romani*] Dicebantur exteræ omnes nationes sociæ, quæ fœdere aliquo vel æquo vel iniquo, populo Romano conjunctæ erant. His autem gratias egit senatus, quod Ciceroni favissent. Hinc excurrit et amplificat studium, quo omnes eum complexi sunt.

[o] *Divina senatusconsulta*] Quatuor de se restituendo, in orat. post Reditum in Senatum, senatusconsulta commemorat.

[p] *Vir is*] De Pompeio loquitur, qui de Africa, Asia, et Hispania Europæ parte triumphavit.

umphis adjunctas huic imperio notavit, de scripto sententia dicta, mihi uni testimonium patriæ conservatæ dedit? cujus sententiam ita frequentissimus senatus secutus est, ut unus dissentiret hostis;[q] idque ipsum tabulis publicis mandaretur, ad memoriam posteri temporis sempiternam: vel quod est postridie decretum in curia, populi ipsius Romani, et eorum, qui ex municipiis convenerant, admonitu, ne quis de cœlo servaret?[r] ne quis moram ullam afferret? si quis aliter fecisset, eum plane eversorem reipublicæ fore, idque senatum gravissime laturum; et ut statim de ejus facto referretur? Qua gravitate sua cum frequens senatus nonnullorum scelus audaciamque tardasset; tamen[4] illud addidit, si diebus quinque,[s] quibus agi de me potuisset, non esset actum, redirem in patriam, dignitate omni recuperata. LXII. Decrevit eodem tempore senatus, ut iis, qui ex tota Italia salutis meæ causa convenerant, agerentur gratiæ, atque ut iidem, ad res redeuntes[t] ut venirent, rogarentur. 130. Hæc erat studiorum in mea salute contentio; ut ii, qui a senatu de me rogabantur, iidem senatui pro me supplicarent. Atque ita in his rebus unus est solus inventus,[u] qui ab hac tam impensa voluntate bonorum palam dissideret, ut etiam Q. Metellus[x] consul, qui mihi vel maxime ex magnis contentionibus reipublicæ fuisset inimicus, de mea salute retulerit. Qui excitatus summa cum auctoritate P.

Cap. LXI. 3 Al. *tripertitas.*—4 Naug. Cam. Lamb. *tum.* Deinde Pal. 9. et Gembl. *add., diebus is* (vel *iis*) *quibus agi, &c.* Hervag. *non de quinque, quibus agi de me pot., si esset actum, &c.*

NOTÆ

[q] *Dissentiret hostis*] Unus Clodius sententiæ Pompeii de revocando Cicerone restitit.

[r] *Ne quis de cœlo servaret*] Vetuit populus, ne quis constitutus in magistratu auguria captaret, ne lex de Ciceronis reditu ferenda impediretur.

[s] *Diebus quinque*] Comitiales intelligi debent, quibus agi cum populo licebat; non quidem continuis; sed quinque, quibus agi potuisset.

[t] *Ad res redeuntes*] Rogati sunt, ut iterum redirent, si eadem aliquando de causa Romam vocarentur.

[u] *Solus inventus*] P. Clodius.

[x] *Q. Metellus*] Metellus Clodii fuit frater ex matre, qui tribunus plebis consulatu decedentem Ciceronem dicere de republica prohibuit.

Servilii, tum quadam gravitate[5] dicendi, cum ille omnes prope ab inferis evocasset Metellos, et ad illius generis, quod sibi cum eo commune[y] esset, dignitatem, propinqui sui mentem a Clodianis latrociniis reflexisset;[6] cumque eum ad domestici exempli memoriam, et ad Numidici illius Metelli casum[7] [z] vel gloriosum, vel gravem convertisset; collacrymavit vir[8] egregius ac vere Metellus,[a] totumque se P. Servilio dicenti etiam tum[9] tradidit: [*p.* 26.] nec illam divinam gravitatem, plenam antiquitatis, diutius homo ejusdem sanguinis potuit sustinere, et mecum absens beneficio[10] rediit in gratiam. 131. Quod certe, si est aliqui sensus[1] in morte præclarorum virorum, cum omnibus Metellis, tum vero uni viro fortissimo, et præstantissimo civi, gratissimum, fratri suo,[b] fecit, socio laborum, periculorum, consiliorum meorum. LXIII. Reditus vero meus qui fuerit, quis ignorat? quemadmodum mihi advenienti tanquam

CAP. LXII. 5 Ms. Ursini *summa cum auct. vestra, tum P. Servili, tum quadam grav.* ‘ *Cum summa auct. P. Servilii, tum quadam grav.*] Hæc est lectio Hervag., in qua manifeste post voc. *tum* vel *quadam* excidit *divina* (ut equidem mallem post voc. *quadam* ex orat. post Red. in Sen. c. 10.), vel *incredibili* ut conjecit Manut. deditque Lamb. (prob. Græv.) scil. *cum summa auct. P. Serv., tum incred. quadam grav. Summa cum auct. P. Serv., quadam grav.* Naug. Cam. Grut. cum codd. suis: *summa cum auct. P. Serv., tum quadam grav.* Ern. Schutz. lectione Hervag. et Naug. permixta.’ *Orell.*—6 Car. Steph. et Hervag. *refixisset.*—7 Lamb. Lall. Ern. Schutz. et Orell. *et ad Numidici illius Metelli casum* e conjectura Manutii. Faërnus, *et ad unum Numidici Metelli casum.* Ceteri *et ad unum dicto citius Metelli casum.* Vid. Nott. Varr.—8 Hervag. Naug. Cam. Grut. Græv. *coll. ut vir.*—9 Lamb. *etiam tum dic.*—10 Manutius conjecit legend. *absens suo benef.*—1 Hervag. et Lamb. *aliquis sensus.*

NOTÆ

[y] *Cum eo commune*] Metellus et Servilius communem avum habuerunt, Metellum Macedonicum.

[z] *Metelli casum*] Metellus ille, qui Lucius dictus est, cum Palladium, æde Vestæ conflagrante, ab incendio liberaret, oculis orbatus est: de Pœnis triumphavit.

[a] *Vere Metellus*] Vere Metellum eum appellat, propter illustrissimæ familiæ splendorem: nam quamvis ex familia plebeia nati essent Metelli, tamen nulla tot habuit viros virtute et factis illustres: refert enim Velleius Paterculus, intra duodecim annos, aut consules habuisse aut censores, et triumphasse amplius duodecim Metellos.

[b] *Fratri suo*] Q. ille Metellus Q. Metelli Celeris filius fuit, qui cum Q. Vario, C. Curione tribunatum gessit.

totius Italiæ atque ipsius patriæ dextram[2] porrexerint Brundisini; cum ipsis nonis Sext. idem dies adventus mei fuisset reditusque, natalis idem carissimæ filiæ, quam[3] ex gravissimo tum primum desiderio, luctuque conspexi, idem etiam ipsius coloniæ Brundisinæ, idemque Salutis;[4] cumque me domus eadem optimorum et doctissimorum[5] virorum, Lenii Flacci,[c] et patris, et fratris ejus, lætissima accepisset, quæ proximo anno mœrens receperat, et suo præsidio, periculoque defenderat; cumque itinere toto urbes Italiæ festos dies agere adventus mei videbantur,[6] viæ multitudine legatorum undique missorum celebrabantur,[h] ad urbem accessus incredibili hominum multitudine et[7] gratulatione florebat, iter a porta,[d] in Capitolium ascensus,[e]

[h] *Frequentabantur.*

Cap. lxiii. 2 Hervag. Cam. *patriæ propugnatori dext.* In H S T χ ψ, Franc. Dresd. et edd. pr. desunt verba *quemadmodum mihi adv. . . . porr. Brundisini.*—3 *Non. Sext. idem dies reditus mei fuisset, qui et natalis meus* (*fuisset* addunt Ven. 1480. Junt.), *idem et filiæ meæ carissimæ: cumque itinere toto* edd. ante Hervag. *Non. Sext. idem dies adventus mei fuisset qui reditus natalis: idem et carissimæ filiæ* Car. Steph. *Non. Sext. idem dies adventus mei fuisset, qui natalis idem carissimæ filiæ* Hervag. Naug. Cam. et Orell. *Non. Sext. idem dies reditus mei fuisset, qui et natalis idem carissimæ filiæ* Græv. qui tamen putat legend. *qui idem et natalis filiæ meæ cariss.* In Franc. *Non. Sext. idem dies reditus mei fuisset, qui et natalis meus: idem et filiæ meæ carissimæ;* non aliter Dresd. ed. pr. Ascens. Crat. nisi quod Dresd. pro *reditus* scribit *adventus.* Oxonn. hanc varietatem afferunt: T *Sectilibus;* ψ *Sestilibus:* pro *adventus* C H S T χ ψ *reditus:* tum ψ *mei fuissent.* Pro *idem* C H S T χ ψ *meus idem et:* ante *filiæ* C H S T ψ addunt *meæ.* Abramius conjecit legènd. *Non Sext. idem dies adventus mei fuisset natalis: idem cariss. filiæ;* et Petr. Faber, *Non Sext. idem dies adventus mei fuisset, qui reditus? natalis idem cariss. filiæ?* Pantagathus correxit, *Non. Sext. idem dies adventus mei fuisset, qui natalis idem cariss. filiæ.* Verba *quam ex graviss. . . . periculoque defenderat* absunt a C H S T χ ψ, Franc. Dresd. et edd. vett.—4 Pro *idemque Salutis* Pal. 9. habet *idemque ut scitis;* Hervag. Naug. Cam. *idem ut scitis;* Lamb. et Orell. *idem Salutis, ut scitis:* Manut. conjecit *idem et Salutis* legend. Petr. Faber *Brundisinæ dies, ut scitis.*—5 Garaton. legi maluit *fortissimorum:* Orell. suspicatur *doctissimorum* esse corruptum.—6 C H S T χ ψ *agerent adventus mei,* omisso *videbantur.*—7 Iidem Mss. cum Franc. Dresd. edd. vett. non agnoscunt

NOTÆ

[c] *Lenii Flacci*] In Lenii Flacci hortos se contulit Cicero, de quo dictum est orat. pro Plancio.

[d] *Iter a porta*] Cum venisset Cicero ad Portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi sunt.

[e] *In Capitolium ascensus*] Mos fuit in triumphis, ut victores prius in Capitolium Diis gratias acturi ascenderent, quam venirent ad domum, quos Cicero, Romam, quasi triumphator, rediens, imitatus est.

domum[8] reditus, erat ejusmodi, ut summa in lætitia illud dolerem, civitatem tam gratam, tam miseram atque oppressam fuisse?

132. Habes igitur, quod ex me quæsisti, qui essent optimates. Non est natio, ut dixisti; quod ego verbum agnovi:[9] est enim illius,[f] a quo uno maxime P. Sextius se oppugnari videt, hominis ejus, qui hanc nationem deleri[g] et concidi cupivit: qui C. Cæsarem, mitem hominem, et a cæde abhorrentem, sæpe increpuit, sæpe accusavit, cum affirmaret, illum nunquam, dum hæc natio viveret, sine cura futurum. Nihil profecit de universis:[h] de me agere non destitit: me oppugnavit, primum per indicem Vettium,[i][10] quem in concione de me, et de clarissimis viris interrogavit. In quo tamen eos cives conjunxit eodem periculo[i] et crimine, ut a me inierit gratiam,[k] quod me cum amplissimis et fortissimis viris congregavit. LXIV. 133. Sed postea mihi, nullo meo merito,[l] nisi quod bonis placere cupiebam, omnes est insidias sceleratissime machinatus. Ille ad eos, a quibus audiebatur, quotidie aliquid defecti afferebat:[1] ille hominem mihi amicissimum, Cn. Pompeium, monebat, ut meam domum metueret, atque a me ipso ca-

[i] *Testimonio Vettii.*
[k] *Ut meritus sit meam gratiam.*
[l] *Sine ulla causa.*

verba *multitudine et.*—8 In C H S T χ ψ omittuntur verba *iter a porta, in Cap. ascensus, domum.* Tum, *hujusmodi* C χ. Paulo post, T *illum dolerem.*—9 In C H S χ ψ desunt verba *quod ego verbum agnovi* usque ad *assecla negligatur*, § 135. Absunt etiam, ut apparet, a Franc. Dresd. et edd. pr.—10 Ursinus ex nummis veteribus conjecit *per Judicem Vettium* legend.

CAP. LXIV. 1 '*Aliquid de me ficti aff.*, de Manutii ingeniosa conjectura, Lamb. Schutz. neque tamen deterior est Garatoni suspic. *aliquid ficti deferebat.*' Orell. Abramius legit *aliquid de me aff.* Ern. et Orell. *defecti* vitiosum

NOTÆ

[f] *Est enim illius*] De Vatinio agit, qui testis fuit contra Sextium.

[g] *Qui hanc nationem deleri*] Vatinius sæpe fuerat exhortatus Cæsarem, ut hanc optimatum nationem deleret.

[h] *De universis*] Ille Vatinius non obtinuit a Cæsare, ut omnes optimates deleret.

[i] *Eodem periculo*] In eodem periculo Bibulum, L. Lucullum, Curionem, Domitium, Lentulum, Paulum, et Pisonem generum Ciceronis involvit, quos volebat a Cæsare deleri.

veret: ille se sic cum inimico meo[k] copularat, ut illum meæ proscriptionis (quam adjuvabat Sex. Clodius, homo iis dignissimus, quibuscum vivit) tabulam esse,[l] se scriptorem diceret:[2] ille unus ordinis nostri discessu meo, luctu vestro, palam exultavit. De quo ego, cum quotidie rueret,[m] verbum feci, judices, nunquam: neque putavi, cum omnibus machinis ac tormentis, vi, exercitu, copiis[3][n] oppugnarer, de uno sagittario[o] me queri convenire. Acta mea sibi ait displicere: quis nescit?[4] qui legem eam[p] contemnat, quæ dilucide vetat, gladiatores biennio, quo quis petierit,[5] aut petiturus sit, dare? 134. In quo ejus temeritatem satis mirari, judices, non queo. Facit apertissime contra legem: facit is, qui neque elabi ex judicio jucunditate sua,[q] neque emitti[6] gratia[r] potest, neque opibus et potentia leges ac judicia perfringere. Quæ res hominem impellit, ut sit tam intemperans? Ista[7] nimia gloriæ cupiditate familiam gladiatoriam, credo, nactus est, speciosam, nobilem, gloriosam: norat studia populi: vi-

esse putant. Vid. Nott. Varr.—2 *Quam adjuvabat, Sex. Clodius* Schutz. et Orell. qui legi maluerunt *adjuverat.* In edd. ante Naug. legitur, *ut illius meæ proscr., quam adjuvabat Sestius Clotellus* (Cam. *Sex. Clodius*) *homo iis dign., quibuscum vivit unanimis, sese scriptorem esse diceret.*—3 Hervag. *tormentis, exercitu copiisque.*—4 Edd. vett. paucæ *Acta mea illi displ., quis nescit?* Lamb. e conjectura Memmii recepit *Acta mea ait sibi displicere. Quis nescit?* Mox Manut. et Lamb. *eam* omittunt.—5 Pantagathus correxit *petat,* ut in Vatin. c. 15. prob. Garaton.—6 Edd. vett. cum Orell. *eniti.*—7 Hervag. Cam.

NOTÆ

k *Inimico meo*] Clodio.

l *Tabulam esse*] P. Clodius erat tabula, quia apud illum concipiebatur et scribebatur lex. Vatinius autem et Sex. Clodius eo ventitabant, ut operas conferrent.

m *Quotidie rueret*] Rueret, id est, quotidie aliquid furiose faceret.

n *Vi, exercitu, copiis*] Oppugnabatur Cicero a Sextio Clodio, vi quam habebat a Clodio; exercitu, quem paratum habebat a Cæsare; copiis, quas habebat; et a perniciosis civibus, qui ei favebant.

o *Sagittario*] Vatinium sagittarium ad contemtum, quasi gregalem militem appellat.

p *Qui legem eam*] Legem Tulliam de ambitu intelligit, quæ vetat, ne quis munus gladiatorium ederet biennio, quo magistratum petierat, petiturusve erat, nisi ex testamento præstituta die.

q *Jucunditate sua*] Ironia: fuit enim homo deformis Vatinius.

r *Gratia*] Gratia nulla apud Cæsarem valebat.

debat clamores et concursus futuros. Hac expectatione elatus homo, flagrans cupiditate gloriæ, tenere se non potuit, quin hos gladiatores induceret, quorum esset ipse pulcherrimus.[s] Si ob eam causam peccaret, et,[8] pro recenti populi Romani in se beneficio, populari studio elatus; tamen ignosceret nemo: cum vero ne de venalibus[t] quidem homines electos, sed ex ergastulis[u] emtos, nominibus gladiatoriis ornarit, et sortito alios Samnites,[x] alios Provocatores fecerit; tanta licentia, tanta legum contemtio, quem habitura sit exitum, non pertimescit?[9] 135. Sed habet defensiones duas: primum, Do, inquit, bestiarios:[y] lex est scripta de gladiatoribus. Festive. Accipite aliquid[10] etiam acutius. Dicit se non gladiatores, sed unum gladiatorem[1] dare, et totam ædilitatem[z] in munus hoc transtulisse. Præclara ædilitas: unus leo; ducenti bestiarii.[a] Verum utatur hac defensione: cupio eum suæ causæ confidere. Solet enim tribunos plebis appellare,[b] et vi judi-

Iste.—8 In ed. Manut. deest *et*, ut Orell. mavult.—9 *Contemptione, non* (Naug. Cam. *contemptio ne*) *hab. sit exitum, pert.* edd. ante Lamb. *contemtio, quem hab. sit exitum, non pert.* Ern. e conjectura, cum Schutz. *contemptio, non, quem hab. sit exitum, pert.* Orell. *contemtio, nonne, quem hab. sit exitum, pert.* ceteri.—10 Lamb. *aliud.*—1 Pro *unum gladiatorem* Pantagathus

NOTÆ

[s] *Pulcherrimus*] Ironia: ait enim de eo Velleius lib. II. deformitate corporis cum turpitudine certasse ingenii.

[t] *De venalibus*] Venales erant gladiatores.

[u] *Ex ergastulis*] In ergastulis fuere servi viliores catenis vincti, et inusti notis.

[x] *Alios Samnites*] Gladiatorum alii provocatores dicebantur, quod adversarium acriter lacessebant; alii Samnites, qui lentius pugnabant: rursus alii retiarii, alii mirmillones.

[y] *Bestiarios*] Bestiarii dicebantur, qui cum bestiis in amphitheatro pugnabant.

[z] *Totam ædilitatem*] In ædilitate petenda repulsam passus fuerat Vatinius; unde festive eum irridet, referendo quæ facturus erat, si eam obtinuisset.

[a] *Unus leo: ducenti bestiarii*] Produceret nempe unum leonem, et ducentos bestiarios, qui contra eum decertarent.

[b] *Tribunos appellare*] Privati homines, si quid contra populi Romani libertatem, si quid contra jus ab aliquo magistratu decretum putarent actum, ad tribunos appellabant. 'Appellare' vero est compellare, et postulare a tribunis, ut civi oppresso auxilium ferant.

cium disturbare, cum diffidit. Quem non tam admiror,[2] quod meam legem [c] contemnat, hominis inimici, quam quod se statuit [3] omnino consularem legem nullam putare. Aciliam,[4] Didiam,[d] Liciniam, Juniam [e] contemsit. Etiamne ejus, quem sua lege [f] et suo beneficio ornatum, munitum, armatum solet gloriari, C. Cæsaris legem [g] de pecuniis repetundis non putat esse legem? Et aiunt, alios esse, qui acta Cæsaris rescindant, cum hæc optima lex, et ab illo socero ejus,[h] et ab hoc assecla [5 i] negligatur? LXV. Et cohortari ausus est accusator [6 k] in hac causa vos, judices, ut aliquando essetis severi, aliquando medicinam adhiberetis [7] reipublicæ. Non est ea medicina, cum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur [m 8] atque integræ: carnificina est ista et crudelitas. Hi medentur reipublicæ, qui

[m] *Cum sana pars corporis scinditur.*

et Ursinus habent *unam venationem.*—2 Lamb. *demiror.*—3 Idem *quod statuat.* —4 '*Cæciliam* scripsi de Manutii conjectura, cum Lamb. (qui tamen sic edidit, *Cæciliam et Didiam, Liciniam et Juniam*) probb. Ern. in Ind. Leg., Garaton. et Wolfio. *Anciliam* Mss. Gruteri, Hervag. *Aciliam* ceteri.' *Orell.* —5 Alii *assecula.*

Cap. LXV. 6 In Franc. Dresd. et edd. pr. non est *accusator.* Mox, in ψ deest *vos.*—7 T, Ven. 1480. Junt. *exhiberetis.* Pro *reipublicæ* in C *populo*

NOTÆ

[c] *Meam legem*] Tulliam nempe, de qua supra, § 133. not.

[d] *Aciliam, Didiam*] *Cæciliam, Didiam* repone, quam Cæcilius Metellus, et Didius coss. anno urbis 655. tulere, ut in legibus promulgandis trinundinum servetur.

[e] *Liciniam, Juniam*] Tulere hanc legem D. Junius et Licinius coss. ut leges trinundino ante promulgarentur, quam ad populum ferrentur.

[f] *Sua lege*] De Vatinia lege loquitur, quam tulit Vatinius tribunus plebis, C. Cæsare et Bibulo coss. anno urbis 694. ut C. Cæsari Gallia Cisalpina cum Illyrico in quinquennium, sine senatus decreto, et extra sortem, mandaretur; ut ii, quos in lege nominabat, legati sine senatus decreto cum Cæsare proficiscerentur; ut eidem pecunia ex ærario ad exercitum attribueretur.

[g] *C. Cæsaris legem*] Cæsar tulit de repetundis legem, ne cui, qui in provincia cum potestate imperiove esset, pecuniam capere, conciliare liceret: extra quam si ad templum monumentumque capiat.

[h] *Illo socero ejus*] Pisonem intelligit, qui vastat Macedoniam, quam proconsul regit.

[i] *Ab hoc assecla*] Vatinium Cæsaris asseclam vocat.

[k] *Accusator*] Albinovanus accusabat Sextium.

exsecant[9] pestem aliquam, tanquam strumam[l] civitatis.

136. Sed, ut extremum habeat aliquid oratio mea, et ut ego ante dicendi finem faciam, quam vos me tam[10] attente audiendi; concludam illud de optimatibus, eorumque principibus ac reipublicæ defensoribus: vosque, adolescentes, et qui nobiles estis, ad majorum vestrum imitationem excitabo, et qui ingenio et virtute nobilitatem potestis consequi, ad eam rationem, in qua multi homines novi[m] et honore et gloria floruerunt, cohortabor. 137. Hæc est una via, mihi credite, et laudis, et dignitatis, et honoris:[1] a bonis viris, sapientibus, et bene natura constitutis, laudari, et diligi: nosse descriptionem civitatis, a[2] majoribus nostris sapientissime constitutam; qui cum regum[3] potestatem non tulissent,[n] ita magistratus[o] annuos creaverunt, ut consilium senatus reipublicæ præponerent[4] sempiternum: deligerentur autem in id consilium[5] ab universo populo,[p] aditusque in illum summum ordinem omnium civium industriæ ac virtuti[6] pateret. Senatum reipublicæ custodem, præsidem, propugnatorem collocaverunt: hujus ordinis auctoritate uti[7] magistratus, et quasi ministros gravissimi consilii esse voluerunt: senatum autem ipsum proximo-

Romano.—8 χ *adhiberetur.*—9 ψ *mederentur*, et mox *exsecrant.*—10 C H S T χ, Franc. Dresd. et edd. pr. non habent *tam.*—1 Hervag. *et hon. et dign.* Deinde, C H S T χ ψ, Hervag. *a bonis viris et sap.*, *bene a nat.* unde Orell. cum Barb. Rom. Ven. 1483. Junt. inseruit præpositionem ante *natura.*—2 C S χ præpositionem omittunt.—3 C H χ ψ et edd. vett. cum Orell. *regiam.*—4 ‘*Proponerent* Lamb. 1584. errore typogr., Grut. Græv. Oliv. Lall.’ *Orell.*—5 Franc. Dresd. et edd. vett. *deligerentur autem id consilium:* Barb. *deligeretur consilium id:* Ven. 1480. *deligeretur autem cons. id.* Hotom. et Græv. legi maluerunt *ex univ. pop.*—6 C H S T χ ψ et edd. ante Naug. *industria ac virtute.*—7 Pro *auctoritate uti* in C χ legitur *verti auctoritate;* H S χ *auctori-*

NOTÆ

[l] *Strumam*] Jocatur in Vatinium, qui strumis laborabat, quem idcirco tumidum oratorem alibi nuncupavit.

[m] *Homines novi*] Qui primi nobilitatem et magistratus curules in suam familiam invexerunt, homines novi dicti sunt.

[n] *Regum potestatem non tulissent*] Tarquinios ob crudelitatem ejecerunt.

[o] *Magistratus*] Singulis annis creabantur magistratus, et una perpetua erat senatus auctoritas.

[p] *Deligerentur in id consilium ab universo populo*] Lege *ex universo populo*, sive *ex quovis ordine et genere civium.*

rum ordinum splendore [8] confirmari, plebis libertatem et commoda tueri atque augere [9] voluerunt. LXVI. 138. Hæc qui pro virili parte [10] defendunt, optimates sunt, cujuscumque sint [1] ordinis: qui autem præcipue suis cervicibus [q] tanta munia [2] atque rempublicam sustinent, ii [3] semper habiti sunt optimatium principes, auctores et conservatores civitatis. Huic [4] hominum generi fateor, ut ante dixi, multos adversarios, inimicos, invidos esse, multa proponi pericula, multas [5] inferri injurias, magnos esse experiundos [6] et subeundos labores: sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia; cum [7] dignitate, non cum voluptate; cum iis, qui se patriæ, qui suis civibus, qui laudi, qui gloriæ; non qui somno, et conviviis, et delectationi natos arbitrantur. Nam, si qui voluptatibus ducuntur,[8] et se vitiorum illecebris [9] et cupiditatum lenociniis dediderunt; missos faciant honores: ne [10] attingant rempublicam: patiantur viros fortes labore, se otio suo perfrui.[1] 139. Qui autem bonam famam bonorum, quæ sola vere gloria nominari potest, expetunt, aliis otium quærere debent et voluptates, non sibi. Sudandum est his pro communibus commodis,[2] adeundæ inimicitiæ, subeundæ sæpe pro republica tempestates; cum multis audacibus, improbis, nonnunquam etiam potentibus, dimicandum. Hæc

tate veteri.—8 Franc. Dresd. et edd. pr. *prox. hominum splend.*—9 C H S χ ψ *augeri.*

CAP. LXVI. 10 ψ *Hoc*, et C *pro viri parte.*—1 ψ *cujusque*, et χ ψ, Ven. 1480. *sunt.* Mox, in S et T deest *autem.*—2 *Injuria* ψ: *munera* C T χ, Franc.—3 C H S *hi*: T *alii.*—4 T non habet *Huic.* Pro *hominum* in C *omnium.* Verba *ut ante dixi* absunt a C H S T χ, Dresd.—5 S *multa*: T *multis.* Tum, *inf. invidia* S: *insidias* Naug. *invidias* Pal. 9. Ms. Vict. et Car. Steph.—6 χ *exprimendos*: Franc. *excipiendos.*—7 In χ deest præpositio ante *dignitate.*—8 C H *ducantur*: S T χ ψ, Franc. Dresd. et edd. vett. *dicantur.*—9 ψ *illecebrum.*—10 S T χ ψ, Franc. *nec.*—1 *Viros laborum patientes frui* C H S χ ψ et edd. ante Hervag. *viros fortes laborum patientes frui* Franc. Dresd. et Mss. Manutii: *virorum fortium labore se otio suo perfrui* Ms. Car. Steph. et Hervag. cum Orell. Ceteri ut Ern. Rubenius conjecit legend. *viros fortes labore*

NOTÆ

[q] *Suis cervicibus*] Cervices pro humeris dicit: quæ dicendi ratio satis Ciceroni familiaris est.

audivimus de clarissimorum virorum consiliis[3] et factis: hæc accepimus, hæc legimus. [*p.* 27.] Neque eos in laude positos videmus, qui incitarunt aliquando populi animos ad seditionem, aut qui largitione cæcarunt[4] mentes imperitorum, aut qui fortes et claros viros, et bene de republica meritos, in invidiam aliquam vocaverunt. Leves hos semper nostri homines, et audaces, et malos, et perniciosos cives putaverunt.[5] At vero qui horum impetus et conatus represserunt; qui auctoritate, qui fide, qui constantia, qui magnitudine animi, consiliis audacium restiterunt; ii graves, ii principes, ii duces, ii auctores hujus ordinis, et dignitatis, atque imperii[6] semper habiti sunt. LXVII. 140. Ac, ne quis ex nostro, aut aliquorum præterea casu hanc vitæ viam pertimescat; unus in hac civitate, quem quidem ego possim dicere, præclare vir de republica meritus, L. Opimius,[r] indignissime concidit: cujus monumentum celeberrimum in foro, sepulcrum desertissimum in littore Dyrrachino[s] relictum est. Atque hunc tamen flagrantem invidia,[t] propter interitum C. Gracchi, semper ipse populus Romanus periculo liberavit.[n] Alia quædam[u] civem egregium iniqui judicii procella pervertit. Ceteri vero, aut repentina vi perculsi, ac tempestate populari,[7] per populum

[n] *Populus absolvit.*

patienter frui.—2 ψ *Suadendum est,* et χ *pro omnibus commodis.*—3 Franc. *de clarorum virorum cons.* In C H S χ, Barb. Rom. Ven. 1483. deest *virorum,* prob. Garaton.—4 C *certarunt.*—5 Verba *Leves hos . . . cives putaverunt* non sunt in T. Verba *nostri homines* tantum absunt a C H S χ ψ.—6 *Auct. hujus ordinis et dignitatis imperii* S: *auct. hujus dignitatis atque imp.* Pal. 9. Nang. Car. Steph. Lamb. *auct. hujus ord. atque imp.* Schutz. e conjectura Ernesti: Gulielm. legi maluit *auct. hujus civitatis atque imp.* Orell. suspicatur aliquid excidisse.

CAP. LXVII. 7 Pro verbis *Ac ne quis ex nostro . . . tempestate populari* in

NOTÆ

[r] *L. Opimius*] L. Opimius templum Victoriæ exstruxerat.

[s] *Dyrrachino*] Dyrrachium prius Epidamnus dicebatur; urbs Macedoniæ, portu celebris.

[t] *Flagrantem invidia*] Multi Opimium oderant, quia Gracchum interfecerat.

[u] *Alia quædam, &c.*] Opimius damnatus est postea equitum judiciis; non quia Gracchum occiderat, sed quia munera acceperat.

tamen ipsum recreati sunt atque revocati; aut omnino invulnerati inviolatique vixerunt. At vero ii, qui senatus consilium, qui auctoritatem bonorum, qui instituta majorum neglexerunt, et imperitæ aut[8] concitatæ multitudini jucundi esse voluerunt, omnes fere reipublicæ pœnas, aut præsenti morte, aut turpi exilio, dependerunt.[o] [9] 141. Quodsi apud Athenienses, homines Græcos, longe a nostrorum hominum gravitate disjunctos, non deerant, qui rempublicam contra populi temeritatem defenderent, cum omnes, qui ita fecerant, a civitate ejicerentur;[10] si Themistoclem illum,[x] conservatorem patriæ, non deterruit a republica defendenda nec Miltiadis calamitas,[y] qui illam civitatem paulo ante servarat, nec Aristidis fuga,[z] qui unus[1] omnium justissimus fuisse traditur; si postea summi ejusdem civitatis viri, quos nominatim appellari non est necesse, propositis tot exemplis iracundiæ levitatisque popularis, tamen suam rempublicam illam defenderunt;[2] quid nos tandem facere debemus, primum in ea civitate nati, unde orta mihi gravitas et magnitudo animi videtur; tum

[o] *Dederunt.*

C H S T χ ψ, Franc. legitur, *et si quos* (H *quis*) *eorum aut iniqui judicis* (Franc. *judicii*) *quædam procella pervertit* (Franc. *evertit*), *aut aliqua repentina vis ac* (Franc. *atque*) *tempestas pertulit* (H S χ ψ, Franc. *perculit*) *populares*, vel *popularis*. Dresd. et edd. vett. *et si quos eorum aut iniqui judicii quædam procella evertit aut aliqua vis tempestate perculit popularis*. In Ms. Hotomanni legitur, *et si quos eorum aut iniqui judicii quædam procella aut aliqua repentina vis aut tempestas perculit populum tamen ipsum et creati sunt ac revocati, aut animo invulnerati atque inviolati vixerunt.*—8 Franc. *atque*. Mox, in Dresd. *jucundi* deest.—9 C S χ ψ *deprehenderunt.*—10 χ, Barb. et edd. ante Hervag. *fecerunt*. Tum, C *in civ. ejecerunt.*—1 C non habet *unus.*—2 In C H S T χ

NOTÆ

[x] *Themistoclem illum*] Themistocles Xerxis exercitum profligavit, et Xerxem ipsum e Græcia abire impulit.

[y] *Miltiadis calamitas*] Miltiades accusatus est a rege Persarum, pecunia corruptum infectis rebus a pugna recessisse; quare ingenti pecunia mulctatus est; quam cum solvere non posset, in vincula publica conjectus, misera et indigna morte periit.

[z] *Aristidis fuga*] Aristides vir Atheniensis fuit nobilitate et justitia sua celeberrimus, qui cum ab Themistocle dissensisset, abire in exilium coactus est, sed ab eodem Themistocle anno ferme sexto revocatus est, uti Cornelius Nepos in ejus vita scribit.

in tanta gloria insistentes,[3] ut omnia humana leviora videri debeant; deinde ad eam rempublicam tuendam [4] aggressi, quæ tanta dignitate est, ut eam defendentem occidere non aliud sit, quam oppugnantem rerum potiri?[a] LXVIII. 142. Homines Græci, quos antea nominavi, inique [5] a suis civibus damnati atque expulsi, tamen, quia bene sunt de suis civitatibus meriti, tanta hodie gloria sunt, non in Græcia solum, sed etiam apud nos, atque in ceteris terris, ut eos, a quibus illi oppressi sunt, nemo nominet, horum calamitatem dominationi illorum omnes anteponant. Quis [6] Carthaginiensium pluris fuit Hannibale,[b] consilio,[p] virtute, rebus gestis; qui unus cum tot imperatoribus nostris per tot annos de imperio et de gloria decertavit? [7] Hunc sui cives e civitate ejecerunt: nos etiam hostem literis nostris, et memoria videmus esse celebratum. 143. Quare imitemur nostros Brutos,[c] Camillos,[d] Ahalas,[e] Decios,[f] Curios,[g]

[p] *Superavit Hannibalem consilio.*

omittuntur voces *si postea . . . illam defenderunt.*—3 ψ *gloria videntur insistentes.* —4 C S χ *ad eam rem tuend.* Mox, Schutz. e conjectura dedit *occidere optabilius sit, quam, &c.* Wolf. legi mavult *occidere non gravius sit, quam, &c.* Tum, Lamb. *pugnantem.*

CAP. LXVIII. 5 H *iniquo.*—6 Arusianus *Qui.*—7 *Qui unus nobiscum tot annos de imp., de gloria decert.* quatuor Oxonn. Mss. *qui vobiscum tot annos* Franc. *qui unus cum tot annos* Dresd. et edd. vett. Verba *et de gloria* absunt a χ. In Ven. 1480. Junt. sic legitur, *qui unus cum tot annos de imp., de gloria*

NOTÆ

[a] *Oppugnantem rerum potiri*] Ostendit Cicero, tantam esse reipublicæ Romanæ dignitatem et potentiam, ut, qui ejus defensorem occiderit, necesse sit, ut summum rerum omnium dominatum obtineat.

[b] *Hannibale*] Hannibal dux Carthaginiensium fuit, qui Romanos debellaturus Alpes trajecit, et eos multis cladibus affecit; sed odio civium suorum, tandem ad Antiochum fugit. Justinus lib. XXXI. rem narrat.

[c] *Brutos*] Brutorum primus, qui Junius dictus est, Tarquinios ejecit, et primus factus est consul.

[d] *Camillos*] Loquitur de Furio Camillo, qui Gallos delevit, a quibus Capitolium, urbe incensa, obsidebatur.

[e] *Ahalas*] Ahala Servilius interemit Spurium Melium, cum venisset in suspicionem regni.

[f] *Decios*] Decii pater et filius se devoverunt pro patria; pater bello Latino ad Veserim, filius bello Samnitico.

[g] *Curios*] M. Curius Dentatus de Samnitibus, de Sabinis, et Pyrrho triumphavit. Vide lib. de Senectute.

Fabricios,[h] Maximos,[i] Scipiones,[k] Lentulos,[l] Æmilios,[m] innumerabiles alios, qui hanc rempublicam stabiliverunt; quos equidem in Deorum immortalium cœtu ac numero repono. Amemus patriam, pareamus senatui, consulamus bonis: præsentes fructus negligamus, posteritatis gloriæ[8] serviamus: id esse optimum putemus, quod erit rectissimum: speremus quæ[9] volumus, sed quod acciderit, feramus: cogitemus denique, corpus virorum fortium, magnorumque hominum,[10] esse mortale; animi vero motus, et virtutis gloriam, sempiternam: neque hanc opinionem si in illo sanctissimo Hercule consecratam[q] videmus, cujus corpore ambusto,[1] [n] vitam ejus et virtutem immortalitas[2] excepisse dicitur, minus existimemus eos, qui hanc tantam rempublicam suis consiliis ac laboribus[3] aut auxerint, aut defenderint, aut servarint, esse immortalem gloriam consecutos.[4]

[q] *Confirmatam.*

cum Po. Ro. decertaverit, hunc sui cives, &c. Pro *sui cives* Lamb. et Grut. habent *si cives.* Deinde, *de civitate* Mss. nonnulli et edd. vett.—8 *Posteritati, gloriæ* C H S χ ψ, Rom. Ven. 1483. *posteritati et gloriæ* T, Ven. 1483. Junt. Lamb. Oliv.—9 C H S χ ψ, Dresd. et edd. pleræque ante Naug. *quod:* in T deest. Tum, *voluerimus* Franc.—10 C S T *magnorum hom.*—1 Franc. Dresd. et edd. vett. cum Schutz. *combusto.*—2 Dresd. *immortales.*—3 *Cons. ac lab.* Ven. 1480. Junt. Ern. Schutz. et Orell. *cons. aut lab.* ceteri.—4 T, Ven. 1483. Lamb. *consecuturos.*

NOTÆ

[h] *Fabricios*] Fabricius vir pauperrimus, qui tamen forti animo Samnitum dona respuit, nec pollicitationibus Pyrrhi Epirotæ tentari potuit.

[i] *Maximos*] Fabius Maximus, qui cunctando restituit rem, quinquies consul fuit post Cannensem pugnam; ac postea, factus dictator, Hannibalem sua patientia superavit.

[k] *Scipiones*] Primus Scipionum fuit Cornelius, a quo gens patricia Scipionum initium habuit. Scipio autem dictus est, quod cæcum patrem regeret. Ex illa familia Africani, Æmiliani, Numantini, Asiatici, et Nasicæ extitere victoriis, triumphis, consulatibus, et eruditione longe omnium Romanorum nobilissimi.

[l] *Lentulos*] Lentuli, Romani cives clarissimi, a Lente nominati sunt, inter quos viginti quatuor et amplius consulatum gesserunt.

[m] *Æmilios*] Æmilii varii fuerunt apud Romanos; Æmilius Lepidus, cui, propter hostem interfectum in acie, et servatum civem, ex senatusconsulto bullata statua posita est. Æmilius Regillus, cui triumphus navalis decretus est. Æmilius Scaurus, de quo in orat. pro Fonteio.

[n] *Corpore ambusto*] De ejus ambustione vide Sophoclem in Trachiniis.

LXIX. 144. Sed me repente, judices, de fortissimorum et clarissimorum civium dignitate et gloria dicentem, et plura etiam dicere parantem, horum aspectus [5] in ipso cursu orationis repressit. [*p.* 28.] Video P. Sextium, meæ salutis, vestræ auctoritatis, publicæ causæ defensorem, propugnatorem, auctorem,[6] reum: video hunc prætextatum ejus filium [o] oculis lacrymantibus me intuentem: video Milonem, vindicem vestræ libertatis,[7] custodem salutis meæ, subsidium afflictæ reipublicæ, exstinctorem domestici latrocinii, repressorem cædis quotidianæ, defensorem templorum atque tectorum, præsidium curiæ, sordidatum [p] et reum: video P. Lentulum,[q] cujus ego patrem, Deum ac parentem statuo fortunæ ac nominis mei, et fratris, rerumque nostrarum, in hoc misero squalore et sordibus: cui superior[8] annus[r] idem, et virilem, patris, et prætextam, populi judicio, togam dederit, hunc hoc anno, in hac toga, rogationis injustissimæ subitam acerbitatem pro patre fortissimo et clarissimo cive deprecantem.

145. Atque hic tot et talium civium squalor, hic luctus,[9] hæ sordes, susceptæ sunt propter unum me, quia me defenderunt, quia meum [10] casum luctumque doluerunt, quia me lugenti patriæ, flagitanti senatui, poscenti Italiæ, vobis omnibus orantibus reddiderunt. Quod tantum est in me scelus? quid tantopere deliqui illo, illo die,[1 s] cum ad vos

CAP. LXIX. 5 ψ *aspectu.*—6 Mss. Lambini *actorem.*—7 T et Lamb. *vind. nostræ lib.*—8 χ *cum sup.*—9 C H S χ *hi luctus.*—10 χ *qui meum.*—1 C S χ

NOTÆ

[o] *Prætextatum ejus filium*] De prætexta dictum est lib. I. in Verr. § 13. not.

[p] *Sordidatum*] Veste alba vulgo Romani utebantur, quam in luctu et in judicio deponebant, assumta attrita et lacera ad movendam misericordiam judicum.

[q] *P. Lentulum*] P. ille Lentulus fuit illius filius, qui Ciceronem ab exilio revocavit. Cato autem tulerat legem tribunus plebis, ut patri Lentulo Ciliciæ imperium abrogaretur. Hac de causa sordidatus huic judicio affuit.

[r] *Superior annus*] Anno superiore Lentulus ille filius virilem togam a patre consule acceperat, et prætextam augur creatus. Augures autem a populo creabantur, et maturius quam ceteri magistratus. Certe ex Suetonio habemus Cæsarem anno 17.

indicia, literas, confessiones communis exitii detuli? cum parui vobis? At, si [2] scelestum est amare patriam, pertuli pœnarum satis: eversa domus est, fortunæ vexatæ, dissipati liberi,[3] raptata conjux, frater optimus, incredibili pietate, amore inaudito, maximo in squalore volutatus est ad pedes inimicissimorum:[t] ego pulsus aris, focis, Diis penatibus,[4] distractus a meis, carui patria, quam (uti [5] levissime dicam) certe texeram: pertuli crudelitatem inimicorum, scelus infidelium,[6] fraudem invidorum.

146. Si hoc non est satis, quod hæc omnia deleta videntur reditu meo; multo mihi, multo, inquam, judices, præstat, in eandem illam recidere fortunam, quam tantam importare meis defensoribus et conservatoribus calamitatem. An ego in hac urbe esse possim,[7] his pulsis, qui me hujus urbis compotem fecerunt? non ero: non potero esse, judices: neque hic unquam puer, qui his lacrymis, qua sit pietate, declarat, amisso patre suo propter me, me ipsum incolumem videbit: nec,[8] quotiescumque me viderit, ingemiscet, ac pestem suam,[u] et patris sui, sese dicet videre. Ego vero vos in omni fortuna, quæcumque erit oblata, complectar: nec me ab iis, quos meo nomine [9] sordidatos videtis, unquam ulla fortuna divellet: neque eæ nationes,[10] quibus me senatus commendavit, quibus de me gratias egit, hunc exulem propter me sine me videbunt.

del., *eo die.*—2 C H S χ *Ac si.*—3 Quidam, teste Orell., conjecit legend. *fortunæ dissipatæ, vexati liberi.* Tum, S T ψ *rapta conjux.*—4 ψ *de his penat.* —5 Schutz. *ut.*—6 Ant. Augustinus suspicabatur *infidorum* legend.—7 χ ψ et nonnullæ edd. vett. *possum.*—8 Pro *nec* sex Oxonn. Mss. et edd. ante Naug. habent *et.*—9 ψ *quos modo nom.* Mox, H *nunquam.*—10 C H S *hæ*

NOTÆ

flaminem Dialem, patre mortuo, fuisse designatum.

[s] *Illo die*] Nonis Decembribus Cicero totam Catilinæ conjurationem detexit cum indiciis. Vide orat. III. in Catilinam.

[t] *Inimicissimorum*] Ad consulum Pisonis et Gabinii pedes supplex venit Q. frater pro Tullio fratre supplicaturus.

[u] *Pestem suam*] Si damnetur Sextius, filius ejus Ciceronem tanquam suæ et paternæ calamitatis auctorem respiciet, quia damnabitur, quod Ciceronis patrocinium suscepit.

147. Sed hæc Dii immortales, qui me suis templis advenientem receperunt, stipatum ab his viris,[x] et P. Lentulo consule,[1] atque ipsa respublica, qua nihil est sanctius, vestræ potestati, judices,[2] commiserunt. Vos hoc judicio omnium bonorum mentes confirmare, improborum reprimere potestis: vos his civibus uti optimis, vos me reficere, et renovare rempublicam.[3] Quare vos obtestor, atque obsecro, ut, si me salvum esse voluistis, eos conservetis, per quos me recuperavistis.

nationes.—1 C H S χ ψ et edd. ante Hervag. cum Naug. Cam. Lamb. *P. Lentulus consul:* T *P. Lentulus,* omisso *consul.*—2 In C H S T χ deest *judices.* Mox, pro *judicio omnium* ψ habet *judices.*—3 T *improborum mentes repr. potestis,* omissis verbis *vos his civibus . . . renovare rempublicam.* Post *renov. rempublicam* C H S χ ψ et edd. ante Grut. addunt *potestis.*

NOTÆ

[x] *Stipatum ab his viris*] Sextio et Milone stipatus rediit in patriam Cicero.

M. TULLII CICERONIS

IN VATINIUM

ORATIO XXXIII.

ARGUMENTUM.

Cum inter testes contra Sextium productus esset Vatinius, et defensor Sextii Cicero ei esset inimicissimus, opportune oblatam occasionem arripuit Vatinii ulciscendi. Itaque cum defensoris inprimis hoc esset, ut testes productos apte acuteque interrogando calumniæ convinceret; Cicero Vatinium, qui, quo genere sit, quomodo in pueritia vixerit, quid in quæstura totoque tribunatu fecerit, ac tandem etiam de ipsa causa, sed breviter, interrogavit, omnibus vehementer plaudentibus. Itaque hæc non tam Oratio quam Interrogatio est, quemadmodum ab ipso Cicerone appellatur.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 29.] Si tua [1] tantummodo, Vatini,[a] quid indignitas postularet, spectare voluissem, fecissem id, quod his vehementer placebat, ut te, cujus testimonium,

In ed. Orell. hæc Oratio sic inscribitur, *M. Tullii Ciceronis in P. Vatinium Oratio s. Interrogatio.* 'Inscribenda est hæc Oratio *in Vatinium testem,* ut ex scriptis aliquot libris colligitur, qui sic habent, *interrogationem quoque fuisse in judicio P. S.* et ita scribendum esse constat etiam ex Epistt. ad Fam.' *Gulielm.* Vid. Argum. Manutii in Varr. Lectt.

Cap. I. 1 In Ms. Vict. deest *tua*, prob. Grut. Mox, *quod indign.* χ: *quæ id indign.* Erf. *quæ indign.* Pal. 9. *quid dignitas* Pal. 5. 8. In T *indignitas,*

NOTÆ

[a] *Vatini*] Vatinius e plebeio genere fuit, qui deformis, et nullius ingenii vir, a Velleio Paterculo describitur.

propter turpitudinem vitæ sordesque domesticas, nullius momenti[a] putaretur, tacitus dimitterem.[b] Nemo enim horum aut[2] ita te refutandum, ut gravem adversarium,[c] aut ita rogandum,[b] ut religiosum testem, arbitrabatur. Sed fui paulo intemperantior[c][3] fortasse, quam debui: odio enim tui (in quo, etsi omnes, propter tuum in me scelus,[d] superare debeo, tamen ab omnibus pæne vincor[e]) sic sum incitatus, ut, cum[4] te non minus contemnerem quam odissem, tamen vexatum[d] potius, quam despectum, vellem dimittere. 2. Quare, ne tibi hunc[5] honorem a me haberi forte mirere, quod interrogem,[6] quem nemo congressu, nemo aditu, nemo suffragio,[f] nemo civitate, nemo luce dignum putet; nulla me ad id causa[7] impulisset, nisi ut ferocitatem tuam istam[8] comprimerem, et audaciam frangerem, et

[a] *Auctoritatis.* [b] *Interrogandum.*
[c] *Iracundior.* [d] *Exagitatum.*

sine *quid.* Tum, T *postulat*: H *postulasset.*—2 C H S T χ, Franc. Dresd. et ed. pr. non agnoscunt *aut.*—3 Pal. 9. *Si fui.* Deinde, *paulo in te intemp.* ed. 1471. Ven. 1483. Med. Hervag. Lamb. Græv. *paulo temperatior* ed. pr. Junt. *paulo intemperantior* Pall. nonnulli: *paulo ante intemp.* Erf. Bern. Pal. 9. Ms. Vict. cum Orell. *paulo ante in te intemp.* conjecit Lamb.—4 In C et ψ deest *tum.* Mox, verba *tamen vex. pot., quam desp., vellem dim.* non sunt in H.—5 Pro *hunc* in ψ legitur *habui.*—6 χ *quod te interrogarem.*—7 *Nulla mea causa* H S T ψ, Erf. Dresd. *nulla mea ad id causa* C. Garaton. conjecit legend. *nulla me alia causa.* 'Vel *impulisset* vitiosum est, vel aliquid post *nisi* excidit, ut *mihi faciendum putassem*, aut simile quid: sed facilius est illud corrigere *impulit.* Edd. pr. non habent *ad id*; et sapit sane glossam. Primus addidit Junta.' *Ern.* Verba *ad id* Orellius uncis inclusit. Pro *impulisset* C et T habent *impulset.*—8 Hervag. *istam tuam.* Mox, Dresd. *audi-*

NOTÆ

[b] *Tacitus dimitterem*] Viri locupletes audiebantur libentius testes in judicio, quam pauperes et abjecti, vel qui ære alieno tenebantur. Cum autem hic Vatinius nullius esset nominis, utpote obscurus propter nequitiam in re familiari, non erat dignus qui in judicio testis audiretur.

[c] *Gravem adversarium*] Gravis adversarius censetur ille, cujus dignitas, fides, mores, gravitas, rei familiaris abundantia cognita sunt. At nihil his simile in Vatinio reperitur.

[d] *Propter tuum in me scelus*] Vatinius socius fuit Clodii in ejiciendo Cicerone per vim, sine lege, sine judicio.

[e] *Ab omnibus vincor*] Tanto omnibus suis civibus odio fuit Vatinius, ut in proverbium abierit odium Vatinianum: cum autem ille gladiatorium munus daret, lapidatus a populo fuit.

[f] *Nemo suffragio*] Cum Vatinius ædilitatem peteret, nullum tulit in comitiis suffragium.

loquacitatem paucissimis interrogationibus[9] [g] irretitam retardarem. Etenim debuisti, Vatini, etiamsi falso venisses in suspicionem P. Sextio,[10] tamen mihi ignoscere, si, in tanto hominis de me optime meriti periculo, et tempori [e] ejus, et voluntati parere voluissem. 3. Sed hesterno [1] pro testimonio [h] esse mentitum, (cum affirmares, nullum tibi omnino cum Albinovano sermonem, non modo de Sextio accusando, sed ulla [2] unquam de re fuisse) paulo ante imprudens indicasti; [3] [i] qui et T. Claudium [k] tecum communicasse, et a te consilium P. Sextii accusandi petisse, et Albinovanum (quem antea vix tibi notum esse dixisses [4]) domum tuam venisse, multa tecum locutum dixeris: denique conciones P. Sextii [l] scriptas, quas neque nosset, neque reperire posset,[5] te Albinovano dedisse,[m] easque in hujus judicio [6] esse recitatas. In quorum altero es con-

[e] *Defensioni.*

entiam, et T *confrangerem.*—9 Orell. e Bern. et Ms. Car. Steph. recepit *paucis meis interrog.*—10 χ *Sexto:* C et Ms. Grævii *Sestio*, semper. In T deest præpositio ante *tanto.* Paulo post, Erf. *tempori et vol.* Hervag. *tempori et ejus vol.* '*Debuisti si . . . voluissem*] Hæc tempora non consentiunt: debetque aut esse *debuisses si . . . voluissem*, aut *debuisti si . . . volui*, quod magis placet.' *Ern.*—1 Erf. *Si hesterno:* al. *Sed externo.* Schutz. e conjectura cujusdam ap. Lamb. recepit *Sed hesterno die pro test.* Lamb. conjecit *Sed te hesterno pro test.*—2 Ald. Crat. Hervag. Cam. Ern. Schutz. et Orell. *ulla:* ceteri *nulla.*—3 S *judicasti.* In C H χ ψ deest *qui.*—4 Erf. et edd. vett. *dedisses.*—5 χ *denique rationes P. Sextii scriptas*, omissis vocibus *quas neque nosset, neque rep. posset.* Pro *nosset* Franc. Dresd. et ed. pr. habent *noscere.*

NOTÆ

[g] *Paucissimis interrogationibus*] Cicero Epist. ad Fam. I. 9. sic de ista interrogatione loquitur: 'Tota vero interrogatio mea nihil habuit aliud, nisi reprehensionem illius tribunatus: in qua omnia dicta sunt libertate animoque maximo, de vi, de auspiciis, de donatione regnorum.'

[h] *Pro testimonio*] Vatinius in ferendo testimonio contra Sextium mentitus est.

[i] *Indicasti*] Indicare est de suo facto confiteri.

[k] *T. Claudium*] T. Claudius unus fuit ex accusatoribus Sextii cum Albinovano.

[l] *Conciones P. Sextii*] Intelligit eas conciones quas Sextius in tribunatu suo dixit pro revocando ab exilio Cicerone; quibus dicebatur ad seditionem populum concitasse.

[m] *Scriptas . . . dedisse*] Institutum est a Cæsare, ut tam acta senatus, quam sententiæ senatorum conficerentur, et publicarentur. Sueton. in Julio.

fessus, a te accusatores esse instructos et subornatos;[7] in altero inconstantiam tuam, cum levitate,[8] tum etiam perjurio implicatam,[9] refellisti: cum, quem alienissimum a te esse dixisses, eum domi tuæ fuisse; quem prævaricatorem[n] ab initio judicasses, ei te, quos rogasset, ad accusandum libros[o] dixeris dedisse. II. 4. Nimium es vehemens feroxque natura: non putas fas esse, verbum ex ore exire cujusquam, quod non jucundum et honorificum ad aures tuas accedat.[10] Venisti iratus omnibus; quod ego, simulac te[1] aspexi, prius quam loqui cœpisti, (cum ante Gellius,[p] nutricula seditiosorum[q] omnium, testimonium diceret[2]) sensi atque providi. Repente enim te, tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo,[r] tumidis cervicibus intulisti: ut mihi renovatus ille tuus in te * *[3][s] 5. veterem meum amicum, sed tamen tuum familiarem,

—6 *In hoc jud.* C H S T χ ψ, Bern. et edd. ante Grut.—7 χ *suborantes.* In Dresd. omittuntur verba *es confessus . . . subornatos: in altero.*—8 Schutz. *tum lev.*—9 C S T et edd. ante Ald. *implicitam.* Mox, Erf. *cumque alieniss. a te:* Bern. et Mss. Lambini cum Orell. *cum, quem a te alieniss.* Tum, H S T ψ, Erf. Bern. Rom. Ven. utraque, Lamb. et Orell. *quem prævar. esse ab init. jud.* Pro *ei* C H S T ψ habent *et.* Verba *cum, quem alieniss. . . . dixeris dedisse* absunt a χ, Franc. 1. Dresd.

CAP. II. 10 *Accidit* Bern. *accedat* Mss. plerique et edd. ante Lamb. cum Ern. et Schutz. *accidat* ceteri, e conjectura Pantagathi.—1 Arntzenius conjecit *simul ad te.*—2 In χ desunt verba *cum ante Gell., nutr. sed. omn., test. dic.* Paulo post, Junt. Lamb. et Orell. habent *sensi atque prævidi*, et sic Ms. Bergeri.—3 C H S ψ et edd. vett. nonnullæ hic habent nullam lacunæ notam. In T χ, Franc. Dresd. non leguntur verba *ut mihi renovatus* usque ad *nunquam vituperari.* Hunc locum Lambinus, partim e conjectura Ant.

NOTÆ

[n] *Prævaricatorem*] Prævaricator, inquit Ulpianus, est quasi varicator, qui diversam, prodita causa sua, partem adjuvat.

[o] *Libros*] Intelligit scriptas Sextii conciones.

[p] *Ante Gellius*] C. Gellius Publicola L. Philippi privignus, frater L. Gellii Publicolæ, clarissimi viri, et optimi consulis, fuit.

[q] *Nutricula seditiosorum*] In orat. pro Sextio, sic de eo: 'Ecquæ seditio unquam fuit, in qua non ille princeps?' &c.

[r] *Inflato collo*] Tumebat videlicet Vatinius iracundia. Jocatur vero in ejus strumas, quibus collum ejus inflatum erat; erat enim ille strumosus.

[s] [*Cornelium*] Reus majestatis Cornelius a Cicerone prætore defensus est apud Q. Gallum prætorem, L. Manlio Torquato et L. Aurelio Cotta coss.

defenderim, cum in hac civitate oppugnatio soleat, qua tu nunc uteris, nonnunquam, defensio [4] nunquam vituperari. Sed quæro a te, cur C. Cornelium non defenderem: [5] [t] num legem aliquam Cornelius contra auspicia [6] tulerit: num Æliam, num Fufiam [u] legem neglexerit: num consuli vim [x] attulerit: num armatis hominibus templum [7] tenuerit: [y] num intercessorem vi dejecerit: [z] num religiones [8] polluerit; ærarium exhauserit; [a] rempublicam compilarit. Tua sunt, tua [b] sunt hæc omnia. Cornelio ejusmodi nihil objectum est. Codicem legisse [c] dicebatur. Defendeba-

Goveani, sic emendavit, *ut mihi renovatus tuus ille tribunatus videretur. Ac mihi primum objecisti, quod Cornelium, veterem meum amicum, &c.* et sic ed. Delph. nisi quod habet *renovatus ille tuus in te tribunatus vid.* In Ms. Bergeri legitur, *intulisti, tum nihil remoratus incusasti me, quod meum amicum, &c.* ut Pantagathus olim emendarat, et quod postea ita mutavit, *ut in me evomeres illud virus, cur veterem meum, &c.* Pro *meum* C S ψ habent *eum;* H *illum.* Vid. Nott. Varr.—4 Pro *defensio* C H ψ *defendi.* Tum, C H S ψ *nonnunquam vitup.*—5 T *Gayum Cornelium,* et H *non defenderim.*—6 ψ *circa ausp.* Mox, pro *Æliam* C H *Helyam;* S ψ *Heliam.* Pro *neglexerit* C H *illexerit;* S *illegerit;* ψ *illeserit.* Deinde, χ *nec consuli mihi attulerit.* In T omittuntur verba *num Fufiam . . . polluerit,* et ab H absunt voces *num consuli vim attulerit.* —7 *Templum* non est in ψ.—8 ψ *legiones,* et mox *compilavit.* In ψ semel

NOTÆ

[t] *Cornelium non defenderem*] Narrat Pedianus, quod Cornelius tribunus plebis, cum legem ferre vellet, ne quis, nisi per populum, legibus solveretur; quod antiquo jure cautum erat; et Publius Servilius Globulus, ejus collega, scribam subjicere, et præconem recitare prohiberet, codicem ipse arripuit, et populo recitavit; quo facto tribuniciæ potestatis majestatem violasse accusabatur. Pungit autem Vatinium, quod conqueratur amicum suum in judicio defendi.

[u] *Num Æliam, num Fufiam*] De utraque hac lege dictum est in orat. post Red. in Sen. § 11. not.

[x] *Consuli vim*] Consuli Pisoni tum vis allata est, quod, cum tolli tribuniciam potestatem questus esset, gravi convicio a populo exceptus est, et jacti in eum lapides, et Gabinio fasces fracti sunt.

[y] *Templum tenuerit*] Loquitur de æde Castoris, quæ in foro sita fuit, quam occupare primum seditiosi conabantur.

[z] *Intercessorem vi dejecerit*] Cornelius non Pub. Servilium Globulum dejecit de templo Castoris, quando voluit intercedere, ne lex ejus ferretur.

[a] *Ærarium exhauserit*] Cornelius retulit ad senatum, ut refert Asconius, ne quis legatis ceterarum nationum pecuniam expensam ferret; quia magna usura eis pecuniæ dabantur.

[b] *Tua sunt, tua*] Id est, hæc omnia, a quibus longissime abfuit Cornelius, a Vatinio patrata esse reprehendit, vel a Clodianis, quorum semper partes secutus est.

[c] *Codicem legisse*] In quo videlicet

tur, testibus collegis[d] suis, non recitandi[9] causa legisse, sed recognoscendi.[e] [*p.* 30.] Constabat tamen, Cornelium concilium[10][f] illo die dimisisse,[g] intercessioni paruisse.[h] Tu vero, cui Cornelii defensio displicet, quam causam ad patronos tuos, aut quod os afferes?[f][1] quibus jam præscribis, quanto illis probro futurum sit, si te defenderint, cum tu mihi Cornelii defensionem in maledictis[g] objiciendam putaris.[2] 6. Attamen hoc, Vatini, memento, paulo post istam defensionem meam, quam tu bonis viris displicuisse dicis, me, cum universi populi Romani summa[3] voluntate, tum optimi cujusque singulari studio, magnificentissime post hominum memoriam consulem factum, omniaque ea[4] me pudenter[h] vivendo consecutum esse, quæ tu impudenter vaticinando[i] sperare te sæpe dixisti.

III. Nam quod mihi discessum[k] objecisti meum, et quod horum[5][l] (quibus ille dies acerbissimus fuit, qui idem tibi

[f] *Quo vultu apparebis?* [g] *Tanquam crimen.* [h] *Integre.*

tantum leguntur voces *tua sunt.*—9 Bern. *non se recit.* In χ, Franc. 1. Dresd. desunt verba *Codicem legisse . . intercessioni paruisse.*—10 Edd. vett. *consilium.*—1 C ψ *quod hos aff.* H *quod his aff.*—2 S *putares.* Mox, pro *hoc* C H S habent *hæc;* Erf. *hujus;* Franc. et Dresd. *hic.*—3 *Summa* non est in χ.—4 In H et ψ deest *ea.* Tum, alii *prudenter viv.* et paulo post, *imprudenter.*

Cap. III. 5 ψ *et quid horum.* χ, Franc. 1. Dresd. *Nam quod mihi disc. obj. meum, qui idem* (χ *quidem*) *tibi lætissimum, tantum tibi resp.* mediis verbis omis-

NOTÆ

lex ejus scripta erat: quo facto violavit tribuniciam potestatem, et reus factus est violatæ majestatis.

[d] *Testibus collegis*] Tribuni quidem plebis alii, excepto uno Globulo, Cornelium defendebant.

[e] *Recognoscendi*] Non arripuit codicem Cornelius legem recitandi causa, sed animadvertendi, si quid in eo esset corrigendum.

[f] *Concilium*] Concilium pars est populi congregata, non totus populus.

[g] *Dimisisse*] Cum Cornelius vidisset maximos motus fore, tum quia consulem, qui illi minas intentabat, prehendi a lictore jusserat, tum quia fracti ejus fasces erant, et projecti ex ultima concione lapides, populum dimisit.

[h] *Intercessioni paruisse*] Non tulit legem suam Cornelius, cum ei vidit intercedi.

[i] *Vaticinando*] Alludit ad Vatinii nomen, qui de altero consulatu gerendo cogitabat.

[k] *Discessum*] Non exilium, sed discessum vocat, quia nullis legibus servatis, nullo facto judicio, abire Cicero coactus est.

[l] *Et quod horum*] Alloquitur judi-

lætissimus) luctum et gemitum renovare voluisti; tantum tibi respondeo, me, cum tu, ceteræque reipublicæ pestes, armorum causam quæreretis, et cum per meum nomen [6] fortunas locupletium diripere, sanguinem principum civitatis exsorbere, crudelitatem vestram odiumque diuturnum, quod in bonos jam inveteratum habebatis, saturare cuperetis, scelus et furorem vestrum cedendo maluisse frangere, quam resistendo. 7. Quare peto a te, ut mihi ignoscas,[7] Vatini, cum patriæ pepercerim,[m] quam servaram; et, si ego te perditorem [8] et vexatorem reipublicæ fero, tu me conservatorem et custodem feras. Deinde ejus viri discessum increpas,[9] quem vides, omnium civium desiderio, ipsius denique reipublicæ luctu, esse revocatum? At enim dixisti, non mea, sed reipublicæ causa [n] homines de meo reditu laborasse. Quasi vero quisquam vir, excellenti animo in rempublicam ingressus,[o] optabilius quicquam arbitretur,[10] quam se a suis civibus reipublicæ causa diligi. 8. Scilicet aspera mea natura,[p] difficilis aditus,[q] gravis vultus,

sis. Pro *respondeo* C H S ψ, Erf. Franc. Rom. Ven. 1483. Ald. et Orell. habent *respondebo*. Pro *me cum* Erf. habet *mecum*.—6 χ *et cum meum nom.* Erf. *et per meum nom.* Mox, H *diriperet*. Bern. et Mss. Lambini omittunt *principum*.—7 C H S T χ *Quare peto te*, et Lamb. *ut et mihi ign.* Mox, C *servatam*.—8 Dresd. *proditorem*. Mox, in C H S T χ deest *me*.—9 χ *increparis*: Dresd. *increpans*: Barb. *increpasti*. Lambinus conjecit *ne increpes*.—10 C S T

NOTÆ

ces, quorum alii equites Romani, alii senatores erant, qui veste mutata significarunt, quanto suo dolore Cicero nefarie ejiciebatur.

[m] *Patriæ pepercerim*] Si Clodianorum furoribus obsistere Cicero voluisset, seditio in tota urbe maxima orta esset, qua perire illa respublica poterat, quam a Catilinæ incendiis vindicaverat.

[n] *Sed reipublicæ causa*] Pompeii acta rescindere volebat Clodius; at Pompeius, quo ejus conatibus obsisteret, Ciceronem revocandum putavit.

[o] *In rempublicam ingressus*] Dicitur is in rempublicam ingredi, qui ad petendos honores se confert.

[p] *Scilicet aspera mea natura*] Suos mores ironice describit Cicero. Sane Plutarchus in Cicerone refert talem eum fuisse, qualem ad amorem doctrinæ et sapientiæ Plato requirebat; nempe natura memorem, magnificum, gratiosum, amicum et cognatum veritatis, justitiæ, fortitudinis, temperantiæ.

[q] *Difficilis aditus*] Ex eodem Plutarcho, toto illo tempore, quo provin-

superba responsa, insolens vita; nemo humanitatem meam, nemo consuetudinem,[i] nemo consilium, nemo auxilium requirebat: cujus desiderio (ut hæc minima[1] dicam) forum mœstum,[r] muta curia, omnia denique bonarum artium studia[s] siluerunt. Sed nihil sit factum mea causa:[2] omnia illa senatusconsulta,[t] populi jussa, Italiæ totius, cunctarum societatum,[u] collegiorum[x] omnium decreta de me, reipublicæ causa esse facta fateamur. Quid ergo, homo imperitissime[3] solidæ laudis ac veræ dignitatis, præstantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriæ, atque ad memoriam[4] mei nominis sempiternam, quam omnes hoc cives[5] meos judicare, civitatis salutem cum mea unius salute[6] esse conjunctam? 9. Quod quidem ego tibi reddo tuum:[y] nam, ut tu me[7] carum esse dixisti senatui, populoque Romano, non tam mea causa, quam reipublicæ;[8] sic ego te, quanquam sis omni diritate[9]

[i] *Conversationem.*

χ ψ *arbitraretur.*—1 Erf. *inimica.* Mox, Dresd. *mutata curia.*—2 ψ *Sed nihil est factum in ea causa:* Dresd. *Sed nihil sic factum mea causa.*—3 In marg. Ms. *impurissime*, teste Ursino. χ non habet *veræ.*—4 χ ψ *atque in mem.*—5 C *quam omnis hæc civis:* χ *quam hoc cives.*—6 *Cum unius mea sal.* Barb. Rom. Naug. *cum unius mei sal.* Ven. utraque, Junt. Ald. Crat. In Bern. *unius* deest.—7 Verba *tu me* non sunt in H.—8 Post *reipublicæ* C H S ψ, Rom. Ven. 1483. Hervag. addunt *nomine.*—9 C et ψ *duritate.* Mox, Erf. *deterrimus.* Tum, C H S ψ *civitatis.*

NOTÆ

ciam Cicero administravit, domus janitorem non habuit, neque ipse cuiquam jacere in lecto conspectus est; sed a primo solis ortu stans aut ambulans, eos excipiebat, qui salutatum veniebant.

[r] *Forum mœstum*] Cicero in oratione post Red. in Sen. 'Nihil vos civibus, nihil sociis, nihil regibus respondistis,' &c. Et paulo post, 'mutum forum, elinguem curiam.'

[s] *Bonarum artium studia*] Nemo in senatu sententiam dicebat, nemo cum populo agebat, nullius in judiciis vox audiebatur. Hæc bonarum artium studia vocat Cicero.

[t] *Senatusconsulta*] Quatuor in orat. post Red. ad Quir. enumerantur de Cicerone revocando.

[u] *Cunctarum societatum*] Publicani, qui in iisdem vectigalibus alicujus provinciæ versabantur, socii dicebantur; iis habere conventum fas erat.

[x] *Collegiorum*] Collegia dicebantur communia eorum concilia, qui vel eundem honorem gerebant, vel idem tractabant artificium.

[y] *Reddo tuum*] Reddo tuum, id est, in contrarium respondeo. Respondere enim is proprie dicitur, qui cri-

atque immanitate teterrimus,[k] tamen dico esse odio civitati,[z] non tam tuo, quam reipublicæ nomine.

IV. Atque, ut aliquando ad te veniam, de me hoc sit extremum.[l] Quid quisque nostrum de se ipse loquatur, non est sane, non est requirendum.[10] Boni viri judicent: id est maximi momenti et ponderis. 10. Duo sunt tempora, quibus nostrorum civium spectentur[1] judicia de nobis; unum honoris,[a] alterum salutis.[b] Honos talis[2] populi Romani voluntate paucis est delatus, ac mihi: salus tanto studio civitatis[3][c] nemini reddita. De te autem homines[4] quid sentiant, in honore experti sumus,[d] in salute expectamus.[e] Sed tamen ne me cum his principibus civitatis, qui adsunt P. Sextio,[5] sed ut cum homine uno, non solum[f]

[k] *Detestandus.* [l] *Et relinquam meipsum.*

CAP. IV. 10 H S T χ *de se ipso*, et T, Bern. nonnullæ edd. vett. *loq.*, *non est sane req.* Ante *Boni* T et Ven. 1480. addunt *Sed.* Pantagathus correxit, *Quod boni judicent.* Garaton. suspicabatur legend. *Quid boni viri.*—1 ψ *spectantur.*—2 Hervag. Lamb. Schutz. et Orell. *tali.*—3 Post *civitatis* χ ψ addunt *quanto.*—4 Erf. *De te hujus hom.*—5 Verba *Sed tamen ne . . . Sextio* e Mss. primus inseruit Lamb., omittit tamen *civitatis.* In Erf. legitur, *Sed tamen de mecum his princip. civ., qui adsunt pro Sestio.* Pro verbis *sed ut cum* C et ψ habent *et tecum;* H S T *et te cum;* χ *et me cum;* Erf. Bern. Græv. *sed ut tecum;* Pal. 1. *et ut tecum;* Pal. 7. et Junt. *et ut me tecum;* Pal. 9. *sed ut te cum;* Oliv. *et ut ne me cum;* Lamb. *sed tecum;* Ms. Car. Steph. *sed et ut me.* Pro verbis *non solum*, quæ Lall. et Schutz. deleverunt, Orell. e conjectura Goveani edidit *omnium.* Denique, in ed. Junt. legitur, *impud. verum etiam*

NOTÆ

men idem, quod sibi objectum est, in adversarium regerit.

[z] *Odio civitati*] Civitas est civium multitudo, urbs sunt ædificia.

[a] *Unum honoris*] Tempus honoris dicitur, cum de dignitate aliqua, seu honore acquirendo, agitur.

[b] *Alterum salutis*] Quando agitur de judicio et capite alicujus, tum tempus salutis dicitur.

[c] *Salus tanto studio civitatis*] Nemo unquam tanto studio, nec tam magnifice ab exilio revocatus est, ut dictum est in orat. pro Sextio.

[d] *In honore experti sumus*] Vatinius in quæstura postremus nominatus est, et in ædilitate petenda repulsam tulit, vel ab ipsa sua tribu, ut dictum est in orat. pro Sext.

[e] *In salute expectamus*] Expectatur judicium quod de Vatinio futurum sit, quando vocabitur in judicium. Paulus enim Æmilius et Licinius Macer delaturos nomen illius promiserant.

[f] *Uno non solum*] Hæc vox, *non solum*, mendi alicujus scrupulum injicit; neque enim videtur, quo refera-

impudentissimo atque infimo conferam; [*p.* 31.] de te ipso, homine et arrogantissimo, et mihi inimicissimo, quæro, Vatini, utrum[6] tandem putes, huic civitati, huic reipublicæ, huic urbi, his templis,[g] ærario, curiæ, viris his,[7] quos vides, horum bonis, fortunis, liberis, civibus ceteris, denique Deorum immortalium delubris, auspiciis,[h] religionibus, melius fuisse et præstabilius, me civem in hac civitate nasci, an te?[8] Cum mihi hæc responderis, aut ita impudenter, ut manus a te[9] homines vix abstinere possint, aut ita dolenter, ut aliquando ista,[i] quæ[10] sunt inflata, rumpantur; tum memoriter respondeto ad ea, quæ de te ipso rogaro. V. 11. Atque illud tenebricosissimum[1] tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latere: licet impune per me[k] parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris. Habeat[2] hoc præmium tua indignitas, ut adolescentiæ turpitudo obscuritate et sordibus tuis obtegatur.

Quæsturam petisti[l] cum P. Sextio,[m] cum hic nihil lo-

infimo conf. Vid. Not. Delph. et Nott. Varr.—6 Pro *utrum* in Erf. *eandem.* —7 H *curiæ, et viris his.* Mox, pro *civibus* Ms. *conjugibus*, probante Ursino. —8 *Te* non est in Erf. Mox, *hoc respond.* H χ, Lamb. et Orell. *hujus respond.* Erf.—9 C *abs te.*—10 *Ista ilia quæ* Junt. Lamb. *ista illa quæ* Hervag. In Bern. *ista, quæ sunt rogante inflata.*

CAP. V. 1 *At illud* Lamb. Grut. Græv. et *tenebrosissimum* χ, Ald. Naug. *tenebrosum* H ψ.—2 χ *Habet.* Pro *præmium* in C H S T ψ *primum.* T ψ non

NOTÆ

tur. Omnino sublatus esset, si *omnium* ejus loco reponeretur.

g *Templis*] Templa violavit Vatinius, ac maxime ædem Castoris, cum eam armatis hominibus implevit.

h *Auspiciis*] Contra leges Æliam et Fufiam, non servavit auspicia.

i *Ista*] Alludit ad ejus strumas.

k *Impune per me*] Per acerbam præteritionem ait se non commemorare illius adolescentiæ flagitia, neque ei hæc objicere. Id præstabunt illi, qui eum accusare volunt, Paulus Æmilius et Licinius Macer.

l *Quæsturam petisti*] Quæstura primus fuit dignitatis gradus, et omnium magistratuum minimus; neque enim jus imaginis, aut agendi cum populo, aut cellæ curulis habebat. Quæstores autem pecuniæ præerant.

m *Cum P. Sextio*] P. Sextius fuit quæstor Antonii, collegæ Ciceronis, in consulatu; qui, non Vatinium imitatus, tantum de quæstura, quam petebat, loquebatur.

queretur, nisi quod agebat, tu de altero consulatu gerendo[3] te diceres cogitare. Quæro abs te, teneasne memoria, cum P. Sextius quæstor sit cunctis suffragiis factus, tunc[4] te, vix, invitis omnibus, non populi beneficio, sed consulis,[5] [n] extremum [o] adhæsisse? [m] 12. In eo magistratu, cum tibi magno clamore [n] aquaria provincia [p] sorte [6] obtigisset, missusne sis a me consule [7] Puteolos,[q] ut inde aurum exportari argentumque prohiberes? in eo negotio,[8] cum te non custodem ad continendas, sed portitorem [r] ad partiendas merces missum putares, cumque omnium domos, apothecas,[s] naves, furacissime scrutarere, hominesque negotia [9] gerentes judiciis iniquissimis irretires, mercatores e navi egredientes terreres, conscendentes morarere;[10] teneasne memoria, tibi in conventu [t] Puteolis manus esse allatas? [1]

[m] *Factum esse.* [n] *Reclamantibus omnibus.*

habent *tua*.—3 Ern. putabat *petendo* legend. Verba *Quæsturam petisti .....* *cogitare* non sunt in χ, nec in T, qui etiam omittit *Quæro abs te* usque ad *magno clamore*, sed asteriscum habet. A χ quoque absunt voces *P. Sextius* usque ad *magno clamore.*—4 Schutz. de sententia Ernesti *tunc* delevit.—5 Erf. *consulum*, prob. Grævio.—6 Schutz. e conjectura Ernesti delevit *sorte*. —7 S *ad me cos.*—8 T *et in eo neg.* H non habet *cum.* Mox *partitorem* H S et edd. ante Ald. cum Junt. prob. Ern. *apportitorem* χ.—9 *Negotio* S: *negotii* Bern. Gembl. Ms. Vict. cum Lamb. et Orell. Mox, pro *iniquissimis* in H legitur *neque*, et pro *irretires* in χ *irrideres.*—10 In χ desunt *conscendentes morarere.*—1 χ *alligatas.* Verba *Post quæsturam. ... tribunus plebis* absunt a

NOTÆ

[n] *Consulis*] Beneficio Cæsaris aut Bibuli, qui collegæ tunc erant in consulatu, factus est quæstor Vatinius.

[o] *Extremum*] Viginti tunc erant quæstores: ita autem omni populo fuit invisus Vatinius, ut postremus omnium factus fuerit, rogante consule.

[p] *Aquaria provincia*] Aquaria provincia præfectura fuit, et procuratio ad mercium, quæ aqua vehebantur, vel importationem vel exportationem; nam ad aquam, quod ad littus dicitur, sæpe ponit Cicero.

[q] *Puteolos*] Puteoli: urbs hæc temporibus Ciceronis celebre emporium fuit, et Campaniæ civitas; a puteorum multitudine sic dicta, cum antea Delus Minor diceretur, et Dicæarchia.

[r] *Portitorem*] Vatinius se gerebat pro portitore, cum tantum missus fuisset custos mercium, quas communes partiebatur cum mercatoribus. Portitores porro fuere publicani, qui portuum vectigal conducebant.

[s] *Apothecas*] Apotheca nomen est generale, et significat receptaculum rerum quarumlibet asservandarum, ut vini, olei, librorum, &c. Gallice dicimus, *un magazin.*

[t] *In conventu*] In mercatorum con-

ad me consulem Puteolanorum querelas esse delatas? Post quæsturam exierisne legatus [u] in ulteriorem Hispaniam,[x] C. Cosconio proconsule?[2] [y] cum illud iter Hispaniense pedibus fere confici [z] soleat, aut, si quis navigare velit,[3] certa sit ratio navigandi; venerisne in Sardiniam, atque inde in Africam? fuerisne, quod sine senatusconsulto tibi facere non licuit, in regno Hiempsalis? fuerisne in regno Mastanesosi?[4] [a] venerisne ad fretum [b] per Mauritaniam?[c] quem scias unquam legatum Hispaniensem istis itineribus in illam provinciam pervenisse?[5]

13. Factus es tribunus plebis; (quid enim te de Hispaniensibus flagitiis tuis, sordidissimisque furtis interrogem?) quæro abs te primum, quod genus[6] improbitatis et sceleris in eo magistratu prætermiseris? Ac tibi[7] jam inde [°]

[°] *Ex hoc tempore.*

T χ, cum asterisco.—2 Erf. *Hisp., consul coma proconsule.* Tum, H S ψ *illuc iter.*—3 Ms. Lambini *aut qui navig. velit.*—4 *Mastanepsosi* C: *Mastanaesosi* Bern. Verba *venerisne in Sard.... Mastanesosi* non sunt in H.—5 Edd. ante Naug. *in illam prov. istis itin. perv.*—6 C H S T ψ, Erf. Franc. edd. ante Hervag. cum Schutz. *quæro primum quod genus,* nisi quod in T *quid genus.* Bern. Ms. Vict. Hervag. Lamb. Grut. Græv. et Orell. *quæro abs te primum universe, quod genus.* In χ desunt verba *quæro abs te primum.*—7 χ ψ *At tibi.* Vox

NOTÆ

ventu vis illata Vatinio fuit propter molestiam quam mercatoribus afferebat.

[u] *Legatus*] Legatus dicebatur, eo quod a senatu legebatur, et mittebatur quasi muneris provincialis, aut bellici minister.

[x] *Ulteriorem Hispaniam*] Ulterioris Hispaniæ pars Bæticæ erat, et tota Lusitania.

[y] *Cosconio proconsule*] Cosconius post præturam, quam gessit Cicerone consule, in provinciam Hispaniam ulteriorem proconsul profectus est; cujus Vatinius legatus fuit.

[z] *Pedibus fere confici*] Cum iter illud soleat terrestre esse, et certa sit ratio quam tenere debeant qui in Hispaniam navigant; eam tamen non observasse Vatinium ait; sed et in Sardiniam, hinc in Africam profectum esse.

[a] *Regno Hiempsalis . . . Mastanesosi*] Numidiæ reges hi fuerunt. Nemini autem sine senatusconsulto licebat, etiamsi cum imperio esset, extra ditionem populi Romani exire.

[b] *Ad fretum*] Gaditanum fretum intelligit, ut inde in interiorem Hispaniam trajiceret. 'Fretum' autem appellantur omnes maris angustiæ, a fervore aquæ.

[c] *Per Mauritaniam*] Mauritania ultima pars est Africæ, et ab occidente freto clauditur.

præscribo, ne tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore [d] permisceas. Ego te, quæcumque rogabo,[p] de te ipso rogabo,[8] neque te ex amplissimi viri dignitate,[e] sed ex tuis tenebris extraham: omniaque mea [9] tela sic in te conjicientur, ut nemo per tuum latus (quod soles dicere) saucietur: in tuis pulmonibus ac visceribus hærebunt.[10]

VI. 14. Et, quoniam omnium rerum magnarum a Diis immortalibus principia ducuntur, volo ut mihi respondeas, tu, qui te Pythagoricum [f] soles dicere, et hominis doctissimi nomen tuis immanibus et barbaris moribus prætendere;[q] quæ te tanta pravitas mentis tenuerit, qui tantus furor, ut cum inaudita ac nefaria sacra susceperis,[g] cum inferorum animas elicere,[h] cum puerorum extis [i] Deos Manes mactare [1] [k] soleas; auspicia, quibus hæc urbs condita

[p] *A te petam.* [q] *Tegere.*

inde Garatono suspecta fuit. In Barb. *vide.*—8 Verba *de te ipso rogabo* in H absunt.—9 C *omnia mea.* Pro *in te conjicientur* ψ exhibet *me commetientur.* Mox, idem *nemo partium latus.*—10 T χ, Barb. Ven. 1480. Hervag. *adhærebunt.*

CAP. VI. 1 Pantagathus et Ursinus legi maluerunt *placare.* Verba *Et*

NOTÆ

[d] *Cum clarissimorum virorum splendore*] Clarissimi illi viri fuerunt, alii tribuni novem, quos Vatinius suorum facinorum socios faciebat.

[e] *Ex amplissimi viri dignitate*] Cæsarem notat, quem Vatinius aiebat per suum nomen oppugnari a Cicerone.

[f] *Pythagoricum*] Gloriabatur Vatinius Pythagoræ sectam sequi. Porro tam doctus fuit Pythagoras, ut nullum fuerit doctrinæ genus, in qua non excelluerit, ut ex Laërtio constat. Ab eo omnes omnium sacrorum ritus dicuntur promanasse, et Romanorum maxime, quæ ab Numa Pompilio instituta sunt, e quibus Romanam rempublicam constituit.

[g] *Inaudita ac nefaria sacra susceperis*] Arguit Vatinium impietatis, qui sacra inaudita et nefaria suscepit contra leges XII tabularum, quibus cavebatur ne indecoræ, neve ingratæ Diis hostiæ, sed decoræ et gratæ providerentur.

[h] *Inferorum animas elicere*] Dicebantur magi quasdam habere illecebras, seu incantationes, quibus defunctorum animas et Deos inferos evocare superstitiose credebant. Vide Synesium in Calvitii Encomio.

[i] *Puerorum extis*] Haruspicina hæc erat, ut pecudum extis inspectis, conjectura de rebus futuris fieret: si jecur amplum erat, bonum signum; sin minus, infaustum. At Pythagorici puerorum exta inspiciebant.

[k] *Deos Manes mactare*] Deos mactare, id est, Deos sacrificiis honorare, et quodammodo facere auctiores.

est, quibus omnis[2] respublica atque imperium tenetur, contemseris? initioque[3] tribunatus tui senatui denuntiaris, tuis actionibus augurum responsa[l] atque ejus[4] collegii arrogantiam[m] impedimento non futuram?[5] 15. Secundum ea quæro, servarisne in eo fidem? num quando[6] tibi moram attulerit, quo minus concilium advocares,[n] legemque ferres,[o] quod eo die[7] scires de cœlo esse servatum?[p] [*p.* 32.] Et, quoniam hic locus unus est,[8] quem tibi cum Cæsare[q] communem esse dicas; sejungam te ab illo, non solum reipublicæ causa, verum etiam Cæsaris, ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspersa[9] videatur. Primum quæro, num tu senatui causam tuam permittas,[r] quod facit[10] Cæsar? deinde, quæ sit

quoniam omnium rerum usque ad *de cœlo esse servatum* absunt a T et χ.—2 H ψ *omnibus.*—3 Lamb. *initione.* Mox, in H *senatui* deest.—4 Pro *ejus* in C *hujus;* H ψ *tuis;* Erf. *ei.* Tum, *collegis* H: *collegiis* ψ: *collegi* Erf.—5 C S, Rom. Ven. 1483. Hervag. Naug. Cam. *futura.*—6 C H S et Erf. *nunc quando.* —7 C *quid eo die:* H *quo die.*—8 C *imus est*: Lamb. e Mss. *unus est.*—9 *Aspera* C S: *aspergi* edd. ante Hervag.—10 J. F. Gronov. conjecit *fecit* legend.

NOTÆ

Porro Manes dicebantur inferorum animæ, quoniam manare e corpore in corpus credebantur a Pythagoricis.

[l] *Augurum responsa*] Augures respondebant de iis quæ fuerant vel observata, vel audita, et quæ signis illis esset Deorum voluntas, senatum docebant.

[m] *Arrogantiam*] Tanta erat Vatinii impudentia, ut quæ in auguribus auctoritas dicebatur, ille arrogantiam nominaret: qua tamen haud impediretur unquam a suis ferendis legibus.

[n] *Concilium advocares*] Magistratuum plebeiorum fuit concilium advocare. 'Concilium' autem de sola plebe dicebatur: 'concio' vero de populo universo.

[o] *Legemque ferres*] Rogationes tribuniciæ, non leges, sed plebiscita dicebantur; quia leges, comitiis centuriatis a patricio magistratu ferri debebant. His tamen plebiscitis tam patricii quam plebeii tenebantur.

[p] *De cœlo esse servatum*] Tres quotidie tribuni signa de cœlo captabant; quæ res nunquam Vatinio fuit impedimento quominus ageret cum populo, licet id lege Ælia et Fufia prohibitum esset.

[q] *Cum Cæsare*] Licet Bibulus quotidie de cœlo servaret, tamen Cæsar suas leges ferebat.

[r] *Senatui causam permittas*] Quærit a Vatinio, an senatui suæ causæ cognitionem, sicut Cæsar, ad senatum deferat. Certe Suetonius in Julio refert, cum ille consulatu functus esset, referentibus C. Memmio, L. Domitio prætoribus de actis superioris anni, cognitionem senatui detulisse.

auctoritas ejus, qui se alterius facto, non suo defendat? deinde [1] (erumpet enim aliquando ex me vera vox,[2] et dicam, sine cunctatione, quod sentio) si jam violentior aliqua in re C. Cæsar fuisset, si eum magnitudo contentionis,[3] [s] studium gloriæ, præstans animus, excellens nobilitas aliquo [4] impulisset,[t] quod in illo viro et tum ferendum esset, et maximis rebus, quas postea gessit,[u] obliterandum; id tu tibi, furcifer,[x] sumes; et Vatinii latronis ac sacrilegi vox audietur, hoc [5] postulantis, ut idem sibi concedatur, quod Cæsari? Sic enim ex te quæro. VII. 16. Tribunus plebis fuisti: sejunge te a consule:[6] collegas habuisti viros fortes novem. Ex his tres [7] erant,[y] quos tu quotidie sciebas servare de cœlo, quos irridebas, quos privatos esse dicebas;[z] de quibus duos prætextatos [a] sedentes vides; te ædiliciam prætextam [b] togam,[8] quam frustra con-

—1 Garaton. *denique* malebat.—2 χ *mera vox.*—3 C *contemtionis.*—4 Erf. *aliquando.* Mox, pro *viro* H habet *uno.* χ non habet copulam *et* ante *tum.*—5 Erf. *hujus.*

CAP. VII. 6 *Sejungere a consule* Pal. 9. *sejunge te a consulibus* Erf.—7 Verba *Ex his tres* non sunt in ψ.—8 C H S T ψ *te ædilicia prætexta in togam.*—

NOTÆ

[s] *Contentionis*] Magnam cum Bibulo collega suo suscepit de agro Campano contentionem Cæsar; nam colonos Capuam volebat mittere, Bibulus nolebat agrum Campanum dividi.

[t] *Aliquo impulisset*] Si leges aliquas contra auspicia Cæsar tulerit, id in Vatinio ferendum non esse Cicero contendit.

[u] *Maximis rebus quas postea gessit*] Quæ præclare gesta sunt a Cæsare, exponuntur in oratione de Provinciis Consularibus.

[x] *Furcifer*] Furcifer dicitur proprie, qui dignus est patibulo; qui enim a servo suo nequiter quid factum esse comperisset, cogebat eum duplex lignum, quod curribus subjici solet, ('furcam' Romani appellabant) gestare per viciniam in conspectu hominum, ut ab eo sibi cavendum esse scirent. Itaque a furcæ gestatione 'furcifer' dicebatur.

[y] *Tres erant*] Cn. Domitius, Q. Ancharius, C. Fannius perpetuo de cœlo servabant, ut legibus Vatinii obsisterent.

[z] *Privatos esse dicebas*] Vatinius dicebat suos collegas tribunos privatos esse, ne posset eorum intercessionibus impediri; quia tantum servare de cœlo augures, et obnuntiare poterant consules, prætores, et tribuni plebis.

[a] *Duos prætextatos*] Ancharius et Domitius sedebant, non quidem judices, in subselliis et consessu, sed cum advocatis; quia qui gerebant magistratum, judices esse non poterant; isti autem ædiles erant, et prætores designati.

[b] *Prætextam*] Tanta securitate æ-

feceras, vendidisse;[9] tertium scis[10] ex illo obsesso[c] atque afflicto tribunatu consularem auctoritatem[d] hominem esse adolescentem consecutum. Reliqui sex fuerunt: ex quibus partim[1] plane tecum sentiebant, partim medium quendam cursum tenebant; omnes habuerunt[2] leges promulgatas:[e] in his[3] multas meus necessarius, etiam de mea sententia, C. Cosconius,[4][f] judex noster; quem, tu[5] disrumperis,[g] cum ædilicium vides. 17. Volo uti mihi respondeas, num quis ex toto collegio legem sit ausus ferre,[h] præter unum te? quæ tanta in te fuit[6] audacia, quæ tanta vis, ut, cum novem tui collegæ[7] sibi timendum esse duxerint,[8] id unus tu, emersus e cœno, omnium facile omnibus

9 *Tu . . . vendidisti* Lamb. 1566. prob. Ern. Verba *te ædil. . . . vendidisse* Schutz. transposuit post *cum ædilicium vides.*—10 Erf. Bern. et Ven. 1483. *scies.*—1 In χ deest *partim.*—2 ψ et Bern. *habuerant.*—3 Pro *his* C S T *te: is.* Deinde, ψ *multa.*—4 Erf. *sent.*, *Consul conius.*—5 H S T non agnoscunt pronomen *tu.* Tum, *diruperis* C H S T: *dirumperis* Lamb.—6 Bern. Naug. Cam. Steph. Lamb. et Orell. *fuerit.*—7 *Ut cum tui coll. novem* Lamb. *ut quod novem tui coll.* Schutz. et Orell. e conjectura Goveani, prob. Ern. Pro *novem tui* in χ legitur *tuum nomen.* Vid. Nott. Varr.—8 Erf. *dixerint.* Mox, idem *omnium facile infimus:* C H S T χ ψ *omnium facile omnibus infimus*, sed in χ *infimis*

NOTÆ

dilitatem petebat Vatinius, ut togam prætextam, quæ propria fuit magistratuum, jam sibi comparavisset: ita confidebat se ædilem creatum iri, a qua dignitate tamen dejectus est.

c *Tertium ex illo obsesso, &c.*] Tertius ille fuit Fannius, de quo in orat. pro Sextio, § 113. cujus voluntas in tribunatu grata populo Romano fuit, etsi nihil agere potuisset: quare vocat tribunatum ejus obsessum.

d *Consularem auctoritatem*] Tertius ille videtur Q. Metellus fuisse, qui habuit auctoritatem parem consulibus: neque enim erat ea ætate, ut consul esse posset. Sed tanta ejus fuit virtus in tribunatu, ut dignus videretur consulatu, et qui sententiam diceret inter consulares. Quod Octaviano Cæsari decimum octavum annum agenti concessum esse Appianus Bell. Civ. l. III. ait.

e *Leges promulgatas*] Antequam leges ferrentur, per trinundinum populo proponebantur, ut eas cognosceret.

f *C. Cosconius*] Cosconius illius fortasse filius fuit, qui ex prætura cum imperio proconsulari in Hispaniam ulteriorem missus est: de quo supra.

g *Disrumperis*] Ædilis hic Cosconius fuerat anno superiori, Lentulo et Metello coss. quem ædilicium videre jam Vatinius indignabatur.

h *Legem ausus ferre*] Nemo collegarum tribunorum legem ferre ausus est, cum de cœlo servavit Vatinius: at ille, ipsis servantibus et obnuntiantibus, ferre ausus est.

rebus infimus, contemnendum, despiciendum, irridendum putares? num quem post urbem conditam scias [9] tribunum plebis egisse cum plebe, cum constaret servatum esse de cœlo? 18. Simul etiam illud volo uti respondeas, cum, te [10] tribuno plebis, esset etiam tum in republica lex [1] Ælia et Fufia, (quæ leges sæpenumero tribunicios furores [i] debilitarunt et represserunt) quas contra, præter te, nemo unquam est facere conatus; (quæ quidem leges anno post, sedentibus [2] in templo [k] duobus non consulibus, sed proditoribus hujus civitatis ac pestibus, una cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni jure publico conflagraverunt) ecquando [3] dubitaris contra eas leges cum plebe agere,[l] et concilium convocare? [4] num quem ex omnibus tribunis plebis, quicumque seditiosi fuerint, tam audacem audieris fuisse, ut unquam contra legem Æliam aut Fufiam concilium advocaret? [5] VIII. 19. Quæro illud etiam ex te, conatusne sis, voluerisne, denique cogitaris, (est enim res ejusmodi, ut, si tibi modo in mentem venit,[6] nemo sit, qui te [7] ullo cruciatu esse indignum putet) cogitarisne, in illo tuo intolerabili, non regno,[m] (nam cupis id

legitur.—9 H ψ *scires.* In χ omittuntur verba *num quem post ... de cœlo.*—10 C H S T ψ non habent *te.* Tum, H *tribunus plebis;* et C T *esses.* Verba *cum te tribuno plebis* usque ad *concilium convocare* non leguntur in χ.—1 Pro *republica lex* ψ *po. Ro. rex.* Deinde, C *Helya;* et sic semper.—2 C H S et edd. vett. *anno præsidentibus:* Erf. *anno posidentibus.* Tum, C H S T *non duobus cons.*—3 C H S *Hec quando.*—4 C H S T omittunt verba *et concilium convocare.*—5 *Consilium* C H, et *convocaret* H S T χ ψ, et edd. vett.

CAP. VIII. 6 Ern. conjecit *venerit* legend.—7 C non habet *te*, nec H *esse.*

NOTÆ

[i] *Tribunicios furores*] Cum tribuni plebis furiosi seditiones excitabant, statim repressi sunt obnuntiatione aliorum magistratuum, qui de cœlo servarant, et legi Æliæ et Fufiæ paruerunt.

[k] *Sedentibus in templo*] Pisone et Gabinio coss. ad rostra sedentibus et inspectantibus, hæ leges latæ sunt. Notavimus jam quod quivis locus ab auguribus consecratus, pro templo habebatur.

[l] *Cum plebe agere*] Poterant tribuni plebis tantum plebem convocare.

[m] *Non regno*] Significat tribunatum Vatinii, in quo ærarium ita deprædatus est, ut dominari toti reipublicæ summo cum imperio velle videretur.

audire) sed latrocinio, augur[8] fieri[n] in Q. Metelli locum?[o] ut, quicumque te aspexisset, duplicem dolorem gemitumque[9] susciperet, et ex desiderio clarissimi et fortissimi civis, et ex honore turpissimi atque improbissimi? adeone non labefactam[10] rempublicam te tribuno, neque conquassatam civitatem, sed captam hanc urbem atque eversam putaris,[1] ut augurem Vatinium ferre possemus?[p] 20. Hoc loco quæro,[2] si, id quod concupieras, augur factus esses (in qua tua cogitatione nos,[3] qui te oderamus, vix dolorem ferebamus; illi autem, quibus[4] eras in deliciis,[q] vix risum tenebant): [*p.* 33.] sed quæro, si ad cetera vulnera, quibus putasti rempublicam deleri,[5] hanc quoque mortiferam plagam inflixisses[6] auguratus tui, utrum decreturus fueris id, quod augures omnes usque a Romulo[r] [r] decreverunt, Jove fulgente,[s] cum populo agi nefas esse; an, quia tu semper[7] sic egisses, auspicia fueris augur dissoluturus?

[r] *A tempore Romuli.*

Tum, Ms. Grævii *dignum putet*, et χ *cogitas te*.—8 Pro *augur* C habet *augere*; S *augurem*; χ *auxilia*. Pro *fieri* in χ *ferri*. Pro verbis *in Q. Metelli locum ut* in C et S legitur *pro Metello? cum ut*; in H ψ *pro Q. Metello cum*; in χ *Q. Metello cum*.—9 C *gemitum*. Mox, χ *ut ex desid.* et Lamb. *clariss. ac fortiss.* In H deest præpositio ante *honore*.—10 *Labefactata* C: *labefactatam* H S, Bern. et edd. pr. cum Orell. Pro *rempublicam* C *rep.*—1 *Atque perversam putaris* Bern. *Putaris* quoque habent Car. Steph. Lamb. Ern. Schutz. et Orell. *putares* ceteri. Pro *atque eversam put.* in Erf. legitur *atque eum amputes.*—2 Erf. *ferre putemus? Hujus loco quæro.*—3 Post *nos* C H S T χ ψ addunt *essemus.*—4 χ *illis autem quibus*: Erf. *illi hujus quibus.*—5 *Quibus rempub. putasti deleri* e Mss. edidit Lamb., qui suspicatur excidisse *posse* ante *deleri*. Ern. conjecit legend. *deletum iri*. In H, qui exhibet *deleris*, deest *putasti*. Verba *sed quæro si ad cetera* usque ad *augurem fore putasti* absunt a T et χ, sed T asteriscum habet.—6 C *infixisse*: ψ *infixisses.*—7 C H S ψ *quia tua semper*, et mox *auguria dissol.*

NOTÆ

[n] *Augur fieri*] Mortuo uno augure, alius in ejus locum sustituebatur.

[o] *In Q. Metelli locum*] Credibile est hic agi de Q. Metello Celere, qui jam excesserat e vivis; aut de Q. Metello Nepote, cujus, cum gravi correptus morbo brevi moriturus crederetur, statim Vatinius auguratum petivit.

[p] *Augurem ferre possemus*] Ferendus non fuit augur Vatinius, qui tam superbe invectus fuit in augures.

[q] *Quibus eras in deliciis*] Cæsar fuit amicissimus Vatinio.

[r] *A Romulo*] Romulus primus auspicia instituit, et primus augur fuit.

[s] *Jove fulgente*] Cum tonitru audiebatur, nefas erat aliquid agere cum populo, v. g. creare magistratus, sancire legem, &c.

IX. 21. Ac, ne diutius loquar de auguratu tuo; (quod invitus facio, ut recorder ruinas reipublicæ; [8] neque enim tu unquam, stante non modo majestate horum,[t] sed etiam urbe, te [9] augurem fore putasti) verumtamen, ut somnia tua[u] relinquam, ad scelera[10] veniam; volo uti mihi respondeas: cum M. Bibulum[1] consulem, non dicam bene de republica sentientem, ne tu mihi homo potens irascare, qui ab eo dissensisti;[2] sed hominem certe nusquam progredientem,[3][x] nihil in republica molientem, tantum animo ab actionibus tuis dissentientem;[y] cum eum tu consulem in vincla duceres,[z] et a tabula Valeria[4][a] collegæ tui mitti juberent; fecerisne ante Rostra[b] pontem, continuatis tribunalibus,[c] per quem consul populi Romani moderatissimus et constantissimus, sublato auxilio, exclusis amicis, vi per-

Cap. ix. 8 ψ *ruinas Ro. po.*—9 C H S ψ non habent *te.*—10 Ern. conjecit *facinora* legend.—1 C *Bubulum*, semper: χ *Brutum*. Mox, in χ deest *bene.*—2 ψ *quid ab eo diss.* Erf. *qui ab eo quidem sensisti*. Verba *ne tu mihi homo . . . tuis dissentientem* non leguntur in H.—3 Ern. suspicabatur legend. *temere progred.* Tum, C S *nihil reip. molientem.*—4 Erf. *ad tabula Valeria;*

NOTÆ

[t] *Majestate horum*] Majestas est populi Romani.

[u] *Somnia tua*] Vatinius fingebat se posse pervenire ad magistratus et auguratum, quo indignus erat.

[x] *Nusquam progredientem*] Notat tempus quo foro pulsus per vim Bibulus domi se continuit, licet nihil unquam molitus esset contra rempublicam; sed quia tantum Vatinio non favebat.

[y] *Animo ab actionibus tuis dissentientem*] Cum domi abditus esset Bibulus, per edicta tantum obnuntiabat, quæ ita populo grata erant, ut per eum locum ubi proponebantur, præ multitudine eorum qui legebant, transire homines non possent, ut refert Cic. Epistt. ad Atticum.

[z] *Consulem in vincla duceres*] Vis tanta tribunorum fuit, ut etiam consules obtorto collo in carcerem ducerent: quod Liv. lib. IV. scribit. Primus autem omnium id ausus est P. Curiatus. Vide Cic. de Leg. l. III.

[a] *Tabula Valeria*] Tabula Valeria locus in foro ita dictus est, a tabula argentarii cujusdam Valerii.

[b] *Ante Rostra*] Naves Antiatum partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ; rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit: rostraque id templum appellatum est.

[c] *Continuatis tribunalibus*] Gradus templorum circum forum, et tribunalia exemtilia erant, quæ a Vatinio conjuncta sunt, ut per locum editum consulem in vincula duceret, ne a quoquam tribunorum collegarum Bibulus abduceretur.

ditorum[5] hominum incitata, turpissimo miserrimoque spectaculo, non in carcerem, sed ad supplicium et ad necem duceretur?[6] 22. Quæro, num quis ante te tam fuerit nefarius, qui id fecerit?[d] ut sciamus,[7] utrum veterum facinorum sis imitator, an inventor novorum. Idemque tu cum his atque hujusmodi consiliis ac facinoribus, nomine[8] C. Cæsaris,[e] clementissimi atque optimi viri, scelere vero atque audacia tua, M. Bibulum foro, curia, templis, locis publicis omnibus expulisses, inclusum domi contineres; cumque non majestate imperii, non jure legum, sed januæ præsidio et parietum custodiis consulis vita tegeretur;[9] miserisne viatorem,[f] qui [M. Bibulum[10]] domo vi extraheret, ut, quod in privatis semper est servatum,[1][g] id, te tribuno plebis, consuli domus exilium esse non posset? 23. Simulque mihi respondeto tu, qui nos, qui de communi salute consentimus, tyrannos vocas, fuerisne non tribunus plebis, sed intolerandus, ex cœno nescio qui,[2] atque ex tenebris tyrannus? qui primum[3] eam rempublicam, quæ auspiciis inventis constituta est, iisdem auspiciis sublatis,

unde Græv. conjecit legend. *ad tabulam Valeriam.*—5 H χ ψ *ut perd.* Mox, *incitatu* C et Erf. *incitato* χ: *incitaretur* ψ: *congesta* Schol. Ambros. Maii. Pro *turpissimo* in ψ *pessimo.*—6 C *sed ad suppl. necemque duc.*—7 χ *et sciamus.* Tum, ψ *veteres.*—8 C et ψ *nomen.* Verba *Idemque tu cum* usque ad *posset* absunt a T et χ.—9 H *regeretur.*—10 Schutz. e conjectura Ernesti delevit *M. Bibulum.*—1 In edd. pr. *observatum.* Schutz. *id* delevit. Post *tribuno plebis* Ern. suspicatur verbum excidisse, veluti *tolleretur.* Deinde, *consulis domus* C H S, Erf. et quædam edd. pr.—2 χ, Bern. et nonnullæ edd. vett. *quo:*

NOTÆ

[d] *Qui id fecerit*] Duxere quidem in vincula tribuni consules ante Vatinium; sed nemo tam nefarie: quia usus est subselliis judicum ad facinus contra omnem justitiam patrandum.

[e] *Nomine C. Cæsaris*] Usus est Vatinius auctoritate Cæsaris, qui pro singulari sua humanitate, ab illo scelere alienus erat ut qui maxime.

[f] *Miserisne viatorem*] Viatores dicebantur, qui alios accersebant, jubente vel populo vel magistratu. Inde autem dicti sunt, quod primis temporibus, cum assidue homines rusticarentur, eos a villa in senatum evocarent: unde frequentior eorum erat opera in via, quam in urbe.

[g] *Quod in privatis semper est servatum*] Nefas erat aliquem per vim ex domo sua extrahere, unde Sannio apud Terentium, cum de injuriis adolescentis quereretur, 'Domo,' inquit, 'me eripuit, verberavit.'

conarere evertere,[4] deinde sanctissimas leges, Æliam et Fufiam dico, quæ in Gracchorum ferocitate,[h] et in audacia Saturnini,[5][i] et in colluvione Drusi,[k] et in contentione Sulpicii,[l] et in cruore Cinnano,[m] etiam inter Sullana[6] arma[n] vixerunt, solus conculcaris,[o] ac pro nihilo putaris; qui consulem morti objeceris,[7] inclusum obsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis; qui in eo magistratu[8] non modo emerseris ex mendicitate, sed etiam divitiis[9] nos jam tuis terreas: fuerisne tanta crudelitate, ut delectos viros et principes civitatis tollere et delere tua rogatione[p] conareris? x. 24. Cum L. Vettium,[10]

Pall. aliquot *quis.*—3 Erf. *primam.*—4 Erf. Bern. Græv. Ern. Schutz. et Orell. *evertere:* ceteri *pervertere.*—5 T *Saturnii.*—6 C H χ ψ *et inter Sull.* Verba *arma vixerunt . . . putaris* non sunt in T, nec *qui consulem . . . præbere voluisti* in χ.—7 C *consulis,* et C ψ *morti adjeceris.*—8 H S *ex eo mag.* In H S T et Bern. deest *modo.*—9 C H S T ψ *sed etiam ex div.* H non habet *jam.*

NOTÆ

[h] *Gracchorum ferocitate*] De iis dictum est in orat. II. de Lege Agr. § 10. not.

[i] *Audacia Saturnini*] Cn. Apuleius Saturninus, vir audacissimus, tribunus plebis creatus, legem Agrariam tulit per vim. Is C. Memmium, consulatus candidatum, qui suis actionibus adversabatur, interfecit, una cum competitore tribunatus Aulo Nummio.

[k] *In colluvione Drusi*] In colluvione seu confusione civitatis Drusus immisit ex omni Italia populos in civitatem, qui spe civitatis ab eo sollicitati sunt, quorum ope et auxilio leges tulit perniciosas, Agrariam, Frumentariam, et Judiciariam, ut æqua parte penes senatum et equestrem ordinem essent judicia: at in iis ferendis legibus auspicia nunquam neglexit.

[l] *In contentione Sulpicii*] Sulpicius tribunus plebis, cum, auctore Mario, leges perniciosas promulgasset, ut exules revocarentur, ut novi cives libertinique distribuerentur in tribus, et adversantibus consulibus vim intulisset, L. Sulla cum exercitu in urbem ingressus est. Cum Sulpicius in villa quadam lateret, indicio servi sui retractus est et occisus. Servus ob judicium manumissus est, sed ob proditionem de rupe Tarpeia dejectus. Ita Livius et Plutarchus.

[m] *In cruore Cinnano*] Maxima carnificina civium a Cinna facta est, cum ille in urbem receptus, eam cædibus replevit.

[n] *Inter Sullana arma*] Sulla, republica occupata, leges tulit quamplurimas; tribuniciam imminuit potestatem, jus legum ferendarum ademit, et pontificum collegium auxit.

[o] *Solus conculcaris*] Unus Vatinius ausus est consulem populi Rom. morti objicere, &c.

[p] *Tua rogatione*] Intelligit legem

qui in senatu confessus esset, se cum telo fuisse, Cn. Pompeio,[1] summo et clarissimo civi, suis manibus necem offerre voluisse, in concionem produxeris, indicem in Rostris,[2] in illo, inquam, augurato[s 3] templo ac loco, collocaris; quo, auctoritatis exquirendæ causa, ceteri tribuni plebis principes civitatis producere[4] consueverunt;[q] ibi tu indicem Vettium linguam et vocem suam sceleri et menti tuæ[5] præbere[t] voluisti, ut diceret [L. Vettius] in concione tua, rogatus a te, se auctores[6] et impulsores, et socios habuisse sceleris illius eos viros,[r] quibus e civitate sublatis, quod tu[7] eo tempore moliebare, civitas stare non posset? M. Bibulum, cujus inclusione contentus non eras, interficere volueras,[8] spoliaveras consulatu,[s] patria privare cupiebas:[9] [*p.* 34.] L. Lucullum,[t] cujus tu rebus gestis

[s] *Consecrato.* [t] *Accommodare.*

Cap. x. 10 C H S ψ *Cum in Vectium.*—1 Ante *Cn. Pompeio* Bern. et Ms. Lamb. addunt *mortem.* Mox, *man. efferre* C H S: *suis man. offerre* ψ, Erf. Bern. Ms. Lambini, et edd. pr. unde *suis man. necem offerre* dederunt Græv. Ern. Schutz. et Orell. *suis man. necem afferre* ceteri. Tum, C H S ψ, Erf. *voluisset;* et C S ψ *in contentionem.* Verba *civi suis manibus necem offerre voluisse, in concionem* absunt a T.—2 H *ind. rostris.*—3 Quidam ap. Lamb. *inaugurato.* Deinde, C T ψ *collocans.*—4 C H S T ψ *ducere.* Mox, pro *Vettium,* C T *veto ut;* H ψ *vero ut.*—5 Pal. 2. *scel. et neci tuæ.* Gulielmius conjecit *scel. et dementiæ tuæ.* Mox, C H S ψ et edd. ante Junt. non habent *ut.* Deinde, *Lelius Vectius* ψ. Bern. Naug. Cam. Car. Steph. Lamb. et Orell. exhibent *voluisti; dixeritne L. Vettius.* Schutz. de sententia Ernesti delevit *L. Vettius.*—6 *Rogatus ante* C H S ψ; et *sese auctores* C H S T, Erf.—7 H non habet *tu.*—8 Schutz. e conjectura recepit *quem interf. vol.*—9 Pro *cupie-*

NOTÆ

quam Vatinius promulgavit, ut morte punirentur qui vitam adimere Pompeio voluerant.

[q] *Producere consueverunt*] Privati jus ascendendi in rostra non habebant, sed ab aliquo magistratu producebantur. Qui legem suadebant, auctores legis dicebantur; hoc est, quod ait, principes civitatis auctoritatis exquirendæ causa produci solitos. Hic autem incendit odium in Vatinium.

[r] *Eos viros*] Compulit Vatinius Vettium dicere, se illius cædis auctores habuisse multos e civitatis principibus, et inter illos Curionem filium.

[s] *Consulatu*] Omni potestate consulari Bibulum, non dignitate privavit.

[t] *L. Lucullum*] Cicero in Lucullo ait tantum eum imperatorem fuisse, ut Mithridates rex, post Alexandrum maximus, omnibus eum duci-

(quod ipse ad imperatorias laudes a puero videlicet spectaras[10]) vehementius invidebas: C.[1] Curionem, perpetuum hostem improborum omnium, auctorem publici consilii, libertate[2] communi tuenda maxime liberum, cum filio principe[3] juventutis,[u] cum republica[4] conjunctiore[x] etiam, quam ab illa ætate postulandum fuit, delere voluisti: 25. L. Domitium,[y] cujus dignitas et splendor præstringebat,[5] credo, oculos Vatinii, quem tu propter[6] commune odium in bonos oderas, in posterum autem,[7] propter omnium spem, quæ dé illo est atque erat, ante aliquanto[8] timebas: L. Lentulum hunc, judicem nostrum, flaminem Martialem,[z] quod erat eo tempore Gabinii tui competitor,[a] ejusdem Vettii indicio opprimere voluisti. Qui si tum illam labem pestemque vicisset, (quod ei tuo scelere non licuit) respublica victa non esset,[9] hujus etiam filium eodem indicio

bas H *volueras.* Tum, ψ *Lelium Lucullum:* Erf. *L. Lucullus.*—10 ψ *expectaras.*—1 C H S T ψ non habent prænomen. In H deest *perpetuum.*—2 Junt. *in libertate.* Deinde, ψ *tuendam.*—3 Verba *cum filio principe* absunt a H S T, etiam a C, in quo *juventutis* quoque deest.—4 S et Erf. *cum R. P.* T *cum N. P.* Tum, S T *conjunctore:* Erf. *conjunctione.* Post *etiam* H addit *causa,* et T *jam.* Pro *quam* C T habent *cum.*—5 C *restringebat:* H *restinguebat:* Lamb. *præstinguebat:* alii *perstringebat.*—6 Lamb. et Orell. *quem tum propter.* Mox, verba *in bonos ... timebas* non sunt in χ.—7 C H S T ψ non habent *autem.*—8 H S T ψ *aliquando.*—9 C H S ψ *et.* In χ desunt verba *Qui si*

NOTÆ

bus, de quibus legerat, prætulerit.

[u] *Principe juventutis*] Princeps juventutis dicebatur, qui Trojano ludo, qui in Circo a pueris majoribus et minoribus turmatim congredientibus celebrabatur, præsidebat. Porro ex numero filiorum primi nominis senatorum, Augustorumve postea eligebantur.

[x] *Cum republica conjunctiore*] Cum Curio juvenis adversus Cæsarem causam reipublicæ vehementius defenderet, quam ab ea ætate expectabatur, voluit illi per Vettium capitis periculum creare, et eum in sceleris suspicionem adducere.

[y] *L. Domitium*] Intelligit hic Domitium Ænobarbum, qui prætor de Cæsaris actis retulit ad senatum. Vettius autem indicavit domum ejus constitutam fuisse, unde eruptio fieret, ut patet ex lib. II. ad Att. epist. 24.

[z] *Flaminem Martialem*] Flamen Martialis sacerdos est Marti consecratus; flamen dictus vel a pileo quo utebatur, vel a filo quo caput cingebatur.

[a] *Competitor*] Fuit in consulatu petendo competitor; nam consules Piso et Gabinius successere Cæsari et Bibulo.

et crimine ad patris interitum[10] aggregare voluisti: L. Paulum,[b] qui tum quæstor Macedoniam[c] obtinebat,[1] (quem civem! quem virum!) qui duos nefarios patriæ proditores,[d] domesticos hostes, legibus exterminarat, hominem ad conservandam rempublicam natum, in idem Vettii indicium, atque in eundem hunc numerum congregasti.[2] 26. Quid ego[3] de me querar? qui etiam gratias tibi agere debeo, quod me ex fortissimorum civium numero sejungendum non putaris.[4] XI. Sed qui fuit[5] ille tuus tantus furor, ut, cum jam Vettius ad arbitrium tuum perorasset, et civitatis lumina notasset,[6] descendissetque de Rostris, eum repente revocares, colloquerere, populo Romano vidente? deinde interrogares, ecquosnam[7] alios posset nominare? inculcarisne,[8] ut C. Pisonem, generum[e] meum, nominaret; qui in summa copia optimorum adolescentium, pari continentia, virtute, pietate reliquit neminem? itemque[9] M. Laterensem,[f] hominem dies atque noctes de laude

tum ... victa non esset.—10 χ *crim. quo patris,* et ψ *meritum.*—1 In χ omittuntur verba *qui tum quæstor Maced. obtinebat,* et paulo post *qui duos nefarios ... exterminarat.* C transposuit voces *quem civem? quem virum* post *exterminarat.*—2 Lamb. *aggregasti.*—3 ψ et Bern. *ergo.*—4 C H S T ψ *putas:* Bern. *putasti.*

CAP. XI. 5 H *sed quis fuit.* Tum, *ille tantus furor tuus* Rom. Car. Steph. Lamb. *tuus ille tantus furor* Bern. Ven. 1480. Naug. Cam.—6 χ *limina notasset,* omissis verbis *descendissetque de rostris* usque ad *posset nominare.*—7 C S *hic quosnam:* H *quosnam.*—8 'Videtur legendum *inculcaresque;* sive e vestigiis ed. Wald. *inculcares etiam;* nam ea habet *inculcaris etiam.*' Ern. unde Schutz. edidit *inculcaresque.* In C H S T ψ *inculcarisne etiam:* χ *inculcaris etiam.*—9 Pro *itemque* H habet *ipsum.* Mox, edd. vett. *dies ac noctes.* Paulo post,

NOTÆ

[b] *L. Paulum*] Paulus ille Cæsaris erat inimicus; at cum creatus esset consul, a Cæsare pecunia corruptus est: quare pro Cæsare loqui cœpit. Hunc autem Vettius principem consilii Pompeium interficiendi dixerat.

[c] *Quæstor Macedoniam*] Quæstores provincias quidem obtinere poterant; sed decedente tantum consule aut prætore, ne destituta gubernatore provincia fieret. Ita Cicero provincia decedens, ei Cœlium juvenem præfecit, ut patet ex lib. VI. ad Att. ep. 6.

[d] *Patriæ proditores*] Autronium significat, et aliquem alium ejusdem socium conjurationis, de quo Cicero fuse loquitur in orat. pro Sulla; qui in exilium missi sunt, ut ex lib. III. ad Att. ep. 7. intelligitur.

[e] *Pisonem generum*] Piso filiam Ciceronis uxorem duxerat.

[f] *M. Laterensem*] Marcus ille Laterensis e municipio Tusculano a

et de republica cogitantem? promulgarisne,[u] impurissime et perditissime hostis, quæstionem de tot amplissimis et talibus[10] viris, indicium Vettio, præmia[g] amplissima? quibus rebus, omnium mortalium non voluntate[1] sed convicio repudiatis; fregerisne[2] in carcere cervices[h] ipsi illi Vettio, ne quod indicium corrupti indicii[3] extaret, ejusque sceleris in te ipsum quæstio[x] flagitaretur?

27. Et, quoniam crebro usurpas, legem te de alternis consiliis[4] rejiciendis[i] tulisse; ut omnes intelligant, te ne recte quidem facere sine[5] scelere potuisse, quæro, cum lex esset æqua promulgata[6] initio magistratus, multas etiam[7] alias tulisses, expectarisne, dum[8] C. Antonius[k] reus fieret[l] apud Cn. Lentulum Clodianum?[9] [m] et posteaquam ille est

[u] *Postulaverisne indicia adversus tot amplissimos?* [x] *Judicium.*

verba *et perditissime* absunt a Ms. Lambini. In χ desunt voces *promulgarisne . . . convicio repudiatis.*—10 H omittit *et talibus.* Pro *indicium* C H S ψ, Rom. Ven. utraque habent *indicium uni;* T *uni;* Junt. Ald. et edd. seqq. ante Grut. cum Lamb. et Orell. *indici.* Vid. Nott. Varr.—1 ψ *voluntates.*—2 Pro *fregerisne* H S T ψ habent *fregeris;* χ *deinde si secueris.* In C H S T deest *illi.*—3 C H S T ψ *judicii.* Tum, ψ *ejusdem scel.*—4 *Legem cede alternis cons.* C H S T: *legem cede de alterius cons.* Erf. Verba *Et quoniam . . . tulisse* non sunt in χ.—5 ψ *sicut.*—6 Lamb. *esset a te tua promulg.*—7 Bern. et Lamb. *jam.*—8 C S T et Erf. *cum.*—9 *Apud Q. Clodianum* H S: *apud Cn.*

NOTÆ

Plancio in ædilitate petenda superatus est. De quo in orat. pro Plancio.

[g] *Vettio præmia*] Præmia illis proponebantur a Romanis, qui conjurationes detegerent, ut hac ratione ad indicandum allicerentur, quorum ipsi essent conscii: sic Allobrogibus in conjuratione Catilinæ data sunt.

[h] *In carcere cervices*] Cicero ad Atticum scribit Vettium a Crasso divite fuisse damnatum. Appianus Bell. Civ. lib. II. scribit in carcere noctu fuisse necatum.

[i] *De alternis consiliis rejiciendis*] Reus et accusator quinos judices rejicere poterant. At lege Vatinia permissum est, vel ut totum consilium, id est, omnes judices uterque semel rejicere posset.

[k] *Antonius*] C. ille Antonius M. oratoris filius fuit, Ciceronis in consulatu collega.

[l] *Reus fieret*] Reus fieri dicitur qui legibus apud prætorem interrogatur. Cum enim in jus ventum erat, dicebat accusator apud prætorem reo, Aio te illud fecisse; si tacuisset, lis ei ut victo constituebatur: si negasset, petebatur a magistratu dies ejus criminum inquirendorum, et instituebatur accusatio.

[m] *Apud Cn. Lentulum Clodianum*] [*Apud Cn. Lentulum et Q. Claudium*]

reus factus, statim tuleris [in eum [10]] [n], 'qui tuam post legem reus factus esset;' ut homo consularis exclusus, miser, puncto temporis spoliaretur beneficio et æquitate legis tuæ? 28. Dices, familiaritatem tibi fuisse cum Q. Maximo.[o] Præclara defensio facinoris tui: nam Maximi quidem summa laus est, sumtis inimicitiis,[p] suscepta causa, quæsitore [q] consilioque delecto,[r] commodiorem inimico suo conditionem [1] [s] rejectionis dare noluisse: nihilque Maximus [2] fecit alienum aut sua virtute, aut illis viris clarissimis, Paulis, Maximis, Africanis; [t] quorum gloriam hujus

Lentulum et Q. Claudianum ed. pr. sic etiam Junt. nisi quod copulam omittit. Crat. Vict. Manut. Lamb. 1566. *apud Cn. Lentulum et Q. Claudium;* sed Crat. non habet *et*. Vid. Nott. Varr.—10 Voces *in eum* Ern. et Schutz. uncis includunt. Verba *in eum, qui tuam post legem reus factus esset* suspecta erant Passeratio.—10 Bern. *cumque Maximo.*—1 Pro *conditionem* Ms. Vict. et Pall. habent *concionem;* nonnullæ edd. vett. *contentionem.* In C S T ψ legitur *commodiore inim. suo contentionem relectionis.* H quoque *relectionis.* Tum, Mss. Lambini *voluisse.* Verba *sumtis inimicitiis* usque ad *dare noluisse* non sunt in χ.—2 H, Bern. et Lamb. *Nihil Maximus:* Orell. e conjectura dedit *Nihil Q. Maximus.* Mox, pro *illis* C H S χ ψ habent *illius familiarissimis;* T *illis familia-*

NOTÆ

Cn. Lentulus et Q. Claudius prætores fuerunt, quorum alter de repetundis, alter de majestate quærebat. Antonius reus de majestate a Cœlio factus est tanquam conjurationis Catilinariæ particeps; a Q. Maximo de repetundis, ob pecunias contra legem captas, cum esset in Macedonia proconsul.

[n] *Statim tuleris in eum*] Cum reus esset Antonius, antequam lex illa ferretur, caruit legis beneficio. Cum autem audiret Vatinius fore, ut Antonio dies diceretur, expectavit judicium malitiose, ut legem ferret.

[o] *Cum Q. Maximo*] Q. ille Fabius Maximus cum Trebonio consul fuit: is Antonium accusavit.

[p] *Sumtis inimicitiis*] Inimicus fuit Antonio propter Achæos spoliatos.

[q] *Quæsitore*] Quæsitor judicii moderator est, et qui de facto quærit: quærebat autem unus ex illis prætoribus supra memoratis.

[r] *Consilioque delecto*] Non seligebantur judices, sed sorte ducebantur, plurimis eorum nominibus in urnam conjectis.

[s] *Conditionem*] Hotomannus reponit *condicionem*, hoc sensu, ut condicionem rejiciendi commodiorem haberet ex lege Vatinia, quam antea liceret.

[t] *Paulis, Maximis, Africanis*] Maximus ab illis majoribus traxit originem, qui multis in republica victoriis et triumphis claruerunt. Horum primus extitit Marcus, qui A. U. C. 451. consul fuit: secundus, Marcus, ejus filius, A. U. C. 498. consulatum gessit: tertius, Lucius, qui duplici consulatu functus est: quartus, Lucius Æmilius Paulus, duplici consulatu, et tribus triumphis illustris.

virtute renovatam non modo speramus, verum etiam jam [3] videmus. Tua fraus, tuum maleficium, tuum [4] scelus illud est, te id, quod promulgasses misericordiæ [u] nomine, ad crudelitatis tempus distulisse. Ac nunc [5] quidem C. Antonius hac una re miseriam suam [y] consolatur,[6] quod imagines [x] patris et fratris sui, fratrisque filiam, non in familia, sed in carcere collocatas [7] audire maluit, quam videre.

XII. 29. Et [8] quoniam pecunias aliorum despicis, de tuis divitiis intolerantissime gloriaris, volo uti mihi respondeas, fecerisne fœdera [y] tribunus plebis cum civitatibus cum regibus,[z] cum tetrarchis? [a] [*p.* 35.] erogarisne [b] pecunias ex ærario tuis legibus? eripuerisne partes [9] illo tempore carissimas partim a Cæsare,[c] partim a publicanis?

[y] *Exilium.*

rissimis.—3 H T *jam* omittunt.—4 In C H S T χ ψ deest *tuum.* Pro *est* in χ legitur *cum*, sed caret *quod* ante *promulgasses.*—5 C S *At nunc.* *Verba *Ac nunc quidem* usque ad *affinem te esse dicis* non sunt in χ.—6 C H S *solatur.* Deinde, Lamb. *quod imag. et patr. et fratr. sui.*—7 *Collocatum* T, ed. pr. et ed. Wald. *collocatam* C H S ψ, Erf. Bern. et edd. ante Ald. cum Græv.

CAP. XII. 8 C S T ψ omittunt *et.* Tum, *pecuniam* C H S T.—9 C *parthis:* ψ *partim.* Erf. *eripuerisne partis illo tempore carissi mas partim a Cæsare*

NOTÆ

[u] *Misericordiæ*] Misericordia plena videbatur lex Vatinii in reos, quia commodiorem rejectionis conditionem eis dabat.

[x] *Imagines*] Significat Vatinium tres istas imagines ex atrio ædium Antonii in carceris locum aliquem, contumeliæ causa, ferri jussisse: nam *fratris filiæ* legendum videtur. Nisi fortasse per carcerem melius intelligitur Vatinii domus, qui aliquorum judicio nupserat sorori Antonii triumviri.

[y] *Fecerisne fœdera*] Omnes populi immunes erant. Itaque accepta a vectigalibus aut stipendiariis pecunia, eos fœderatos fecit, quod solius erat populi Romani.

[z] *Cum regibus*] A regibus Vatinius pecuniam accipiebat, ut apud populum Romanum pro eis ageret.

[a] *Tetrarchis*] Tetrarchæ appellantur, qui quartam regionis partem occupant.

[b] *Erogarisne*] Vatinius in sua lege, qua Cæsari provincia Gallia mandabatur, adjunxerat, ut ei sumtus ex ærario attribueretur.

[c] *Partim a Cæsare*] Placet Hotomanno legendum esse *a senatu*, ortumque mendum ex nota *se:* nam penes senatum dispensatio ærarii erat; publicani quoque persæpe pecunia rempublicam juvabant. Vatinius ergo lege sua eripuit et senatui et publicanis partes illis carissimas ornandi Cæsaris: quam enim gratiam a Cæsare inire potuissent, Va-

Quæ cum ita sint, quæro ex te, sisne ex pauperrimo dives factus illo ipso anno,[10] quo lex lata est de pecuniis repetundis acerrima;[1] [d] ut omnes intelligere possent, a te non modo nostra acta,[e] quos tyrannos vocas, sed etiam amicissimi tui[f] legem esse contemtam: apud quem tu etiam nos criminari soles, qui illi sumus amicissimi,[2] cum tu ei contumeliosissime toties maledicas, quoties illi affinem te esse[3] dicis.[g]

30. Atque illud etiam[4] scire ex te cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, ut in epulo Q. Arrii,[5] [h] familiaris mei, cum toga pulla[6] accumberes? quem unquam videris? quem audieris? quo exemplo, quo more[7] feceris? Dices, supplicationes[i] te illas non probasse. Optime. Nullæ

partim: ed. pr. *eripueris ne Parthis illo temp. Cassinas partim acies, partim:* Med. *eripuerisne Parthis illo temp. carissimus, partim a Cæsare, partim.* Hæc omnia, ut multa alia, desiderantur in Franc. 1. Pro vocibus *a Cæsare* Hotom. conjecit legend. *a senatu.* Goveanus ita legi maluit, *eripuerisne legibus per artes illo tempore carissimas, &c.*—10 C H S *in illo ipso anno:* T *in illo anno.* —1 C H S T ψ *acerrime.*—2 H S *simus amic.* ψ *sumus ac amic.* Pro verbis *cum tu ei* C H S T ψ habent *et.*—3 In H deest *esse.* Mox, *dices* C H S T ψ. *quoties te illi affinem esse dicis* Bern. Schol. Ambros. Naug. et Orell.—4 Bern. *etiam illud.*—5 Mss. nonnulli Lambini *Q. Varii:* edd. ante Lamb. *Q. Arri.* Deinde, H et S *famil. nostri.*—6 χ *puella.*—7 Verba *quo more* non sunt in H. Verba *Dices supplicationes* usque ad *millia accumberent,* § 31. absunt a χ.—

NOTÆ

tinius præripuit. Sic infra, 'eripueras provinciæ decernendæ potestatem, ærarii dispensationem.'

[d] *Acerrima*] Cæsar legem tulit de repetundis pecuniis A. U. C. 694.

[e] *Nostra acta*] Suas leges ait quas ipse Cicero de ambitu tulit. Acta autem dicebantur, quia in ejus actis scribebantur.

[f] *Amicissimi tui*] De Cæsaris amicitia Vatinius gloriabatur.

[g] *Affinem te esse dicis*] Jactabat se Vatinius habere cum Cæsare affinitatem; quia nimirum uxorem duxerat Antoniam M. Antonii sororem, quæ fuit filia Juliæ, e Cæsarum familia.

[h] *Epulo Q. Arrii*] Epulum illud in æde Castoris datum est. Nota autem, quod in civium potentiorum funeribus populo epulum dabatur, isque dies populo et convivis festus erat. Quare nemo toga pulla sive atra vestitus hic aderat.

[i] *Supplicationes*] Supplicationes proprie sunt gratulationes quæ a senatu imperabantur fieri, cum literæ ab imperatoribus missæ lectæ fuerant, quibus victoria aliqua renuntiabatur: porro illæ gratulationes ad omnia Deorum pulvinaria fiebant. Patet autem et ex illo loco supplicationes ad honestanda clarorum virorum funera fuisse decretas a senatu.

fuerint[8] supplicationes.[z] Videsne, me nihil de anni illius causa,[a] nihil de eo, quod tibi cum summis viris[k] commune esse[9] videatur, sed de tuis propriis sceleribus ex te quærere? Nulla supplicatio fuerit. Cedo, quis unquam cœnarit[10] atratus? ita enim illud epulum est[1] funebre, ut munus sit funeris,[l] epulæ quidem ipsæ, dignitatis.[m] XIII. 31. Sed omitto[2] epulum populi Romani, festum diem,[3][n] argento,[b] veste, omni apparatu ornatuque visendo.[4] Quis unquam in luctu domestico, quis[5] in funere familiari[o] cœnavit cum toga pulla?[p] cui de balneis exeunti,[q] præter te, toga pulla unquam[6] data est? Cum tot hominum millia accumberent, cum ipse epuli dominus, Q. Arrius, albatus[7] esset;[r] tu in templum Castoris[s] te cum C. Fidulo[8] atrato

[z] *Non potuerint decerni.* [a] *Actis.*
[b] *Qui fuit festus dies argento, &c.*

8 C H S *fuerunt.*—9 *Comm. cum summis viris esse* Bern. Naug. Lamb. et Orell.—10 *Cænaris* C: *cenavit*, vel *cœnavit*, S, et edd. ante Lamb. In H deest. —1 ψ *esse.*

CAP. XIII. 2 Pro *omitto* C H *opiteco;* S *apiteco;* T *opitheco.*—3 ψ *die.*—4 H S *ornatuque secundo.* Pro *quis* C S T *qui*, et ψ *quid.* Tum, T *nunquam.*—5 C *qui.*—6 In C H S T deest *unquam.*—7 χ *allatus.* Pro vocibus *tu in* C *tuque;* H *cumque in.* Verba *tu in templum . . . intulisti* absunt a χ.—8 *Fibulo*

NOTÆ

[k] *Summis viris*] Cæsari, Pompeio, et Crasso illæ supplicationes improbantur.

[l] *Munus sit funeris*] Munus proprie id intelligitur, quod quis necessario subit lege, more, vel ejus imperio, qui jubendi potestatem habet.

[m] *Epulæ quidem ipsæ dignitatis*] Duo epularum fuerunt genera quibus funera honestabantur; alia ad mortuos pertinebant, quæ Manibus libabantur; alia ad vivos, quæ ad dignitatem et magnificentiam spectabant.

[n] *Festum diem*] Alii apud Romanos festi dies fuerunt, alii profesti, intercisi alii. Festi dies Diis consecrati sunt; profesti hominibus, administrandæ publicæ vel privatæ rei causa; intercisi, Deorum hominumque sunt communes. De iis fuse in oratione pro Sextio.

[o] *In funere familiari*] Funus familiare dicebatur, quod in familiarium sepulcris solebant exhiberi. Vide Gell. XVI. 4.

[p] *Cum toga pulla*] In funeribus Romani non atro, sed albo colore utebantur; maxime in cœnis funebribus, ne convivium funestaretur.

[q] *De balneis exeunti*] A balneis ad cœnam ibant. Unde Martialis, 'Lotus nobiscum Andragoras cœnavit, et unxit.'

[r] *Arrius albatus esset*] Atrati quidem per annum Romani lugebant mortuos, ut Dionysius refert de matronis Romanis quæ Coriolanum per

ceterisque tuis furiis [9] funestum intulisti. Quis tum [10] non ingemuit? quis non doluit reipublicæ casum? [1] quis sermo alius in illo epulo fuit, nisi, hanc tantam et tam gravem civitatem, subjectam esse non modo furori, verum etiam irrisioni tuæ? 32. Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? nunquam puer aut adolescens inter coquos fueras? [2] Fausti, adolescentis [t] nobilissimi, paulo ante ex epulo magnificentissimo famem illam veterem [u] tuam non expleras? [3] Quem accumbere atratum videras dominum cum toga pulla, et ejus amicos ante convivium? [4] quæ te tanta tenuit amentia, [5] ut tu, nisi id fecisses, quod fas non fuit, nisi violasses templum Castoris, nomen epuli, oculos civium, morem veterem, ejus, qui te invitarat, [x] auctoritatem, parum putares testificatum [6] esse, supplicationes te illas non putare? [7]

Bern. Ms. Vict. et al. *Figulo* nonnulli ap. Lamb. *Fidulio* legend. conjecit Gulielm.—9 H ψ *ejus furiis.*—10 T *tamen.*—1 Barb. *casu.* Deinde, *qui sermo* Barb. et Orell.—2 *Adol. inter cœtus fueras* H S: *adol. interfueras* T χ et quinque alii, prob. Manutio: *adol. inter coævos fueras* C et edd. pleræque ante Lamb. *adol. inter cacos fueras* Ms. Clerici et alii. Vid. Nott. Varr. Pro *Fausti* ψ habet *fuisti.* Verba *Fausti, adolescentis . . . ante convivium* non sunt in χ.—3 C H S T *expiares.*—4 '*Quem accumb. atratum videras dominum cum toga pulla, et ejus amicos, &c.*] Alii, v. c. Ern. Schutz. distinguunt *videras, dominum;* alii *videras? dominum.* Priore vero illa ratione nimis obscuratur loci sensus. Puto leg. esse, *videras dominum? Cum toga pulla ejus amicos ante conv.?* scil. unquamne videras? *videras? Dominum cum toga pulla, et ejus amicos ante conv. videras* Goveani susp. *videras? Dominus cum toga pulla et ejus amici ante conv.* dubia Garatoni susp.' *Orell.* Vid. Nott. Varr.—5 *Insania* C H T χ, Ven. 1483. Junt. Ald. Pro *tu,* quod Bern. et Lamb. omittunt, T habet *tamen;* C S χ et edd. ante Hervag. *tum.* Pro *nisi* in χ legitur *non.*—6 ψ *patrum put. test.* Lamb. *parum put. te test.* ut Ern. volebat.—7 Car. Steph. et Lamb. *probare,* non improb. Garaton.

NOTÆ

annum atratæ luxerunt. At in conviviis funereis, justisque persolvendis albati erant.

[s] *In templum Castoris*] Epulum ejusmodi funebre dari solebat in ædibus sacris, ut tum factum est in templo Castoris; in quo cœnabant viri magnates; sed plebs, propter angustias loci, et multitudinem convivarum, extra templum, in foro.

[t] *Fausti, adolescentis*] Faustus ille L. Sullæ filius fuit, quem Dio lib. XXXVII. narrat ludos gladiatorios in honorem patris sui dedisse, populumque lauto convivio excepisse, iisque balnea et oleum gratis dedisse.

[u] *Famem veterem*] Pauper fuerat antea Vatinius, et statim dives factus est.

[x] *Ejus qui te invitarat*] Arrius, qui Vatinium invitaverat, in funere patris non ausus est.

XIV. 33. Quæro illud etiam [8] ex te, quod privatus admisisti; [9] in quo certe jam tibi dicere non licebit, cum clarissimis viris causam tuam esse conjunctam: postulatusne sis [y] lege Licinia et Junia? [10] edixeritne C. Memmius prætor ex ea lege, ut adesses die tricesimo? [z] cum is dies venisset, fecerisne, [1] quod in hac republica non modo factum ante [2] nunquam esset, [3] sed in omni memoria sit omnino inauditum? appellarisne tribunos [a] plebis, ne causam diceres? levius dixi: quanquam id ipsum esset et novum, et non ferendum: sed appellarisne nominatim pestem illius anni, furiam patriæ, tempestatem reipublicæ, Clodium? qui tamen [4] cum jure, cum more, cum potestate judicium impedire non posset, rediit ad illam vim et furorem suum, ducemque se militibus tuis præbuit. In quo, ne quid a me dictum in te potius putes, [5] quam abs te esse quæsitum; nullum [6] onus imponam mihi testimonii: [b] [*p.* 36.] quæ mihi brevi tempore ex eodem isto loco video esse [7] dicenda, servabo, teque non arguam, sed, ut in ceteris rebus feci, rogabo. 34. Quæro ex te, Vatini, num quis in hac civitate post urbem conditam tribunos plebis appellarit, [8] ne causam

CAP. XIV. 8 Bern. Naug. Cam. Lamb. *etiam illud.* In χ desunt verba *Quæro illud etiam* usque ad *facta mentio est*, § 35.—9 ψ *amisisti.*—10 Edd. vett. paucæ *Julia.* Tum, ψ *et dixeritne.* C H S T omittunt prænomen *C.* Præpositio ante *ea lege* non est in C. Paulo post, C H S ψ *adesset.*—1 H *fecissesne.*—2 C T, Bern. Car. Steph. et Lamb. *antea.* In H deest. Deinde, T *unquam.* Pro vulg. *est* T, Ven. 1480. Junt. habent *fuerat;* Ern. et Schutz. e conjectura *esset.*—3 Lamb. *est.*—4 C T ψ *tantum.*—5 H non agnoscit *putes.* —6 C *nullius.*—7 Pro verbis *loco video esse* in C H S ψ legitur *esse servanda vel.*

NOTÆ

[y] *Postulatusne sis*] Quærit an Vatinio dies dicta sit quod legem Liciniam et Juniam violaverit, quam tulere D. Junius et L. Licinius coss. A. U. C. 691. nempe, ut leges trinundino ante promulgarentur, quam ad populum ferrentur; quæ lex a Vatinio neglecta est.

[z] *Die tricesimo*] Certa quaque lege dies a prætoribus designabatur, reis, intra quam causam dicerent: aliis decima, vigesima aliis, &c. præfiniebatur.

[a] *Appellarisne tribunos*] In provinciis cives Romani appellabant tribunos in causa capitis, sed Romæ illa appellatio non valebat, nisi post decretum.

[b] *Nullum onus imponam mihi testimonii*] Id est, non arguam te ut testis, neque in te loquar; sed rogabo.

diceret? num quis reus in tribunal[c] sui quæsitoris[d] ascenderit, eumque vi[9] deturbarit? subsellia[e] dissiparit? urnas delegerit?[10 f] eas denique omnes res in judicio disturbando commiserit, quarum rerum causa judicia sunt constituta?[c] sciasne tum fugisse Memmium?[g] accusatores[1] esse tuos de tuis tuorumque manibus ereptos? judices quæstionum[2 h] de proximis tribunalibus esse depulsos? in foro,[3] luce, inspectante populo Romano, quæstionem, magistratus, morem[4] majorum, leges, judices, scelerum[5] pœnam esse sublatam? hæc omnia sciasne diligentia C. Memmii publicis tabulis esse notata atque testata? Atque illud etiam quæro, cum,[6] posteaquam es postulatus,[i] ex legatione re-

[c] *De quibus rebus quæstiones constitutæ sunt.*

—8 C H S T ψ *appellaret.*—9 Pro *vi* C H S T *inde.* Tum, H T *turbarit.*—10 Edd. pleræque ante Grut. *deleverit.* Hotom. conjecit *dejecerit* legend. Deinde, S T *easque denique.* Paulo post, C H S T *deturbando.*—1 C H S T ψ *accusatorem.*—2 ψ *man. erectos vides, quæstionem.* In C S quoque *quæstionem* legitur.—3 A duobus Mss. Lambini absunt verba *in foro.* Tum, *lucem* C: *in luce* Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. cum Oliv.—4 C et ψ *more.*—5 Pro *scelerum* H et Crat. habent *reorum;* Mss. plerique et edd. ante Crat. *rerum;* Bern. Erf. Mss. Lambini, Naug. Cam. Car. Steph. Lamb. et Orell. *reum.* Mox, verba *C. Memmii publicis* usque ad *facta mentio est* absunt a C H S T et

NOTÆ

[c] *Tribunal*] Tribunal locus fuit editior, in quo, sella curuli posita, magistratus jus dicebant. Ulp. de Jud. lib. I.

[d] *Quæsitoris*] Quæsitores fuere prætores rerum capitalium.

[e] *Subsellia*] Alia fuerunt subsellia judicum, qui in majoribus causis judicabant; qualia tribunorum, triumvirorum, quæstorum, ut ait Asconius. Alia fuerunt in quibus non judices, sed rei, accusatores, testes, patroni, advocati, et procuratores sedebant, quæ sub quæstoris tribunali, sive sella, ponebantur.

[f] *Urnas delegerit* [*urnas deleverit*] Reponunt fere omnes *dejecerit*, quod rectius sensum explicat. Urnæ porro juxta prætoris tribunal apponebantur, in quas, causa utrinque perorata et cognita, judices tabellas absolutionis vel damnationis, vel ampliationis deferebant. Has urnas dejicere summa erat impudentia.

[g] *Fugisse Memmium*] Prætor Memmius fugit, qui cum L. Domitio collega de actis Cæsaris ad senatum retulit, ut ait Suetonius.

[h] *Judices quæstionum*] Loquitur de judicibus, qui tum de causa Vatinii, tum de aliorum erant cognituri. Quæstiones publica judicia dicebantur, inde ducto nomine, quod in iis reus in judicium vocatus, nocens sit, an innocens constituto judicio quæritur.

[i] *Es postulatus*] Postulare, cum ad publica judicia refertur, proprie sig-

dieris,[k] ne quis te judicia defugere arbitraretur;[7] teque, (cum tibi, utrum velles, liceret)[8] dictitaris, causam dicere maluisse; qui consentaneum fuerit, cum legationis perfugio[l] uti noluisses, appellatione improbissima te ad auxilium nefarium[m] confugisse?

XV. 35. Et quoniam legationis tuæ facta mentio est, volo etiam[9] audire de te, quo tandem senatusconsulto legatus sis?[n] de gestu intelligo quid respondeas:[10] tua lege,[o] dicis. Esne igitur patriæ certissimus parricida? sperabasne[1] id, ut patres conscripti[p] ex republica funditus tollerentur? ne hoc quidem[2] senatui relinquebas, quod[3] nemo unquam ademit, ut legati ex[4] ejus ordinis auctoritate legarentur? adeone tibi sordidum consilium publicum visum est? adeo afflictus senatus, adeo misera et prostrata respublica, ut

edd. ante Crat.—6 Ald. Ern. Schutz. et Orell. *cum*. Ceteri *quod*.—7 Bern. *arbitretur*.—8 Idem *licere*.

CAP. XV. 9 In Bern. deest *etiam*.—10 Pro *respondeas* H et S *exponas*.—1 *Spectans ne* C et H: *spectarisne* χ, Bern. Pal. 4. 5. 7. 9. et Ms. Vict. *spectarasne* Pal. 1. 2. Rom. Ven. utraque, cum Orell. *sperarasne* Mss. pauci, ed. Junt. et seqq. usque ad Ern. qui e conjectura cum Schutz. dedit *sperabasne*. Alii *sperasne*. Mox, C S *ut* omittunt.—2 χ *tolleretur*, et ψ *ne hæc quidem*.—3 C H S T χ ψ *quæ*.—4 In χ præpositio deest. Deinde, *relegarentur* Pal. 9.

NOTÆ

nificat, petere a prætore, ut sibi liceat lege aliqua publicorum judiciorum quempiam interrogare, utrum in eam legem commiserit, necne: ut si fateatur, ei lis æstimetur; si neget, ejus nomen in reos referatur.

[k] *Ex legatione redieris*] Legationem obiit in Galliis Vatinius, imperatore Cæsare.

[l] *Legationis perfugio*] Tulit legem Memmius, ut eorum, qui reipublicæ causa abessent, nomina non in reos reciperentur. Hac lege uti poterat Vatinius, neque ad tribunos provocare.

[m] *Auxilium nefarium*] Vatinius confugit ad Clodium, tribunum plebis, hominem nefarium.

[n] *Senatusconsulto legatus sis*] Legati lecti a senatu, in provinciam, una cum proconsule, negotiorum publicorum administri mittebantur.

[o] *Tua lege*] Vatinius, tribunus plebis, tulerat legem, ut C. Cæsari Gallia Cisalpina cum Illyrico in quinquennium, sine senatus decreto, et extra sortem mandaretur; ut ii, quos in lege nominabat, legati, sine senatus decreto, cum Cæsare proficiscerentur.

[p] *Patres conscripti*] Qui erant in consessu sive consilio senatorum, patres conscripti vocabantur. Vide orat. post Red. ad Quirites, § 1. not.

non nuntios pacis [q] ac belli, non curatores,[5] [r] non interpretes, non bellici consilii auctores,[s] non ministros [6] muneris provincialis [t] senatus more majorum deligere posset? [7] 36. Eripueras senatui provinciæ decernendæ [8] potestatem, imperatoris deligendi [u] judicium, ærarii dispensationem; [x] quæ nunquam sibi populus Romanus appetivit, qui nunquam hæc a summi consilii gubernatione [9] auferre conatus est. Age: factum est horum aliquid in aliis: raro: sed tamen factum est, ut populus deligeret imperatorem. Quis legatos unquam audivit sine senatusconsulto? ante te nemo: post continuo [10] [y] fecit idem in duobus prodigiis [1] [z] reipublicæ Clodius: quo etiam majore es malo [2] mactandus, quod non solum facto tuo, sed etiam [3] exemplo rempublicam vulnerasti: neque tantum es improbus ipse,[4] sed etiam alios docere voluisti.

legerentur conjecit Lamb. Porro χ omittit *consilium publicum*.—5 In Erf. et Pal. 9. *non accusatores*. Gulielm. legi maluit *non oratores*.—6 Erf. *ministri*.—7 *Delig. possit* C H S T χ, Bern. *diligere posset* Mss. ap. Lamb.—8 Edd. vett. quædam *decernendi*.—9 *Qui nunquam aut summi consilii gubernationem* Mss. omnes et edd. ante Junt. *qui nunquam antea summo consilio gubernationem* Lamb. *qui nunquam a re publica summi consilii gubernationem* Orell. e conjectura Garatoni.—10 C H S *post te continuo*.—1 *Prodigiis* non est in Erf.—2 χ *majore ex malo*. Tum, Rom. Ven. utraque, Junt. *mulctandus*, ut volebat Pantagathus.—3 C non habet *etiam*.—4 Edd. pr. *neque tantum es contentus improbus esse*. Pro *es* Garaton. legi maluit *esse*. Deinde, C *sed et alios decere vol*. Post *voluisti* Erf. Pal. 9. Bern. Ms. Vict. Mss. Lambini, Lamb. ipse, et

NOTÆ

[q] *Nuntios pacis*] Legatorum erat bellum aut pacem denuntiare.

[r] *Curatores*] Illi dicuntur curatores, quibus aliqua curatio extra urbem dabatur.

[s] *Consilii auctores*] Consilium imperatorum constabat ex legatis, ideoque auctores dicuntur, quod, ascitis aliis, primi omnium sententiam rogabantur.

[t] *Ministros muneris provincialis*] Legati, absente vel decedente ex provincia proconsule, vel prætore, vices eorum obibant, eisque parebat provincia, et reliqui imperatoris magistratus.

[u] *Imperatoris deligendi*] Senatus deligebat imperatores, et eos creabat populus; quoniam penes eum summa erat auctoritas.

[x] *Ærarii dispensationem*] Solus senatus ærarii potestatem habebat, cujus in arbitrio erat reditus et sumtus, ut notavit Polybius lib. VI.

[y] *Post continuo*] Post continuo, id est, anno proximo sequente.

[z] *In duobus prodigiis*] Idem præstitit Clodius erga Pisonem et Gabinium, quibus sua lege provincias et legatos dedit.

37. Atque illud etiam audire a te[5] cupio; quare, cum ego legem de ambitu ex senatusconsulto[a] tulerim, sine vi tulerim, salvis auspiciis tulerim,[6] salva lege Ælia et Fufia, tu eam esse legem non putes; præsertim cum ego legibus tuis, quoquo modo latæ sint,[7] paream: cum mea lex dilucide vetet, biennio, quo quis petat, petiturusve sit, gladiatores dare, nisi ex testamento præstituta die; quæ tanta in te sit amentia, ut in ipsa petitione gladiatores audeas dare? num quem putes illius tui certissimi gladiatoris[b] similem tribunum plebis posse reperiri,[8] qui se interponat, quo minus reus mea lege fias?[9]

Ob hasce omnes res, sciasne te severissimorum hominum, Sabinorum,[c] fortissimorum virorum, Marsorum[d] et Pelignorum, tribulium tuorum[e] judicio notatum, nec post Romam conditam, præter te, tribulem quenquam tribum Sergiam perdidisse?[f] XVI. 38. Ac si[10] hæc omnia con-

Orell. inseruut verba *Ob hasce omnes res . . . Sergiam perdidisse*, prob. Garaton.—5 Lamb. *aud. ex te:* χ et Bern. *audire te.* 'Lego *audire de te*, ut § 35.' *Orell.*—6 Verba *sine vi tulerim, salvis auspiciis tulerim* absunt a C H S T. Bern. Car. Steph. Lamb. et Orell. habent *de ambitu tulerim ex senatusc., tul. sine vi, tul. salvis* (Bern. *Salutis*) *ausp., salva lege.* Mox, alii *Fusia.*—7 Bern. Naug. et Orell. *latæ sunt.* Pro *paream* in χ *parcas.* Verba *cum mea lex . . . Sergiam perdidisse* desunt in Mss. et edd. ante Crat., qui ea inseruit e Ms. Peutingeri.—8 Erf. Pal. 9. Ms. Vict. *plebis esse rep.*—9 Erf. *fiat.*

CAP. XVI. 10 T et Lamb. *At si.* In Ven. 1480. Junt. *At si omnia hæc.* H

NOTÆ

[a] *Ex senatusconsulto*] Cum leges a magistratibus patriciis ferebantur, his accedere debebat senatus auctoritas. Legem autem de ambitu Cicero consul tulerat, ut senatoribus ambitus damnatis aqua et igni ad annos decem interdiceretur: ut in plebem gravior esset pœna, quam lege Calpurnia fuisset: ne quis munus gladiatorium biennio, quo magistratum petierat, petiturusve erat, ederet, nisi ex testamento præstituta die.

[b] *Certissimi gladiatoris*] Gladiator certissimus dicitur, qui cum diu artem exercuerit, certius infert vulnus. Clodium vero designat.

[c] *Sabinorum*] Sabini Italiæ populi sunt qui morum severitate celebrati sunt, Virgilio teste Æneid. lib. VIII. 'Romulidis, Tatioque seni, Curibusque severis.'

[d] *Marsorum*] Strabo lib. v. de Marsis et Pelignis ait, gentes illas quidem parvas fuisse, sed fortissimas, cujus virtutis specimen frequenter ediderunt.

[e] *Tribulium tuorum*] E tribu Sergia fuit Vatinius; in qua suffragia Sabini ferebant.

[f] *Tribum Sergiam perdidisse*] Tam indignus magistratu suis tribulibus

temnis ac despicis, quod ita tibi persuaseris (ut palam dictitas), te, Diis hominibusque[1] invitis, amore in te incredibili quodam C. Cæsaris, omnia quæ velis, consecuturum; ecquid audieris, ecquisnam[2] tibi dixerit, C. Cæsarem nuper Aquileiæ,[g] cum de quibusdam esset[3] mentio facta, dixisse, C. Alfium præteritum[h] permoleste tulisse, quod in homine summam fidem probitatemque cognosset; graviterque etiam se ferre, prætorem aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissensisset? tum quæsisse quendam, de Vatinio quemadmodum ferret;[i] ipsum[4] respondisse, Vatinium in tribunatu gratis nihil fecisse: qui omnia in pecunia posuisset, honore animo æquo carere debere? 39. Quodsi ipse,[k] qui te,[5] suæ dignitatis augendæ causa, periculo tuo, nullo suo delicto,[l] ferri præcipitem est facile passus, tamen te omni honore indignissimum judicat; si te vicini, si affines,[6] si tribules ita oderunt, ut repulsam tuam triumphum suum duxerint;[7]

non agnoscit voces *ac despicis*, et legit *quod ita persuas., quod palam dict.*—1 H *hominibus*, sine copula. Mox, χ *am. in te credibili.* C H S T χ ψ non habent prænomen ante *Cæsaris.* In χ deest *omnia.*—2 C S χ *et quid aud., et quisnam.* C H S T χ ψ omittunt prænomen ante *Cæsarem.*—3 ψ *tum de quib. esse.* Deinde, C H S *Alsium:* χ *Alfum.* Porro, *prætorem permoleste tulisse* χ et edd. ante Junt. *prætorem non esse factum permol. tulisse* Junt. *prætura præteritum moleste tulisse* conjecit Garaton.—4 χ *ipse.* Mox, ψ *fecisset.*—5 *Te* non est in C.—6 Voces *si affines* absunt ab edd. vett. nonnullis. In S, Rom. Ven. utraque, Junt. legitur, *si te affines, si te tribules.* Pro *tribules* T habet

NOTÆ

videbatur, ut eorum suffragia in petitione ædilitatis non habuerit Vatinius.

[g] *Aquileiæ*] Aquileia, teste Herodiano lib. VIII. urbs Italiæ maxima habebatur, ad mare sita, et e regione omnium Illyrici gentium constituta: in hanc urbem sæpissimè se conferebat Cæsar, cum erat in Gallia, ut urbi et rebus urbanis vicinior esset.

[h] *Alfium præteritum*] Alfius petebat præturam, quam tunc obtinere quidem non potuit: at postea, Appio Pulchro et Domitio Ænobarbo coss. obtinuit.

[i] *Quemadmodum ferret*] Quæsitum est a Cæsare, an graviter, necne, ferret Vatinium in petitione præturæ repulsam tulisse. At hic tamen Vatius anno sequenti per vim factus est prætor, ut narrat Plutarchus.

[k] *Quodsi ipse*] Cæsar passus est, suæ dignitatis amplificandæ causa, Vatinium leges, contra auspicia et senatus voluntatem, ferre.

[l] *Nullo suo delicto*] Non peccabat Cæsar, quia non impellebat ad hæc scelera patranda Vatinium, licet ex eis commodum non mediocre perciperet.

si nemo aspicit, quin ingemiscat; nemo mentionem facit, quin execretur;[8] si vitant, fugiunt, audire de te[9] nolunt; cum viderunt, tanquam auspicium malum detestantur; si cognati respuunt,[10] tribules execrantur, vicini metuunt, affines erubescunt, strumæ[1] denique ab ore improbo demigrarunt,[m] et aliis jam se locis collocarunt; [*p.* 37.] si es odium publicum populi, senatus, universorum hominum rusticanorum;[2] quid est, quam ob rem præturam potius exoptes, quam mortem? præsertim cum popularem te velis esse, neque ulla in re[3] populo gratius facere possis?

40. Sed, ut aliquando audiamus,[4] quam copiose mihi ad rogata respondeas, concludam jam interrogationem meam, teque in extremo[5] pauca de ipsa causa rogabo. XVII. Quæro, quæ tanta in te vanitas,[6] tanta levitas fuerit, ut in hoc judicio[7][n] T. Annium iisdem verbis laudares, quibus eum laudare[8] et boni viri, et boni cives consueverunt, cum in eundem nuper, ab eadem illa teterrima furia[o] productus ad populum,[9] cupidissime falsum testimonium dixeris? An erit hæc optio et potestas tua, ut, cum Clodianas ope-

tribuni.—7 Erf. *dixerint.*—8 C et S *execret.*—9 H et Lamb. *audire te.* Mox, *viderint* C H S T χ ψ, Erf. et edd. vett.—10 S T ψ *respiciunt.* In C H S T χ ψ desunt verba *tribules execrantur.*—1 Pro *strumæ* C H S T χ ψ habent *si Romæ.* Pro *ab ore improbo*, Erf. habet *abhorrentur pro probo ;* Scaliger conjecit legend. *ebore improbo.*—2 C H S T χ ψ et edd. ante Hervag. non agnoscunt *rusticanorum.*—3 C H T χ ψ et Erf. *ulla re.* Mox, C T χ *gravius,* et χ *facere aliquid possis.*—4 S T χ ψ *audiam.* Tum, T *copiosa.* In edd. nonnullis deest *mihi.* Pro *rogata* C H S ψ et edd. vett. habent *interrogata.*—5 χ *rog. tuam*, et C H S T χ ψ *teque minus extremo.* Vox *pauca* abest a C H S T χ ψ et edd. ante Crat.

CAP. XVII. 6 C H S ψ *tanta vitæ vanitas.*—7 Erf. *in hujus judicio :* in C H S T χ ψ desunt.—8 *Quibus eum verbis laud.* C H S T, Bern. Naug. Cam. Lamb. Oliv. *quibus verbis eum laud.* Erf. et Orell.—9 Verba *ab eadem illa tet. furia*

NOTÆ

[m] *Strumæ ab ore improbo demigrarunt*] Jocatur in strumas Vatinii, quæ, quasi ipsas illius oris puduerit, ab illo, sive a collo ejus recesserunt, ut in aliam corporis partem diffluerent.

[n] *In hoc judicio*] Judicium intelligit, in quo de causa Sextii agitur.

[o] *Ab illa furia*] Clodio. Productus Vatinius falsum testimonium dixit contra Milonem, quem antea multum laudaverat. Ejusdem Clodii consilio Sextium nunc accusat.

ras,[p] et facinorosorum hominum et perditorum[10] manum videris, Milonem dicas (id quod in concione dixisti) gladiatoribus et bestiariis[q] obsedisse rempublicam; cum autem ad tales viros[1] veneris, non audeas civem singulari virtute, fide, constantia vituperare? 41. Sed, cum T.[2] Annium tantopere laudes, et clarissimo viro nonnullam[3] laudatione tua labeculam aspergas, (in illorum enim numero mavult T. Annius esse, qui a te vituperantur) verum etiam[4] quæro, cum in republica administranda T. Annio cum P. Sextio consiliorum omnium societas fuerit, (id quod non solum bonorum, verum etiam improborum judicio declaratum est: est enim reus uterque ob eandem causam, et eodem crimine:[d] alter die dicta ab eo, quem tu unum improbiorem[r] esse, quam te, nunquam[5] soles confiteri; alter tuis consiliis, illo tamen adjuvante) quæro, qui[6] possis eos, quos crimine conjungis, testimonio disjungere. Extremum illud est, quod mihi abs te responderi velim: cum multa in Albinovanum de prævaricatione[s] diceres, dixerisne, nec tibi placuisse, nec oportuisse Sextium de vi reum fieri?[7] quavis lege, quovis crimine accusandum potius fuisse? etiam illud[8] dixeris, causam Milonis, fortissimi viri, conjunctam

[d] *Propter me, et de vi.*

prod. ad pop. non sunt in C H S T χ.—10 In C H S T χ ψ omittuntur verba *et perditorum*, et paulo post *id quod in concione dixisti.*—1 H *cum ad tales viros:* Erf. *cum hujus ad tales viros.*—2 In H prænomen deest.—3 ψ *nonnulla.*—4 C H S T, Lamb. et Oliv. *veruntamen.*—5 Hervag. Cam. et Orell. *nonnunquam.* Verba *id quod non solum* usque ad *adjuvante; quæro* non agnoscunt C H S T χ ψ et edd. ante Crat.—6 S *quomodo.* Mox, in C H S T χ ψ et edd. ante Crat. omittuntur verba *Extremum illud est* usque ad *bonis esse grata.*—7 Crat. so-

NOTÆ

[p] *Clodianas operas*] Clodius servos eductos ex ergastulis conduxit ad conciones turbandas, et suas leges ferendas.

[q] *Bestiariis*] Bestiarii dicebantur, qui pugnabant ludis publicis cum bestiis, et cum iis qui ad bestias damnati erant.

[r] *Improbiorem*] Clodium designat, quem se nequiorem fatebatur.

[s] *De prævaricatione*] Ulpianus lib. I. de Adult. 'Prævaricatores,' inquit, 'eos appellamus, qui causam adversariis suis donant, ex parte actoris in partem rei concedunt: a varicando enim prævaricatores dicti sunt.'

cum hoc existimari?[9] quæ pro me a Sextio facta sint,[t] bonis esse grata? Non coarguo[10] inconstantiam orationis ac testimonii tui. Quas enim hujus actiones probatas bonis esse dicis, in eas pluribus[1] verbis testimonium dixisti: quicum autem ejus[2] causam periculumque conjungis, eum summis laudibus extulisti. Sed hoc quæro,[3] num P. Sextium, qua lege accusandum omnino fuisse negas, ea lege condemnari putes oportere? aut, si te in testimonio consuli nolis,[4] ne quid tibi auctoritatis a me tributum esse videatur,[5] dixerisne in eum testimonium de vi, quem negaris reum omnino de vi fieri debuisse?

lus, *reum jure fieri.*—8 Lamb. *etiamne illud.*—9 Crat. et Orell. *cum hujus exist.*—10 C H S et edd. vett. *arguo.* Tum, C H S T χ *inconst. rationis.* Verba *quas enim hujus* usque ad *consuli nolis* absunt a C H S T χ ψ et edd. ante Crat. —1 Bern. *plurimis.*—2 Crat. *eis:* Orell. e conjectura Garatoni *hujus.*—3 Crat. *sed hic quæro.*—4 Bern. Car. Steph. Lamb. et Orell. *noles.*—5 C H S *auctoritatis meæ,* et H *diminutum esse videatur.* In C H T χ et edd. ante Crat. desunt verba *dixerisne in eum . . . fieri debuisse.*

NOTÆ

[t] *Quæ pro me a Sextio facta sint*] Sextius pro Cicerone iter in Galliam ad Cæsarem suscepit, et statim atque tribunatum iniit, de illo revocando cogitavit.

M. TULLII CICERONIS

PRO M. CŒLIO

ORATIO XXXIV.

ARGUMENTUM.

M. Cœlius eques Romanus Ciceronique familiaris fuit. Is duabus accusationibus C. Antonii et Atratini inclaruit. Hoc dolore permotus, et a Clodia, muliere libidinosa, P. Clodii sorore, impulsus Atratinus filius, Cœlium lege Lutatia de vi reum fecit, quod a Clodia aurum ex armario mutuum sumsisset, quo servos Lucceii ad cædem Dionis legati Alexandrinorum impelleret; deinde, cum Clodia aurum repetiisset, servos ejus ad dominam veneno tollendam solicitasset, deprehensusque ab amicis Clodiæ in balneis Licinius esset, cum venenum servo Clodiæ traderet. In utroque crimine diluendo Cicero versatur, ita, ut neque principium neque exitum habere ostendat, h. e. neque causas afferri posse, quibus Cœlius ad hoc facinus inductus sit, neque res ipsas, quibus crimen contineatur, inter se et cum principiis consentire. Et quoniam multa in vitam Cœlii dicta erant ab accusatore, his quoque Cicero respondet, et crimina ea partim refellit, partim excusat, et optima quæque in posterum judices a Cœlio expectare jubet.

I. 1. Si quis,[1] judices, forte nunc adsit, ignarus legum,[a]

Cap. I. 1 ψ *quid.* Mox, in χ deest *nunc.* Tum χ *consuetudinis vestræ:*

NOTÆ

[a] *Ignarus legum*] Hic Cicero per istas leges, Plautiam intelligit, quæ lata est a M. Plautio tribuno plebis, Cn. Pompeio Strabone et L. Porcio Catone coss. anno urbis 664. ut de iis qui vim publicam armatis hominibus fecissent, quæstio constitueretur.

judiciorum, consuetudinis[b] nostræ; miretur profecto, quæ sit tanta atrocitas hujusce causæ,[2] quod diebus festis,[c] ludisque publicis,[d] omnibus negotiis forensibus intermissis, unum hoc judicium exerceatur;[a] nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur,[b] ut, eo neglecto, civitas stare non possit. Idem, cum audiat esse legem,[e] quæ de seditiosis consceleratisque[3] civibus, qui armati senatum obsederint, magistratibus[4] vim attulerint, rempublicam oppugnarint, quotidie quæri jubeat; legem non improbet;[5] crimen, quod versetur in judicio, requirat:[c] cum audiat, nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in judicium vocari; sed adolescentem illustri ingenio,[6] industria, gratia, accusari ab ejus filio,[7] [f] quem ipse in judicium et vocet, et vocarit; oppugnari autem hunc opibus[8] meretriciis;[g] Atratini illius

[a] *Fiat.* [b] *Accusetur.* [c] *Inquirat.*

Lamb. *consuetudinisque nostræ.*—2 C *hujus causæ.*—3 H S χ et edd. ante Hervag. cum Lamb. *sceleratisque.*—4 χ *magistratibusque.*—5 Idem Ms. *legem impr.* omisso *non.*—6 Ms. Memmii *sed adol. nobilem illustri ing.*—7 χ *ab ipso filio.*—8 *Opp. hoc op.* H: *opp. autem hoc op.* S, Rom. Ven. 1480. 1483. *opp. hæc op.* ψ

NOTÆ

[b] *Consuetudinis*] Consuetudo fuit Romanorum, ut primo quoque tempore seditiones vindicarentur: alioquin enim diebus festis judicia non exercebantur.

[c] *Diebus festis*] Dies festi Diis dedicati habebantur: quare ab omni opere alio abstinendum fuit; neque his prætori licebat fari tria hæc verba, Do, Dico, Addico. De divisione et natura illorum dierum diximus in oratione pro Sextio, § 34. not.

[d] *Ludisque publicis*] Romæ feriebantur, dum ludi publici habebantur: quare causæ intermittebantur, et clausis tabernis forum exornabatur. Nota porro, quod per ludos in plurali spectacula Cicero intelligat; sic in epist. ad Q. Fratrem, 'Scripsi quo die ludi committebantur.' Ludus vero in singulari de privatis dicitur, et de omni exercitatione gymnastica, cum præceptor solus multos docet. Ita Pedianus.

[e] *Esse legem*] De vi publica tulit legem Q. Lutatius Catulus, consul cum C. Mario A. U. C. 651. ut de seditiosis consceleratisque civibus, qui armati senatum obsederint, magistratibus vim attulerint, rempublicam oppugnarint, quotidie, etiam diebus festis, ludisque publicis, quæreretur.

[f] *Ab ejus filio*] Cœlius accusabat iterum Polam Atratinum, qui fuerat jam absolutus; et Polæ Atratini filius adolescens, Cœlii accusatione, paternum dolorem ulciscebatur; quod non tam veri criminis, quam recriminationis locus videri judicibus debebat.

[g] *Opibus meretriciis*] Id est, opibus Clodiæ, quæ propter incestum cum

pietatem non reprehendat; muliebrem[9] libidinem[h] comprimendam putet; vos laboriosos[i] existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio[10] liceat esse. 2. Etenim, si attendere diligenter et existimare vere[1] de omni hac causa volueritis; sic constituetis,[d][2] judices, nec descensurum quenquam ad hanc accusationem fuisse, cui, utrum vellet, liceret;[k] nec, cum descendisset,[l] quicquam habiturum spei fuisse, nisi alicujus intolerabili libidine, et nimis acerbo odio niteretur. Sed ego Atratino, humanissimo atque optimo adolescenti, meo necessario, ignosco, qui habet excusationem vel pietatis, vel necessitatis, vel ætatis. [*p.* 38.] Si voluit accusare,[3] pietati[m] tribuo; si jussus est, necessitati;[n] si speravit aliquid, pueritiæ.[o] Ceteris non modo nihil ignoscendum, sed etiam acriter est resistendum.

[d] *Decernetis.*

et Pall. meliores: *opp. autem opibus* Mss. plerique, edd. Wald. Med. Ald. Crat. Hervag. Car. Steph. Lamb. Græv. et Orell. Mox, pro *Atratini* (quod Muretus, Lambinus, Garatonus et Orellius delendum putabant) χ habet *Actracti in.*—9 C *mulierem,* et mox χ *nos laboriosos.*—10 In χ et Erf. deest *otio.* Tum, S χ *licet esse.* Post *esse* T addit *convenit.*—1 *Existimare vero* edd. vett. paucæ: *existimareve* alii. In marg. Ms. Vict. *atque existimare vere.* Junt. Lall. Ern. Weiske, Schutz. *et existimare vere*, ut Grævius volebat. Ceteri omittunt copulam *et.*—2 χ *sicut const.*—3 C *accusari.*

NOTÆ

fratre Clodio pessime audiit, et quæ hanc accusationem Clodio conflavit.

[h] *Muliebrem libidinem*] Hæc Clodia, ex quo mortuus est Q. Metellus, cui nupserat, effudit se in omnem libidinem: immo ejus cum hoc Cœlio consuetudo suspecta fuit, quem illa, verso amore in odium, tandem accusavit.

[i] *Laboriosos*] Laboriosos appellat suos judices, quod laborem sumant eodem ipso tempore quo vacare, et ludis publicis interesse deberent cum ceteris.

[k] *Cui, utrum vellet, liceret*] Id est, cui liceret vel accusare vel non accusare. Indicat autem, coactum fuisse Atratinum opibus illis meretriciis Clodiæ Cœlium accusare.

[l] *Descendisset*] Vox hæc 'descendere ad judicium' Ciceroni familiaris est et usitata; opinor, quia fere omnes magnates Romæ in collibus habitabant: vel est metaphora sumta ab illis qui pugnant, qui descendere vulgo in certamen dicuntur.

[m] *Pietati*] Pietati paret Atratinus, quia patrem defendit, Cœlium accusando.

[n] *Necessitati*] Jubenti parenti pareat necesse est filius.

[o] *Pueritiæ*] Præceps est hæc ætas, et facile spe vana deluditur: quibus his tribus sic excusat Atratinum, ut

II. 3. Ac mihi[4] quidem videtur, judices, hic introitus defensionis, adolescentiæ M. Cœlii maxime convenire, ut ad ea, quæ accusatores, deformandi[5] hujus causa, detrahendæ spoliandæque dignitatis[6] gratia, dixerunt, primum respondeam. Objectus est pater[7] varie, quod aut parum splendidus[p] ipse, aut parum pie tractatus[8] a filio diceretur. De dignitate, Cœlius[9][q] notis ac majoribus natu, etiam sine mea oratione, tacitus, facile ipse respondet: quibus autem, propter senectutem, (quod jam diu minus in foro nobiscum versatur) non æque[10] est cognitus; hi sic habeant:[e] quæcunque in equite Romano dignitas esse possit, quæ certe potest esse maxima, eam semper in M. Cœlio habitam esse summam, hodieque haberi,[1] non solum a suis, sed etiam ab omnibus, quibus potuerit[2] aliqua de causa esse notus. 4. Equitis autem Romani[3] esse filium, criminis loco[r] poni ab accusatoribus, neque his judicantibus oportuit, neque defendentibus nobis.[s] Nam, quod de pie-

[e] *Intelligant.*

Cap. II. 4 H T χ ψ *At mihi.*—5 Erf. *quæ acc., ad formandi.*—6 In H *dignitatis* omittitur.—7 χ caret *pater.*—8 χ *tractus.*—9 Lamb. et Orell. *M. Cælius:* alii semper *Cælius.* Mox, pro *etiam* (quod in ψ deest) C H T habent *et.* Ante *tacitus* T χ addunt *et.* In Erf. legitur, *etiam si nemo oratione et tacitus.*—10 *Æque* abest ab H T χ, Pal. 3. et Mss. Lambini. Deinde, χ *hic sic habent.*—1 χ *hab. esse per summamque hodie hab.* Lamb. *hab. esse summam, summamque hodie hab.*—2 H χ *quos,* et T *potuerat.*—3 Edd. Rom. Ven. 1483. Ald. cum Orell. *Equitis Romani autem.* C et S non agnoscunt *autem.* Mox, Erf. *criminosis loco.* Paulo post, *iis judicantibus* Ven. 1483. Ald. *vobis judicantibus*

NOTÆ

judicii invidiam in alios accusatores Herennium, Balbum, et Clodium rejiciat.

[p] *Parum splendidus*] Arguerant adversarii Cœlii patrem indignum fuisse qui cum illustribus viris versaretur, propter vitæ sordes.

[q] *Cœlius*] Pater hujus Cœlii, qui adest huic judicio, hoc maledictum facile potest diluere apud eos quibus notus est et cognitus, et iis qui eum ætate superant.

[r] *Criminis loco*] Non quidem adversarii criminis reum esse arguebant, quod eques esset Romanus; sed quod non tanta nobilitate præditus, minus tolerabilis ejus videretur audacia.

[s] *Neque his judicantibus, neque defendentibus nobis*] Sedebant judices equites Romani cum senatoribus, et defendebat Cicero reum, ipse quidem senator, sed ex equestri genere natus. Itaque parum erat honestum

tate dixistis,[4] est quidem ista nostra existimatio,[t] sed judicium certe parentis. Quid[5] nos opinemur,[u] audietis ex juratis:[x] quid parentes sentiant, lacrymæ matris incredibilisque mœror, squalor patris et hæc præsens mœstitia,[y] quam cernitis, luctusque declarat. 5. Nam, quod est objectum, municipibus[z] esse adolescentem non probatum[f] suis; nemini unquam præsenti Puteolani[6][a] majores honores habuerunt, quam absenti M. Cœlio; quem et absentem in amplissimum ordinem[b] cooptarunt, et ea non

[f] *Gratum.*

Mss. nonnulli ad Quintil. xi. 1. 28.—4 χ *dixisti.*—5 C *Quod.* Tum, χ *audieris ex jur.* et paulo post, *lacrymæque matris.*—6 Pro vocibus *præsenti Puteolani* C T et Mss. nonnulli ap. Lamb. atque tres edd. vett. habent *præsenti prætoriani;* alii ap. Lamb. *præsenti præstutiani;* Erf. et al. *prætoriani;* H χ, Pal. 3. 5. 8. *præsenti prætori;* S *præsenti prætorem;* ψ *præsenti prætoriā.* In marg. Ms. Vict. *piriestutiani,* unde Gruter. conjecit fuisse *Prætutiani.* In χ deest *majores.* Vocab. *quam* non est in χ, nec *absenti* in C H S T χ ψ. Verba *quam absenti M.* in Erf. omittuntur. Pro *Cœlio* T habet *Marcello.* Porro, C H S χ ψ *quem absentem,* omissa copula. T caret præpositione ante *amplissimum,* post quam vocem ψ addit *hominem.* Pro *cooptarunt* in C *captarunt.*—

NOTÆ

accusatoribus coram illis judicibus equestrem ei ordinem quasi vilem objicere.

[t] *Est quidem nostra existimatio*] De ejus pietate existimabimus quidem ut nobis videbitur, sed de ea judicabit pater. Existimatio porro est opinatio et conjectura; judicium vero est sententia, quæ re cognita pronuntiatur.

[u] *Quid nos opinemur*] Ex auditis testibus, quid oporteat de illo judicare, constabit.

[x] *Ex juratis*] Jurati testes dicuntur, quia antequam ad judicium producerentur, jurabant se veritatem dicturos. Venerant autem isti testes Puteolis advocati ad testimonium dicendum.

[y] *Præsens mœstitia*] Sedebant in subselliis affines et propinqui sordidati et atrati ad misericordiam judicum excitandam: qui quonam affectu essent erga Cœlium, facile ex eorum lacrymis existimari poterat.

[z] *Municipibus*] Municipes dicebantur, qui in civitatem Romanam recepti, muneris publici participes fiebant; sed tandem abusive municipes dicti sunt suæ cujusque civitatis cives. Ita Ulpianus.

[a] *Puteolani*] Puteoli civitas Campaniæ, propter aquas calidas, a multitudine puteorum nominata.

[b] *In amplissimum ordinem*] Amplissimus ordo fuit senatorius, major ab hoc equester, et infimus plebeius: amplissimus autem ordo in municipiis curia dicebatur, Romæ vero senatus; et qui Romæ senatores, in municipiis decuriones dicebantur. At hic Cœlius ita se suis probavit, ut in illum ordinem cooptarint.

petenti detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt: iidemque nunc lectissimos viros,[7] [c] et nostri ordinis,[d] et equites Romanos cum legatione ad hoc judicium, et cum gravissima atque ornatissima [8] laudatione, miserunt. Videor mihi jecisse [9] fundamenta defensionis meæ; quæ firmissima sunt, si nituntur judicio suorum.[e] Neque enim vobis satis commendata [ε] hujus ætas esse posset, si non modo parenti,[10] tali viro, verum etiam municipio tam illustri ac tam gravi displiceret.[1] III. 6. Equidem, ut ad me revertar, ab his fontibus [f] profluxi [2] ad hominum famam, et meus hic forensis labor [g] vitæque ratio dimanavit ad existimationem hominum paulo latius commendatione ac judicio meorum.

Nam, quod objectum est de pudicitia, quodque omnium accusatorum [3] non criminibus, sed vocibus maledictisque [h] celebratum est, id nunquam tam acerbe feret [4] M. Cœlius,

[ε] *Placere.*

7 χ *lectissimo viro.* H χ ψ non habent copulam ante *equites.*—8 H *honestissima:* χ *ordinatissima.*—9 Erf. *legisse:* χ *vidisse.* Mox, H *firmiss. sint.* Tum, *nititur* H: *nitantur* C ψ, Erf. Franc. edd. ante Naug. cum Lamb. *nitatur* conjecit Hotom.—10 C *parente.* χ non habet *tali.*—1 Erf. *tam gravidis displiceret.*

CAP. III. 2 *Fluxi* χ: *perfluxi* Mss. Memmii. Mox, Erf. et Pal. 9. *et omnis hic for. labor:* T *et metus hic for. labor.* Pro *ratio* H exhibet *causa.* Tum,

NOTÆ

[c] *Lectissimos viros*] Soliti erant Romanorum socii Romam legatos mittere, qui pro reis testimonium dicerent, qui se laudabiliter in provincia gesserant, vel pro eis nomine totius municipii deprecarentur.

[d] *Nostri ordinis*] Non miserunt tantum Puteolanos senatores, sed etiam Romanos; quanquam senatores Romæ domicilium haberent, tamen cum erant in municipiis unde orti erant, legati decurionum decreto mittebantur.

[e] *Nituntur judicio suorum*] Legunt alii *nitatur,* referendo ad vocem *defensionis:* adeo ut ille sit sensus; firmissima fundamenta sunt, si judicio suorum municipum Cœlii defensio nitatur.

[f] *Ab his fontibus*] Probat exemplo suo Cicero, se sibi ab hac eadem popularium suorum commendatione fecisse famam apud homines.

[g] *Forensis labor*] Per forensem laborem, industriam qua valet in causis perorandis in foro, significat.

[h] *Vocibus maledictisque*] Convicia et voces sæpe idem significant. Certe Ulpianus vult 'convicium' appellari, quasi convocium; hoc est a collatione vocum, cum in unum complures voces conferuntur. Hic autem Cœlium ab impudicitia excusat.

ut eum pœniteat [h] non deformem esse natum. Sunt etenim ista [5] maledicta pervulgata in omnes, quorum in adolescentia forma et species fuit liberalis. Sed aliud est maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat,[i] hominem [6] ut notet, argumento probet, teste confirmet: maledictio [7] autem nihil habet propositi, præter contumeliam; quæ si petulantius jactatur,[8] convicium; si facetius, urbanitas nominatur. 7. Quam quidem partem accusationis, admiratus [9] sum et moleste tuli, potissimum esse Atratino datam: neque enim decebat, neque ætas illa postulabat, neque (id quod animadvertere poteratis) pudor patiebatur optimi adolescentis, in tali illum oratione versari.[k] Vellem aliquis ex vobis robustioribus [l] hunc maledicendi locum suscepisset: [10] aliquanto liberius, et fortius, et magis more nostro refutaremus istam maledicendi licentiam. Tecum, Atratine, agam lenius,[1] quod et pudor tuus moderatur orationi meæ; [i] et meum erga te parentemque [2] tuum beneficium tueri [m] debeo. 8. Illud tamen [3] te esse admonitum volo: [*p.* 39.] primum qualis es, talem te esse existimes; [4] [n] ut, quantum a rerum turpitudine abes, tan-

[h] *Ille doleat.* [i] *Reprimit orationem.*

C *dominavit:* T *adunavit:* al. *demanavit.*—3 C *accusator.*—4 χ *fert.*—5 T et Lamb. *Sunt enim ista:* C *Sunt ista.*—6 Ald. et Weiske e conjectura Manutii *nomine.* Hotomannus, Disputationum Juris Civilis tomo I. emendat *nomen.* Deinde, χ *nocet.*—7 χ *Maledicto.*—8 T *jactantur:* Muretus legit *jaciatur.* Vid. Nott. Varr.—9 Lamb. *demiratus.* Mox, χ *Atratitio datam, neque esse dicebat.*—10 Lamb. e Ms. *locum cepisset.*—1 *Lenius* H S χ et edd. ante Naug. cum Lamb. Ern. Weiske, Schutz. et Orell. *levius* ceteri. In χ deest *quod.*—2 H χ ψ *parentem,* sine copula. Tum, ψ *beneficio.*—3 H χ ψ et Lamb. *tantum.* Tum, Lamb. *monitum.*—4 *Primum ut qualis es, talem hi te esse existi-*

NOTÆ

[i] *Rem ut definiat*] Qui accusat, debet certum crimen afferre, v. g. furtum, sacrilegium, cædem, &c. quod lege judiciorum aliqua vindicetur.

[k] *In tali oratione versari*] Non debebat adolescens, qualis est Atratinus, versari in ea oratione, in qua agitur de impudicitia.

[l] *Ex vobis robustioribus*] Robustiores vocat accusatores, qui aliqua sunt jam ætate provecti, quales sunt Herennius et Balbus.

[m] *Beneficium tueri*] Hoc ait, quia aliquando defenderat Polam accusatum de ambitu.

[n] *Qualis es, talem te esse existimes*]

tum te a verborum libertate sejungas: deinde, ut ea in alterum ne dicas, quæ cum tibi falso [5] responsa sint, erubescas. Quis est enim, cui via ista non pateat? qui isti ætati, atque etiam dignitati,[6] non possit, quam velit petulanter, etiamsi sine ulla suspicione, at non sine argumento, maledicere? Sed istarum partium [k] [7] culpa est eorum, qui te agere voluerunt; laus pudoris tui, quod ea te invitum dicere videbamus; [8] ingenii, quod ornate politeque dixisti. IV. 9. Verum ad istam omnem orationem [l] brevis est defensio: nam quoad [9] ætas M. Cœlii dare potuit isti suspicioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde etiam [10] patris diligentia disciplinaque munita: qui, ut huic virilem togam [o] dedit, (nihil hoc loco [1] de me: tantum sit, quantum vos [2] existimatis) hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum.[p] Nemo hunc M. Cœlium [3] in illo ætatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Crassi castissima domo, cum artibus honestissimis erudiretur.

10. Nam quod Catilinæ familiaritas [q] objecta Cœlio est,

[k] *Istius defensionis.* [l] *Istas omnes objectiones.*

ment e Mss. (duo tamen *hi* non habebant) recepit Lamb. *Te* non est in χ, nec *esse* in C T χ. Deinde, χ *existiment*, et S *ut et quantum*.—5 Pro *tibi* χ exhibet *ubi*: pro *falso* Schutz. e conjectura dedit *salse*.—6 *Atque etiam isti dignitati* H S χ ψ, Rom. Ven. 1483. Orell. In C T, Mss. Lambini, Junt. et ed. Lamb. omittuntur. Tum, voces *quam velit* absunt ab H χ ψ. Porro, in T legitur *petulantem, et si sine ulla susp.* H χ ψ et Ven. 1480. habent *etiam*, omisso *si*. Postea, C *at tamen sine argumento*.—7 Weiske conjecit *istas partes* legend.—8 C T ψ *videamus*.

CAP. IV. 9 χ *quod*. Mox, *isti* non agnoscunt H S T χ ψ, edd. ante Naug. cum Lamb.—10 H χ ψ omittunt *etiam*.—1 *Nihil dicam hoc loco* Mss. nonnulli et edd. ante Grut.—2 In H et χ non legitur *vos*. Deinde, *existimastis*

NOTÆ

Monet ut nihil sua virtute, forma, ætate indignum faciat, aut loquatur; quemque ita monet amice, ut etiam modeste carpat.

[o] *Virilem togam*] Posita prætexta et bulla, virilem togam sumebant Romani anno ætatis decimo septimo, ut ex Suetonio licet conjicere.

[p] *Ad me deductum*] Assumta virili toga, statim adolescentes bonis moribus imbuendi, alicui claro viro a parentibus tradebantur. Sic Cicero deductum se ad Scævolam ait, lib. de Amicitia.

[q] *Catilinæ familiaritas*] Purgat Cœlium, eumque Catilinæ familiarem non fuisse ostendit.

longe ab ista suspicione abhorrere debet. Hoc enim adolescente scitis consulatum mecum petisse[r] Catilinam: ad quem si accessit, aut si a me discessit unquam[4] (quanquam multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt);[5] tum existimetur Cœlius Catilinæ nimium familiaris fuisse. At enim postea scimus et vidimus, esse hunc in illius amicis. Quis negat? sed ego illud tempus ætatis, quod ipsum sua sponte infirmum, aliorum libidine infestum[s] est, id hoc loco defendo. Fuit assiduus mecum,[t] prætore me: non noverat Catilinam: Africam tum prætor ille obtinebat.[u] Secutus est annus: causam[6] de pecuniis repetundis Catilina dixit.[x] Mecum erat hic: illi[7] ne advocatus[y] quidem venit unquam. Deinceps fuit annus, quo ego consulatum petivi: petebat Catilina mecum. Nunquam ad illum accessit: a me nunquam[8] recessit. v. 11.

H S χ ψ.—3 Ald. e conjectura Mureti delevit *M. Cœlium.*—4 C *aut a me disc. nunquam.*—5 ψ *statuerunt.* Pro *tum* C H T χ ψ, Rom. Ven. 1480. 1483, habent *tamen;* et pro *existimetur* χ *existiment.*—6 Schutzius e conjectura Weiskii recepit *annus, quo causam:* Garaton. conjecit legend. *annus, cum causam.*—7 χ *ille.*—8 Lamb. *nunquam a me.*

NOTÆ

[r] *Consulatum mecum petisse*] Catilina contra Ciceronem petivit consulatum: sed cum eligi se statim sperasset, propter ambitionis suspicionem rejectus est, et ejus loco Cicero cum Antonio consul creatus est. Vide Appian. Bell. Civ. l. II. Tunc autem admodum erat adolescens Cœlius.

[s] *Infestum*] Is infestus appellatur, teste Gellio IX. 12. qui malum infert cuipiam.

[t] *Assiduus mecum*] Catilinæ non potuit studere Cœlius, quia semper Ciceroni sic adhæsit, ut nunquam a latere ejus discederet.

[u] *Africam prætor obtinebat*] Pedianus in orat. in Toga Candida sic ait de illo: 'Catilina ex prætura Africam obtinuit, quam cum graviter vexasset, legati Africani in senatu, jam tum absente illo, questi sunt, multæque graves sententiæ in senatu de eo dictæ sunt.'

[x] *Causam de pecuniis repetundis Catilina dixit*] Causam dicere, auctore Budæo, est subire judicium. Cum rediisset igitur ex Africa Catilina, Torquato et Cotta coss., accusatus est repetundarum, et defensus a Cicerone, ut ait Fenestella, et accusatus a Pub. Clodio, qui Ciceronis postea fuit inimicus.

[y] *Ne advocatus*] Advocatus ibi sumitur pro eo qui suam præsentiam amico commodat in judicio: etenim moris erat in judiciis tum privatis, tum publicis, amicos omnes advocare, quorum auctoritate moveri posse judices putabantur.

Tot igitur annos versatus[9] in foro sine suspicione, sine infamia, studuit Catilinæ iterum petenti.[z] Quem ergo[10] ad finem putas custodiendam illam ætatem fuisse? Nobis quidem olim[1] annus erat unus ad cohibendum brachium[a] toga constitutus; et[2] ut exercitatione ludoque campestri[b] tunicati[3][c] uteremur: eademque erat, si statim mereri stipendia[d] cœperamus, castrensis ratio[m] ac militaris. Qua in ætate, nisi qui[4] se ipse sua gravitate et castimonia, et cum[5] disciplina domestica, tum etiam naturali quodam bono[n] defenderat;[6] quoquo modo a suis custoditus esset, tamen infamiam veram[7] effugere non poterat. Sed qui[8] prima illa initia ætatis integra atque inviolata præstitisset;[o] de ejus fama ac pudicitia,[9] cum is jam se corroboravisset,[p] ac vir inter viros esset, nemo loquebatur. 12. Studuit Catilinæ,[e] cum jam[10] aliquot annos esset in foro, Cœlius: et

[m] *Disciplina militaris.* [n] *Probitate naturæ.*
[o] *Servavisset.* [p] *Grandior factus esset.*

CAP. V. 9 χ ψ *versatur.*—10 C *ego.*—1 In χ *olim* deest.—2 Lamb. *et* omisit.—3 S χ, Ms. Gruteri, Rom. Ven. 1480. 1483. *tunica:* Erf. et Pal. 9. *cautus.* Pro *uteremur* in T *vertemur.*—4 ψ *quis.*—5 Schutz. *tum.*—6 C T *defenderit:* H S χ et edd. pr. *defenderet*, prob. Weiske.—7 *Veram* Ernesto suspectum est.—8 T *quia.* Pro *initia* (quod in H χ, Pal. 3. Ms. Gruteri et Ms. ap. Lamb. deest) C S T ψ, Pal. 2. Grut. Græv. Oliv. habent *imperia.* In Pal. 9. legitur *illa impietatis integra.* Pro *atque inviolata* H *inviolataque.*—

NOTÆ

[z] *Studuit Catilinæ iterum petenti*] Petivit iterum consulatum Catilina, cum Silenum et Murenam competitores haberet. Sed iterum repulsam ille passus, præ iracundia, cœpit perniciose de patria cogitare.

[a] *Ad cohibendum brachium*] De hoc Seneca, Declam. l. v. ‘Apud patres nostros, qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabant brachium extra togam exerere: nam in toga pars quædam in dextra parte excurrebat, quæ sinus dicebatur, et in dextrum humerum ita rejiciebatur, ut illud obvolveret.’

[b] *Ludoque campestri*] Exercitatione militari juvenes exercebantur ad bellum in Campo Martio; sed cursu potissimum, lucta, saltu, jaculatione, equitatu, saltatione, &c.

[c] *Tunicati*] Ita se exercebant adolescentes in illo campo, ut tunica semper ad majorem pudicitiam uterentur. Tunica porro vestis brevior apud Romanos fuit, et sine manicis, quæ proprie viris conveniebat, et sub longiore veste induebatur.

[d] *Statim mereri stipendia*] Stipendium dicitur æs militare, seu præmium quod militibus datur. Merentur autem stipendia qui milites fiunt.

[e] *Studuit Catilinæ*] Studuit Catilinæ, cum secundo consulatum petivit.

multi hoc idem ex omni ordine, atque ex omni ætate fecerunt. Habuit enim ille, sicuti meminisse vos arbitror, permulta maximarum, non expressa[q] signa, sed adumbrata[r] [1] virtutum. Utebatur hominibus improbis multis; et quidem optimis se viris deditum esse [2] simulabat. Erant apud illum illecebræ libidinum multæ; erant etiam industriæ quidam stimuli ac laboris. Flagrabant vitia [3] libidinis apud illum: vigebant etiam studia rei militaris. Neque ego unquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto, tam ex contrariis [4] diversisque inter se pugnantibus naturæ studiis cupiditatibusque conflatum. VI. 13. Quis clarioribus viris quodam tempore jucundior? quis turpioribus conjunctior? [*p.* 40.] quis civis meliorum [5] partium[s] aliquando? quis tetrior[t] hostis huic civitati? quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate avarior? quis in largitione effusior? Illa vero, judices, in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio; cum omnibus communicare quod habebat, [6] servire temporibus suorum omnium[u] pecunia, gratia, labore [7] corporis, scelere etiam, si opus esset, et audacia; versare[x] suam naturam, et regere [8] ad tempus, atque [9] huc et illuc torquere et flectere: cum tristibus severe, cum remissis [10] jucunde, cum senibus graviter, cum juventute comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose vivere. 14. Hac ille tam varia multiplicique natura, cum omnes omnibus ex terris homines improbos audacesque collegerat; tum etiam multos fortes

[q] *Declarata.* [r] *Ficta.* [s] *Qui plures habuit fautores?*
[t] *Pejor.* [u] *Subvenire periculis omnium.*
[x] *Mutare.*

9 χ *prudentia.*—10 C caret *jam.*—1 Ern. suspicatur legend. *at adumbrata,* vel *sed adumbrata tamen.*—2 χ non agnoscit *esse.*—3 χ *studia.*—4 Lamb. *ex tum contrariis,* et mox T ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. *repugnantibus.* Ern. putabat *diversisque* esse a glossa, legendumque *contrariis, inter seque pugnantibus.*

CAP. VI. 5 χ ψ *melior.*—6 Ern. conjecit *haberet* legend.—7 χ *laboris.* Mox, C H S T χ ψ, Erf. et edd. ante Hervag. cum Græv. et Lall. non agnoscunt copulam ante *audacia.*—8 C S et ed. Rom. *urgere:* H *tegere,* ut Grævius volebat.—9 In T *atque* deest. Mox, *torq. ac flectere* Ven. 1480. Junt. cum Orell. probante Grævio: *torquere, affligere* Pal. 9.—10 χ *sev. et*

viros et bonos specie quadam virtutis assimulatæ tenebat. Neque unquam ex illo delendi[1] hujus imperii tam consceleratus impetus extitisset, nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientiæ radicibus niteretur. Quare ista conditio, judices, respuatur,[f] nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat: est enim commune[2] cum multis, et cum quibusdam etiam bonis. Me ipsum, me, inquam, quondam pæne ille decepit, cum et civis mihi bonus, et optimi cujusque cupidus, et firmus amicus ac fidelis videretur: cujus ego facinora oculis[3] prius quam opinione,[g] manibus ante quam suspicione, deprehendi; hujus[4] in magnis catervis amicorum si fuit etiam Cœlius,[h] magis est, ut ipse[5] moleste ferat errasse se, sicuti nonnunquam in eodem homine me quoque erroris mei pœnitet, quam ut istius[6] amicitiæ crimen reformidet. VII. 15. Itaque[7] a maledictis pudicitiæ ad conjurationis invidiam oratio est vestra delapsa. Posuistis enim,[8] atque id tamen[9] titubanter et strictim, conjurationis hunc, propter amicitiam Catilinæ, participem fuisse: in quo non modo crimen non hærebat,[10] sed vix diserti adolescentis cohærebat oratio. Qui enim[1] tantus furor in Cœlio? quod tantum aut in moribus naturaque

rem.—1 χ *tenendi.* Tum, pro *consceleratus* T *consecutus concitatus;* C S ψ et edd. vett. *sceleratus.*—2 H χ *est et hoc comm.*—3 χ *ergo facin. occulta.*—4 ψ *cujus et:* Ern. e conjectura, cum Oliv. Weiske, et Schutz. *cujus:* ceteri *hujus.* —5 Lamb. *cur ipse.* Mox, C S T ψ *sicut et nonnunq.*—6 Lamb. *quam cur istius.* Tum, ψ *reformidetur.*

CAP. VII. 7 Ern. conjecit *Atque* legend. Deinde, *impudicitiæ* legi maluit Garaton. Postea, H χ *ad conjurationum invid.*—8 χ *Posuistis et enim:* ψ *Posuisti enim.*—9 H χ *tantum.*—10 Lamb. *in quo crimine non modo inhærebat.*—

NOTÆ

[f] *Conditio respuatur*] Ista objectio rejiciatur; respuere enim significat repudiare, et quasi cum sputo per contemtum rejicere.

[g] *Oculis prius quam opinione*] Prius patuerunt oculis crimina Catilinæ, quam eorum reus crederetur: per Fulviam enim conjurationem accepit, antequam conjuratorum literæ in ponte Mulvio fuissent deprehensæ.

[h] *Si fuit etiam Cœlius, &c.*] Si inter tot Catilinæ amicos fuit Cœlius, longe justius conqueri debet, se in fraudem inductum fuisse, ut Cicero sæpenumero conquestus est, quam vereri ne istius Catilinæ amicitia crimini sibi vertatur.

vulnus, aut in re atque fortuna?[2] ubi denique est in ista suspicione Cœlii nomen auditum? Nimium multa de re minime dubia loquor: hoc tamen[3] dico: non modo si socius conjurationis, sed nisi inimicissimus istius sceleris fuisset,[4] nunquam conjurationis accusatione adolescentiam suam potissimum commendare voluisset.[5] 16. Quod, haud scio, an de ambitu, et de criminibus istis[6] sodalium ac sequestrium[i] (quoniam huc incidi) similiter respondendum putem. Nunquam enim tam Cœlius amens fuisset, ut, si se isto infinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret; neque ejus facti[7] in altero suspicionem quæreret, cujus ipse sibi perpetuam licentiam optaret: nec, si sibi semel periculum ambitus subeundum putaret, ipse alterum iterum[8] ambitus crimine arcesseret:[k] quod quanquam[l] nec sapienter, et me invito facit, tamen est ejusmodi[9] [cupidinis], ut magis insectari alterius innocentiam, quam[10] de se timide cogitare videatur.

17. Nam quod æs alienum objectum[1] est, sumtus reprehensi,[m] tabulæ flagitatæ;[2 n] videte, quam pauca respon-

1 H S χ *etenim*—2 H T *aut in re aut in fortuna.*—3 Lamb. *tantum.* Mox, χ *sociis.*—4 H S *extitisset.* Mox, C *accusationem.*—5 C *potiss. omnem dare vol.* et ψ *Qui haud scio.*—6 C H ψ et edd. vett. nonnullæ *istius.* Tum, ψ *sod. ac seq.*—7 *Neque enim ejus facti* Mss. pauci et edd. ante Grut. *neque enim facti* C T ψ et al. Deinde, C *in alterum suspicionem.*—8 H T non agnoscunt *iterum.* Tum, T ψ *ambitus crimen;* et H χ ψ *arcessisset.*—9 χ *tantum est,* et H *ejus modo.* In C S T χ ψ, Ven. 1483. Hervag. *ejusmodi cupidus, ut:* Franc. *ejus omnino cupidus, ut:* Junt. *ejus omnino ita cupidus, ut:* Lamb. Græv. et Oliv. *ejusmodi cupiditatis, ut:* Lall. e Ms. Memmii *ejus omnino cupiditatis, ut:* Weiske e conjectura cum Orell. *ejusmodi, cupidius, ut.* Schutzius de sententia Ernesti delevit *cupidinis.*—10 ψ *quod.*—

NOTÆ

[i] *Sequestrium*] Sequestres vel sunt, auctore Budæo, interpretes ambitus, et corrumpendarum tribuum auctores, vel qui se tanquam mediatores ad populi gratiam pro candidatis aucupandam interponunt.

[k] *Arcesseret*] Jam supra notatum est Cœlium ambitus crimine L. Atratinum semel accusasse, eundemque absolutum iterum accusasse.

[l] *Quod quanquam*] Dicit Polam, patrem Atratini, immerito fuisse accusatum, ut judicum vitet offensionem, quibus carus erat fortasse Pola.

[m] *Sumtus reprehensi*] Valerius testatur eos, qui maximos sumtus fecissent, aut ingrati fuissent, aut æs alienum contraxissent, gravissimis sup-

deam. Tabulas, qui in patris potestate est,[o] nullas conficit.[3] Versuram nunquam[p] omnino fecit ullam. Sumtus unius generis objectus est, habitationis:[4] triginta millibus dixistis eum habitare.[q] Nunc demum intelligo, P. Clodii insulam[r] esse venalem, cujus hic in ædiculis habitat,[5] decem, ut opinor, millibus:[s] vos autem,[6] dum illi placere vultis, ad tempus ei[7] mendacium vestrum accommodavistis.

18. Reprehendistis, a patre quod semigrarit:[8] [t] quod

1 χ *objectus.*—2 Idem *flagitare.*—3 *Confeci* χ: *confecit* C H S ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Lamb. Mox, χ *unquam.*—4 H χ *habitationibus.*—5 H S, ed. Wald. Hervag. Lamb. Ern. Weiske, Schutz. et Orell. *habitat:* ceteri *habitet.* 'Placuit Gulielmio *habet,* quod alicubi legitur antique pro *habitat.*' Gruter.—6 Pro *autem,* quod in χ deest, H exhibet *hæc.* Tum, χ *illis.*—7 Pro *ei* χ habet *et;* T et Lamb. *ejus.*—8 C *semigravit:* χ *se migraret.*

NOTÆ

pliciis apud Romanos affectos fuisse.

[n] *Tabulæ flagitatæ*] Moris fuit apud Romanos, ut patresfamilias, quæcunque per singulos dies, aut acciperent, aut expenderent, ea primum propere ac festinanter in codicém, memoriæ causa paratum, referrent, quæ adversaria dicebantur; deinde per otium in aliis tabulis ordine et accurate perscriberent. Eas tabulas 'accepti et expensi' nominabant.

[o] *Qui in patris potestate est*] Filiusfamilias tabulas non conficit, quia præter peculium nihil habet; peculii tamen rationes conficere solitos et filios-familias et servos, satis constat ex titulo de Digest. de Pecul.

[p] *Versuram nunquam*] Versura proprie fieri dicitur, 1. cum creditoris conversio quædam et mutatio fit, id est, cum quis alii ut solvat, ab alio pecuniam mutuatur. 2. Aliquando versuram facere simpliciter significat æs alienum contrahere, ut ex hoc Ciceronis loco patet. 3. Versuram facere dicitur is, qui æs alienum ex ære alieno solvit. 4. Dicitur etiam versuram facere, cum minore fœnore acceptam quis pecuniam majore occupat.

[q] *Triginta millibus eum habitare*] Objectum est conduxisse domum triginta sestertium millibus ad habitandum, id est, tribus librarum millibus.

[r] *Clodii insulam*] Insula, inquit Festus, dicta proprie, quæ non jungitur communibus parietibus cum vicinis, sed circuitu publico aut privato cingitur: a similitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus ac mari imminent, suntque in solo. Ait autem Plinius XXXVI. 15. quod P. Clodius sestertium centies, et quadragies octies habitaret.

[s] *Millibus*] Centum libris nostratibus.

[t] *A patre semigrarit*] Filii-familias adolescentes cum parentibus habitabant, a quibus discedere non potuerunt absque probro.

quidem jam[9] in hac ætate minime reprehendendum est: [p. 41.] qui cum et[10] ex reipublicæ causa,[y] esset mihi quidem molestam, sibi tamen gloriosam, victoriam consecutus,[u] et per ætatem magistratus petere[x] posset,[1] non modo permittente patre, sed etiam suadente, ab eo semigravit: et cum[2] domus patris a foro longe abesset, quo facilius et nostras domos obire,[z][3] et ipse a suis coli posset, conduxit in Palatio, non magno,[4] domum. VIII. Quo loco possum dicere id, quod vir clarissimus, M. Crassus,[y] cum de adventu regis[5] Ptolemæi[z] quereretur, paulo ante dixit,

[y] *Propter rempublicam.* [z] *Adire.*

—9 H S χ ψ, Lamb. et Orell. *jam* omittunt.—10 Copula abest a sex Oxonn. Mss. et edd. vett. Tum, T *ex Ro. po. causa.* Ante *esset* T χ ψ, Barb. Ms. Car. Steph. edd. Rom. Ven. utraque, Junt. Naug. cum Orell. addunt *jam.* Porro, in T χ *molesta,* omisso *quidem.* χ quoque *tamen* omittit.—1 C T *possit.* In C deest *modo.*—2 χ non agnoscit *cum.*—3 Junt. et Orell. *domos obire:* alii *obire domus.*—4 ψ *magnam.*

CAP. VIII. 5 In H et χ deest *regis.* Deinde, Hervag. *quæreretur.*—

NOTÆ

[u] *Victoriam consecutus*] Cœlius accusavit Antonium affinem fuisse conjurationis Catilinariæ, atque adeo eum in exilium abire compulit; quod permolestum fuit Ciceroni, quia eum, sibique collegam in consulatu, defenderat.

[x] *Per ætatem magistratus petere*] L. Villius tribunus plebis, L. Manlio et Q. Fulvio coss. A. U. C. 624. legem tulit, ut annus quæsturæ non esset ante vigesimum septimum; tribunatus ante trigesimum; ædilitatis ante trigesimum septimum; præturæ quadragesimum; consulatus quadragesimum tertium. Et quod de quæstura dictum est, congruit cum eo, quod Polybius lib. VI. scribit, legem fuisse, ne quis magistratum urbanum gereret, nisi decem stipendia confecisset: annus autem ad militandum legitimus fuit decimus-septimus.

[y] *M. Crassus*] M. Crassus prior Cœlium defendit. Eum autem defendens optabat ut nunquam Ptolemæus venisset Romam, citatis ex Medea Ennii poëtæ versibus, quibus ancilla queritur, Argo navem fuisse fabricatam, qua Jasone in Colchida devecto, Medea amore ejus capta fuerit: quos ille versus cum allegorice ad Ptolemæum accommodasset, Cicero eodem modo festive ad Cœlium et Clodiam accommodat, dolens Cœlium in Palatium, ubi habitabat Clodia, commigrasse, quod ei initium malorum fuit.

[z] *Regis Ptolemæi*] Ptolemæus rex Alexandrinus pulsus a suis venit Romam, ut a senatu populoque Romano restitueretur. Eodem tempore legati Alexandrini contra eum venerunt; quorum Ptolemæus magnam partem per insidias sustulit, in iis principem legationis Dionem Academicum. Objecerant autem accusatores Puteolis a Cœlio pulsatos fuisse.

'Utinam ne [6] in nemore Pelio [a] . . .' ac longius quidem mihi contexere hoc carmen [7] liceret. 'Nam nunquam hera [8] errans' [b] hanc molestiam nobis exhiberet, 'Medea,[c] animo ægra,[9] amore sævo saucia. . . .' Sic enim, judices, reperietis, quod, cum ad id loci venero, ostendam, hanc Palatinam Medeam [d] migrationemque, huic adolescenti causam sive [10] malorum omnium, sive potius sermonum fuisse.

19. Quamobrem illa,[1] quæ ex accusatorum oratione præmuniri jam et fingi intelligebam, fretus vestra prudentia, judices, non pertimesco. Aiebant enim, fore testem senatorem, qui se [2] pontificiis comitiis [e] pulsatum [a] a Cœlio diceret. A quo quæram, si prodierit, primum, cur statim [f] nihil egerit? deinde, si id queri, quam agere maluerit, cur

[a] *Verberatum.*

6 C S ψ omittunt *ne.* Tum, in ψ *Prelio.*—7 χ *conterere hoc crimen.*—8 Pro *hera* in χ *eram.*—9 Ms. Car. Steph. *animo ægro.* Cf. ad Herenn. II. 22. Pro *saucia* χ habet *sevitiam.*—10 In H deest *sive*, quod Schutz. et Orell. deleverunt de sententia Ernesti.—1 T *illæ.* In H χ *Quamobr. quæ accus.*, et χ *ora-*

NOTÆ

[a] *Utinam ne in nemore Pelio*] Versus desumti sunt ex Ennii Medea. Hæc autem cum propter Glaucam, Creontis regis filiam, se a Jasone contemtam cerneret, noctu regiam ingressa, radice a Circe inventa, ea virtute ut ignis exstingui non posset, eandem incendit. Fertur autem Jasonem protinus regia incensa aufugisse, Creontem vero et Glaucam igne fuisse consumtos. Vide Diod. lib. v.

Pelio] Pelion mons est Thessaliæ frequenti pinu referta; ubi navis Argo, qua Jason vectus est, confecta fuit.

[b] *Hera errans*] Clodia offensa nunquam hac calumnia Cœlium afficeret.

[c] *Medea*] Sub Medea Clodiam significat, quæ insanum suum amorem in Cœlium, in odium et iram convertit.

[d] *Palatinam Medeam*] Clodia habitabat in monte Palatino, indeque eam Palatinam vocat.

[e] *Pontificiis comitiis*] Pontificia comitia dicebantur, in quibus pontifices creabantur. Tulit autem legem Cn. Domitius Ænobarbus trib. pleb., Cn. Mario et L. Aurelio coss. A. U. C. 650. ut non sacerdotum collegia, ut antea, quem vellent, cooptarent; sed populi id beneficium esset. Cum autem populus per religionem sacerdotia mandare non posset, rogavit ut minor pars populi, id est, tribus septemdecim vocarentur; et ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur.

[f] *Primum cur statim*] Probat non pulsatum fuisse illum senatorem a Cœlio, idque ex conjecturæ locis per interrogationem.

productus a vobis potius, quam ipse per se? cur tanto[3] post potius, quam continuo, queri maluerit? Si mihi ad hæc acute arguteque responderit;[4] tum quæram denique, ex quo iste fonte[5] senator emanet:[g] nam si ipse orietur,[6] et nascetur ex sese; fortasse, ut soleo, commovebor: sin autem, ut rivulus,[7] arcessitus et ductus ab ipso capite[h] accusationis vestræ; lætabor, cum tanta gratia,[8] tantisque opibus accusatio vestra nitatur, unum senatorem solum esse, qui vobis[9] gratificari vellet, inventum. 20. Nec tamen[10] illud genus alterum nocturnorum testium[i] pertimesco. Est enim dictum[1] ab illis, fore qui dicerent, uxores suas, a cœna redeuntes, attrectatas[k] esse[2] a Cœlio. Graves erunt homines, qui hoc[3] jurati[l] dicere audebunt; cum sit his confitendum, nunquam se, ne[4] congressu quidem et constituto[m] cœpisse de tantis injuriis experiri.[5]

---

tionem.—2 H χ non habent *se.*—3 ψ *quam ipse persequor tanto.* In C et T non legitur *potius.*—4 Franc. *Si mihi ad hoc acute arguteque respondit.*—5 C ψ *ex quoto fonte :* χ *ex quo fonte.*—6 χ *Nam orietur :* H *Nam si orietur.*—7 C H S T χ ψ, Franc. 1. Pall. edd. Rom. Ven. 1483. Junt. Hervag. Græv. et Orell. *Sin autem est rivulus :* Ven. 1480. *Sin autem ex rivulis.*—8 C *gloria.*—9 H *vos.*—10 H χ *tantum.*—1 χ *ductum.* Pro *fore* H *fere ;* χ *foro.*—2 H T non habent *esse.*—3 In T *hæc.* Tum, *ardeant* T : *audeant* C ψ, Franc. et edd. ante Car. Steph. Postea, pro *his* ψ habet *id.*—4 H χ *nec :* T *neque.*—5 χ *expediri.*

NOTÆ

[g] *Ex quo iste fonte senator emanet*] Quærit Cicero, an senator ille sponte sua, an adversariorum precibus, adductus fuerit ad ferendum contra Cœlium testimonium.

[h] *Ductus ab ipso capite*] Si autem ille senator corruptus est a Clodia, ut hanc accusationem susciperet, et contra Cœlium ferret testimonium, erit sane quod lætetur Cicero, quod unus tantum ille reperiatur, qui Clodiæ causæ servire voluerit. Hic metaphora ab aquis elegans est.

[i] *Nocturnorum testium*] Ridicule jocatur in testes, quos idcirco nocturnos vocat, ad eorum obscuritatem alludens, quia noctu commode videre non poterant.

[k] *Attrectatas*] Ita a mulieribus contrectandis abstinebant Romani, ut a magistratu matronæ ne quidem submoverentur, ut Festus refert, ne pulsari submoverive viderentur.

[l] *Jurati*] Qui testimonium erant laturi, jurabant; quare religione verum dicere tenebantur.

[m] *Congressu et constituto*] Moris fuit antequam ad judicem provocarent, ut domi apud amicos communes experirentur, si forte sedari ab iis controversia posset. Experiri autem, vel experiri jus, lege agere est; inde deducto verbo, quod qui rem aliquam judicio petunt, ii, quod juris se habere ad eam rem petendam arbitrantur, id ad judices, tentandi et

IX. Sed totum genus oppugnationis hujus, judices, et jam prospicitis[b] animis, et cum inferetur, propulsare debebitis:[6] non enim ab iisdem accusatur M. Cœlius, a quibus oppugnatur: palam in eum tela jaciuntur,[n] clam subministrantur. 21. Neque id ego dico,[7] ut invidiosum sit in eos, quibus gloriosum hoc etiam esse debet. Funguntur officio; defendunt suos; faciunt, quod viri fortissimi solent:[8] læsi dolent, irati efferuntur, pugnant lacessiti. Sed vestræ sapientiæ tamen[9] est, judices, non, si causa justa est viris fortibus oppugnandi M. Cœlium, ideo vobis quoque vos causam[10] putare esse justam alieno dolori potius, quam vestræ fidei[o] consulendi.[1] Quæ sit multitudo in foro, quæ genera, quæ studia, quæ varietas[2] hominum, videtis. Ex hac copia quam multos esse arbitramini, qui hominibus potentibus, gratiosis,[p] disertis, cum aliquid[3] eos velle arbitrentur, ultro se offerre soleant, operam navare, testimonium polliceri?[q] 22. Hoc ex genere si qui se in hoc judicium forte projecerint, excluditote[c] eorum cupiditatem, judices, sapientia vestra; ut eodem tempore et[4] hujus saluti et religioni vestræ, et contra periculosissimas[5] homi-

[b] *Intelligitis.* [c] *Rejicite.*

Cap. IX. 6 C H S χ et ed. Junt. *debetis.*—7 Schutz. e conjectura cum Orell. *id eo dico.*—8 H χ non agnoscunt *solent.*—9 Pro *tamen*, quod in H deest, χ exhibet *non.* Pro *judices* in ψ *judicium.* Tum, χ ψ *sine causa.*—10 *Ideo vos quoque causam* H S χ, Rom. Ven. 1483. Junt. Ald. *ideo quod vos causam* Franc. Deinde, H caret *esse.*—1 χ *consulenti.*—2 C H S T χ ψ, Franc. et edd. vett. *varietates.*—3 H *aliquod.* Tum, C *arbitrarentur:* H χ *arbitrantur.*—4 C T omittunt copulam ante *hujus*, et H χ ante *religioni.*—

NOTÆ

experiundi causa, exponunt.

[n] *Palam tela jaciuntur*] Ostendit quod alii, ut Herennius, Atratinus, Balbus se palam accusatores profiteantur; sumta a militibus metaphora, quorum alii sagittas evibrant, alii suppeditant.

[o] *Quam vestræ fidei*] Per hanc vocem 'fidei' religionem atque innocentiam, quam vulgo conscientiam dicimus, significat: cum enim judices jurarent, nihil contra fidei suæ sanctitatem præstare debebant.

[p] *Gratiosis*] Gratiosi vulgo dicuntur, qui amicis abundant.

[q] *Testimonium polliceri*] Pollicemur sponte, promittimus rogati, inquit Servius. Hic autem invidiam ex potentia adversariis conciliat.

num potentias conditioni omnium civium providisse videamini.[6] Equidem vos abducam a testibus; neque hujus judicii veritatem, quæ mutari nullo modo potest, in voluntate testium collocari sinam; quæ facillime fingi,[7] nullo negotio flecti ac detorqueri potest. [*p.* 42.] Argumentis agemus: signis omni luce clarioribus[8] crimina refellemus: res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione pugnabit.[9]

x. 23. Itaque illam partem causæ facile patior graviter et ornate a M. Crasso esse[10] peroratam, de seditionibus Neapolitanis,[r] de Alexandrinorum pulsatione[d] Puteolana, de bonis[1] Pallæ.[s] Vellem dictum esset ab eodem etiam de Dione:[t] de quo ipso tamen quid est, quod expectetis, quod is,[2] qui fecit, aut non timet, aut etiam fatetur? Est enim reus,[3] qui hujus dictus est et adjutor fuisse, et conscius, P. Ascitius; is judicio est liberatus. Quod igitur est hujusmodi[4] crimen, ut, qui commisit, non neget; qui negavit,[5] absolutus sit; id hic pertimescat, qui non modo

[d] *Cæde.*

5 χ *religiosas:* Lamb. *periculosas.*—6 χ *provide se vid.* H S *Et quidem vos abd.* In C *obducam:* ψ *adducam.*—7 C et edd. vett. *effingi:* Gulielm. conjecit *confingi* legend.—8 Verba *omni luce clarioribus* non leguntur in H χ.—9 χ *pugnabunt.*

Cap. x. 10 C H S χ et edd. pleræque ante Lamb. omittunt *esse*, quod Orell. uncis inclusit.—1 H S χ cum edd. vett. *et de bonis.* Tum, ed. Delph. *Pollæ.* Postea, ψ *dictum esse.* Pro verbis *de Dione* T *dedicione;* χ *Dione.*—2 C ψ *id.*—3 *Est autem rex* T, Ms. Car. Steph. et Ven. 1483. *Et enim rex* alii. *Est enim rex. Qui autem dictus est et adjutor fuisse, et conscius, P. Ascitius, is judicio est liberatus* e Mss. nonnullis edidit Orell. Pro *reus* in χ *rex:* pro *qui* H χ *quod:* pro *hujus* C H *aut;* S T *autem;* χ *enim:* pro *dictus* T *deus:* pro *Ascitius* C ψ *Asitius;* χ *Ascius;* al. *Asius;* al. *Asatius;* al. *Assitius.* Deinde, H S, *in judicio.* Denique, H T *Quid igitur.*—4 C H T χ *ejusmodi.*—

NOTÆ

[r] *De seditionibus Neapolitanis*] Exortæ quædam fuerant Neapoli seditiones, quibus cum ne quidem interfuisset Cœlius, tamen, quasi earum auctor, a Clodia accusatus est.

Neapolitanis] Neapolis Italiæ civitas nobilissima, quæ et Parthenope dicta est.

[s] *De bonis Pallæ* [*Pollæ*] Hæc falso erepta a Cœlio dicebantur.

[t] *De Dione*] Fuit hic Dio Alexandrinorum legatus, quem Pub. Ascitius interfecit; qui tamen judicio absolutus est: unde crimen illud in Cœlium derivandum non est.

a facto, verum etiam a conscientiæ suspicione abfuit? Et, si Ascitio causa plus profuit, quam nocuit invidia, huic oberit[6] [u] tuum maledictum, qui istius facti non modo suspicione,[7] sed ne infamia quidem est aspersus?[e] 24. At prævaricatione[8] [x] est Ascitius liberatus. Perfacile est isti loco respondere, mihi[9] præsertim, a quo illa[10] causa defensa est. Sed Cœlius optimam[1] causam Ascitii esse arbitratur: cujusmodi autem sit, a sua putat esse sejunctam; neque solum Cœlius, sed etiam adolescentes humanissimi et doctissimi, rectissimis[2] studiis atque optimis artibus præditi, Titus Caiusque Coponii, qui ex omnibus maxime Dionis mortem doluerunt;[3] qui cum doctrinæ studio atque humanitatis, tum etiam hospitio Dionis tenebantur.[f] Habitabat is apud L. Lucceium, ut audistis. Fuerat ei[4] cognitus Alexandriæ. Quid[5] aut hic, aut summo splendore præditus, frater ejus,[6] de M. Cœlio existimet, ex ipsis, si producti erunt,[y] audietis. 25. Ergo hæc removeantur,[7] ut aliquando, in quibus causa nititur,[8] ad ea veniamus.

[e] *Notatus.* [f] *Delectabantur.*

5 Edd. vett. *qui non negavit.*—6 Pro *oberit* in ψ *operi.*—7 Ms. Memmian. *non modo non susp.*—8 χ *A præv.* C *At procuratione.*—9 Pro *mihi* C habet *miseri.*—10 Al. *ista.*—1 χ *opimam.* Mox, T *arbitrabutur:* χ *arbitraretur.* Tum, *cujuscujusmodi* Lamb. *cuicuimodi* Schutz. et Orell. e conjectura Ant. Augustini. In χ *cujus modo enim sit.* Post *putat* C S χ ψ addunt *esse.*—2 χ *humanissimi et rectissimi.*—3 Pro verbis *Caiusque Coponii . . . mortem doluerunt* in C ψ tantum legitur *Caius;* in H S T *Caiusque;* in χ *Gaiusque;* in edd. ante Junt. *Caiusque Coponii.* Deinde, pro *qui cum* C et edd. vett. habent *qui omni cum;* H χ *omni;* S T *omni cum;* Ern. conjecit legend. *nam cum,* aut *quod cum.* Pro *doctrinæ studio* C H S T χ ψ exhibent *doctrina homo.* Denique Weiske e conjectura edidit *atque humanitatis.* Mox T χ *tenebatur.*—4 Pro *ei,* quod ψ omittit, in H legitur *enim.*—5 χ *Qui.*—6 χ *frater ejusdem.* In H deest præpositio ante *M. Cœlio.*—7 H χ *removentur.*—8 χ *in quibus conitetur.*

NOTÆ

[u] *Huic oberit*] Cœlio non debet obesse interfecti Dionis crimen, cum illius auctor illud ipsum non neget.

[x] *Prævaricatione*] Prævaricatione utitur, qui prodita causa sua diversam partem adjuvat.

[y] *Si producti erunt*] Id est, si ad testimonium dicendum advocati sint omnes illi qui Dionis erant amici, hanc ejus criminis suspicionem a Cœlio removebunt.

XI. Animadverti enim,[9] judices, audiri a vobis meum familiarem, L. Herennium, perattente. In quo etsi magna[10] ex parte ingenio ejus, et dicendi genere quodam tenebamini; tamen nonnunquam verebar,[1] ne illa subtiliter ad criminandum inducta oratio, ad[2] animos vestros sensim ac leniter accederet. Dixit enim multa de luxuria, multa de libidine, multa de vitiis juventutis, multa de moribus; et, qui[3] in reliqua vita mitis esset, et in hac suavitate[4] humanitatis, qua prope jam delectantur homines,[5] versari perjucunde soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus,[z] censor, magister. Objurgavit M. Cœlium, sicut neminem unquam parens.[6] Multa de incontinentia intemperantiaque disseruit. Quid quæritis, judices? Ignoscebam[7] vobis attente audientibus, propterea quod egomet tam triste illud et tam asperum genus orationis horrebam. 26. Ac prima pars fuit illa, quæ me minus movebat, fuisse meo[8] necessario Bestiæ[a] Cœlium familiarem: cœnasse apud eum, ventitasse[9] domum, studuisse præturæ.[b] Non me hæc movent, quæ perspicue falsa sunt: etenim eos una cœnasse dicit,[10] qui aut absunt, aut quibus necesse est

Cap. xi. 9 χ non agnoscit *enim.*—10 H *quo si magna.*—1 ψ *verebatur.*—2 Mss. pauci et edd. ante Naug. cum Lamb. et Orell. omittunt præpositionem ante *animos.* In T legitur, *ad nostros sensum.* Tum, *leviter* C T χ, et *accideret* Pal. 2. 3. 9. Grut. Græv. Oliv. *actendoret* T: *attenderet* ψ: *accenderet* C, Barb. et edd. ante Naug. cum Orell. Denique, T *Dixi enim.* —3 C H χ ψ *ut qui.*—4 C *suavitates.* Pro *humanitatis qua* in χ *humanitatisque.*—5 H S χ, Ms. Car. Steph. Lamb. Weiske et Orell. *omnes.*—6 H S *pater:* χ *patet.* Tum, χ *multa de innocentia.*—7 Weiske conjecit *Irascebar* legend. Mox, '*Propterea, quod egomet ... horrebam*] An fuit *non abhorrebam?* vel ab initio, *quanquam egomet, &c.?*' Ern.—8 Pro *movebat, fuisse meo* χ exhibet *movent in eo.*—9 χ *vetasse.*—10 Junt. *una cœnasse falso dicit;* et

NOTÆ

[z] *Pertristis quidam patruus*] Id est, severus censor; qua significatione vox ista sumitur ab Horatio Sat. II. 3. 'Sive ego prave, Seu recte, hoc volui; ne sis patruus mihi.'

[a] *Necessario Bestiæ*] Bestia hic ambitus accusatus est, sed defensus a Cicerone fuit; cujus ipse meminit epist. 7. ad Q. Fratrem; arguebatur autem Cœlius habuisse cum Bestia familiaritatem.

[b] *Studuisse præturæ*] Opem tulisse Bestiæ in petitione præturæ, et sæpius in ejus venisse domum objiciebatur.

idem dicere.[c] Neque vero illud me commovet, quod sibi in Lupercis[d] sodalem[e] esse Cœlium dixit.[1] Fera quædam sodalitas[f] et plane pastoricia atque agrestis germanorum[g] Lupercorum; quorum coitio illa sylvestris ante est instituta, quam humanitas atque leges: siquidem[2] non modo nomina deferunt inter se sodales, sed etiam commemorant sodalitatem in accusando, ut ne, si quis id forte nesciat, timere videatur.[3] 27. Sed hæc omittam: ad illa, quæ me magis moverunt, respondebo.

Deliciarum objurgatio fuit longa, et ea[4] lenior, plusque disputationis habuit, quam atrocitatis: quo etiam audita est attentius. [*p.* 43.] Nam P. Clodius, amicus meus,[g] cum se gravissime vehementissimeque jactaret, et omnia inflammatus[5] ageret tristissimis verbis, voce maxima; tametsi probabam ejus eloquentiam, tamen non pertimescebam: aliquot enim in causis eum videram[6] frustra litigan-

[g] *Verorum.*

Lamb. *aut qui absunt.* Deinde, Abramius legi malnit *aut de quibus necesse est idem dicere:* Ant. Augustinus et Fulvius Ursinus emendarunt *aut quibus nec esse ibidem liceret.* Corruptus locus videbatur Ern. et Garaton.—1 H χ *dixerit.* Mox, χ *plana pastoricia.* In eodem Ms. deest *Lupercorum.* Pro *quorum* in χ *quo.* Postea, H S χ *constituta.*—2 H *sed quidem,* et mox *inter sodales.*—3 Schutz. et Orell. e conjectura Abramii recepit *ut ne quis id forte nesciat, timere videantur.* Hotom. quoque *videantur* legi malnit. Tum, ψ *Sed hoc omittam.*—4 In H deest *ea.*—5 Pantagathus suspicabatur *inflammatius* legend. Mox, pro *tametsi* in χ legitur *et si.*—6 χ *viderat.* Paulo post, ψ, Crat. Naug. Steph.

NOTÆ

[c] *Aut quibus necesse est idem dicere*] Intelligit amicos Clodiæ, qui eadem dicere cum illa debebant.

[d] *In Lupercis*] Lupercalia erant dies festi, qui Februario mense Pani dedicati peragebantur; quorum sacerdotes Luperci nudi subligaculis succincti per urbem vagabantur, quasi lupos arcerent. Ita Varro, Plinius, et Servius. Luperci porro, cum Potitiis, Herculis sacerdotibus, antiquissimi omnium fuerunt, jam inde ab Evandro ipso, ante Æneæ in Italiam adventum, instituti.

[e] *Sodalem*] Sodales sunt, inquit Caius, qui ejusdem collegii sunt, lib. 4. D. de colleg. et corp.

[f] *Fera quædam sodalitas*] Feram vocat sodalitatem propter ejus antiquitatem, utpote quæ condita sit ante Romam.

[g] *Clodius, amicus meus*] Ironia. Certe olim summa fuerat Ciceronem inter et Clodium amicitia; sed ab eo tempore quo contra eum testatus est Cicero, quod sacra Bonæ Deæ violasset, summa fuit inimicitia: tunc autem maxime cum hanc orationem habuit.

tem.[h] Tibi autem, Balbe, respondeo primum precario,[i] si licet, si fas est defendi a me eum, qui nullum convivium[7] renuerit, qui unguenta sumserit,[k] qui Baias viderit.[l] XII. 28. Equidem multos et vidi in hac civitate, et audivi, non modo qui primoribus labris gustassent[8] [m] genus hoc vitæ, et extremis, ut dicitur, digitis[n] attigissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent,[9] emersisse aliquando, et se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse, gravesque homines atque illustres fuisse. Datur enim concessu[10] omnium huic aliquis ludus ætati, et ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates; quæ si ita erumpunt ut nullius vitam labefactent,[h] nullius domum evertant; faciles et tolerabiles haberi solent.[1]

29. Sed tu mihi videbare[2] ex communi infamia juventutis aliquam invidiam Cœlio velle conflare.[i] Itaque omne[3] illud silentium,[o] quod est orationi tributum tuæ, fuit ob

[h] *Contaminent.* [i] *Parare.*

Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Orell. *respondebo.* Pro *si licet* H T χ *scilicet.*—7 H S *nonnullum,* et T *convicium,* ut suprascr. in C. Tum, Mss. ap. Lamb. *remunerit.* Pro verbis *qui nullum conv. renuerit* Donatus ad Terent. Hecyr. IV. 1. 36. *qui in hortis fuerit.*

Cap. XII. 8 H S χ *gustarent,* et χ *genus hujus vitæ.* Mox, χ *attigisset.*—9 Hervag. Manut. Lamb. *dedidissent.*—10 χ et Gembl. *concesso.*—1 H χ *soleant.*—2 C ψ *videare :* H et S *videris.* H et χ non agnoscunt præpositionem

NOTÆ

[h] *Frustra litigantem*] Sæpe causa ceciderat Clodius : immo videtur Cicero latenter indicare prævaricationis fuisse suspectum.

[i] *Primum precario*] Respondet jam Balbo alteri accusatori, cui cum bona ejus venia se responsurum dicit.

[k] *Unguenta sumserit*] Unguenta odores sunt, quibus deliciosi homines utebantur : id autem arguebat in Cœlio Balbus.

[l] *Baias viderit*] Baiæ aquæ calidæ sunt in Campania, Puteolos inter et Misenum, tam opportunæ voluptatibus corporis, quam morbis depellendis.

[m] *Primoribus labris gustassent*] Proverbium est ductum ab iis, qui cibum aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes.

[n] *Extremis digitis*] Proverbium ejusdem significationis cum superiore.

[o] *Omne illud silentium*] Auditus quidem est Balbus attente, non quia unum Cœlium accusabat, sed quia universim corruptos juventutis mores oratione sua describebat. Hinc autem nihil in Cœlium efficiebat, quia nihil eorum in eo fuisse probabat.

eam causam, quod, uno reo proposito, de multorum vitiis cogitabamus. Facile est accusare luxuriem. Dies jam me deficiat,[4] si, quæ dici in eam sententiam possint, coner expromere: de corruptelis, de adulteriis, de protervitate,[p] de sumtibus, immensa oratio est. Ut tibi reum neminem, sed vitia[5] proponas, res tamen ipsa et copiose et graviter accusari potest: sed vestræ sapientiæ est, judices, non abduci ab reo; nec, quos aculeos habeat severitas gravitasque vestra, cum eos accusator[6] erexerit[k] in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem et in reum: cum is non suo crimine, sed multorum vitio sit in quoddam odium injustum vocatus.[7] 30. Itaque severitati tuæ, ut oportet, ita respondere non audeo: erat enim meum, deprecari vacationem[l] adolescentiæ, veniamque petere: non, inquam, audeo: perfugiis[8] non utor ætatis: concessa omnibus jura dimitto: tantum peto, ut, si qua est invidia[9] communis hoc tempore æris alieni, petulantiæ, libidinum juventutis, quam video esse magnam, ne huic aliena peccata, ne ætatis ac temporum vitia noceant. Atque ego idem, qui hæc postulo, quin criminibus, quæ in hunc proprie conferuntur,[10] diligentissime respondeam, non recuso.

XIII. Sunt autem duo crimina, auri et veneni; in[1] qui-

[k] *Defixerit.* [l] *Immunitatem.*

ante *communi.*—3 Pro *omne* in C *commune.* Mox, ψ *quæ est orat.*—4 Ern. e conjectura, cum Weiske, Schutz. et Orell. *deficiat*: ceteri *deficiet.* Mox, *possunt* omnes Mss. et edd. præter Ern. qui e conjectura edidit *possint.* Pro *possunt coner* in χ legitur *amem.* Tum, C H S T ψ *exprimere.*—5 Lamb. *vitia ipsa.* Pro *res* T *re*; χ *a.* Pro *tamen* χ habet *non.* Verba *et copiose* absunt a C H S T χ ψ: in T alterum *et* quoque deest. Denique, χ *accusare potes.*—6 χ *accusatores.*—7 T *invocatus.* Mox, Manut. et Lamb. *oporteret.* Pro verbis *tuæ ut oportet* in χ legitur *me ut opinor.* Paulo post, pro *deprecari vacationem* C H S χ ψ, Erf. Pal. 2. 3. 9. et edd. vett. habent *de prævaricatione*: et statim, iidem *veniam petere.*—8 χ *profugus.*—9 H χ *si qua invid.*—10 H S χ *qui crim.* et T *qui in hunc prope conf.* Ante *proprie* χ ψ, Pal. 2. Grut. et Oliv. addunt *nondum*; Pal. 3. *mundis*; Pal. 9. et Gembl. *mundum.* Deinde, H S *referuntur.*

CAP. XIII. 1 Græv. conjecit præpositionem ante *quibus* delend. Statim,

NOTÆ

[p] *De protervitate*] Budæus hunc locum explicans, ait protervum eum dici, qui sibi circa libidines temperare non potest.

bus una atque eadem persona[q] versatur. Aurum sumtum a Clodia: venenum quæsitum, quod Clodiæ daretur, dicitur. Omnia sunt alia,[2] non crimina, sed maledicta jurgii petulantis magis, quam publicæ quæstionis. Adulter, impudicus, sequester,[r] convicium est, non accusatio: nullum est enim fundamentum[3] horum criminum, nulla sedes. Voces sunt contumeliosæ, temere ab irato accusatore, nullo auctore, emissæ. 31. Horum duorum criminum video fontem, video auctorem,[4] video certum nomen[s] et caput. Auro opus fuit: sumsit a Clodia, sumsit sine teste, habuit quamdiu voluit. Maximum video signum cujusdam egregiæ familiaritatis. Necare[5] eandem voluit; quæsivit venenum; solicitavit quos potuit; paravit; locum constituit; attulit. Magnum rursus odium video cum crudelissimo discidio extitisse. Res est[6] omnis in hac causa nobis, judices, cum Clodia, muliere non solum nobili, sed etiam nota:[t] de qua ego nihil dicam, nisi depellendi criminis causa.[u] 32. Sed intelligis, pro tua præstanti prudentia, Cn. Domiti, cum hac sola rem esse nobis:[7] quæ si se aurum Cœlio commodasse[x] non dicit, si venenum ab

urgetur Mss. omnes et edd. ante Hervag. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. Weiske. *Tractatur* susp. Garaton. Maluit Orell. *in quibus sub una atque eadem pers. urgetur.* Pro *sumtum* in χ et Erf. *emtum.*—2 Schutzius e conjectura Ernesti *Omnia sunt illa.* Weiske edidit *Omnia alia non sunt crimina.* Deinde, χ *maled. jurgia.*—3 H χ omittunt *est* et *fundamentum.* Mox, pro verbis *ab irato accusatore* in H S χ legitur *arbitratu accusatoris.*—4 Lamb. solus, *video auctorem, video fontem.*—5 C ψ *Negare.* Tum, H *eadem;* ψ *eidem:* et C *noluit.*—6 χ omittit *est.*—7 χ *Cn. Domitium hac sola re esse nobis.* Pro *quæ si se* C ψ *quæsisse.* Deinde, H χ *commendasse non dicit:* C T

NOTÆ

[q] *Persona*] Clodius accusavit Cœlium de auri et veneni crimine.

[r] *Sequester*] Sequester hic dicitur de eo qui adulteria conciliat.

[s] *Certum nomen*] Per illas voces 'certum nomen' crimen intelligit, de quo lex aliqua judiciorum perlata erat, quod tum certum nomen habere dicebatur: de quo autem nulla erat lex, incertum habebatur. Vide Cic. de Invent. l. III.

[t] *Sed etiam nota*] Nota, id est, famosa libidinum suarum nomine.

[u] *Depellendi criminis causa*] Depellendi a Cœlio, qui falso accusatur.

[x] *Aurum Cœlio commodasse*] Probabile est aurum illud signatum non fuisse (creditum enim aut mutuo datum dixisset), sed aurum solidum et factum, id est, aliquod ornamentum,

hoc sibi paratum esse non arguit; [*p.* 44.] petulanter facimus,[8] si matremfamilias,[y] secus quam matronarum sanctitas postulat, nominamus. Sin, ista muliere remota,[9] nec crimen ullum, nec opes ad oppugnandum Cœlium illis relinquentur; quid est aliud, quod nos patroni facere debeamus, nisi ut eos, qui insectantur, repellamus? quod quidem facerem vehementius,[10] nisi intercederent mihi inimicitiæ cum istius mulieris viro:[z] fratrem[1] volui dicere: semper hic erro. Nunc agam modice, nec longius[2] progrediar, quam me mea fides, et causa ipsa coget: neque enim muliebres unquam inimicitias mihi gerendas[m][3] putavi, præsertim cum ea, quam omnes semper amicam omnium potius, quam cujusquam[4] inimicam putaverunt.[a] XIV. 33. Sed tamen ex ipsa quæram prius,[5] utrum me secum severe, et graviter, et prisce agere malit, an remisse, ac[6] leniter, et urbane. Si illo austero more ac modo; aliquis mihi ab inferis excitandus[n] est, ex barbatis illis,[b] non hac barbula,[c] qua ista delectatur;[7] sed illa horrida, quam in

[m] *Habendas controversias.* [n] *Revocandus.*

ψ *commodasse se non dicit*, omisso *si* ante *venenum*.—8 ψ *facinus*.—9 *Remota* non est in H. Mox, C *relinquetur:* H S *relinquantur:* χ *relinquatur*. Postea, in C deest *nos*.—10 χ *facerent*, omisso *vehementius*.—1 Barb. Hervag. et Orell. *fratre;* sic etiam Jul. Rufinian. de Fig. c. 6.—2 H T *ne longius*. Deinde, H et S *cogit*.—3 Lamb. *inimicitias muliebres unquam mihi ger*.—4 Erf. *cuiquam*, et sic Voss. 2. in Quintil. IX. 2. 99.

CAP. XIV. 5 χ *Sed tum ex ipsa que prius*.—6 Pro *ac* edd. vett. habent *et*. Tum, T *leviter*. Postea, *Sin illo* sex Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. Hervag. Pro *modo* in C *meo*.—7 Ant. Augustinus legi maluit *qua isti delectantur*, prob.

NOTÆ

ut statua, aut quid ejusmodi quod amico pro tempore commodatur, et recipitur postea.

[y] *Matremfamilias*] In Pandectis matremfamilias et matronam pro eadem usurpari legimus; hoc est, pro muliere pudica et honesta, sive vidua sit, sive nupta. Festus vult appellari matronas, quibus habendi stolas jus erat. Patet autem ex hoc Ciceronis textu promiscue verbum utrumque usurpari.

[z] *Istius mulieris viro*] P. Clodium festive designat, quem Plutarchus incestam cum tribus suis sororibus consuetudinem habuisse scribit.

[a] *Inimicam putaverunt*] Ironice alludit ad meretriciam Clodiæ familiaritatem.

[b] *Ex barbatis illis*] Teste Plinio, tonsoribus usi non sunt Romani ante annum 454. et primus omnium instituit radi Africanus.

[c] *Hac barbula*] Pungit Clodiam,

statuis antiquis et imaginibus videmus: qui objurget mulierem, et pro me loquatur,[8] ne ista [d] mihi forte succenseat. Existat igitur ex hac ipsa familia aliquis; ac potissimum Cæcus ille: [e] minimum enim dolorem capiet, qui istam non videbit: qui profecto si extiterit,[9] sic aget, et sic loquetur: Mulier, quid tibi cum Cœlio? [f] quid cum homine [10] adolescentulo? quid cum alieno? cur aut [1] tam familiaris huic fuisti, ut aurum commodares, aut tam inimica, ut venenum timeres? Non patrem tuum videras? [g] non patruum, non avum, proavum, atavum audieras consules fuisse? 34. non denique modo te Q. Metelli [h] matrimonium tenuisse sciebas, clarissimi ac fortissimi [2] viri, patriæque amantissimi? qui simulac pedem limine extulerat,[o] omnes prope [3] cives virtute, gloria, dignitate superabat? cui [4] cum ex amplissimo genere [i] in familiam clarissimam nupsisses, cur tibi

[o] *Exiverat de civitate.*

Ursino. In C S T ψ *sed ex illa horrida.*—8 H *quæ objurget mul.* et Lamb. *et qui pro me loq.* Pro *ne ista mihi* T habet *ut mihi*; χ *ne is tamen.* Pro *Exsistat* in χ *ex ista.*—9 C ψ *exstitit.*—10 Aquila Rom. de Fig. c. 3. omittit *homine.*—1 χ *autem.* In H T χ non legitur *huic.* Statim, χ *commendares, aut tam inim., ut ven. non tim.* Tum, ψ *num patrem tuum vid.* et C T ψ *num patruum, num avum.* In H desunt verba *non patruum*, et ab H χ *proavum* abest. Pal. 2. 3. *non patruum, avum, atavum*: Pal. 9. *non patruum, non avum, non atavum*: Lamb. *non patruum, non avum, non proavum, non atavum.* Pro *audieras*, H *videras*; et paulo post, C *num denique modo.*—2 χ *charissimi ac fortiss.* edd. ante Lamb. *clariss. et fortiss.*—3 In χ deest *prope.*—4 C H S χ ψ non

NOTÆ

quæ barbatulo amatore et fratre suo maxime tenebatur.

[d] *Ne ista*] Clodia.

[e] *Cæcus ille*] Appius Clodius, abavus ipsius Clodiæ, Cæcus dictus est, quia longam annorum seriem orbatus luminibus egit, ut refert Valerius VIII. 14. Stemma Clodianum descriptum habet Abram. in orat. pro Cœlio, § 33. not.

[f] *Mulier, quid tibi cum Cœlio*] Prosopopœia elegans, qua in persona Cæci Clodiam carpit.

[g] *Non patrem tuum videras*] Appius Claudius Pulcher, Clodiæ parens, consul fuit cum Pub. Servilio Isaurico, A.U.C. 674. Suetonius in Tib. cap. 1. refert, Claudios duodetriginta consulatus, quinque dictaturas, censuras septem, triumphos sex, duas ovationes obtinuisse.

[h] *Q. Metelli*] Q. Metellus Celer, qui fuit consul A. U. C. 693. Clodiam uxorem habuit.

[i] *Ex amplissimo genere*] Ex familia Clodiana patricia transiverat in fa-

Cœlius tam[5] conjunctus fuit? Cognatus? affinis? viri tui familiaris? nihil horum. Quid igitur fuit, nisi quædam temeritas ac libido? nonne te,[6] si nostræ imagines viriles[k] non commovebant, ne progenies quidem mea, Q. illa Claudia,[l] æmulam domesticæ laudis in gloria muliebri esse admonebat? non virgo illa Vestalis[m] Claudia, quæ patrem complexa triumphantem, ab inimico tribuno plebis[n] de curru detrahi passa non est? Cur te fraterna vitia potius, quam bona paterna, et avita, et usque a nobis cum[7] in viris, tum etiam in fœminis repetita, moverunt? Ideone[8] ego pacem Pyrrhi[o] diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires?[p] ideo aquam adduxi,[q] ut ea tu

agnoscunt *cui.*—5 In C *tam* omittitur. Ern. conjecit legend. *tam conj. fuit? Fuit cogn.?*—6 *Non te* e conjectura Ursini dedit Orell. Mox, ψ *prog. quædam mea, . . . æmula dom. laudis in gl. mul. esse ammonebatur.* Pro *non virgo* C ψ *num virgo.*—7 C H χ *et usque nobiscum.*—8 ψ *Ideo me*, et mox, *am. fœdissimorum quotidie.* Ven. 1480. *quotidiana fœdera quotidie ferires.* Deinde, ψ

NOTÆ

miliam Metellorum, quia Metello Celeri nupserat. Amplissima tum Clodiorum, tum Metellorum familia fuit, cum hoc discrimine; quod Clodii illi patricii, Metelli plebeii fuerint: e gente autem Cæcilia fuerunt Metelli; sic dicti a voce militari, quæ mercenarium significat.

[k] *Nostræ imagines viriles*] Imagines intelligit eorum qui in hac Clodiorum familia claruerunt. Hæ autem imagines in domum aliquando maritorum ab uxoribus transferebantur.

[l] *Illa Claudia* [*Clodia*] Hæc Clodia, quod elegantiori veste indueretur, parum pudica habita est: sed Deæ Cybeles testimonio id falsum deprehensum est, cum illius Clodiæ opera Cybeles simulacrum in urbem delatum est, quod vado Tiberino adhærescens cingulo suo ad littus extraxit.

[m] *Virgo Vestalis*] Hæc Vestalis patrem triumphantem, injussu populi, ascenso simul curru, usque in Capitolium prosecuta est, ne vetare aut interdicere cuiquam tribunorum fas esset. De hac Vestali loquitur Suetonius in Tiberio, et Valer. lib. v.

[n] *Tribuno plebis*] Tribuni plebis intercedere poterant, ne quis triumpharet. Sic apud Livium lib. XXXIX. M. Albutius tribunus plebis M. Fulvii triumpho obstitit.

[o] *Pacem Pyrrhi*] Post devictam a se Italiam, quatuor annos cum Tarentinis bella acerbissima Romani gesserunt, et Pyrrhum regem Epirotarum in auxilium vocaverunt, et pacem cum Tarentinis inire deliberarunt. Sed Appius Cæcus lectica delatus in senatum, magna voce et firmis lateribus eam dissuasit. Vide Ciceronem in Catone.

[p] *Fœdera ferires*] Alludit ad fœderis faciendi verbum, in quo porca feriebatur.

[q] *Aquam adduxi*] Appius ille Cæcus aquam Anienem in urbem induxit

inceste[p] uterere? ideo viam munivi,[r] ut eam tu alienis viris comitata celebrares?[q] XV. 35. Sed quid ego, judices, ita gravem personam induxi,[9] ut verear, ne se idem Appius repente convertat, et Cœlium incipiat accusare illa sua gravitate censoria? Sed videro[10] hoc posterius, atque ita, judices, ut vel severissimis disceptatoribus[s] M. Cœlii vitam me probaturum esse confidam.[1] Tu vero, mulier, (jam enim ipse tecum, nulla persona introducta, loquor) si ea, quæ facis, quæ dicis, quæ insimulas,[r 2] quæ arguis, probare cogitas; rationem tantæ familiaritatis, tantæ consuetudinis, tantæ conjunctionis reddas atque exponas necesse est. Accusatores quidem libidines, amores, adulteria, Baias,[t] actas, convivia,[3] comissationes,[u] cantus, symphonias,[x] navigia[y] jactant:[4] iidemque significant, nihil se, te invita,

[p] *Impure.* [q] *Frequentares.* [r] *Accusas.*

aquam deduxi. H χ omittunt *tu.* Postea, H S χ *ut et eam.* Pro *celebrares* Erf. et Pal. 9. *tenebrares.*

CAP. XV. 9 *Introduxi* Mss. nonnulli et edd. Quintil. IX. 2. 60. Pro *ne* T habet *ut;* pro *se* χ ψ *si.* Mox, H *ut Cœlium.*—10 T ψ, Erf. *video.* Tum, in T *ita* deest. *Ut* non agnoscunt C T ψ; et *vel* non est in χ. Paulo post, H *disceptationibus.*—1 T *confundam.* Deinde, C T ψ et edd. ante Car. Steph. *Tu modo mulier.* Postea, ψ *loquar.*—2 Verba *quæ insimulas* absunt a sex Oxonn. Mss. et edd. ante Junt. Post *insimulas* edd. nonnullæ ante Grut. cum Oliv. addunt *quæ moliris;* Grut. et Græv. *quæ in sororem tuam moliris.* Vid. Nott. Varr. Pro *arguis* C H S T χ ψ, Erf. exhibent *argumenta:* et pro *cogitas: rationem* χ *cogita rationes.*—3 *Baias, acta convivia* S χ ψ: *Baiis acta convivia* edd. ante Grut.—4 C *jactas.* Post *iidemque* χ addit *nihil.* In χ

NOTÆ

A. U. C. 441.

[r] *Viam munivi*] Via hæc Appia ab urbe Roma, sive a porta Capena, ad urbem usque Capuam, eaque strata lapidibus, pertinuit; sed quæ postea a Julio vel Augusto Cæsare Brundisium usque perducta est.

[s] *Disceptatoribus*] Disceptator appellatur a Cicerone in Partitionibus, qui rei et sententiæ moderator est.

[t] *Baias*] De his dictum est § 27. not.

[u] *Comissationes*] Comissationes convivia sunt, et serotinæ compotationes, quæ post cœnam fiunt. Unde Suetonius in Vitellio refert, quod ille epulas trifariam semper, aliquando quadrifariam divideret, in jentacula, prandia, cœnas, et comissationes.

[x] *Symphonias*] Symphonia, teste Isidoro II. 19. 'modulationis temperamentum est ex gravi et acuto sono concordantibus sonis, sive in voce, sive in flatu, sive in pulsu.'

[y] *Navigia*] Juxta Baias cives Romani delicati lacus in hortis suis habebant ex aquæductibus derivatos,

dicere: quæ tu, quoniam mente, nescio qua, effrænata[s] atque præcipiti,[t] in forum deferri judiciumque voluisti, aut diluas oportet, et falsa esse doceas, aut nihil neque[5] crimini[u] tuo, neque testimonio credendum esse fateare. 36. Sin autem urbanius me agere mavis; sic agam tecum. [*p.* 45.] Removebo illum senem durum[z] ac pæne agrestem: ex hisque tuis[6] sumam aliquem, ac potissimum minimum fratrem, qui est in isto genere urbanissimus; qui te amat plurimum; qui, propter nescio quam, credo,[7] timiditatem, et nocturnos quosdam inanes metus, tecum semper pusio cum majore sorore[a] cubitavit. Eum putato[8] tecum loqui: Quid tumultuaris, soror? quid insanis? quid clamore[9] exorsa, verbis parvam rem magnam facis? vicinum adolescentulum[10] aspexisti: candor hujus te, et proceritas, vultus, oculique pepulerunt: sæpius videre voluisti: nonnunquam[1] in iisdem hortis visa nobilis mulier: illum[2] filiumfamilias, patre parco ac tenaci, habere tuis copiis[x] devinctum[3] non potes: calcitrat,[b] respuit, non putat tua dona esse tanti. Confer te alio. Habes hortos ad Tiberim, ac diligenter eo loco præparasti,[4] quo omnis juventus natandi

[s] *Immodesta.* [t] *Iracunda.* [u] *Accusationi.* [x] *Divitiis.*

deest *te.*—5 χ *voluisti, aut diluas oportet, aut nihil neque, &c.* Verba *aut diluas oportet, et falsa esse doceas* non sunt in T.—6 *Ex his igitur tuis* Mss. omnes et edd. ante Ald. cum Grut. Græv. Oliv. Conjecit Ern. *ex his tuis;* unde copulam *que* Orell. uncis inclusit. Deinde, S χ *summam.* In H χ *aliquem* deest. Pro *minimum* χ *nimirum.* Post *fratrem* S et edd. ante Lamb. inserunt *tuum.*—7 In C H χ ψ non legitur *credo.* Pro *timiditatem* C ψ *temeritatem.*—8 χ *puto.*—9 Lamb. *a clamore.*—10 H *adolescentem.* Tum, Gembl. *candor heu te.* Postea, *perpulerunt* Mss. pauci, Ald. Hervag. Oliv. *perculerunt* Lamb. Denique, C *sæpe.*—1 Ante *nonnunquam* Mss. nonnulli et edd. vett. cum Lamb. Oliv. Lall. Orell. inserunt *fuisti.* Deinde, χ *in iis hortis.*—2 T *et illum.*—3 χ *devictum.*—4 Lamb. e Mss. cum Orell. *parasti.*

NOTÆ

in quibus animi et deliciarum causa natabant; eosque Baias appellabant.

[z] *Senem durum*] Appium illum Clodium censorem intelligit, de quo jam supra.

[a] *Pusio cum sorore*] Incesti Clodiam arguit. Verum pusio parvus puer dicitur, frequentius tamen masculum scortum: antiqui enim 'pusium' et 'pusiam' pro puello et puella dicebant.

[b] *Calcitrat*] Calcitrat, id est, rebellis est: translatio ab equis, qui pedibus feriunt, cum repugnant.

causa venit. Hinc licet conditiones[c] quotidie legas. Cur huic, qui te spernit, molesta es?

XVI. 37. Redeo nunc ad te, Cœli, vicissim, ac mihi auctoritatem patriam severitatemque[5] suscipio: sed dubito, quem patrem potissimum sumam. Cæcilianumne[6 d] aliquem, vehementem atque durum? 'Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor[7] cumulatur ira;' aut illum,[e] . . . 'O infelix, o sceleste!'[f] . . . Ferrei sunt isti patres.[g] . . . 'Egone quid dicam?[h] egone quid velim? quæ[8] tu omnia tuis fœdis factis facis, ut nequicquam[y] velim.' Vix ferenda diceret talis pater: 'cur te in istam vicinitatem[i] meretriciam contulisti? cur illecebris cognitis non refugisti? cur alienam ullam mulierem nosti? dide ac dissice,[9 k] per me licebit. Si egebis, tibi dolebit:[10] mihi

[y] *Frustra.*

CAP. XVI. 5 C T *patriamque severitatem.*—6 χ *summam: Cecilianumne.* Ante *aliquem* H S χ addunt *an.*—7 C H ψ, Rom. Junt. *nunc enim meum cor.* Beier Offic. t. I. p. 178. conjecit legend. *nunc demum meum.* Verba *nunc meum* in T desunt. Pro *cumulatur* C *tumulatur;* χ *emulatur.* Tum, Lamb. *An illum.* —8 Ante *quæ* H S χ ψ inserunt *Egone?* Mox, χ *ut nequaquam.* T non habet *velim.* Lamb. edidit *Vix ferendi. Diceret talis pater.* Pro *talis* H S *ista;* χ *iste.*—9 *Dii Deæ disce* Erf. *de te ac ediscere* Franc. *dede te ac disce* edd. vett. cum Oliv. *dede te ac disjice* Lamb. 1566. *Dide, disjice* Orell. *dede ac disce* Mss. ap. Lamb. qui conjecit legend. *dide ac disce.* Hotomannus suspicabatur *dide ac dissice.* Pro *dide te* T habet *responde;* χ *Dii Deæque;* C T ψ *dide*, sine *te:* et pro *dissice*, quod C H S T omittunt, in χ legitur *addisce;* ψ *disce.* Pro verbis *per me licebit. Is egebis* T *plicebit si egebit.*—10 χ *dole-*

NOTÆ

[c] *Hinc licet conditiones*] Monet ex juvenibus illis, qui quotidie confluunt ad hortos, quos Tiberi vicinos habet, natandi causa, posse sibi aliquem eligere, qui cupiditati ejus serviat.

[d] *Cæcilianumne*] Cæcilius poëta comicus fuit, qui sæpe senes morosos et graves inducit.

[e] *Aut illum*] 'Subauditur, potissimum sumam,' nempe hunc alium qui a poëta plenus iracundia in filium effertur.

[f] *O infelix, o sceleste*] Prosopopœia duri patris et severi Cœlium objurgantis.

[g] *Ferrei sunt isti patres*] Verba Ciceronis sunt ista: ferreos autem vocat, quia nulla benevolentiæ et amoris significatione ducuntur.

[h] *Egone quid dicam*] Verba citat ex poëta Cæcilio desumta.

[i] *Vicinitatem*] Semigrarat a paternis ædibus Cœlius ad Palatinum montem, ubi Clodia habitabat.

[k] *Dide ac dissice* [*disside*] Id est, dissipa ac disperde rem familiarem, per me licebit. Verba sunt poëtæ.

sat est, qui,[z] ætatis quod reliquum est, oblectem meæ.'[1] 38. Huic tristi ac directo seni[1] responderet Cœlius, se nulla cupiditate inductum de via decessisse.[2] [m] Quid signi? Nulli sumtus, nulla jactura, nulla versura. At fuit fama. Quotusquisque istam[3] effugere potest in tam maledica[4] civitate? Vicinum ejus mulieris miraris male audisse, cujus frater germanus sermones iniquorum[5] effugere non potuit? Leni vero et clementi patri, cujusmodi ille est:[6] . . . 'Fores effregit?[n] restituentur: discidit vestem? resarcietur,' Cœlii causa esset expeditissima.[a] Quid enim esset, in quo se non facile defenderet? Nihil jam[7] in istam mulierem dico: sed, si esset aliqua[8] [o] dissimilis istius, quæ se omnibus pervulgaret, quæ haberet palam decretum[b] semper aliquem, cujus in hortos, domum, Baias,[9] [p] jure suo libidines omnium commearent;[c] quæ etiam aleret

[z] *Quo.* [a] *Optima.* [b] *Certum sibi.* [c] *Congrederentur.*

bunt. Vreba *sat est* non sunt in χ.—1 C T ψ *me.* Mox, *directo* Erf. Pal. 9. Ms. Vict. Mss. Lambini, cum Lamb. Grut. Ern. Weiske, Schutz. et Orell. *decrepito* ceteri. Tum, Erf. *seniori.*—2 χ *deductum,* et H S χ ψ *de via descivisse.* Pro *signi* C ψ *si igitur;* T *si qui.*—3 Orell. e Taur. recepit *Quotusquisque est, qui istam.*—4 C *maledicta.* Mox, in ψ *miraris* deest.—5 C *inimicorum.*—6 Post *est* C S T ψ addunt *responderet.* Mox, T *vestemne? sarcietur.* Pro *Cœlii* C *filia;* omnes alii Mss. et edd. ante Junt. cum Græv. et Orell. *filii.* Pro vulg. *est* Ern. e conjectura cum Weiske et Schutz. edidit *esset.*—7 H S χ *Nihil enim.*—8 H χ omittunt *aliqua.* Pro *dissimilis* margo Crat. *similis;* et pro *quæ* χ *qui.* Deinde, H S χ *pervulgasset,* et paulo post *discretum;* sic etiam Pal. 2. 3. Gulielmius conjecit *secretum* legend. Garaton.

NOTÆ

[1] *Directo seni* [*decrepito seni*] 'Decrepitus senex,' ut Festus ait, 'est desperatus jam vita; ut crepusculum, extremum diei tempus: sive decrepitus dictus, quia, propter senectutem, nec movere se, nec ullum facere potest crepitum.' Scaliger vero in Conjectaneis senes ait dici decrepitos, translatione petita a lucernis, quæ decrepare dicuntur, cum expirantes crepitum edunt.

[m] *De via decessisse* [*discessisse*] De via discedere, metaphora est a viatoribus, qua significat se non a virtute aberravisse: probat autem, quia nullos sumtus, nullam jacturam bonorum fecit, nec mutuatus est ut debitum aliud dissolveret.

[n] *Fores effregit*] Verba sunt patris lenis erga filium, qualis describitur a Terentio in Adelph.

[o] *Sed si esset aliqua*] Præteritione Clodiæ mores describit.

[p] *Baias*] Baiæ lacus fuerunt in Romanorum hortis.

adolescentes, et parsimoniam patrum suis sumtibus sustentaret; si vidua libere,[10] proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret; adulterum[1] ego putarem, si quis hanc paulo liberius salutasset?

XVII. 39. Dicet aliquis, Hæc igitur est[2] tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? ob hanc causam tibi hunc puerum parens[3] commendavit et tradidit, ut in amore et voluptatibus[4] adolescentiam suam collocaret; et hanc[5] tu vitam atque hæc studia defenderes? Ego, si qui,[q] judices, hoc robore animi, atque hac indole virtutis ac continentiæ fuit, ut respueret omnes voluptates, omnemque vitæ suæ[6] cursum in labore corporis, atque in animi contentione conficeret;[d] quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non convivia[7] delectarent; nihil in vita expetendum putaret, nisi quod esset cum laude et cum dignitate conjunctum; hunc mea sententia divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto. [*p.* 46.] Ex hoc genere illos fuisse arbitror, Camillos,[8][r] Fabricios,[s] Curios,[t] omnesque eos, qui hæc ex minimis[u] tanta fecerunt.

[d] *Contereret.*

legi maluit *delectum.*—9 Pantagathus suspicabatur *balneas* legend.—10 χ *libera.*—1 χ ψ *adulterium.*

Cap. xvii. 2 Orell. e Taur. recepit *Hæc est igitur.*—3 Lamb. *parens tibi hunc puerum.*—4 *In amore atque in voluptate* C: *in amore atque in voluptatibus* Erf. Barb. *in amoribus atque in voluptatibus* Lamb. *in amore ac voluptatibus* Ven. 1480. Junt.—5 Orell. e Taur. recepit *et ut hanc.* In H χ deest *tu.* Postea, C ψ *defendes.* Tum, *si quis* T et edd. pleræque ante Grut. Denique, χ *atque indole:* Taur. *atque in hac indole.*—6 Junt. Lamb. *suæ vitæ.* H χ non agnoscunt præpositionem ante *animi.*—7 Taur. *convivium.* Mox, H S χ *cum laude et honore et dignitate.*—8 χ *arbitror cum illo Cam.* In Taur. legitur, *illos*

NOTÆ

[q] *Ego, si qui, &c.*] Optimum vitæ cursum describit.

[r] *Camillos*] Camillus ejectus in exilium a suis, succurrit ingratæ patriæ, cum urbs a Gallis esset occupata, et Capitolium obsessum. Plut. in ejus vita.

[s] *Fabricios*] Fabricius oblatum sibi a Pyrrho aurum repudiavit. Is in tanta paupertate vixit, ut decreto senatus, publicis sumtibus funus ejus curatum sit.

[t] *Curios*] Curius de Samnitibus triumphavit. Quaterna agri jugera populo viritim distribuit, totidem sibi deinde constituit, neminem esse existimans debere, cui non tantum sufficeret.

[u] *Qui hæc ex minimis, &c.*] Hi clari viri gloriam hujus urbis et populi

40. Verum hæc genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix jam in libris reperiuntur. Chartæ quoque, quæ illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt;[9] [x] neque solum apud nos, qui hanc sectam[10] [y] rationemque vitæ, re magis,[z] quam verbis, secuti sumus, sed etiam apud Græcos, doctissimos homines;[1] quibus, cum facere non possent, loqui tamen,[2] et scribere honeste et magnifice licebat. Alia quædam,[a] mutatis Græciæ temporibus, præcepta extiterunt. 41. Itaque alii voluptatis causa omnia[3] sapientes[b] facere dixerunt; neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt: alii[c] cum voluptate dignitatem conjungendam putaverunt, ut res maxime inter se repugnantes dicendi facultate conjungerent. Illud unum directum iter ad laudem cum labore[4] qui probaverunt, prope jam soli in scholis sunt relicti: multa enim nobis[5] blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita virtus conniveret:[e] [6] et interdum multas vias adolescentiæ lubricas[f] ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi[7] sine casu

[e] *Obruta assentiret.* [f] *Periculosas.*

Fabricios fuisse arbitror, Camillos, Curios. Voc. *eos* non est in H χ, neque *hæc* in H S χ ψ.—9 χ, Ald. Manut. Car. Steph. Verburg. *obsoluerunt:* ψ et edd. nonnullæ *absolverunt.*—10 ψ *septam.* Pro *vitæ re* χ *vita:* in Erf. *rationemque vitæ magis quam verba.*—1 ψ non habet *homines.*—2 χ *tum.* Postea, pro *alia* in H *aliqua.*—3 *Omnia* non est in χ.—4 *Ad laudem cum labore directum iter* Ven. 1483. Ald. Naug. Cam. Steph. Lamb. *cum labore ad laudem directum iter* Hervag. Deinde, *prope soli jam* Barb. Ven. 1483. Junt. Naug.—5 In χ deest *nobis.*—6 Edd. Lamb. *conviveret.* Garaton. suspicabatur legend. *conniveret interdum; et multas.*—7 Pro *ingredi* Erf. exhibet *attingere.* Pro *aut,* ante *prolapsione,* Taur. Lamb. et Orell. habent *ac.* Tum, *pro læsione* χ: *pro-*

NOTÆ

Romani tantum extulerunt.

[x] *Obsoleverunt*] Obsoleverunt, id est, ab usu recesserunt, et quasi defecerunt.

[y] *Qui hanc sectam*] Philosophicam nempe.

[z] *Re magis*] Romani factis virtutem professi sunt, at verbis tantum Græci, de qua solum magnifice scripserunt.

[a] *Alia quædam*] Mutatis antiquæ Græciæ temporibus, præcepta quædam, molliora scilicet et accommodata voluptatibus, data sunt.

[b] *Sapientes*] Epicureos philosophos denotat, qui virtutes famulari voluptati volebant.

[c] *Alii*] Stoicos philosophos intelligit, qui omnia ad virtutis normam dirigebant.

aliquo, aut prolapsione vix posset, et multarum rerum jucundissimarum varietatem dedit, qua non modò hæc ætas, sed etiam jam[8] corroborata caperetur. 42. Quamobrem si quem forte inveneritis, qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem; huic homini ego fortasse, et pauci, Deos propitios, plerique[9] autem iratos putabunt. XVIII. Ergo hæc deserta via[g] et inculta, atque interclusa[h] jam frondibus[10] et virgultis, relinquatur: detur aliquid ætati: sit adolescentia liberior: non omnia voluptatibus denegentur: non semper[1] superet vera illa et directa ratio: vincat aliquando cupiditas voluptasque rationem, dummodo illa in[2] hoc genere præscriptio moderatioque teneatur: parcat juventus pudicitiæ suæ; ne spoliet alienam; ne effundat patrimonium; ne fœnore trucidetur;[3] ne incurrat in alterius domum atque famam; ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat: ne quem vi terreat:[4] ne intersit insidiis; scelere careat: postremo, cum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, atque ad inanes[5] hasce adolescentiæ cupiditates; revocet se aliquando ad curam rei domesticæ, rei forensis, rei publicæ:[6] ut ea, quæ ratione antea non perspexerat, satietate abjecisse, experiendo contemsisse videatur.

43. Ac multi, et[7] nostra et patrum majorumque memoria, judices, summi homines, et clarissimi cives fuerunt, quorum

[g] *Ratio vivendi.* [h] *Impedita.*

læsione Erf. Gembl. Pal. 2. 3. 9. et Grut. Copulam ante *multarum* H et Lamb. omittunt.—8 In H et χ deest *jam*. Tum, ψ *caperet*.—9 χ *plerunque*. Deinde, H *putaverunt*: S *putarunt*: χ *putaverim*.

Cap. xviii. 10 Quidam, teste Orell., conjecit *fruticibus* legend. Mox, in Taur. *detur aliqui ludus ætati*.—1 χ *nam semper*. Mox, *directa via ac ratio* Lamb. 1566. ipso postea improbante.—2 χ omittit præpositionem. Tum, Erf. *perscriptio*.—3 χ *aliena*, et mox *ne fen. trucidet*. Erf. *ne inferiore trucidaretur*. Porro, *ne currat* (χ *incurrat*) *in alterius domum atque funum* χ et Erf. *ne incurrat in alterius domum ac familiam* e Ms. Memmian. recepit Schutz.—4 *Ne quem interreat* χ et Ms. Gruteri: *ne quem intereat* Pal. 9. *ne quem interimat* edd. vett. Mox, χ *scel. caruerit*.—5 Lamb. *atque inanes*. In T deest *inanes*.—6 Ms. Car. Steph. *reique publicæ*. Tum, χ *qua ratione*; et T, Junt. *prospexerat*.—7 *At multa et* χ: *At multi et* Ven. 1483. Junt. *Ac multi quidem*

cum adolescentiæ cupiditates defervissent,[i] [8] eximiæ virtutes, firmata jam ætate, extiterunt. Ex quibus neminem mihi necesse est nominare: vosmet vobiscum recordamini: nolo enim cujusquam fortis[d] atque illustris viri ne minimum[9] quidem erratum cum maxima laude conjungere. Quod si facere vellem, multi a me summi atque ornatissimi viri prædicarentur; quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries,[10] magnitudo æris alieni, sumtus, libidines, nominarentur: quæ multis postea virtutibus obtecta,[k] adolescentiæ, qui vellet, excusatione defenderet. XIX. 44. At vero in[1] M. Cœlio (dicam enim jam confidentius de studiis ejus honestis, quoniam[2] audeo quædam, fretus vestra sapientia, libere confiteri) nulla luxuries reperietur, nulli sumtus,[3] nullum æs alienum, nulla conviviorum ac lustrorum libido:[e] quod quidem vitium ventris et gutturis[4] non modo non minuit ætas hominibus, sed etiam auget. [*p.* 47.] Amores autem, et hæ deliciæ (quæ vocantur), quæ firmiore animo præditis diutius molestæ non solent esse, (mature enim et celeriter deflorescunt) nunquam hunc occupatum impeditumque tenuerunt. 45. Audistis, cum pro se diceret: audistis antea, cum accusaret:[f]

[i] *Refriguissent.* [k] *Obscurata.*

et Lamb.—8 *Deservissent* C T χ: *deferbuissent* H S et edd. vett. pleræque. Deinde, *virtutis* χ, Erf. et edd. ante Ald.—9 Pro *ne minimum* in χ *nemini.*—10 Erf. *luxuria.* Statim, *sumptus libidinis* Erf. et Mss. plerique Gruteriani, cum Lamb. Tum, T *nominantur:* Lamb. *numerarentur.* Pro *quæ* H S χ exhibent *hæc;* et pro *postea* χ *præterea.* Porro, H S *oblecta.* Pro *excusatione* χ habet *virtute.*

Cap. xix. 1 χ præpositionem omittit. In eodem Ms. desunt voces *enim jam.*—2 C H S T χ *quondam.* Pro *quædam,* quod in T deest, χ ψ habent *quodam.* Postea, χ non agnoscit *libere.*—3 C *reperitur;* et H S χ *nullus sumptus.* Mox, pro *lustrorum* in Mss. Lambini legitur *stuprorum.*—4 C T ψ, Erf. Pal. 1. 2. 4. 9. Gembl. Ms. Vict. *gurgitis.* Deinde, H χ *non imminuit ætas;* et C *sed auget,* sine *etiam.* Paulo post, pro *autem* in χ *enim,* et pro *quæ*

NOTÆ

[d] *Cujusquam fortis*] Catulum et Cæsarem forte intelligit, quorum multis vitiis junior ætas inquinata, virili claruerunt.

[e] *Lustrorum libido*] Lustra loca sunt, ubi turpiter ventri et voluptatibus ceteris indulgent.

[f] *Cum accusaret*] Cœlius Polam accusavit, ut jam in orationis argumento dictum est.

(defendendi hæc causa,[5] non gloriandi loquor:) genus orationis, facultatem, copiam sententiarum atque verborum, quæ vestra prudentia[6] est, perspexistis. Atque in eo non solum ingenium elucere ejus videbatis; quod sæpe, etiamsi industria non alitur, valet tamen[7] ipsum suis viribus: sed inerat (nisi me propter benevolentiam forte[8] fallebat) ratio, et bonis artibus instituta, et cura et vigiliis elaborata. Atque scitote, judices, eas cupiditates,[g] quæ objiciuntur Cœlio, atque hæc studia, de quibus disputo, non facile in eodem homine esse posse. Fieri enim[9] non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, sæpe nimia copia, inopia etiam nonnunquam[10] impeditus, hoc, quicquid est, quod nos facimus in dicendo, non modo agendo,[1] verum etiam cogitando possit sustinere. 46. An vos aliam causam esse ullam[2] putatis, cur, in tantis præmiis eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gratia,[3] tanto honore, tam sint pauci, semperque fuerint, qui in hoc labore versentur? Obterendæ[4] sunt omnes voluptates; relinquenda studia delectationis, judices, ludus, jocus, convivium, sermo est pæne familiarium[5] deserendus: quæ res in hoc genere[6] homines a labore studioque dicendi deterret; non, quo[l] aut ingenia deficiant, aut

[l] *Non quia.*

in C *quo.*—5 C ψ *def. hoc causa.* Tum, ψ, Rom. Ven. 1483. Junt. *eloquor.*—6 χ *quæ vera prud.*, et mox *At in eo.* Pro *in eo* H habet *meum.* Tum, χ *ing. ducere*, et C H S ψ *ejus videbatur.*—7 H *et si ind.* et χ *non aliter, valet tantum.* Pro *sed inerat* T *servierat* ; Lamb. *sed in eo erat.*—8 In H χ deest *forte.* Tum, H S et edd. ante Grut. *oratio.* Paulo post, Lamb. et Weiske *Atqui scitote.*—9 H χ non habent *enim.*—10 χ *nunquam.*—1 *In dic., quoquo modo agendo* C H S T χ ψ, Gembl. Pall. et Ms. Gruteri.—2 In H S χ deest *ullam.*—3 Ald. Crat. Hervag. *gloria.*—4 *Conterendæ* Pal. unus et margo Crat. *Omittendæ* C S ψ et edd. ante Grut. Mox, χ *studia dilectionis.* Mss. plerique et edd. ante Grut. omittunt *judices.*—5 *Sermo etiam pæne omnium fam.* Mss. pauci et edd. ante Lamb. qui dedit *sermo pæne omnis*, omisso *est.*—6 χ *Quare in hoc gen.* Pro verbis *homines a labore studioque dicendi* H S χ habent *labor conficiendi homines a studio.* Garatono suspectum est verbum *dicendi*, pro quo in Barb. et edd.

NOTÆ

[g] *Eas cupiditates*] Voluptates et libidines non possunt esse cum iis studiis quæ ad rhetoricam et eloquentiam pertinent.

doctrina puerilis.[h] 47. An hic, si sese isti vitæ dedisset, consularem [7] hominem [i] admodum adolescens in judicium vocavisset? hic, si laborem fugeret, si obstrictus voluptatibus teneretur, in hac acie [k] quotidie versaretur? appeteret inimicitias?[l] in judicium vocaret? subiret periculum capitis?[m] ipso [8] inspectante populo Romano,[n] tot menses aut de salute, aut de gloria dimicaret? XX. Nihil igitur illa vicinitas redolet?[o] nihil hominum fama? nihil Baiæ [p] denique ipsæ loquuntur? Illæ vero non loquuntur solum, verum etiam personant, huc [9] unius mulieris libidinem esse prolapsam,[m] ut ea non modo solitudinem ac tenebras atque hæc flagitiorum integumenta [n] [10] non quærat, sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate et clarissima luce lætetur.

48. Verum si quis est, qui etiam meretriciis amoribus interdictum juventuti putet; est ille quidem valde severus: negare non possum: sed abhorret non modo ab hujus [1] seculi licentia, verum etiam a majorum consuetudine, atque

[m] *Devenisse.* [n] *Occultationes.*

ante Junt. legitur *discendi.* Tum, Lamb. *non quod aut ing.*—7 ψ *consiliarem.*—8 C T ψ *ipse.* Mox, Lamb. solus *tot jam menses.*

Cap. XX. 9 H S χ ψ *hujus.* Mox, χ *ut non modo,* sine *ea.*—10 H S χ ψ et edd. ante Hervag. *tegumenta.* Pro *non quærat* ψ *quærat;* H S χ *requirat.*

NOTÆ

[h] *Doctrina puerilis*] Per doctrinam puerilem aut ipsas rhetoricæ præceptiones, vel ipsam grammaticam intelligit, quas necesse est a pueritia comparari, ut quis orator evadat.

[i] *Consularem hominem*] M. Antonium, qui Ciceronis in consulatu collega fuit, Cœlius vocavit in judicium.

[k] *In hac acie*] Id est, judiciis et causis forensibus: translatio a gladiatoribus.

[l] *Appeteret inimicitias*] Subibant accusatores potentium inimicitias, cum eos in judicium vocabant.

[m] *Subiret periculum capitis*] Subire capitis periculum dicitur accusator, qui calumniæ periculum subit, nam calumniæ damnatos sequitur infamia.

[n] *Ipso inspectante populo Romano*] In foro habebatur hoc judicium, ubi frequens adesse populus solebat.

[o] *Nihil igitur illa vicinitas redolet*] Id est, non debet venire in suspicionem libidinis Cœlius, cum vicinus Clodiæ in Palatio habitaverit?

[p] *Nihil Baiæ*] Navigationes in hortis cum Clodia.

concessis.[o] [2] Quando enim hoc factum non est? quando reprehensum? quando non permissum? quando denique fuit, ut, quod licet, non liceret? Hic ego jam rem definiam:[3] mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam.[4] [q] 49. Si quæ non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati, palamque sese in meretricia vita collocarit,[5] [r] virorum alienissimorum conviviis uti instituerit;[6] si hoc in urbe, si in hortis, si in Baiarum illa celebritate faciet; si denique ita sese geret,[7] non incessu solum, sed ornatu atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis,[8] navigatione, conviviis, ut non solum meretrix, sed etiam procax videatur;[9] cum hac si quis[10] adolescens forte fuerit, utrum hic tibi, L. Herenni,[s] adulter,[1] an amator, expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluisse videatur? 50. Obliviscor jam injurias, Clodia:[2] depono memoriam doloris mei: quæ abs te[t] crudeliter in meos,[3] me

[o] *Quæ conceduntur.*

—1 χ *ejus.* Pro *seculi,* quod in χ deest, H et S habent *ævi.*—2 Ern. conj. *concessu.* Mox, *non factum est* edd. pleræque ante Grut. cum Orell. *non factitatum* est Lamb. In χ deest negativa particula, sed habet q̄ *non reprehensum.*—3 χ *jam rem non diffiniam:* Hervag. Lamb. *rem jam definiam.*—4 χ *relinquamus.* Tum, edd. pleræque ante Grut. cum Orell. *Si qua.* Postea, C ψ et edd. ante Hervag. *patefaceret.*—5 χ *vitia,* et C T ψ ac edd. ante Hervag. *collocaret.*—6 C T ψ *institueret:* H S χ *decreverit.*—7 H S χ, Schutz. et Orell. *gerat.* Mox, H S χ *solo.*—8 Pro *aquis* Ern. conjecit *actis* legend.—9 *Non solum meretrix procaxque vid.* C H S T χ ψ, Erf. Pall. et edd. ante Junt. *non solum mer. sed etiam proterva procaxque vid.* Pal. 1. *non solum mer. sed etiam proterva meretrix vid.* Ms. Lamb. *non solum mer., sed etiam proterva meretrix procaxque vid.* dedit Orell.—10 C et Orell. *si qui.*—1 In H ψ non legitur *adulter.*—2 Lamb. Orell. *injurias tuas,* et C ψ *Clodiæ:* T *Clodio.*—

NOTÆ

[q] *In medio relinquam*] Unicuique permittit, ut de ea ad arbitrium suum judicet.

[r] *In meretricia vita collocarit*] Nemini mulieri quæstum suo corpore facere licuit, nisi quæ licentiam stupri apud ædiles vulgasset. Vide Tacitum sub fin. lib. II. Ann. Ea autem ipsis conditio imposita fuit, ut jure cederent et dignitate matronarum. Inducit autem exemplum hypotheticum, quo meretricem describit.

[s] *Herenni*] Herennius unus fuit ex accusatoribus Cœlii.

[t] *Quæ abs te*] Familia Ciceronis misere a Clodianis vexata est, cum ipse in exilium abiit. Vide orat. pro Domo, § 59.

absente, facta sunt, negligo. [*p.* 48.] Ne sint hæc in te dicta, quæ dixi: sed ex te ipsa requiro, quoniam et crimen accusatores abs te, et testem ejus criminis te ipsam dicunt se[4] habere: si qua mulier sit hujusmodi, qualem ego paulo ante descripsi, tui dissimilis,[5] [u] vita institutoque meretricio; cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse[6] rationis, num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur? Ea si tu non es, sicut ego malo; quid est, quod objiciant[7] Cœlio? sin eam te volunt esse; quid est, cur nos crimen hoc, si tu contemnis, pertimescamus? Quare nobis da viam[8] rationemque defensionis: nam aut pudor tuus defendet, nihil a M. Cœlio petulantius esse factum; aut impudentia et huic et ceteris magnam ad se defendendum facultatem[9] dabit.

XXI. 51. Sed quoniam emersisse jam e vadis,[10] [x] et scopulos prætervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Duo sunt enim crimina,[1] una in muliere, summorum facinorum: auri, quod sumtum a Clodia dicitur; et veneni, quod ejusdem Clodiæ necandæ causa parasse Cœlium criminantur.[2] Aurum sumsit, ut dicitis, quod L. Lucceii[y] servis daret, per quos[3] Alexandrinus Dio,[z] qui tum apud Lucceium habitabat, necaretur. Magnum crimen vel in legatis insidiandis,[4] vel in servis ad hospitem domini[5] necandum solicitandis; plenum sceleris

3 ψ *in modos.* Mox, χ *Nec sint.*—4 In H χ deest *se.* Verba *ejus criminis . . . mulier sit* non sunt in T. Pro *hujusmodi* Junt. et Lamb. habent *ejusmodi.* —5 χ, Erf. et margo Crat. *similis.* Tum, C ψ *meretricioque instituto.*—6 S *habuere:* χ *habere.* Mox, *flagitiosum* C H S T χ, Ven. 1483. Junt. Hervag. —7 C *objiciunt.* Deinde, χ *si ea te vol. esse: quid es: nos crimen, &c.*— 8 χ *veniam.*—9 *Et huic defendendi fac.* C H S T χ, Erf. Barb. et edd. ante Ald. Tum, H S *dedit.*

CAP. XXI. 10 C H S χ *jam evadens.*—1 χ *enim hæc crimina.*—2 χ *criminatur.*—3 H S χ *per quod.*—4 S χ *insidiantis:* Erf. *insidiantes.* Lamb. conjecit *violandis* legend.—5 *Domi* Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. cum Grut.—

NOTÆ

[u] *Tui dissimilis*] Ironice loquitur.

[x] *Emersisse e vadis*] Allegoria sumta a navigantibus.

[y] *Lucceii*] Lucceius ille fuit historicus, ad quem extat Ciceronis epistola.

[z] *Alexandrinus Dio*] De hoc dictum est § 23. not.

consilium, plenum audaciæ. 52. Quo quidem in crimine primum illud requiram, dixeritne Clodiæ, quam ad rem[6] aurum tum sumeret, an non dixerit. Si non dixit, cur dedit? si dixit, eodem se conscientiæ scelere devinxit.[7] Tune aurum ex armario tuo promere ausa es? tune Venerem illam[a] tuam spoliatricem[b] spoliare ornamentis? Ceterum[8] cum scires, quantum ad facinus aurum hoc quæreretur, ad necem legati,[9] ad L. Lucceii, sanctissimi hominis atque integerrimi, labem sceleris sempiterni;[10] huic facinori tanto tua mens liberalis conscia, tua domus popularis[c] ministra, tua denique hospitalis[d] illa[1] Venus, adjutrix esse non debuit. 53. Vidit hoc Balbus:[2] [e] celatam esse Clodiam dixit, atque ita Cœlium ad illam attulisse, se[3] ad ornatum ludorum aurum quærere. Si tam familiaris erat Clodiæ, quam tu esse vis, cum de libidine ejus tam multa dicis; dixit profecto, quo vellet[f] aurum. Si tam familiaris non erat, non dedit. Ita si verum tibi Cœlius dixit, o immoderata mulier! sciens tu aurum ad facinus dedisti: si non est ausus[4] dicere, non dedisti. XXII. Quid ego nunc argumentis huic crimini,[5] quæ sunt innumerabilia,

6 H S χ *ob rem.* Deinde, C *sumerat.* Ernesto atque Garatono suspectum erat *tum.* Weiske conjecit legend. *aurum mutuum sumeret.*—7 C *dejunxit.* Mox, χ *ausus es.*—8 Ms. Vict. *Ceterorum.* Pro *cum* H S χ habent *si.*—9 *Ad necem scilicet legati* C S T et edd. ante Hervag. cum Lamb. Pro *Lucceii* C *Luculli*; T *Lucullum*; ψ *Lucullii.*—10 Steph. Lamb. Weiske e conj. Pantagathi *sempiternam;* et sic volebat Ern.—1 In T deest *illa.*—2 T *hæc,* et χ *Balba.* In Barb. et Ven. 1483. *Balbus: facinori tantum cel.* ceteræ ante Grut. *facinoris tantum cel.*—3 Pro *te,* quod in T deest, ψ habet *sed.* Tum, Mss. Lambini *ornamentum.* Pro *quærere* T *quærendum.*—4 ψ *es ausus.*

Cap. XXII. 5 Verba *Quid . . . crimini* non sunt in T. In H S χ *isti cri-*

NOTÆ

a *Venerem illam*] Clodia simulacrum Veneris aureum habere dicebatur, quam ut meretrix et impudica mulier colebat.

b *Spoliatricem*] Spoliatricem appellat, quia Veneris auxilio multos adolescentes patrimonio Clodia spoliaverat.

c *Popularis*] Populare dicitur vel quod commune est populo, vel quod illi gratum est et jucundum.

d *Hospitalis*] Propter simulacrum quod in suis ædibus Clodia asservabat, hospitalis dicitur.

e *Vidit hoc Balbus*] Balbi testimonium allatum ab accusatoribus irritum facit.

f *Quo vellet*] In quem usum aurum illud insumere vellet, Cœlius Clodiæ diceret.

resistam? Possum dicere, mores M. Cœlii longissime a tanti sceleris atrocitate esse disjunctos: minime esse credendum, homini tam ingenioso, tamque prudenti, non venisse [6] in mentem, rem tanti sceleris ignotis alienisque servis non esse credendam. Possum etiam, illa [7] et ceterorum patronorum, et mea consuetudine, ab accusatore perquirere, ubi sit congressus [g] cum servis Lucceii Cœlius; qui ei fuerit [8] aditus. Si per se, qua temeritate? si per alium, per quem? Possum omnes latebras suspicionum peragrare [9] dicendo: non causa, non locus, non facultas, non conscius, non perficiendi, non occultandi maleficii spes, non ratio ulla, non vestigium maximi facinoris reperietur.[10] 54. Sed hæc, quæ sunt oratoris [1] propria (quæ mihi, non propter ingenium meum, sed propter hanc exercitationem usumque dicendi, fructum aliquem ferre possent,[2] cum a me ipso laborata proferri viderentur), brevitatis causa, relinquo omnia. Habeo enim, judices, quem vos socium vestræ religionis jurisque jurandi [h] facile esse patiamini,[3] L. Lucceium, sanctissimum hominem, et gravissimum testem; [*p.* 49.] qui tantum facinus in famam [4] atque fortunas suas neque non audisset illatum a Cœlio, neque neglexisset, neque tulisset. An ille vir, illa humanitate [5] præditus, illis studiis, artibus atque doctrina, illius ipsius periculum, quem propter hæc ipsa studia [6] [i] dilige-

mini.—6 H χ *nunquam venisse.* Pro *rem* χ habet *esse.* Postea, C H S T χ *credendum.*—7 H *illam.* In Erf. deest *ceterorum.*—8 χ *fuerat.* Mox, Pantagathus correxit *sin per alium.*—9 χ *peragere.*—10 H S *reperietis:* χ *reperiretur.*—1 χ *orationis.* Tum, H χ *quæ non propter ing., sed propter hanc exerc. meam.*—2 Ern. e conjectura, cum Weiske et Schutz. *possent:* ceteri *potuissent.* Pro *cum* χ habet *tum.* Deinde, Junt. Lamb. Weiske, Schutz. et Orell. *elaborata,* ut Ant. Augustinus volebat. Denique, χ *proferre.*—3 Edd. ante Grut. *patiemini.*—4 ψ *infamiam.*—5 C *humilitate.* Ante *artibus* Taur. Lamb. et Orell. addunt *illis.*—6 χ *propter hæc studia:* H *propter studia.*

NOTÆ

[g] *Ubi sit congressus*] Excutit omnes circumstantias tum a loco præcipue, et facultate; et falsa esse demonstrat, quæ Cœlio objecta sunt.

[h] *Juris jurandi*] Judices et testes jurabant, se nihil contra justitiam acturos, vel dicturos esse.

[i] *Hæc ipsa studia*] Humanitatis et eloquentiæ studia intelligit.

bat, negligere potuisset? et, quod facinus in alienum hominem[7] illatum severe acciperet,[p] id omisisset curare in hospite? quod per ignotos actum cum[8] comperisset, doleret, id a suis tentatum esse negligeret? quod in agris locisve[9] publicis factum reprehenderet, id in urbe ac suæ domi cœptum esse, leviter ferret? quod in alicujus agrestis periculo non prætermitteret,[10] id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis[k] dissimulandum putaret? 55. Sed cur[1] diutius vos, judices, teneo? ipsius jurati[q] religionem auctoritatemque percipite, atque omnia diligenter testimonii verba cognoscite. Recita testimonium Lucceii.[2] [l] (*Testimonium Lucceii.*) Quid expectatis amplius? an aliam[3] vocem putatis ipsam pro se causam et veritatem posse mittere?[4] Hæc est innocentiæ defensio, hæc ipsius causæ oratio, hæc una vox veritatis. In crimine ipso[5] nulla suspicio est, et in re nihil est argumenti:[r] in negotio, quod actum esse dicitur, nullum vestigium sermonis, loci, temporis: nemo testis, nemo conscius nominatur: totum crimen profertur[6] ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinorosa, ex libidinosa domo:[m] domus autem illa,[n] quæ

[p] *Animadverteret.* [q] *Testis.* [r] *Nulla est probatio.*

—7 S *in alieno homine:* H χ *alieno homini.* Mox, Orell. e Taur. recepit *in hospitem.*—8 Pro *cum*, quod in χ deest, Orell. e Taur. et Mss. Lambini edidit *quod.* Deinde, χ et Erf. *competisset.* Postea, Taur. *a suis servis*, et Erf. *temptavit negligere;* unde Græv. delevit *esse.*—9 Taur. *locisque.* Mox, Taur. et Lamb. *domi suæ.* Pro *cœptum* Ern. conjecit *cœptatum* legend. Tum, H S χ, Erf. et al. *leniter.*—10 H S χ ψ *postmitteret;* C *postimeret*, cum asterisco.—1 C non habet *cur.*—2 Erf. *testimonium verba recognoscite:* H et Taur. cum Orell. *Recita test. L. Lucceii.* Voces *verba cognoscite* non sunt in T. In Mss. nonnullis desunt verba *Testimonium Lucceii*, quæ Orell. uncis includit.—3 Ern. e conjectura cum Schutz. *aliam vocem:* ceteri *aliquam vocem.* —4 χ *summittere.*—5 H *illo.* Orell. auctoritate Taur. et H delevit copulam ante voces *in re.* Pro *re* C χ ψ habent *rem.*—6 In H et S deest *profertur.*

NOTÆ

[k] *Doctissimi hominis*] Dio, legatus Alexandrinus, omni eruditione florebat.

[l] *Recita testimonium Lucceii*] Aberat ab hoc judicio Lucceius, sed testimonium suum misit, quod a scriba recitatum est.

[m] *Libidinosa domo*] Loquitur de domo Clodii, ex qua verum testimonium proferri non potest, quia infamis est, et libidinosa.

[n] *Domus autem illa*] Lucceii domus,

tentata scelere[o] isto nefario dicitur, plena est integritatis, officii,[7] religionis: ex qua domo recitatur vobis jurejurando devincta auctoritas;[8] ut res minime dubitanda in contentione ponatur, utrum temeraria, procax, irata mulier finxisse crimen, an gravis, sapiens, moderatusque vir religiose testimonium dixisse videatur.

XXIII. 56. Reliquum est igitur crimen de veneno; cujus ego neque principium[9] invenire, neque evolvere exitum possum. Quæ fuit enim causa, quamobrem isti mulieri venenum[10] vellet dare Cœlius? Ne aurum redderet? num petivit? Ne crimen hæreret?[s] num quis objecit? num quis denique fecisset mentionem, si hic nemini[1] nomen detulisset?[p] Quin etiam Herennium dicere audistis, verbo se molestum non futurum fuisse[2] Cœlio, nisi iterum eadem de re, suo familiari absoluto,[q] nomen hic detulisset. Credibile est igitur, tantum facinus nullam ob causam[3] esse commissum? et vos non videtis, fingi sceleris maximi crimen, ut alterius causa sceleris suscipiendi fuisse videatur? 57. Cui denique commisit?[r] quo adjutore usus est? quo

[s] *Accusaretur illius criminis.*

Tum, C T *ex inimici.* Verba *ex libidinosa* absunt a C χ. Statim, H *domus illa:* Erf. *domus enim illa.* In Taur. *quæ temptata esse scelere.*—7 Orell. e Taur. recepit *integritatis, dignitatis, officii.*—8 C *dejuncta auct.* Mox, Manut. Steph. Lamb. *dubia, tamen in contentione.*

Cap. XXIII. 9 Taur. *nec princ.* Deinde, C H S T *volvere:* χ ψ *videre.* —10 In T deest *venenum.* Tum, *dare vellet* Taur. qui postea exhibet *ne crimen haberet.*—1 *Nullius* Taur. *neminis* Rom. Ven. 1480. 1483. Mox, ante *Herennium* Lamb. et Orell. addunt prænomen *L.*—2 χ et Taur. omittunt *fuisse.* Mox, Pantagathus correxit *sui familiaris absoluti.*—3 Al. *ob nullam causam.*

NOTÆ

cum plena sit integritatis, inde prolatum testimonium valere debet.

[o] *Scelere*] In illa Lucceii domo dicebatur interfectus fuisse Dio, princeps Alexandrinæ legationis.

[p] *Nomen detulisset*] Deferre nomen, non est proprie accusare; sed apud magistratum et judicem, de aliquo crimine ante accusationem denuntiare, et alium in capitis discrimen rapere.

[q] *Familiari absoluto*] Polam Atratinum intelligit, de quo vide argumentum orationis.

[r] *Cui denique commisit*] Affert Cicero omnes circumstantias, quibus probet Cœlium veneni crimen non admisisse. A personis exorditur, ac a servis Clodiæ, quibus committere tuto illud facinus non potuit, quia liberius in illa domo, plena libidinis, vivebant.

socio? quo conscio?[4] cui tantum facinus, cui se, cui salutem suam credidit? Servisne[5] mulieris? sic enim objectum est. Et erat tam demens hic, (cui vos ingenium certe tribuitis,[6] etiamsi cetera inimica oratione detrahitis) ut omnes suas fortunas alienis servis committeret? At quibus servis? refert enim magnopere id ipsum: hisne,[7] quos intelligebat non communi conditione servitutis uti, sed[8] licentius, liberius, familiarius, cum domina vivere? Quis enim hoc non videt, judices? aut quis hoc ignorat,[9] in ejusmodi domo, in qua materfamilias meretricio more vivat, in qua nihil geratur, quod foras[10] proferendum sit, in qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia atque flagitia versentur; hic servos non esse servos? quibus omnia committantur? per quos gerantur?[1] qui versentur iisdem in voluptatibus? quibus occulta credantur? ad quos aliquantum[2] etiam ex quotidianis sumtibus ac luxuria redundet? 58. Id igitur Cœlius non videbat? Si enim tam[3] familiaris erat mulieris, quam vos vultis; istos quoque servos familiares esse dominæ sciebat. [*p.* 50.] Sin ei tanta consuetudo, quanta a vobis inducitur, non erat; quæ cum servis potuit familiaritas esse tanta? XXIV. Ipsius autem veneni quæ ratio fingitur? ubi quæsitum est?[s] quemadmodum paratum? quo pacto? cui, quo in loco, traditum? Habuisse aiunt domi, vimque ejus esse expertum in servo quodam, ad rem ipsam[4] parato; cujus per-

—4 H *consilio:* in χ deest. T non habet *cui* ante *salutem.*—5 χ *Servusne.* —6 H S *cui jam vos ing. certe tribuistis.*—7 Lamb. et Orell. *iisne.*—8 Pro *uti sed* C H S T *ut esset;* χ *ut essent.*—9 C H T χ *aut quis ign.* et H *in ejus domo.* —10 *Foras* non est in H et Erf. Tum, χ *prof. non sit.* Pro *lustra* C χ *illustria;* ψ *illustra*, et paulo post *luxurie.* Pro *omnia* C S ψ *somnia;* et pro *inaudita* ψ *in audacia.*—1 Lamb. *per quos omnia ger.* Pro *qui* in S T *quæ.* Deinde, T *versantur iisdem volupt.*—2 H S *aliquantulum.* Mox, *luxurie* H S χ ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. et Orell. Verba, *ad quos aliquantum . . . . redundet* in C desunt.—3 C χ *jam:* T omittit.

Cap. xxiv. 4 Schutzius e conjectura Ernesti recepit *ad rem istam.* Mox,

NOTÆ

[s] *Ubi quæsitum est*] Probat non parasse Cœlium venenum, a circumstantiis loci et auxiliorum.

celeri interitu[t] esse ab hoc comprobatum venenum. 59. Pro Dii immortales![5 t] cur interdum in hominum sceleribus maximis aut connivetis, aut præsentis fraudis pœnas in diem reservatis? Vidi enim, vidi, et illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cum Q. Metellus abstraheretur[u] e sinu gremioque patriæ,[6] cumque ille vir, qui se natum huic imperio putavit, tertio die post, quam in curia, quam in Rostris, quam in republica[7] floruisset, integerrima ætate, optimo habitu,[u] maximis viribus, eriperetur indignissime bonis omnibus, atque universæ civitati. Quo quidem tempore ille, moriens, cum jam ceteris ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam reipublicæ reservabat;[8] cum me intuens flentem significabat interruptis atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella urbi,[9] quanta tempestas civitati: et cum parietem sæpe feriens eum, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, crebro Catulum, sæpe me, sæpissime rempublicam[10] nominabat; ut non tam, se emori, quam spoliari suo præsidio cum patriam, tum[1] etiam me, doleret. 60. Quem quidem virum si nulla vis repentini sceleris sustulisset; quonam modo ille furenti fratri suo patrueli[x] consularis restitisset,

[t] *Morte subita.* [u] *Optima sanitate.*

Erf. *cujus per sceleris interitum*, et ψ *esset.*—5 C T *Proh, o Dii imm.* Erf. *Per Deos imm.* Mox, in H deest *aut* ante *connivetis.* Tum, ψ *præsentibus*, et χ ψ *pœnam.* In Mss. ap. Garaton. legitur, *O Dii imm., cur in max. sceleribus aut connivetis interdum, aut præsentis, &c.* In ed. Maii Rom. omittuntur verba *cur interdum . . . aut connivetis.*—6 H S χ *extraheretur;* et C T χ ψ *e sinu, e gremioque patriæ.*—7 Edd. vett. nonnullæ, *quam in curia, in rostris, in rep.*—8 *Revocabat* ediderunt Lall. et Schutz. e Ms. ap. Philipp. Rubenium Elect. l. IX.—9 Quidam ap. eundem l. XII. *sibi*, unde ipse conjecit *urbi* legend. Ante *cum parietem* H S inserunt *vidi.*—10 ψ *resp.*—1 C *tum patriam, cum.*—

NOTÆ

[t] *Pro Dii immortales*] Vehementi exclamatione a proposito digressus in Clodiam invehitur, quæ audeat veneni Cœlium insimulare, cum ipsa venerit in suspicionem veneno maritum sustulisse; cujus ipse laudes mire prosequitur.

[u] *Metellus abstraheretur*] Propter Metellum sublatum ab uxore Clodia, ipsa dicta est Clytæmnestra, ut ait Fabius VIII. 6. quod ut illa ferro virum suum Agamemnonem, sic ista Metellum veneno interfecerit.

[x] *Fratri suo patrueli*] Significat Q.

qui consul[2] incipientem furere atque conantem, sua se manu interfecturum, audiente senatu, dixerit?[3] Ex hac igitur domo progressa ista mulier, de veneni celeritate dicere audebit? Nonne ipsam[4] domum metuet, ne quam vocem eliciat? non parietes conscios, non noctem illam[5] funestam ac luctuosam perhorrescet? Sed revertar ad crimen: etenim[6] hæc facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio et vocem meam fletu debilitavit et mentem dolore[7] impedivit.

XXV. 61. Sed tamen venenum unde fuerit,[y] quemadmodum paratum sit, non dicitur. Datum esse hoc aiunt P. Licinio, pudenti[x][8] adolescenti et bono, Cœlii familiari: constitutum factum[9] esse cum servis,[z] ut venirent ad balneas Senias:[10][a] eodem Licinium esse venturum, atque iis[1] veneni pyxidem[b] traditurum. Hic primum illud requiro; quid attinuerit[2] illud ferri in eum locum [constitutum];

[x] *Verecundo.*

2 Mss. nonnulli et edd. vett. *consulari rest., qui consulem;* unde vir quidam ap. Lamb. suspicabatur legend. *consularis rest., qui consule.*—3 H S χ *dixit.* —4 Orell. e conjectura Garatoni recepit *Non ipsam.* Mox, Mss. pauci cum Schutz. *ejiciat.* Ms. ap. Lamb. *eliciet.* Weiske conjecit legend. *ipsa domo . . . eliciat.*—5 H S χ *aliam.* Tum, T *perhorresceret.*—6 T *Si enim:* omnes alii Mss. et edd. ante Grut. cum Weiske et Orell. *Sed enim.*—7 ψ *fictu debil.* et Ms. ap. Græv. *mentis dol.*

Cap. xxv. 8 T *prudenti.*—9 Hervag. et Lamb. omittunt *factum.* In Erf. deest *cum.*—10 *Senas* H χ: *Xenias* edd. ante Grut. cum Oliv.—1 C *his:* H S χ *eidem.* Tum, χ *pyssidem.*—2 χ *quod att.* In C T, Barb. et Ms. Car. Steph. deest *illud.* Pro *ferri* Mss. plerique et edd. vett. paucæ habent *fieri.* Schutzius de sententia Ernesti delevit *constitutum.* Postea, H S χ omittunt

NOTÆ

Cæcilium Metellum Nepotem consularem; nam is consul cum P. Cornelio Lentulo fuit A. U. C. 697. 'Patrueles fratres vel sorores sunt,' ait Caius, 'qui quæve ex duobus fratribus progenerantur.'

[y] *Unde fuerit*] Unde sit sumtum illud venenum, dici non potest.

[z] *Constitutum cum servis*] Verbum istud 'constitutum' est verbum juris, cum et dies et locus inter quosdam præstitutus est, in quem conveniant.

[a] *Balneas Senias* [*Xenias*] Balneæ Xeniæ solis peregrinis concedebantur. Xeniæ autem quasi hospitales dictæ sunt.

[b] *Pyxidem*] Pyxis vasculum est, in quo unguenta, et res ejusmodi, asservabantur; ἀπὸ τῆς πύξου, hoc est *buxo,* sic dicta, quod primum ex illa arbore pyxides confectæ sint.

cur illi servi non ad Cœlium domum venerint.[3] Si manebat[y] tanta illa consuetudo Cœlii cum Clodia, tantaque familiaritas, quid suspicionis esset, si apud Cœlium mulieris servus visus esset? Sin autem jam[4] suberat simultas, exstincta erat consuetudo, discidium extiterat; hinc illæ lacrymæ[c] nimirum, et hæc causa est horum[5] omnium scelerum atque criminum. 62. Immo, inquit, cum servi ad dominam rem istam, et maleficium Cœlii detulissent, mulier ingeniosa præcepit suis, ut[6] omnia Cœlio pollicerentur:[d] sed, ut venenum, cum a Licinio traderetur, manifesto comprehendi posset, constitui locum[7] jussit, balneas Senias, ut eo mitteret amicos, qui delitescerent; deinde[8] repente, cum venisset Licinius, ut venenum traderet, prosilirent, hominemque comprehenderent. XXVI. Quæ quidem omnia, judices, perfacilem rationem habent reprehendendi.[z] Cur enim balneas publicas potissimum[9] constituerat? in quibus non invenio, quæ latebra togatis hominibus[e] esse possit. Nam si essent in vestibulo[f] balnearum; non la-

[y] *Erat.* [z] *Possunt facile refutari.*

servi: H χ *non* quoque carent.—3 C *venerunt:* χ et Erf. *venirent:* H *non venirent. Si manebant tanta, &c.* Pro *consuetudo Cœlii* χ habet *familiaritas.* In Erf. Rom. Ven. 1483. Naug. Cam. legitur, *Si manebat tanta illa cons. Cœlii, tanta famil. cum Clodia.* Deinde, Erf. *quid suspicio non esset.*—4 C ψ, Erf. Barb. Ven. 1480. Junt. et Orell. *jamjam.*—5 In T deest *horum.*—6 C T χ ψ carent *ut* ante *omnia.* Tum, in T *pollicerent.* Porro, H et Erf. *sed venenum:* Car. Steph. et Lamb. *et ut ven.* Paulo post, H S χ *ut manifesto.*—7 Schutzius de suspicione Ernesti delevit *locum.* 'Cur non potius del. *balneas Senias?*' Garaton.—8 Lamb. e Mss. recepit *dein,* et mox *venenumque.* Sex Oxonn. Mss. et edd. ante Hervag. cum Orell. omittunt *ut* ante *venenum.* Tum, in T legitur *traderent.*

CAP. XXVI. 9 Junt. Lamb. *potiss. baln. publ.* Postea, ψ et Lamb. *posset:* H

NOTÆ

[c] *Hinc illæ lacrymæ*] Causam aperit unde ita exarserit in Cœlium Clodia; ut adduceret eum in suspicionem veneni, quod nempe ab illa recesserat.

[d] *Omnia Cœlio pollicerentur*] Voluit Clodia ut servi pollicerentur Cœlio suam operam, ad dominam suam Clodiam interficiendam.

[e] *Togatis hominibus*] Qui toga vestiuntur.

[f] *In vestibulo*] Vestibulum non erat in ipsis ædibus, nec pars ædium; sed locus ante januam vacuus, areaque, per quam a via publica accessus erat ad ædes. Hic autem locus erat statio salutatorum.

terent: sin se in intimum conjicere vellent; [*p.* 51.] nec satis commode, calceati et vestiti id facere possent; et fortasse non reciperentur:[10] nisi forte mulier potens quadrantaria[g] illa permutatione[1] familiaris facta erat balneatori. 63. Atque equidem vehementer expectabam, quinam[2] isti viri boni,[h] testes hujus manifesto deprehensi veneni dicerentur: nulli enim sunt adhuc nominati: sed non dubito, quin sint pergraves,[i] qui primum sint talis fœminæ[3] familiares; deinde eam provinciam susceperint, ut in balneas contruderentur:[a][4] quod illa, nisi a viris honestissimis[k] ac plenissimis dignitatis, quam velit, sit potens,[b] nunquam impetravisset. Sed quid ego de dignitate istorum testium loquor? virtutem eorum diligentiamque cognoscite. In balneis delituerunt. Testes egregios! deinde[5] temere prosiluerunt. Homines gravitati deditos! sic enim fingunt, cum Licinius venisset,[6] pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nondum tradidisset, tum[7] repente evolasse[l] istos præclaros testes sine nomine: Licinium[8] autem, cum jam

[a] *Conjicerentur.*
[b] *Quantamcunque habeat potestatem.*

S T χ *latebræ* ... *possent*. Pro *Nam* C habet *Non*.—10 C *reciperetur*.—1 C *permustatione*: T *permisticatione*: Pantag. correxit *pensitatione*, quod postea mutavit in *permulsatione*. Tum, T *facta erit baln.* et Erf. *Atque quidem vehementer*.—2 C H ψ *quidnam*, et paulo post C *dicerent*.—3 C T *tali feminæ*.—4 Ms. Lamb. *conducerentur*. Mox 'Erf. *quam velint, potens*. Forte, *quamvis potens*.' Græv.—5 Lamb. e Mss. *Dein*. Tum, χ *persiluerunt*: al. *prosilierunt*. Pro *gravitati deditos* Ms. Vict. et Car. Steph. habent *temperantes*; unde Lamb. conjecit *intemperantes*.—6 C *Licinium*, et H *veniret*.—7 In C T ψ deest *tum*.—8 Post *Licinium* H χ addunt *hunc*. Mox, χ et Erf. *ad trahendam pyx*. Manut. *ad transdendum pyx*. Lall.

NOTÆ

[g] *Quadrantaria*] Teste Plutarcho in Cicerone, Clodia Quadrantaria appellata fuit, a quadrante, exiguo numismate, quod adolescens quidam, qui eam deperibat, pro aureis nummis in loculos ejus conjecerat. Quadrans autem quartam partem assis valebat; quod monetæ pretium ab ingredientibus balneum balneatori seu balnearum magistro persolvebatur. Quadrantariam autem hic Clodiam appellavit per contemtum, ut turpe familiaritatis ejus cum balneatore commercium ostenderet.

[h] *Isti viri boni*] Ironia.

[i] *Sint pergraves*] Ironia.

[k] *Honestissimis*] Perseverat in ironia.

[l] *Evolasse*] Id est, ex insidiis apparuisse.

manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse, atque illo repentino hominum[9] impetu se in fugam conjecisse. O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias, facile se per se ipsa[10] defendat! XXVII. 64. Verum[1] hæc tota fabella[m] veteris et plurimarum fabularum poëtriæ,[n] quam est sine argumento! quam nullum invenire exitum potest! Quid enim isti tot viri?[2] (nam necesse est[3] fuisse non paucos, ut et comprehendi Licinius facile posset, et res multorum oculis esset testatior) cur Licinium de manibus amiserunt?[4] qui minus enim Licinius comprehendi potuit, cum se retraxit, ne pyxidem traderet,[5] quam si non retraxisset?[6] erant enim illi positi, ut comprehenderent Licinium; ut manifesto Licinius teneretur,[7] aut cum retineret venenum, aut cum tradidisset. Hoc fuit totum consilium mulieris, hæc istorum provincia, qui rogati sunt:[o] quos quidem tu quamobrem temere prosiluisse dicas, atque ante tempus, non reperio.[8] Fuerant hoc rogati: fuerant ad hanc rem collocati, ut venenum, ut insidiæ, facinus denique ipsum ut manifesto[9] comprehenderetur. 65. Potueruntne meliori[c] tempore prosilire, quam cum Licinius venisset?

[c] *Commodiori.*

et al. *ad tradendam pyx.*—9 C H S T χ, Junt. *omnium.*—10 Edd. pleræque *per se ipsam.* Weiske dedit *facile per se ipsam defendat verum! Hæc, &c.*
CAP. XXVII. 1 Pro *Verum* C S T *Velut;* χ *Ut:* in H deest. Mox, C H T ψ *poëtria.*—2 Lamb. Garaton. Schutz. et Orell. sic distinguunt, *Quid enim? isti tot viri.*—3 In χ non legitur *est.*—4 *Cur Lic. amiserunt* Erf. *cur Lic. manibus emis.* Franc. *cur Lic. manibus amiserunt* ed. pr. Mox, pro *enim,* quod in T deest, H S habent *hic;* χ *hæc.*—5 ψ *traheret.*—6 Erf. Franc. Ms. Paris. cum Græv. Lall. et Orell. *quam si tradidisset.* H S χ quoque omittunt negativam particulam. Pro *quam si non* C habet *quasi,* et pro *retraxisset* χ *tradidisset;* H S χ et ed. Med. *extraxisset.* Ceteri ut Ern.—7 ψ *traderetur.* —8 C T ψ, Barb. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Ald. *invenio.* Pro *Fuerant* Mss. nonnulli *Fuerunt.* Ante *hoc* nonnulli addunt *ad.* Pro *hoc* S χ habent *enim.* Tum, C H S T *fuerunt.*—9 T *manifeste.* Mox, H χ *Potuerunt,* et C T ψ

NOTÆ

[m] *Verum hæc tota fabella*] Aggreditur jam ostendere quam inique superior illa narratio conficta sit.

[n] *Poëtriæ*] Clodiam poëtriam appellat, quæ sæpe in mendaciis fingendis versata est.

[o] *Qui rogati sunt*] A Clodia videlicet rogati sunt.

cum in manu teneret veneni pyxidem? quæ si cum[10] jam erat tradita servis, evasissent subito ex balneis mulieris amici, Liciniumque comprehendissent; imploraret hominum[1] fidem, atque a se illam pyxidem traditam pernegaret. Quem quomodo illi reprehenderent?[2] [p] vidisse se dicerent? primum ad se revocarent maximi facinoris crimen:[d] deinde id se vidisse[3] dicerent, quod, quo loco collocati fuerant,[e] non potuissent videre. Tempore igitur ipso se ostenderunt,[4] cum[f] Licinius venisset, pyxidem expediret, manum porrigeret, venenum traderet.[5] Mimi[q] ergo est jam exitus, non fabulæ:[g] in quo cum clausula non invenitur,[6] [r] fugit aliquis e manibus: deinde scabilla[7] concrepant,[s] aulæum tollitur.[t] XXVIII. 66. Quæro enim, cur Licinium titubantem, hæsitantem,[8] cedentem, fugere conantem, mulieraria manus[u] ista de manibus emiserit: cur non comprehende-

[d] *Facerent se reos illius maximi facinoris.* [e] *Ex loco quo positi fuissent.* [f] *Quo.* [g] *Comœdiæ.*

meliori magis tempore.—10 C H S T ψ non habent *cum.* Mox, in C deest *evasissent.* Schutzius e conjectura Ernesti dedit *qui si cum jam . . . ex balneis, Liciniumque,* deletis vocibus *mulieris amici.*—1 C H S T χ, Erf. Franc. ed. pr. *omnium.*—2 H χ et Erf. *comprehenderent.*—3 H S χ ψ *deinde ipsi vidisse;* sic etiam Erf. qui post *vidisse* addit *se.*—4 C H S ψ *ostenderent.*—5 Pro *traderet* H χ *daret.* Tum, H *Mimmi:* T *Nummi.* Pro *jam* in C ψ legitur *etiam.*—6 C ψ *inveniretur.*—7 Al. *scabella concr.* T *scabella non concr.* Deinde, H S χ *aulæa tolluntur.*

NOTÆ

[p] *Quomodo illi reprehenderent*] Id est, quomodo eum dedisse hanc pyxidem veneno plenam arguerent?

[q] *Mimi*] Sumitur 'mimus' pro actione histrionica, turpissimorum facinorum imitatrice. Unde Ovidius, 'Scribere si fas est imitantes turpia mimos.' Horum autem nulla erat clausula, ut in comœdiis, sed abrumpi strepitu et tumultu aliquo solebant.

[r] *Clausula non invenitur*] Clausula finis est et conclusio alicujus materiæ. Ita Cicero in Philipp. XIII. 'Veniamus aliquando ad clausulam.'

[s] *Scabilla concrepant*] Id est, scabilla, in quibus sedent spectatores, pulsantur. Putant alii cum Salmasio scabillum fuisse ligneum instrumentum scabilli instar, quod ab histrionibus ad numerum pede pulsabatur, cum solea lignea vel ferrea, ut major crepitus ederetur.

[t] *Aulæum tollitur*] Aulæa tapetia erant, quibus scenæ ornabantur.

[u] *Mulieraria manus*] Designat istam mollem et effœminatam amicorum Clodiæ catervam.

rint:[9] cur non ipsius confessione, multorum oculis, facinoris denique voce, tanti sceleris crimen expresserint?[h] an timebant, ne[10] tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent?

Nullum argumentum in re, nulla suspicio in causa, nullus exitus criminis reperitur.[1] Itaque hæc causa, ab argumentis, a conjectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est. Quos quidem ego testes,[2] judices, non modo sine ullo timore, sed etiam cum aliqua spe delectationis[3] expecto. 67. Prægestit animus[x] jam videre, primum lautos[i] juvenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares: deinde fortes[y] viros, ab imperatrice[z] in insidiis atque in præsidio balnearum locatos:[4] [*p.* 52.] ex quibus requiram, quonam modo latuerint, aut ubi; alveusne ille,[a] an equus Trojanus[b] fuerit, qui tot invictos viros, muliebre bellum[c] gerentes, tulerit ac texerit. Illud vero respondere cogam, cur tot viri ac tales, hunc et unum, et tam imbecillum, quam videtis,[5] non aut stantem comprehenderint, aut fugientem consecuti sint: qui se[6] nunquam

[h] *Extorserint.* [i] *Elegantes.*

CAP. XXVIII. 8 ψ *exitantem.* Mox, H S χ ψ *muliebria.*—9 Erf. *prehenderint.* Lamb. *comprehenderit . . . expresserit.* Deinde, *confessionem* C H S T χ, Ven. 1483. Hervag.—10 H χ carent *ne.*—1 Ern. e conjectura, cum Schutz. *reperitur:* ceteri *reperietur.*—2 H χ *deducta est;* et ψ *Quos quidem ego vidi testis.*—3 ψ *delectionis.*—4 H S χ *collocatos.* Mox, Taur. *quemadmodum latuerint.*—5 C T ψ *quem vid.*—6 H S χ carent *se.* Mox, Taur. Junt. Lamb. *in*

NOTÆ

[x] *Prægestit animus*] 'Gestire' est gestus edere, qui animi affectum indicent.

[y] *Fortes*] Ironia.

[z] *Imperatrice*] Clodiam imperatricem vocat, quia ubique servos disposuerat.

[a] *Alveusne ille*] Alveus locus est concavus, per quem rivi et flumina profluunt. Hic tamen videtur intelligi labrum balnearum.

[b] *Equus Trojanus*] Cum Græci urbem Trojam capere non possent, Epeus equum ligneum ingenti magnitudine confecit, qui fraude Sinonis in urbem invectus est; unde eo inclusi Græci erumpentes, urbem ceperunt. Vide Æneid. l. II. Ridet hic Cicero consilium adversariorum, qui ita se abdiderunt, ut Licinium comprehenderent.

[c] *Muliebre bellum*] Respicit iterum ad Græcos, qui propter raptam Helenam, bellum Trojanis intulere.

profecto, si istum in locum processerint, explicabunt; quam volent in conviviis[7] faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diserti, sint. Alia fori[8] vis est, alia triclinii;[d] alia subselliorum[e] ratio, alia lectorum; non idem judicum comessatorumque conspectus:[9] lux denique longe alia est solis,[f] et[10] lychnorum. Quamobrem excutiemus[k] omnes istorum delicias, omnes ineptias, si prodierint. Sed, si me audiant,[1] navent aliam operam,[g] aliam ineant gratiam, in aliis se rebus ostentent: vigeant[2] apud istam mulierem venustate:[l] dominentur sumtibus:[h] hæreant, jaceant,[i] deserviant:[3] capiti vero innocentis et fortunis parcant.

XXIX. 68. At sunt servi[4][k] illi, de cognatorum sententia, nobilissimorum et clarissimorum hominum, manumissi.[l] Tandem aliquid invenimus,[5] quod ista mulier, de

[k] *Scrutabimur.* [l] *Gratiosi sint isti mulieri.*

istum locum.—7 Erf. *quam in conv.* Taur. *quamvis in conv.*—8 C *foris*, et mox *triclivii.*—9 Junt. *consessus.*—10 Pro *et*, Taur. Lamb. Orell. habent *ac;* H χ *alia.*—1 *Sed me aud.* C T ψ: *Sed aud.* H χ: *Si me aud.* Erf.—2 Pro *vigeant* χ *audeant;* et pro *venustate* H S χ *venuste.*—3 Lamb. *adjaceant*, et H S χ ac edd. vett. *serviant.* Mox, Taur. et Ms. Car. Steph. *fortunisque.*

NOTÆ

[d] *Triclinii*] Triclinium cœnaculum est, a tribus lectis, qui sternebantur, nuncupatum. Veteres enim illi, qui jacendo cœnabant, tres mensas seu lectos adhibebant.

[e] *Subselliorum*] Subsellia hic pro judiciis ponuntur, quia judices in aliis, in aliis rei, in aliis patroni et oratores sedebant.

[f] *Lux alia solis*] Judicia exercebantur sub dio in rostris. Contra vero convivia in cœnaculis ad faces celebrabantur.

[g] *Navent aliam operam*] Alterius sibi quam Clodiæ gratiam mercari debent; aut in rebus aliis amicitiam sibi Clodiæ conciliare.

[h] *Dominentur sumtibus*] Id est, ejus gratiam sumtibus et muneribus aucupentur.

[i] *Hæreant, jaceant*] Eam semper comitentur, eique assideant ubique.

[k] *At sunt servi, &c.*] Occurrit objectioni Cicero, nempe auctoritate et consilio cognatorum Clodiæ, in fidei suæ mercedem, a domina manumissos fuisse.

[l] *Manumissi*] Non licebat mulieribus servos manumittere apud Romanos sine cognatorum sententia. Manumissi autem fuerant, ne de iis quæstio haberetur, quia liberi apud Romanos non torquebantur, ut ex Cicerone patet in Partitionibus.

suorum propinquorum, fortissimorum virorum, sententia atque auctoritate, fecisse dicatur.[6] Sed scire cupio, quid habeat argumenti[m] ista manumissio; in qua aut crimen est Cœlio quæsitum,[n] aut quæstio sublevata,[7 m] aut multarum rerum consciis servis cum causa[o] præmium persolutum. At propinquis placuit.[8] Cur non placeret, cum rem tute[9 p] ad eos, non ab aliis tibi allatam, sed a te ipsa compertam,[10] deferre diceres? 69. Hic etiam miramur, si illam commenticiam pyxidem obscœnissima sit fabula[n] consecuta? nihil est, quod in ejusmodi mulierem non cadere[1] videatur. Audita et percelebrata sermonibus res est. Percipitis animis, judices, jamdudum, quid velim, vel potius, quid[2] nolim dicere: quod etiamsi est factum, certe a Cœlio[3] non est factum. Quid enim attinebat? Est enim ab aliquo[4] fortasse adolescente, non tam insulso,[q] quam non verecundo. Sin autem est fictum; non illud quidem molestum, sed tamen est non inficetum mendacium: quod profecto nunquam hominum sermo atque opinio comprobasset, nisi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare apte viderentur.

[m] *Quid probet.* [n] *Conflatum.* [o] *Ratione.* [p] *Tu ipsa.* [q] *Stolido.*

CAP. XXIX. 4 C *Assunt servi.*—5 T et edd. ante Grut. *inveniemus.*—6 Pro *dicatur* in H S T χ ψ, Grut. Græv. Oliv. est *videatur.*—7 Taur. et Ms. Paris. cum Lamb. Lall. Schutz. et Orell. *sublata.*—8 Taur. *At prop., inquit, plac.*—9 Pro *rem tute* C T et Taur. habent *tu rem te;* ψ *tu rem quæ tu.* Deinde, H S *ab aliis non ad eos.* Pro *aliis* in χ *illis.* Postea, H *illatam.*—10 H *ipso,* et χ *comparatam.* Mox, pro *si illam* Erf. *Sullam.*—1 Erf. *mul. cadere,* sine negativa particula. Post *Audita* C S ψ et edd. ante Grut. inserunt voces *et pervulgata.* In T desunt verba *Nihil est, quod . . . sermonibus res est.*—2 H *quod.* In T non leguntur verba *vel potius quid nolim.*—3 χ *certe quidem a Cœlio.* T non habet *certe.* Postea, *factum* abest a C T ψ et Barb. —4 Schutzius e conjectura Ernesti dedit *Sed ab aliquo.* Garaton. *enim* deleri voluit. Mox, C χ *quam verecundo.* Pro verbis *Sin autem est fictum* H S χ ψ *Sed hoc si non est factum.* Tum, S *sed illud quidem;* et C H S T ψ ac edd. ante Grut. cum Oliv. et Orell. *modestum.* Paulo post, C H S, Erf. et

NOTÆ

m *Aut quæstio sublevata*] Tormenta servis ademta sunt, quæ ipsis in quæstione infligebantur.

n *Obscœnissima fabula*] Ex illa pyxide rumores sparsi sunt, de turpissima vita illius mulieris.

70. Dicta[r] est a me causa, judices, et perorata. Jam intelligitis,[5] quantum judicium sustineatis, quanta res sit commissa vobis. De vi quæritis: quæ lex ad imperium, ad majestatem, ad statum patriæ, ad salutem omnium pertinet: quam legem[o] Q. Catulus armata dissensione[6] civium, reipublicæ pæne extremis temporibus tulit:[7] quæque lex, sedata illa flamma consulatus mei,[p] fumantis reliquias conjurationis exstinxit. Hac enim[8] lege Cœlii adolescentia non ad reipublicæ pœnas,[q] sed ad mulieris libidines et delicias[9] deposcitur. XXX. 71. Atque hoc etiam loco M. Camurti[10] et C. Eserni damnatio[r] prædicatur. O stultitiamne dicam,[1] an impudentiam singularem! Audetisne, cum ab ea muliere veniatis, facere istorum hominum mentionem? audetisne excitare tanti flagitii memoriam, non exstinctam illam quidem, sed repressam vetustate?[2] Quo enim illi crimine peccatoque perierunt? nempe, quod ejusdem mulieris dolorem et injuriam Vettiano nefario sunt[3] stupro persecuti.[s] [*p.* 53.] Ergo, ut audiretur Vettii nomen in causa, ut illa vetus Afrania[4] fabula refricaretur,[s] idcirco Camurti et

[r] *Defensa.* [s] *Ulti sunt violata pudicitia Vettii.*

edd. ante Grut. *infacetum.*—5 Erf. *intelligetis.* Verba *De vi quæritis* usque ad finem orationis non leguntur in C T.—6 Ms. Vict. *discessione.*—7 *Retulit* recepit Schutzius e conjectura Pighii Annal. t. III. p. 228.—8 χ ψ et edd. ante Naug. cum Orell. omittunt *enim.*—9 In Ms. Lambini *ad mulieris libidinosæ delicias.*

Cap. XXX. 10 Schutz. et Orell. *Camurtii:* Garaton. conjecit *Camurii* legend. Tum, *Cerseni* H S χ ψ: *Ceserni* Erf. et edd. vett. *C. Æsernii* Schutz. *C. Cæsernii* edidit Orell. quia infra Ms. Ambrosian. exhibet *Cæserni.*—1 χ et edd. vett. *O stultitiam! stultitiamne dicam.*—2 χ *vetustatem.* Deinde, pro *perierunt* ψ *interierunt.*—3 Lamb. *sunt nefario.*—4 *Afraria* H S χ, Erf. Gembl.

NOTÆ

[o] *Quam legem*] De ista lege dictum est initio hujus orationis, § 1. not.

[p] *Sedata flamma consulatus mei*] Catilina, Cicerone consule, statuerat urbem ferro flammaque delere.

[q] *Non ad reipublicæ pœnas*] Cœlius lege Plautia reus non est; sed reus est, quia effrænatæ mulieris libidini satisfacere noluit.

[r] *Camurti et C. Eserni damnatio* [*Ceserni damnatio*] Videntur hi damnati, quod ex iis fuerint, qui legatos Alexandrinos interfecere, ut placet Hotomanno. Sed aliis videtur fuisse damnatos, quod Vettio cuidam adolescenti vim intulissent, ut Clodiæ facerent

Eserni causa est renovata? qui quanquam lege de vi certe non tenebantur,[t] eo maleficio tamen erant implicati,[5] ut ex nullius legis laqueis emittendi viderentur. 72. M. vero Cœlius cur in hoc judicium vocatur?[6] cui neque proprium quæstionis crimen objicitur, nec vero aliquid ejusmodi, quod sit a lege sejunctum,[t] et cum vestra severitate conjunctum: cujus prima ætas dedita disciplinis fuit, iisque artibus, quibus instruimur ad hunc usum forensem, ad capessendam[u] rempublicam, ad honorem, gloriam, dignitatem: iis[7] autem fuit amicitiis majorum natu,[x] quorum imitari industriam[8] continentiamque maxime vellet, iis æqualium studiis, ut eundem, quem optimi ac nobilissimi,[u] petere[9] cursum laudis videretur. 73. Cum autem paulum jam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est, Q. Pompeio proconsuli[x] contubernalis,[10 y] castissimo viro

[t] *Quod non licet per legem.* [u] *Gubernandam.*
[x] *Habuit eas amicitias cum senioribus.*

Pall. Rom. Ven. 1480. 1483. *æraria* Ms. Vict. *Afraniana* Lamb. Pro *refricaretur* H S χ ψ et Ms. Vict. *referretur*: Erf. Gembl. et Pall. *reficeretur.* Mox, *est causa renov.* Ambrosian. Erf. Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Hervag. Lamb. et Orell.—5 Erf. *et malef. erant impl.* Tum, pro *emittendi* Ambrosian. *eximendi.*—6 H S χ ψ *cur in hoc loco in jud. voc.* Orell. e Ms. Ambrosian. recepit *cui neque proprium quidem crimen quæst.* Tum, Lamb. *neque vero aliquid.* Porro, ‘Leodegarius a Quercu conjicit *quod non sit a lege sejunctum.*’ Gruter. Denique, Schutzius e conjectura Ernesti dedit *at cum vestra sev.* Orell. auctoritate Ms. Ambrosian. delevit copulam *et.*—7 Ambrosian. *his.* Deinde, Schutz. et Orell. deleverunt *fuit* de sententia Ernesti.—8 χ *industria.* Deinde, Ern. e conjectura cum Schutz. *vellet*: ceteri *velit.* Postea, Ambrosian. *studiis æqualium.*—9 Erf. *patere.*—10 H *proconsule contubernali:*

NOTÆ

satis, a qua ejus pudicitia non potuit oppugnari.

[s] *Ut illa vetus Afrania fabula refricaretur*] Videtur hoc facinore renovari memoria flagitii similis illis flagitiis, de quibus Afranius poëta, qui togatas turpissime scripsit: nisi fortasse designet Caiam Afraniam, impudentissimam fœminam, poëtriam, et multarum fabularum inventricem; de qua loquitur Val. Max. VIII. 3.

[t] *Lege de vi non tenebantur*] Tenebantur de vi quidem, non quod armis rempublicam turbassent, sed quia vim intulerant juvenis sanctissimi pudicitiæ, quod quidem ad vim publicam pertinere videbatur.

[u] *Nobilissimi*] Eundem vitæ cursum tenuit Cœlius, quem nobilissimi quique semper tenuerunt.

[x] *Proconsuli*] Proconsules dicti sunt, quod pro consulibus ad administrandas provincias mitterentur.

[y] *Contubernalis*] Contubernales mi-

atque omnis officii diligentissimo: in qua provincia cum res[y] erant et possessiones paternæ, tum etiam usus quidam provincialis,[z] non sine causa a majoribus huic ætati tributus. Discessit[1] illinc Pompeii judicio probatissimus, ut ipsius testimonio cognoscetis. Voluit vetere instituto,[a] eorum adolescentium exemplo, qui post in civitate summi viri et clarissimi cives[2] extiterunt, industriam suam a populo Romano ex aliqua illustri accusatione[b] cognosci. XXXI. 74. Vellem alio potius eum cupiditas gloriæ detulisset; sed abiit[3] hujus tempus querelæ. Accusavit C. Antonium, collegam meum; cui misero præclari in rempublicam[4] beneficii memoria[c] nihil profuit, nocuit opinio maleficii[5][d] cogitati. Postea[e] nemini concessit æqualium, plus ut in foro, plus ut in negotiis versaretur, causisque amicorum, plus ut valeret[6] inter suos gratia: quæ nisi vigilantes[z] homines, nisi sobrii, nisi industrii, consequi non possunt, omnia labore et diligentia est consecutus. 75. In

[y] *Facultates.* [z] *Studiosi.*

ψ *proconsuli contubernali.* Tum, Ambrosian. *castiss. homini.* Paulo post, loco *provincia* H S χ ψ habent *domo.* Denique, Ambrosian. *res erat.*—1 χ *Discepsit:* Ambrosian. *Decessit.*—2 In ψ deest *cives.*

CAP. XXXI. 3 Pro *abiit* H S χ ψ, Erf. et edd. vett. *habuit.* Tum, *hoc tempus* Erf. et edd. ante Naug.—4 H S ψ *præclara in rep.* χ *præclara est in rep.*—5 ψ *malefieri.* Post *nemini* Orell. auctoritate Ms. Ambrosian. inseruit

NOTÆ

lites dicebantur, qui decem sub uno papilione degebant.

[z] *Usus quidam provincialis*] Romani solebant adolescentes ad provincias cum præsidibus mittere, ut paratiores ad rempublicam administrandam accederent: unde hic usus pro experientia ponitur.

[a] *Vetere instituto*] Apud veteres concessum adolescentibus fuit, in accusationibus eorum, qui gesserant magistratum, præbere ingenii sui specimen.

[b] *Illustri accusatione*] Cœlius Antonium consularem ambitus accusavit, Cicerone defendente.

[c] *Beneficii memoria*] Bene meritus de patria fuerat, cum Catilinæ delevit exercitum.

[d] *Opinio maleficii*] Primo fuerat Antonius in conjuratione Catilinæ; sed ab ea, Cicerone suadente, revocatus est.

[e] *Postea*] Cœlius, post accusationem Antonii, ita superavit æquales, ut nemo plus valeret in foro, &c.

hoc flexu quasi ætatis (nihil enim occultabo, fretus humanitate ac sapientia vestra) fama adolescentis paulum hæsit ad metas[f] notitia nova mulieris, et[7] infelici vicinitate, et insolentia[a] voluptatum: quæ cum inclusæ diutius, et prima ætate compressæ et constrictæ fuerunt, subito se nonnunquam profundunt atque ejiciunt[8] universæ. Qua ex vita, vel dicam, quo ex sermone, (nequaquam enim tantum erat, quantum homines loquebantur) verum ex eo, quicquid erat, emersit, totumque se ejecit atque extulit: tantumque abest ab illius familiaritatis infamia, ut ejusdem[9] nunc ab sese inimicitias odiumque propulset. 76. Atque ut iste interpositus sermo deliciarum desidiæque moreretur,[b] [10] (fecit, me mehercule invito, et multum repugnante, sed tamen fecit) nomen amici mei[g] de ambitu detulit: quem absolutum insequitur,[h] revocat: nemini nostrum obtemperat:[i] est violentior, quam vellem. Sed ego non[1] loquor de sapientia, quæ non cadit in hanc ætatem: de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore

[a] *Novitate.* [b] *Auferretur.*

unquam.—6 H *aleret*: ψ *aliene.*—7 Ambrosian. non agnoscit copulam ante *infelici.*—8 H S χ *ejiciuntur.*—9 χ *aut ejusdem,* et mox *odiumque pertulisset*: ψ *odiumque protulisset.*—10 H *morerentur*: ψ *mereretur.* Tum, in H et χ deest

NOTÆ

[f] *Paulum hæsit ad metas*] Respicit ad curulia certamina, in quibus metas circumagi oportebat, priusquam vinceretur; idque erat periculosum, ne quis impingeret. Ait igitur Cicero, quod cum Cœlius cursum adolescentiæ confecisset, in voluptatis licentiam delapsus est, et aliquantisper immoratus: perinde ac solent qui in meta non flectentes cursum insistunt, nec finem præmiumque laboris assequuntur.

[g] *Nomen amici mei*] Cœlius Polam Servium, Atratini patrem, ambitus accusavit. Vocat autem eum amicum, ne causæ noceat: nam lib. II. ad Q. Fratrem, Polam illum tetrum et ferum hominem vocat.

[h] *Absolutum insequitur*] Absolutus fuerat Pola, sed secunda eum actione ad judicium Cœlius revocavit.

[i] *Nemini nostrum obtemperat*] Patri videlicet Crasso, et Ciceroni, quibus erat assiduus, non in ea re obtemperat, quia ipsis dissuadentibus, iterum Polam agit in judicium.

mentis ad gloriam; quæ studia in his jam ætatibus [2] nostris contractiora [c] esse debent; in adolescentia vero, tanquam in herbis,[k] significant, quæ virtutis maturitas, et quantæ fruges industriæ sint futuræ. Etenim semper magno ingenio adolescentes refrænandi potius a gloria, quam incitandi fuerunt: amputanda plura sunt illi ætati, siquidem [3] efflorescit ingenii laudibus, quam inserenda.[d] 77. Quare, si cui nimium effervisse [e 4] videtur hujus, vel in suscipiendis, vel in gerendis inimicitiis, vis, ferocitas,[5] pertinacia; si quem etiam minorum horum aliquid offendit; si purpuræ genus,[f] si amicorum catervæ, si splendor, si nitor; jam ista deferverint,[6 l] jam ætas omnia, jam ista dies mitigarit.

XXXII. Conservate igitur reipublicæ, judices, civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum.[7] [*p.* 54.] Promitto hoc vobis, et reipublicæ spondeo, si modo nos ipsi reipublicæ satisfecimus, nunquam hunc a nostris rationibus sejunctum fore: quod cum fretus nostra familiaritate promitto, tum quod durissimis se ipse legibus jam obligarit.[8] 78. Neque enim potest, qui hominem consularem,[m] quod ab eo rempublicam violatam [9] diceret,[n] in

[c] *Minus ardentia.* [d] *Concedenda.* [e] *Flagrasse.*
[f] *Elegantia ornatus.*

me; sed S χ exhibent *me hercule.*—1 Erf. caret *non.*—2 Edd. ante Naug. *jam in his ætatibus.* Erf. non habet *jam.* Mox, H χ *debeant.*—3 ψ omittit *siquidem.* In Erf. legitur *florescit.*—4 H S χ ψ, Junt. al. *efferbuisse.*—5 S χ ψ *ferocitatis;* sed in H S χ deest *pertinacia.* Mox, *minimorum horum* edd. vett. paucæ, cum Græv. Oliv. et Orell.—6 H S χ ψ *deserit:* Ms. Lamb. *deseruerint.* Denique, *jam ætas omnia, jam dies mit.* Car. Steph. et Schutz. *jam ætas, jam dies ista omnia mit.* Lamb. *jam ætas omnia, jam res, jam dies mit.* Mss. pauci et edd. ante Naug. cum Orell.

CAP. XXXII. 7 Weiske conjecit *bonorum morum.*—8 Hervag. Lamb. Schutz. et Orell. *obligavit.*—9 Lamb. *violatum esse.* Orell. conjecit *duceret.* Verba

NOTÆ

[k] *Tanquam in herbis*] Proverbium et metaphora sumta a segetibus teneris, teste Erasmo; de quibus nihil certi sibi potest sperare agricola, donec ad maturitatem pervenerint.

[l] *Jam ista deferverint*] Jam ista ornamenta deserere debuit aut potuit.

[m] *Hominem consularem*] Antonium consularem vocavit in judicium, ut

judicium vocarit, ipse esse in republica civis turbulentus: non potest, qui ambitu ne absolutum [o] quidem patitur [10] esse absolutum, ipse impune unquam esse largitor. Habet a M. Cœlio respublica, judices, duas accusationes, vel obsides periculi,[p] vel pignora voluntatis. Quare oro, obtestorque vos,[1] judices, ut qua in civitate paucis his diebus Sex. Clodius [q] absolutus sit, quem vos per biennium [r] aut ministrum seditionis, aut ducem vidistis, qui ædes sacras,[s] qui censum populi Romani,[t] qui memoriam publicam suis manibus incendit, hominem sine re,[g] sine fide, sine spe, sine sede,[2] sine fortunis, ore, lingua, manu, vita omni inquinatum; qui Catuli monumentum [u] afflixit, meam domum diruit,[x] mei fratris incendit; qui in Palatio atque in urbis

[g] *Bonis.*

in judicium non sunt in H S χ ψ et Erf. Mox, H *in reip. curis turb.* Post *civis* S addit *esse.*—10 Pro *patitur* H S χ ψ habent *dat,* et paulo post pro *unquam* iidem exhibent *quidem.*—1 In χ deest *vos.* Mox, Erf. *paucis diebus his Sex. Clodius.* Paulo post, H S χ non habent *vos.*—2 χ omittit voces *sine sede.* Lamb. conjecit *homo sine re . . . inquinatus:* Garaton. legi maluit *quem vos . . . ducem vidistis, hominem sine re . . . inquinatum: qui ædes sacras, &c.*

NOTÆ

jam sæpius dixit.

[n] *Violatam diceret*] Quia Antonius visus est studuisse Catilinæ, propterea dicit ab eo violatam esse rempublicam.

[o] *Absolutum*] De Pola loquitur, de quo jam sæpe.

[p] *Obsides periculi*] Ostendit, nihil esse periculi metuendum a Cœlio, quia duas illa saccusationes, tanquam fidei suæ obsides, erga rempublicam dedit.

[q] *Sex. Clodius*] Sextus Clodius fuit Pub. Clodii familiarissimus et scriba, cui quidem ejus omnia flagitia tribuit Cicero, quia in iis patrandis eo usus est adjutore. Hunc Sextum Clodium mire describit in orat. pro Domo. Locum consule.

[r] *Per biennium*] Ab eo tempore quo transiit ad plebem, ad reditum usque Ciceronis, biennium fuit, quo toto tempore Clodius seditiones in republica excitavit.

[s] *Ædes sacras*] Ædes ait elate, nam solum Nympharum templum incendit. Cum urbs variis incendiis obnoxia esset, crediderunt ope tantum illarum iis ignibus posse subvenire, utpote quæ aquis præessent; quare iis ædem consecrarunt.

[t] *Censum populi Romani*] In æde Nympharum publicæ tabulæ, in quibus tum nomina Romanorum, tum uniuscujusque census describebatur, asservabantur.

[u] *Catuli monumentum*] Catuli monumentum porticus fuit in Palatio.

[x] *Meam domum diruit*] Clodius, dum Cicero exularet, domum ejus

oculis[3] servitia ad cædem, et inflammandam urbem incitavit; in ea civitate[4] ne patiamini illum absolutum muliebri gratia,[y] M. Cœlium libidini muliebri[5] condonatum; ne eadem mulier, cum suo conjuge[z] et fratre, turpissimum latronem[a] eripuisse, et honestissimum adolescentem oppressisse videatur. 79. Quod cum hujus vobis adolescentiam proposueritis, constituitote[6] vobis ante oculos etiam hujus miseri[b] senectutem, qui hoc unico filio[7] nititur, in hujus spe requiescit, hujus unius casum[8] pertimescit: quem vos supplicem vestræ misericordiæ, servum potestatis, abjectum non tam ad pedes, quam ad mores sensusque vestros,[9] vel recordatione parentum vestrorum, vel liberorum jucunditate sustentate; ut in alterius[10] dolore, vel pietati, vel indulgentiæ vestræ serviatis. Nolite, judices, aut hunc jam[1] natura ipsa occidentem,[h] velle maturius exstingui vulnere vestro, quam suo fato; aut hunc nunc primum florescentem, firmata jam stirpe[c] virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate, pervertere. 80. Conservate parenti filium, parentem filio; ne aut senectutem jam[2] prope desperatam[i] contemsisse, aut adolescentiam

[h] *Morientem.* [i] *Mortuam.*

—3 H S *in Pal. aut in orbis oc.* χ ψ quoque exhibent *orbis.*—4 Erf. *in hac civ.*—5 H S χ ψ et edd. ante Hervag. *mulieri.*—6 χ *constitutote.* In Erf. non legitur *vos.* Paulo post, ψ *hujus ministri sen.*—7 Ern. suspicabatur *uno filio* legend.—8 H S χ ψ *casus.* Tum, H *quem nos suppl.*—9 Erf. *non tam ad pedes quam ad sensus vestros*, probante Schutz.—10 Abramius conjecit *alter-*

NOTÆ

Libertati consecravit.

[y] *Muliebri gratia*] Si Clodiæ causa Sextus Clodius absolutus est, non debet propter eam Cœlius ad damnationem et supplicium tradi.

[z] *Mulier cum suo conjuge*] Pungit Clodium, qui infamis fuerat incestu cum illa sua sorore Clodia.

[a] *Turpissimum latronem*] Sextum Clodium latronem vocat, qui, Clodiæ beneficio, judicio liberatus est.

[b] *Hujus miseri*] Hæc verba pronuntiando Cœlii patrem demonstrabat, qui atratus et sordidatus judicio aderat, movendæ judicum misericordiæ causa.

[c] *Jam stirpe*] Comparatio a ventis et tempestate; et metaphora ducta a teneris arboribus.

plenam spei maximæ, non modo non aluisse vos,[3] sed etiam perculisse[k] atque afflixisse videamini. Quem si vobis,[4] si suis, si reipublicæ conservatis, addictum, deditum, obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis; omniumque hujus nervorum[l] ac laborum vos potissimum, judices, fructus uberes diuturnosque capietis.

[k] *Evertisse.* [l] *Virium.*

utrius.—1 χ ψ non habent *jam.*—2 Iidem *jam* omittunt.—3 In H S χ ψ *abjecisse vos.* Deinde, ψ *pertulisse.*—4 Erf. *nobis.* Pro *conservatis* Ern. legi maluit *conservaritis.* Marcianus Capella Rhet. Capper. p. 423. sic habet, *Cœlii in omni vita servitium obstrictum vobis ac liberis habebitis;* unde Garaton. suspicabatur legend. *addictum, deditum, obstrictum in omni vita vobis ac liberis vestris habebitis.* In H S χ ψ deest *ac* ante *laborum.*

M. TULLII CICERONIS

DE PROVINCIIS CONSULARIBUS

ORATIO XXXV.

ARGUMENTUM.

Cum in formam provinciæ redacta esset bello victa regio, mittebatur in eam consul, aut prætor, deposito magistratu urbano, qui eam administraret, h. e. aut jurisdictionem solam exerceret, aut simul etiam, si quando opus esset, bellum administraret. Quam consul administrabat, consularis, quam autem prætor, prætoria appellabatur. In hac ergo Oratione hoc disputatur, in quas provincias consules, proxime futuris comitiis creandi, mitti placeret. Eam habuit Cicero in senatu, cum de ea re rogatus esset a consule sententiam e lege Sempronia, qua cautum erat, ut ante comitia consularia senatus decerneret, in quas provincias consules designati post consulatum mitterentur, eique SCto ne intercedi posset. Eo autem spectat sententia Ciceronis, ut Piso et Gabinius ex provinciis, quas nullo senatusconsulto, sed lege Clodia, obtinebant, et omnibus modis vexabant et spoliabant, revocentur; eisque succedatur sic, ut proximo anno sint prætoriæ et a duobus præsentis anni prætoribus obtineantur; eo autem exacto, consulares fiant. Et quoniam qui ante ipsum dixerant sententias, præter Servilium, censuerant, ut alterutra Gallia Cæsari detraheretur, et consularis fieret, unusque ex iis mirari se ostenderat, quare Cicero ita ornaret Cæsarem, cui eodem jure inimicus esse, quo Gabinio, posset, quod Clodium in vexando Cicerone juvisset; graviter et multis verbis docet, quare Cæsari nulla provinciæ pars detrahenda sit; injurias autem si quas a Cæsare acceperit, eas se omnes reipublicæ condonasse, neque se in sententia dicenda odio obedire, sed utilitatem reipublicæ sequi.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 69.] Si quis vestrum, patres conscripti,[a] expectat, quas sim provincias decreturus, con-

NOTÆ

[a] *Patres conscripti*] Ordinum varietatem intulit Romulus in suam civi-

sideret ipse secum, qui mihi homines ex provinciis potissimum detrahendi[a][1] sint: non dubitabit, quid me sentire conveniat, cum, quid mihi sentire necesse sit, cogitarit. Ac, si princeps eam sententiam dicerem, laudaretis[2] profecto; si solus, certe ignosceretis: etiamsi paulo minus utilis vobis sententia videretur, veniam tamen aliquam dolori meo[b] tribueretis. Nunc vero, patres conscripti, non parva afficior voluptate, vel quod hoc[3] maxime reipublicæ conducit, Syriam, Macedoniamque decerni, ut dolor meus nihil a communi utilitate dissentiat; vel quod habeo auctorem[c] P. Servilium,[d] qui ante me sententiam dixit, virum clarissimum, et cum in universam rempublicam,[4] tum etiam erga meam salutem,[e] fide ac benevolentia singulari. 2. Quodsi ille[f] et paulo ante, et quotiescumque ei locus di-

[a] *Revocandi.*

CAP. I. 1 Lamb. in marg. ed. 1584. *retrahendi.* Actutum, *sat, non dubitavit* C. *me* deest in χ. Quinque verba, *conveniat, c. q. m. sentire* desunt in eodem.—2 C *laudaretur.* Mox, *et si* C.—3 T omittit *hoc;* C exhibet *hæc.*—

NOTÆ

tatem. Idem enim senatum, idem equites instituit; sed qui neque senatores, neque equites essent, eos in tertio plebis ordine reliquit. Senatores autem nominavit, quos ad consultationes de repub. advocavit; quod senes fere, et majores natu acciverit, ad quos de summa repub. referret, atque ex eorum auctoritate omnia ageret, quæ publice sibi suscipienda existimaret. Eosdem etiam patres appellavit, nempe a curæ similitudine, ut scripsit in Catilinæ conjuratione Sallustius. Unde procedentibus temporibus patres conscripti nominati sunt, qui in novum senatum erant lecti: quamvis postremo usus obtinuerit, ut omnes senatores uno patrum conscriptorum nomine vocarentur.

[b] *Dolori meo*] Justus autem ille dolor erat in Cicerone, qui non tantum derelictum a Pisone et Gabinio consulibus, a quibus defendi debebat, sed Pub. Clodio inimico suo mercede provinciarum venditum se viderat, ut ait sæpe in Orat. pro Sextio.

[c] *Auctorem*] Auctor dicitur, cujus sententiam, propter auctoritatem, gravitatem, et sapientiam, in rebus gerendis sequimur.

[d] *P. Servilium*] Servilius ille vir fuit consularis, et tunc temporis consularium omnium antiquissimus, ideoque sententiam prior Cicerone dixit. Censorius, et triumphalis, et Isauricus appellatus est, quia Isauros domuerat.

[e] *Erga meam salutem*] Cum Cicero exularet, sua auctoritate effecit ille Servilius ut in patriam revocaretur, et eum absentem cum Metello Nepote consule in gratiam reduxit.

[f] *Quodsi ille*] Argumentatur a mi-

cendi,[g] ac potestas fuit, Gabinium et Pisonem, duo reipublicæ portenta, ac pæne funera,[h] (cum[5] propter alias causas, tum maxime propter illud insigne scelus eorum, et importunam in me crudelitatem) non solum sententia sua,[6] sed etiam verborum gravitate esse notandos putavit; quonam me animo in eos esse oportet, cujus illi salutem pro pignore[i] tradiderunt[7] ad expiandas suas cupiditates? Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, nec[8] iracundiæ serviam: quo animo unusquisque vestrum debet esse in illos, hoc ero: præcipuum illum, et proprium sensum doloris mei, quem tamen vos communem semper vobis mecum esse duxistis, a sententia dicenda amovebo; ad ulciscendi tempora[k] reservabo.

II. 3. Quatuor sunt provinciæ,[l] patres conscripti, de quibus adhuc intelligo sententias esse[1] dictas: Galliæ duæ,[m] quas hoc tempore uno imperio videmus esse con-

4 Idem cod. *universa rep.* Mox, *fide, benevolentia* H S χ.—5 Erf. *tum.*—6 Codex unus Oxon. *ac sua.* Mox, de Ernestii sententia τὸ *esse* ante *notandos* delet Schutz. probante Garat. Deinde, *animo esse oportet in eos* Erf. —7 Cod. χ *tradiderint.* Mox, pro *expiandas*, quod servant septem Pall. Franc. Erf. Jens. ed. 1480. Junt. Grut. seqq. *explendas* ed. Wald. Medic. Rom. Ven. 1480. Ald. Hervag. Naug. Victor. Manut. Lamb. *expiendas* ψ: *expediendas* Pal. 8. cum gloss. *pūrgandas.*—8 Ita edd. omnes præter Naug. et Orell. qui cum codd. Lambini et uno cod. Oxon. legunt *non;* Barb. habet *nunc.* Mox, *in illo* ψ: *in isto* C H S T. Deinde, *illum* deest in C H S χ ψ. *quem tam vos* habet C. *mecum* deest in χ. *esse* deest in C H. Denique, *dixistis* χ ψ; et sic Ernesti errore typogr.

NOTÆ

nori: nam si licuit Isaurico agere contra Gabinium et Pisonem, multo magis mihi, qui ab eis gravissime læsus sum.

g *Ei locus dicendi*] Ex Gellio Noct. Att. IV. 10. jus fuit senatori, ut posset sententiam dicere de re qualibet, etiam non rogatus.

h *Portenta ac pæne funera*] His vocibus vel usus est Servilius contra Gabinium et Pisonem, vel iis utitur de industria Cicero, ut ostendat ab illis consulibus eversam fuisse rempub. cum ipsi consulere debuissent.

i *Pro pignore*] Gabinius et Piso Clodio polliciti fuerant, ut, si sibi provincias daret, vicissim illi salutem Ciceronis proderent, et quasi pignus in manus darent pro provinciis, quas ab illo expectabant.

k *Ad ulciscendi tempora*] Declarat se aliquando eos in judicium vocaturum.

l *Quatuor sunt provinciæ*] Partitio orationis.

m *Galliæ duæ*] Citerior et ulterior,

junctas; et Syria[n] et Macedonia,[o] quas, vobis invitis et oppressis, pestiferi illi consules[p] pro eversæ reipublicæ[2] præmiis occupaverunt. Decernendæ nobis sunt lege Sempronia[a] duæ: quid est, quod possimus de Syria Macedoniaque dubitare? Mitto, quod[b] eas ita partas[3] habent ii, qui nunc obtinent, ut non ante attigerint, quam hunc ordinem condemnarint;[c] quam auctoritatem vestram e civitate exterminarint; quam fidem publicam,[d] quam perpetuam populi Romani salutem,[4][e] quam me, ac meos omnes fœdis-

CAP. II. 1 Verbum *esse* deest in Schutz. errore typogr.—2 Erf. et Franc. *consules perversæ reip.* Mox, *occuparunt* Lamb.—3 Erf. *eas ita partes.* Paulo post, *condemnarit* χ. *auctoritatem vestram et civitatem* Erf.—4 'Post v. *salutem* verbum excidisse rati sunt; v. c. *prodiderint, sustulerint* Garat. *violarint,*

NOTÆ

sive Cisalpina, et Transalpina, quas Cæsar uno imperio contentas obtinebat. Has ille, ut Sextus scribit, cum decem legionibus, quæ quaterna millia militum Italorum habuerunt, per annos octo, ab Alpibus ad Rhenum usque subegit, et anno decimo cum Britannia tributarias fecit; et, ut ait Suetonius, in provinciæ formam redegit, eique in singulos annos stipendii nomen imposuit anno urbis 703. L. Paulo et C. Marcello coss. 'Redigere porro in provinciam,' nihil aliud est, quam et incolis leges suas, et juris dicendi potestatem adimere, magistratus in eas cum imperio mittere, et in singulos annos vectigal imponere.

[n] *Syria*] Devicto Mithridate, Pompeius Syriam recepit, ab eoque populi Romani stipendiaria facta est anno urbis 690. M. Cicerone et Antonio coss.

[o] *Macedonia*] A Q. Metello Macedonia in provinciæ formam redacta est anno urbis conditæ 607. Cn. Cornelio et L. Mummio coss.

[p] *Pestiferi consules*] Piso et Gabinius.

[a] *Lege Sempronia*] De hac dictum est pro Balbo § 61.

[b] *Mitto, quod*] Per præteritionem rationes affert quare revocandi sunt Gabinius et Piso. P. 2505

[c] *Hunc ordinem condemnarint*] Senatorium ordinem condemnarunt Piso et Gabinius, cum videlicet permiserunt ejici Ciceronem in exilium, accusatum a Clodio, quod cives indemnatos, socios nempe conjurationis Catilinariæ, necavisset in carcere: qui cum tantum ab eo necari jussi sint post Catonis sententiam, quam senatus secutus est; non potuit condemnari ab iis consulibus Cicero, quin condemnata ab iisdem sit senatus auctoritas.

[d] *Fidem publicam*] Fidem publicam servavit Cicero cum in illos nefarios conjuratores animadvertit, quos senatus universus, cum bonis omnibus, dignos pœna judicavit.

[e] *Perpetuam populi Rom. salutem*] Perpetua non fuisset populi Rom. salus nec certa, nisi exterminati fuissent illi, qui rempub. perdere, et ferro flammaque vastare civitatem decreverant, ut dictum est in Cati-

sime crudelissimeque vexarint.[f] 4. Omnia domestica[g] illa[5] atque urbana mitto; quæ tanta sunt, ut nunquam Hannibal huic urbi tantum mali optarit, quantum illi effecerint. Ad ipsas venio[6] provincias:[h] quarum Macedonia, quæ erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed tropæis,[i] quæ multis victoriis erat jamdiu, triumphisque pacata;[k] sic a barbaris, quibus est propter avaritiam pax erepta,[l] vexatur, ut Thessalonicenses,[m] positi in gremio imperii nostri, relinquere oppidum, et arcem munire cogantur;[7] ut via[n] illa nostra, quæ per Macedoniam est usque ad Hellespontum[o] militaris, non solum excursionibus bar-

afflixerint Schutz.' *Orell.*—5 Ita Grut. tacite cum seqq. *illa* omittit cod. Stephani; *illa domestica* habent codd. et edd. ante Grut. *urbana obmitto* T, ed. 1480. Junt. *quæ tantas* C.—6 *Ad i. veniam* S. *ante munita* C. *antea mutata*

NOTÆ

linariis.

[f] *Meos omnes . . . vexarint*] Quintus, Ciceronis frater, in foro, tanquam occisus a Clodianis, jacuit inter cadavera: uxor ejus vexata est, liberi quæsiti ad mortem.

[g] *Omnia domestica illa, &c.*] Alia ratio per præteritionem; quia majores clades Macedoniæ importarunt, quam Hannibal Italiæ. Hannibal autem per annos quindecim vexavit Italiam.

[h] *Ad ipsas venio provincias*] Primam affert rationem quare revocandus sit e Macedonia Piso, quia eam permisit a barbaris expilari.

[i] *Tropæis*] Tropæa fuerunt bellicæ laudis et victoriæ monumenta, quæ primis temporibus e truncis arborum, vel rudibus saxis excitabantur, quibus direpta ab hostibus arma affigebantur, sed quorum postea longe clarior extitit magnificentia; nam in tropæa arcus triumphales excitati sunt, pyramides, columnæ.

[k] *Triumphisque pacata*] Multi imperatores Rom. de Macedonia triumpharunt, ac præcipue Q. Cæcilius Metellus, qui Macedonicus dictus est; T. Quintius, Lucius Paulus, Dolabella, Curio, et M. Lucullus.

[l] *Pax erepta*] Illi provinciarum administratores tanta triumphandi cupiditate flagrabant, ut sæpe vel levissima belli occasione pacem eriperent.

[m] *Thessalonicenses*] Thessalonica urbs est Macedoniæ ad sinum Thermaicum, nunc dicta *Salonichi.* Hæc urbs a Thracibus infestata fuit.

[n] *Via*] Viæ militares dictæ sunt, quæ exitum ad mare, aut ad urbes habent, quas quidam etiam prætorias aut consulares appellant; seu quod labore militum paratæ essent, seu quod per eas exercitus irent.

[o] *Hellespontum*] Hellespontus fretum est angustum inter Propontidem et mare Ægæum, dividens Asiam ab Europa, septem stadiorum intervallo. Hellespontus vero dictus est ab Helle filia Athamantis, sorore

barorum sit infesta,[a] sed etiam castris[p] Thraciis[8][q] distincta, ac notata. Ita gentes eæ, quæ, ut pace uterentur, vim argenti[9] dederant præclaro nostro imperatori;[r] ut exhaustas domos replere possent, pro emta pace bellum nobis prope justum intulerunt. 5. [*p.* 70.] Jam vero exercitus[s] ille noster, superbissimo delectu[t] et durissima conquisitione collectus, omnis interiit. Magno hoc dico[10] cum dolore. III. Miserandum in modum milites populi Romani capti, necati, deserti, dissipati sunt; incuria, fame, morbo, vastitate consumti: ut, quod est indignissimum, scelus imperatoris in pœnam exercitus expetitum esse videatur.[1] Atque hanc[2] Macedoniam,[u] domitis jam gentibus finitimis,[x] barbariaque[y] compressa, pacatam ipsam per se et quie-

[a] *Infestetur.*

χ.—7 Erf. et Pal. 9. *munire cogitarint.*—8 Codd. Lambini habent vel *Threciis*, vel *Thueciis*; Rom. *Thraiciis*; codd. Gruteri *Threciis*; C H S ψ *Traiciis*; T *Torrentiis.*—9 H S T χ ψ, et edd. ante Hervag. *vim argenteam*; (non *argentorum*, ut ait Schutz.) unde Ernesti conj. *vim argenti maximam*, probante Garat. Mox, *imperatori nostro* edd. ante Grut. *nostro imperatori* cod. in marg. ed. 1584.—10 H χ ψ *hæc dico.*

CAP. III. 1 Ita codd. Victorii, Gembl. Erf. Pal. 9. Grut. Græv. et recentt. *is imperator . . . expetitus esse vid.* S T χ ψ. *imperatoris . . . expetitus esse vid.* C H. Rom. Wald. *indignissimum scelus, is imp. expetitus esse vid.* Franc. et edd. vett. *expetiisse videatur*, de Gulielmii conjectura, Schutz. et Orell. prob.

NOTÆ

Phryxi, quæ ibi demersa dicitur.

[p] *Castris*] Intelligit fossas et aggeres quibus Thraces sua castra muniebant.

[q] *Thraciis*] Thraces ab Ortu et Septemtrione Macedoniæ vicini sunt, qui caput imperii sui Byzantium habebant, quæ modo Constantinopolis dicitur.

[r] *Præclaro nostro imperatori*] Pisoni, per ironiam.

[s] *Jam vero exercitus*] Secunda ratio cur revocandus sit Piso, quia negligentia ejus consumtus est exercitus.

[t] *Superbissimo delectu*] Cum cui belli imperium commissum erat, is tum per Italiam homines mittebat, qui juventutem ad arma convocarent. Dies autem constituebatur, quo quisque in Capitolium conveniret, ubi delectus a tribunis militaribus habebatur: quo habito, delecti milites, sedente consule, sacramento militiæ adigebantur, propositis gravissimis pœnis qui militiam detrectabant.

[u] *Atque hanc Macedoniam*] Tertia ratio quare revocandus est Piso, quia Macedoniam tenere non potuit, quam prius legati tenui ac exiguo præsidio tenuerunt.

[x] *Gentibus finitimis*] Finitimos populos, Triballos, Thraces, et Pannonios, habebat tunc Macedonia.

[y] *Barbaria*] Græci omnes externos populos barbaros vocabant, et eos potissimum, de quibus supra.

tam, tenui præsidio, atque exigua manu, etiam sine imperio,[z] per legatos, nomine ipso populi Romani tuebamur: quæ nunc consulari imperio atque exercitu[a] ita vexata est, vix ut se possit diuturna pace recreare:[3] cum interea,[b] quis vestrum hoc non audivit, quis ignorat, Achæos[c] ingentem pecuniam pendere[b] L. Pisoni quotannis? vectigal ac portorium[d] Dyrrachinorum[e] totum in hujus unius quæstum esse conversum? urbem Byzantiorum,[f] vobis[4] atque huic imperio fidelissimam, hostilem in modum esse vexatam? quo ille, posteaquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla vi a miseris extorquere potuit, cohortes in hyberna[g] misit: his præposuit, quos putavit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum. 6. Omitto[h] jurisdictionem in libera civitate[i] contra leges[k]

[b] *Solvere.*

J. Fr. Gronovio Lectt. Plaut. p. 16. et Garat.—2 *At hanc* H.—3 Erf. et Pal. 9. *vix ut possit d. p. recreari;* Junt. *ut vix se, &c.* Mox, *quis* ante *ignorat* deest in χ.—4 C T *nobis.* Mox, *postquam nihil* Lamb. Paulo post, *cohortis*

NOTÆ

[z] *Sine imperio*] Ex illo loco colligitur, legatos habuisse potestatem; non autem imperium, licet aliquando ipsis lictores honoris causa permitterentur, ut patet ex Verr. III. § 60. Legati porro provinciarum gubernatoribus concedebantur, ut iis essent adjumento.

[a] *Atque exercitu*] Duæ dabantur legiones Romanæ, cum equitibus, proconsulibus in provinciis.

[b] *Cum interea*] Quarta ratio cur revocandus sit Piso, quia provinciam suam vexavit.

[c] *Achæos*] Achæi populi sunt ab Achæa civitate dicti, in Sarmatia Asiatica ad Pontum Euxinum.

[d] *Portorium*] Portorium erat pecunia quæ portitoribus pendebatur, id est, iis qui mercedes ex mercibus in portum devehendis exigebant: unde circumvectionis quoque portorium celebratum est.

[e] *Dyrrachinorum*] Dyrrachium urbs est in ea Macedoniæ parte, quæ mari Adriatico proxima est: antea Epidamnus dicebatur.

[f] *Byzantiorum*] Byzantium Thraciæ oppidum, quod primum a Pausania Spartanorum duce conditum est, ut vult Justinus lib. IV. Postea a Constantino Magno Constantinopolis, antea Nova Roma, nunc a Turcis *Stamboli* dicta.

[g] *In hyberna*] Hyberna dicebantur, cum milites per hyemem, aut sub tabernaculis pellibus contectis, aut sub tectis ædificiorum habitabant.

[h] *Omitto*] Quinta ratio cur Piso revocandus sit, quia libidinem, crudelitatem, et avaritiam in Byzantinos expromsit: huncque locum per præteritionem tractat.

[i] *In libera civitate*] Præter illas provincias quæ populi Rom. imperio parebant, et ad quas administrandas

senatusque consulta: cædes relinquo, libidines prætereo; quarum acerbissimum extat indicium, et ad insignem memoriam turpitudinis, et pæne ad justum imperii nostri odium,[5] quod constat, nobilissimas virgines se in puteos abjecisse, et morte voluntaria necessariam turpitudinem depulisse. Nec hæc idcirco omitto, quod non gravissima sint, sed quia nunc sine teste dico. IV. Ipsam vero urbem Byzantiorum fuisse refertissimam atque ornatissimam signis,[l] quis ignorat? quæ illi exhausti[1] sumtibus bellisque maximis, cum Mithridaticos[m] impetus, totumque Pontum armatum, effervescentem[n] in Asiam atque erumpentem, ægre repulsum, et cervicibus interclusum suis, sustinerent; tum, inquam, Byzantii, et postea, signa illa, et reliqua urbis ornamenta, sanctissime[2] custodita, tenuerunt: 7. te imperatore infelicissimo et teterrimo, Cæsonine Calventi,[o] civi-

χ. *in hibernia* ψ. *iis proposuit* C.—5 Voc. *odium* deest in χ. Actutum, *notam: quod constat* H. Deinde, pro *necessariam*, quod servant omnes codd. et edd. antiq. *nefariam* edidit Aldus, eumque secuti sunt Lamb. Grut. seqq.

CAP. IV. 1 H S χ ψ *exhaustis*. Mox, *bellorum maximis* T, Manut. Steph. Lamb. *cum M. impeditus* χ. *armatum* deest in H T. Deinde, *erumpentem ore repulsum* quatuor Pall. et T. *erumpentem ægre ore repulsum* Gembl. *erumpente more repulsum* Erf. *erumpentem* * *rore pulsum* Franc. *erumpentem ære pulsum* H S. *et interclusum cervicibus suis* Schutz.—2 C *sanctissima*. Mox,

NOTÆ

magistratus cum imperio ac potestate mittebantur, qui in iis jus dicerent; aliæ erant, in quibus jus dicere magistratibus populi Romani non licebat, quæ scilicet imperio pop. Rom. non parebant, sed comiter ejus majestatem tuebantur, quæ liberæ dicebantur: unde provinciæ liberari dicebantur, cum statuebatur, ut suo juri, suisque legibus relinquerentur, neque Romani magistratus amplius in illis jus dicerent.

[k] *Contra leges*] Tulit C. Julius Cæsar consul cum Bibulo, anno urbis conditæ 694. ut Achaia, Thessalia, cuncta Græcia liberæ essent, neque in iis magistratibus pop. Rom. jus dicere liceret.

[l] *Refertissimam . . . signis*] Summum studium Græcorum fuit in statuis Deorum suorum fingendis, ut contra Verr. VI. observari potest.

[m] *Mithridaticos*] Mithridates, rex Ponti potentissimus, annos quadraginta bellum cum Romanis gessit.

[n] *Effervescentem*] Ab aquis similitudo cum erumpunt ex alveo.

[o] *Cæsonine Calventi*] Cæsoninum Pisonem vocat, propter patrem; Calventium, propter matrem. Calventius porro homo quidam Insuber fuit, patris Pisonis socer, idem mercator,

tas libera, et proximis suis beneficiis a senatu et a populo Romano liberata,[p] sic spoliata atque nudata est, ut, nisi C. Virgilius,[3] legatus, vir fortis et innocens, intervenisset,[c] unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. Quod[q] fanum[r] in Achaia, qui locus, aut lucus[s] in Græcia tota, tam sanctus fuit, in quo[4] ullum simulacrum, ullum ornamentum reliquum sit? Emisti a fœdissimo tribuno plebis,[t] tum in illo naufragio hujus urbis, quam tu idem,[5] qui gubernare debueras,[u] everteras; tum, inquam, emisti grandi pecunia, ut tibi, de pecuniis creditis,[w] jus in liberos populos contra senatusconsultum, et contra legem generi tui,[x] dicere liceret: id emtum ita vendidisti, ut aut jus[6] non diceres,[y] aut bonis cives Romanos everteres. 8.

[c] *Restitisset.*

Cesenine χ. *Cæsoninæ* ψ. *beneficii* χ. *sit spoliata* C.—3 Ita codd. Gruteri, Grævii, ed. Wald. Ald. Græv. Schutz. Orell. *Virginius* al. etiam Junt. et Lamb. —4 Pro *in quo* χ habet *ut*.—5 C H S T χ ψ *cum tu idem*. Mox, *everteris* S χ ψ. *everteres* T, edd. ante Naug. Lamb. 1566. *everteras* C H, Naug. Lamb. 1684. Grut. seqq. *tu inquam* H S ψ.—6 Codex unus Oxon. *ut jus*, omisso *aut*. Mox,

NOTÆ

et præco, qui cum filia Romam venit, quam Cæsonino cuidam, furacissimi hominis filio, collocavit, ut fasti Capitolini docent ad annum urbis 605. Itaque contumeliose Cæsoninus Calventius a Cicerone appellatur.

[p] *Liberata*] Vide notam superiorem.

[q] *Quod*] Sexta ratio quare sit revocandus Piso, quia sacrilegus et injustus fuit.

[r] *Fanum*] Fanum a fando dictum esse vult Asconius, quod inde fata petebantur: sive quia pontifex, dum dedicat, certa verba fatur, ut est apud Festum. Alii a Fauno dicta esse volunt fana; quia Faunus primus fana exstruxit, ut vult Probus.

[s] *Lucus*] Luci sancti habebantur ab illis antiquis, ut ex Æneid. IX. patet, immo et in iis simulacra quædam Deorum fuerunt, quæ summa religione Græci venerabantur, ut testatur ipse Cicero pro Rabirio perd. reo. Vide § 7.

[t] *Tribuno plebis*] Clodio.

[u] *Qui gubernare debueras*] Consul tum erat Piso; quare consulere patriæ, et non eam evertere debuerat.

[w] *De pecuniis creditis*] Olim quicquid credebatur, sub pecuniarum primum jurisconsulti veteres, sed postea sub rerum creditarum nomine comprehenderunt, ut docet Hotom. lib. de Verb. Jur.

[x] *Generi tui*] Julius Cæsar filiam Pisonis uxorem duxerat: et hanc legem tulerat consul, ne apud liberos populos magistratus Romani jus dicerent.

[y] *Jus non diceres*] Nempe de rebus creditis.

Quorum ego[z] nihil nunc,[7] patres conscripti, in hominem ipsum; de provincia disputo. Itaque omnia illa, quæ et sæpe audistis,[8] et tenetis animis, etiamsi non audiatis, prætermitto: nihil de hac ejus urbana, quam ille præsens in oculis vestris mentibusque defixit,[d] audacia loquor: nihil de superbia, nihil de contumacia, nihil de crudelitate disputo: lateant libidines ejus illæ tenebricosæ,[e] quas fronte et supercilio, non pudore et temperantia contegebat: de provincia, quod agitur,[f] id disputo. Huic vos non submittetis?[g] [9] hunc diutius manere patiemini? cujus, ut provinciam tetigit,[h] [*p.* 71.] sic fortuna cum improbitate certavit, ut nemo posset, utrum posterior,[i] [10] an infelicior esset, judicare. 9. An vero[a] in Syria diutius[11] est Semiramis[b] illa retinenda? cujus iter in provinciam fuit ejus-

[d] *Impressit.* [e] *Tectæ.* [f] *De qua.*
[g] *Non vos revocabitis hunc.* [h] *Attigit.* [i] *Nequior.*

aut bonos C H S T χ ψ.—7 *Quorum ego nihil dico* T χ ψ. *Quorum ego nihil dico nunc* C H S, et edd. ante Grut. Mox, *in h. ipsum dico, de pr.* codd. Victorii et Franc. *P. C. h. ipsum relinquo: de pr.* C H S ψ, et edd. vett. *provinciis disputabo* S. *provincia disputabo* χ ψ.—8 Cod. χ *audisti.* Mox, *etiam etsi . . . oculis nostris . . . de contumelia* C. *de contumelia* etiam H S χ ψ. Deinde, pro *lateant*, χ habet *latent.*—9 *Huic vos submittetis* codd. Victorii et Pall. probante Gulielm. *Huic vos num subm.* Pal. 4. *successorem mittetis* vet. lib. ap. Ursin. et Junt.—10 ' Sic codd. optimi, ed. Rom. ed. 1480. Grut. seqq. Defendi potest usus hic v. *posterior* e C. Gracchi Fragm. ap. Gell. Noct. Att. xv. 12. item e Rosc. Amer. § 137. Pison. § 66. ubi tamen Vat. ' proterbius;' Junt. ' præposterius ' pro ' posterius ' exhibent. Sic hoc quoque loco non male legi posset *præposterior*, ut in Pison. § 92. est ' præposterus imperator ;' etsi optime scio, comparativum istum alias vix inveniri.' *Orell. deterior* C, Ven. 1483. Junt. Lamb. *pestilentior* H S. *protervior* conj. Lamb. Actutum, *an inferior esset* T. *vel deterior esset* S.—11 Voc. *diutius* deest in C. *in provincia* χ. *Aribarzanes* C. *ad cæde* H. Mox, pro *Thracem*, quod habent edd. vett. et Lamb. *Threcem* præbent codd. etiam T, inscript. ap. Grut.

NOTÆ

[z] *Quorum ego*] Fingit se nihil dicere de omnibus criminibus, quæ in Macedonia a Pisone patrata sunt; sed de ipsa tantum provincia loqui, a qua ille revocandus est.

[a] *An vero*] Jam ostendit Gabinium e Syria revocandum esse. Prima ratio, quia operam suam locavit faciendæ cædi, quod partem exercitus sui perdidit, quod provinciam diruit.

[b] *Semiramis*] Vocatur Semiramis Gabinius propter suas libidines, quibus illi reginæ simillimus fuit. Hæc autem Assyriorum regina fuit.

modi, ut rex Ariobarzanes[c] consulem vestrum ad cædem faciendam, tanquam aliquem Thracem,[d] conduceret. Deinde adventus in Syriam primus equitatus habuit interitum: post concisæ[a] sunt optimæ cohortes.[e] Igitur in Syria,[12] imperatore illo, nihil aliud actum est, nisi pactiones[f] pecuniarum cum tyrannis, decisiones,[b] direptiones, latrocinia,[g] cædes; cum palam populi Romani imperator, instructo exercitu, dextram tendens,[h] non ad laudem milites hortaretur,[13] sed omnia sibi et emta et emenda esse clamaret. v. 10. Jam vero[i] publicanos[k] miseros (me etiam miserum,[l] illorum ita de me meritorum miseriis ac dolore!) tradidit in servitutem Judæis et Syris,[1] [m] nationi-

[a] *Dissipatæ.* [b] *Compositiones.*

Græv. Schutz. et Orell. *Tracem* χ, *Trucem* C H S ψ.—12 H S T χ *in Syriam.* Mox, *nihil a. neque actum* H S χ ψ, Rom. et Ven. 1480. *nihil a. nisi neque actum* T. *nihil a. usque actum* Lamb. e codd. ut ait; sed in nullo postea repertum. *nisi pactione* C.—13 C H S T χ ψ *hortetur.* Mox, pro *clamaret*, quod exhibent Barb. T, Junt. et recentt. *clamet* legitur in codd. Grævii, Erf. C H S χ ψ, Rom. Ven. 1483.

Cap. v. 1 *Syriis* C. Mox, *jus publicanis* Steph. Lamb. 1566. ipso Lambino

NOTÆ

[c] *Ariobarzanes*] Ariobarzanes rex Cappadociæ fuit expulsus regno a Mithridate; sed factus populi Rom. amicus, a Sulla victore restitutus est, et, Mithridatico bello confecto, iterum in regnum a Pompeio restitutus est. Vide Orat. pro Lege Manil.

[d] *Thracem*] Id est, gladiatorem: alii enim gladiatores Thraces, alii mirmillones, alii Samnites, provocatores, et retiarii dicti sunt. Vide Lips. de Glad.

[e] *Cohortes*] Cohortes peditum fuerunt.

[f] *Pactiones*] Pactio est duorum pluriumve in idem placitum consensus.

[g] *Direptiones, latrocinia*] Direptiones et latrocinia eodem recidunt, nisi forte direptiones ad provincias expilandas pertineant, latrocinia ad socios.

[h] *Dextram tendens*] Respicit ad consuetudinem illorum qui in auctionibus, si quid liceri vellent, digitum tollebant.

[i] *Jam vero*] Alia ratio cur revocandus sit Gabinius, quia bonis evertit publicanos.

[k] *Publicanos*] Publicani dicebantur, qui præsenti pecunia vectigalia populi Romani a censoribus redimebant, ut postea suis commodis servirent. Hi erant ex equestri ordine.

[l] *Me miserum*] Per exclamationem significat, se miserum fieri miseriis illorum publicanorum, propter eorum in rempublicam merita.

[m] *Judæis et Syris*] Tantum fuit odium Gabinii in publicanos, ut cum illi vectigales pecunias exigerent a Judæis et Syris, prohiberentur a consule, qui ne jus quidem pro publica-

bus natis servituti. Statuit ab initio, et in eo perseveravit, jus publicano non dicere: pactiones sine ulla injuria factas rescidit; custodias sustulit;[n] vectigales[o] multos ac stipendiarios liberavit: quo in oppido ipse esset, aut quo veniret, ibi publicanum, aut publicani servum esse vetuit:[2] quid multa? crudelis haberetur, si in hostem animo fuisset eo, quo fuit in cives Romanos, ejus ordinis præsertim, qui est semper dignitate sua, benignitate magistratus sustentatus. 11. Itaque videtis,[p] patres conscripti,[3] non temeritate redemtionis,[q] aut negotii gerendi inscitia, sed avaritia, superbia, crudelitate Gabinii, pæne afflictos jam atque eversos publicanos: quibus quidem vos, in his angustiis ærarii,[r] tamen subveniatis necesse est: etsi jam multis non potestis; qui (propter illum hostem senatus,[s] inimicissimum

postea improbante.—2 Erf. *publicani servum esse nescivit.* Mox, *si in hostis* Naug. *si in hostes* Lamb. e codd. Camer. Steph. Orell. *qui fuit* χ.—3 *Itaque, patres conscripti, videtis* nonnulli codd. Naug. Junt. Camer. Orell. Mox, pro *inscitia,* quod servant plurimi codd. et edd. vett. *inscientia* legunt

NOTÆ

nis dicere contra illos voluit: atque ita viros equestris ordinis, quales erant publicani, Judæorum ac Syrorum servituti mancipavit.

[n] *Custodias sustulit*] Custodiæ nomine carcer tantum publicus intelligitur. Dicit autem custodias sustulisse, quia vetuerat Gabinius, ne quis, propter debitam publicanis pecuniam, in carcerem mitteretur.

[o] *Vectigales*] Vectigales dicuntur, qui tributa pendunt; quorum unum certum, quale illud fuit stipendium dari militibus consuetum; incertum aliud, quod fructibus agrorum, et pascuis, et portoriis penditur, cujus modus certus esse non potest. Vide Verr. v. § 12.

[p] *Itaque videtis*] Calamitatem hic publicanorum amplificat, inflammans odium in Gabinium, qui illius calamitatis causa fuit.

[q] *Non temeritate redemtionis*] Redimere et conducere idem significant: itaque vult indicare publicanos neque carius conducendis vectigalibus, neque suis negligendis negotiis, sed Gabinii superbia fortunis eversos esse.

[r] *Angustiis ærarii*] Tria Romæ æraria fuerunt; unum, in quod omnia tributa et vectigalia inferebantur, quod fuit apertum semper, unde quotidie pecuniæ ad usus reipublicæ sumebantur. Duo alia clausa semper fuerunt, et aperta tantum perturbatis reipublicæ temporibus.

[s] *Hostem senatus*] Gabinius dixerat in concione, nihil posse in republica senatum, et equites Rom. daturos illius diei pœnas, quo cum gladiis, Cicerone consule, in clivo Capitolino fuerant. Vide Orat. pro Sext. § 28.

ordinis equestris, bonorumque omnium) non solum bona, sed etiam honestatem,[t] miseri deperdiderunt: quos non parsimonia,[4] non continentia, non virtus, non labor, non splendor tueri potuit contra illius helluonis et prædonis audaciam. 12. Quid? qui se etiam nunc subsidiis patrimonii, aut amicorum liberalitate sustentant,[c] hos perire patiemur? An, si qui[5] [u] frui publico[x] non potuit per hostem, hic tegitur ipsa lege censoria;[y] quem is frui non sinit, qui est, etiamsi non appellatur, hostis, huic ferri auxilium non oportet?[d] Retinete igitur[z] in provincia diutius[6] eum, qui de sociis cum hostibus, de civibus cum sociis faciat pactiones; qui hoc etiam se pluris esse, quam collegam,[a] putet, quod ille vos tristitia vultuque deceperit; ipse nunquam se minus, quam erat, nequam[7] esse simularit. Piso autem alio quodam modo gloriatur, se[8] brevi tempore per-

[c] *Sustinent.*
[d] *Nonne oportet dare ei auxilium, quem publico non sinit frui Gabinius, qui hostis est, licet non hostis appelletur?*

Lamb. et Orell. *justitia* C S T. *Gabinii* deest in χ.—4 C *parcimonia.*—5 Ita codd. meliores, Rom. Ven. 1480. Junt. Naug. Grut. seqq. *patiemini* H S, Ven. 1483. Ald. Hervag. Lamb. *An* deest in χ ψ. *si quis* habet H. Mox, *quem* deest in χ ψ.—6 Voc. *diutius* deest in H.—7 C H T χ *neque.* Actutum *esse simulavit* C H S.—8 Pronomen *se* deest in χ. Mox, *ne Gabinius,* omisso prænomine *C*, codd. Grævii, S T ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Steph. Lamb. 1566. Orell. *ne A. Gabinius* Lall. Nostram lect. habent C H χ, Naug. Camer. Grut. Schutz. Denique, *extimaretur* χ.

NOTÆ

[t] *Honestatem*] Honorem, seu dignitatis gradum, quem tenebant in republica et civitate, perdiderunt.

[u] *An, si qui*] Tertia ratio quare sit revocandus Gabinius, quia non possunt frui publico propter illum publicani.

[x] *Frui publico*] Frui publico, nihil est aliud quam vectigalia exigere posse publicanos: prohibebantur autem hostium incursionibus, quas Gabinius non impediebat.

[y] *Hic tegitur lege censoria*] Lex censoria hic accipitur pro pactione seu contractu censorum cum publicanis, qui fiebat quinto quoque anno, cum vectigalia locabantur. Inter pactiones autem illa fuit, ut senatus aliquid eis remitteret, si quæ inopina calamitas, aut hostium incursio eveniret. Itaque prospiciebatur publicanis hac lege, qua tum veluti tegebantur.

[z] *Retinete igitur*] Ironia.

[a] *Collegam*] Pisonem indicat.

fecisse, ne C. Gabinius unus omnium nequissimus existimaretur.

VI. 13. Hos vos[b] de provinciis, si non aliquando deducendi[e] essent, deripiendos[f] [1] non putaretis? et has duplices pestes sociorum, militum clades, publicanorum ruinas, provinciarum vastitates, imperii maculas, teneretis?[g] At iidem vos, anno superiore,[c] hos eosdem revocabatis,[2] cum in provincias jam pervenissent: quo tempore si liberum vestrum judicium fuisset, nec toties dilata res, nec ad extremum e manibus erepta esset; restituissetis, id quod cupiebatis, vestram auctoritatem, iis, per quos erat amissa, revocatis, et his ipsis præmiis extortis,[d] quæ erant pro scelere atque eversione patriæ consecuti: 14. qua e pœna [3] [e] si tum aliorum opibus, non suis, invitissimis vobis, evolarunt; at aliam multo majorem gravioremque subierunt. Quæ enim[f] homini, in quo aliquis,[4] si non famæ pudor, at

[e] *Revocandi.* [f] *Amovendos.* [g] *Retineretis.*

CAP. VI. 1 C H S ψ *diripiendos.* Mox, *et has publicas pestes* C H S T χ ψ, al. et edd. ante Lamb. *et has duplicis publicis testes* Erf.—2 Cod. χ *revocabitis.* Mox, *jam* deest in Erf. Pro *vestrum judicium* H habet *omnium jud.* Deinde *esset* omittunt codd. optimi, Erf. C H S T χ, Rom. Ven. 1480. 1483. Ald. Hervag.—3 Ita Schutz. et Orell. ex codd. Erf. et Pal. 9. qui habent *quæ pœna;* Lamb. *qua ex pœna;* codd. plerique, C H S T χ ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Mediol. al. ante Ald. *qua pœna:* Franc. Ald. Naug. Grut. Græv. Oliv. *quam pœnam.* Actutum, *si tamen* T. *ut aliam* χ.—4 C H S χ ψ *aliquid.* Mox, *pudor ac suppl.* S. *literis iis* Hervag. Lamb. Græv. *literis his* Junt. Schutz. 'Hac in re, ubicumque fieri potest, ipsam omnium linguarum indolem ac rationem esse sequendam manifestum est, etsi aliter judicat Zumpt. ad Curtium p. XXII. Codd. in talibus nulla fere est auctoritas.' *Orell.* *quæ*

NOTÆ

[b] *Hos vos*] Jam redit ad Pisonem et Gabinium, quos revocandos esse probat a præjudicio senatus.

[c] *Vos anno superiore*] Anno urbis conditæ 696. profecti sunt in provincias, quas non lege Sempronia, sed Clodia consecuti sunt, quæ lata est contra senatus auctoritatem.

[d] *Præmiis extortis*] Pro præmio Ciceronis ejecti in exilium, Macedoniam Pisoni, Syriam Gabinio Clodius dedit.

[e] *Qua e pœna*] Evitarunt pœnam, qua revocari debebant, nisi intercessisset pro Gabinio Pompeius, et Cæsar pro Pisone, cujus gener erat.

[f] *Quæ enim*] Ostendit pœna gravissima mulctatum fuisse Gabinium, quia ejus literis senatus non credidit.

supplicii timor est, gravior pœna accidere potuit, quam non credi literis his, quæ rem bene gestam [g] in bello nuntiarent? [p. 72.] Hoc [5] statuit senatus, cum frequens supplicationem Gabinio denegavit: primum, homini sceleribus, flagitiis contaminatissimo, nihil esse credendum; deinde, a proditore, atque eo, quem præsentem hostem reipublicæ cognosset, bene rem geri non potuisse; postremo, ne Deos quidem immortales velle aperiri sua templa, et sibi supplicari hominis impurissimi et sceleratissimi nomine. Itaque ille alter,[h] aut ipse [6] est homo doctus, et a suis Græcis [i] subtilius eruditus, quibuscum jam in exostra [k] helluatur, (antea post siparium solebat) aut amicos habet prudentiores,[l] quam Gabinius, cujus nullæ literæ perferuntur. VII. 15. Hosce igitur imperatores habebimus? [m] quorum alter

remp. C H S ψ, Erf. al. ap. Græv. Naug. Græv. Lall. Orell.—5 *Hos* C. Mox, *flagitiisque* S, Lamb. Orell. Paulo post, *bene remp. geri* C S ψ, Naug. Lall. Orell.—6 C S *ut ipse.* Mox, iidem codd. *in ex hostra;* H ψ *in exhostra;* T *in exosthorcra;* χ *in exthra;* Junt. *in exedra;* Ald. et al. ante Lamb. *in orchestra.* Lectionem nostram servant codd. Lambini, Grævii, Erf. Franc. C S, al. et edd. post Lamb. *si parium* χ. Deinde, *literæ proferuntur* χ ψ.

NOTÆ

[g] *Rem bene gestam*] Cum quid laude dignum gesserant in bello, imperatores literas dabant ad senatum, qui tum supplicationes, id est, gratiarum actiones, Diis decernebat, quæ magna pompa in templis habebantur.

[h] *Ille alter*] Piso scilicet, qui revocari debet, quia tam male regit provinciam, ut ne quidem ad senatum scribere audeat.

[i] *A suis Græcis*] Piso Græcos eruditos homines secum habebat.

[k] *Exostra*] Exostra machina quædam est, qua, quæ intus geruntur, rotis circumactis patefiunt spectatoribus. Plurimi codices habent *orchestra*, quæ ἀπὸ τοῦ ὀρχεῖσθαι dicitur, id est, *saltare;* quod in eam scenæ partem tibicines et ludii, sive saltatores, procederent. *Siparium* vero velum est, quod extrema parte scenæ tendebatur. Sit ergo sensus: Qui prius velut cum histrionibus et mimis post velum helluabatur, id jam palam factitat.

[l] *Amicos habet prudentiores*] Qui literas e provinciis ad senatum mittebant, eas primo ad amicos perferendas curabant, ut eas vel retinerent, vel exhiberent.

[m] *Imperatores habebimus*] Imperatoris nomen appellatio fuit militaris, qua præsens, re bene gesta, primum militum acclamatione in castris, deinde sententia senatus in urbe ornatus est. Etenim imperatoris vocabulo duobus modis usi sunt; uno pro quocumque exercitus duce, qui suis auspiciis rem gereret, et qui imperium, id est, jus belli gerendi, haberet; al-

non audet nos certiores facere, ne imperator appelletur;[1] alterum, si tabellarii non cessarint, necesse est paucis diebus pœniteat audere: cujus amici[n] si qui sunt, aut si belluæ tam immani tamque tetræ possunt ulli esse amici, hac consolatione utuntur,[2] etiam T. Albucio[o] supplicationem hunc ordinem denegasse. Quod est primum dissimile: res in Sardinia[p] cum mastrucatis[q] latrunculis a proprætore[3] una cohorte auxiliaria[r] gesta, et bellum cum maximis Syriæ gentibus, tyrannis,[s] consulari exercitu, imperioque confectum: deinde Albucius, quod a senatu petebat, ipse sibi in Sardinia ante decreverat: constabat enim, Græcum hominem ac levem, in ipsa provincia quasi triumphasse.[t] Itaque hanc ejus temeritatem senatus, supplicatione denegata, notavit. 16. Sed fruatur sane hoc solatio; atque hanc insignem ignominiam, quoniam uni,[4] præter se, inusta est, putet esse leviorem; dummodo, cujus exemplo se con-

Cap. vii. 1 '*Anne imperator appelletur*] Sic dedi ex mea conjectura; *ne imperator appelletur* codd. plerique, edd. pleræque, præter Naug. Camer. quæ habent *ut imperator appellatur;* Erf. *facere imperatores appelletur;* Græv. susp. *imperatorne appelletur.*' Orell.—2 Ernesti conj. *utentur.*—3 T χ ψ, al. Rom. Ven. 1480. *a prætore.* Mox, *ac tyrannis* χ ψ, Lamb. Oliv. Orell.—4 C *quod uni.* Mox, *injusta est putetur e. l. non modo* χ. Paulo post, *hac tamen hac una*

NOTÆ

tero, cum quis, hostibus magno prœlio fusis ac profligatis, eo nomine militum acclamatione affectus esset. Scribit Appian. Bell. Civil. lib. II. non nisi decem millibus occisis acclamatum esse; et Dio lib. XL. non nisi semel, de uno bello aliquem appellari imperatorem licuisse.

[n] *Cujus amici*] Excusabant amici Gabinium ab Albucii simili exemplo, cui denegata fuerat supplicatio: sed modo inter utrumque discrimen affert.

[o] *T. Albucio*] Albucius ille Sardiniam provinciam proprætor administravit.

[p] *In Sardinia*] Sardinia insula est in mari Ligustico a Sardo Herculis filio ita appellata, ut ait Martianus Capella lib. VI. aëris pestilentiæ maxime obnoxia.

[q] *Mastrucatis*] Mastruca vilissimum genus vestis est e villis animalium, quo Sardi montani utebantur.

[r] *Cohorte auxiliaria*] In unaquaque Romanorum cohorte erant auxiliares socii milites, teste Polybio.

[s] *Tyrannis*] Dicebantur olim tyranni in Græcia homines potentes et opulenti.

[t] *Quasi triumphasse*] Notatur hic levitas Albucii, qui propria sua auctoritate in provincia triumphavit, cum hic honor Romæ tantum a senatu decerneretur.

solatur, ejus exitum expectet;[a] præsertim cum in Albucio nec Pisonis libidines, nec audacia Gabinii fuerit; hac tamen una plaga conciderit, ignominia senatus.

17. Atqui[5] [b] duas Gallias qui decernit consulibus duobus, hos retinet ambo:[c] qui autem alteram Galliam,[d] et aut Syriam, aut Macedoniam; tamen alterum retinet,[e] et in utriusque pari scelere disparem conditionem facit. Faciam, inquit, illas[f] prætorias, ut Pisoni et Gabinio succedatur statim. Si hic sinat:[g] tum enim tribunus[6] intercedere poterit; nunc non potest. Itaque ego[7] idem, qui nunc consulibus iis, qui designati erunt, Syriam Macedoniamque decerno, decernam easdem prætorias, ut et prætores annuas provincias[h] habeant, et eos quam primum videamus, quos animo æquo videre non possumus. VIII. Sed mihi credite,

plaga H, Erf. Barb. Ven. 1480. *hanc tamen hac una plaga* C.—5 *At qui* C χ ψ, edd. ante Naug. item Camer. Manut. Steph. *At* H S, Lamb. *Atqui* Erf. T, Naug. Grut. et seqq. *qui* omittunt C H S, edd. ante Naug. item Camer. Manut. Steph. Mox, *duobus* omittunt Erf. Franc. *ambos* habent C H S T χ ψ, et edd. ante Lamb. *qui autem et alteram* C H S. *retinet in utriusque* C H S T χ.—6 *Si h. sinat tribunus, tum enim* Barb. *enim tribunus* omittit Erf. *tribunus* uncis inclusit Orell. de Garat. sententia. Verba, *tum e. t. i. p. n. n. potest*, desunt in T. Pro *poterit* C legit *potuit*.—7 *Itaque qui ego* χ. Mox, *et* ante *prætores* deest in eodem cod. *provincias habebant* ψ.

NOTÆ

[a] *Ejus exitum expectet*] Albucius ex Sardinia redux, repetundarum damnatus, ejectus est in exilium.

[b] *Atqui*] Affert Cicero diversas sententias, quas primo refellit, ut deinde suam probet. Igitur unus senator censebat duas Gallias duobus proxime consulibus decernendas esse.

[c] *Hos retinet ambo*] Idem volebat ut Piso et Gabinius in Macedonia et Syria retinerentur.

[d] *Qui autem alteram Galliam*] Alter senator judicabat in una e Galliis sic retinendum esse Cæsarem, ut alteri designandorum consulum altera Gallia, alteri vero vel Syria vel Macedonia decerneretur.

[e] *Tamen alterum retinet*] Vel Gabinius, vel Piso, ex illa senatoris sententia, in sua provincia retineretur.

[f] *Faciam i. illas*] Vult ille ut Macedonia et Syria reddantur prætoriæ: quas nempe prætores obtinebunt, et non consules. Statim autem atque prætores suo munere in urbe defuncti erant, consules vero non nisi anno post gestum magistratum, in provincias mittebantur.

[g] *Si hic sinat*] Intelligit hic aliquem tribunum plebis, cui fas erat ex lege Sempronia provinciis prætoriis decernendis intercedere, non autem consularibus.

[h] *Annuas provincias*] Tantum per annum regendæ provinciæ consulibus vel prætoribus decernebantur.

nunquam succedetur illis,[1] nisi cum ea lege[i] referetur, qua intercedi de provinciis non licebit. Itaque, hoc tempore amisso, annus est integer vobis expectandus; quo interjecto, civium calamitas, sociorum ærumna,[2] sceleratissimorum hominum impunitas propagatur.[a]

18. Quodsi essent illi optimi[k] viri, tamen ego mea sententia C. Cæsari succedendum nondum putarem. Qua de re dicam, patres conscripti, quod sentio, atque illam interpellationem mei familiarissimi,[l] qua paulo ante interrupta est oratio mea, non pertimescam. Negat me vir optimus inimiciorem[3] Gabinio debere esse, quam Cæsari: omnem enim illam tempestatem,[m] cui cesserim, Cæsare impulsore atque adjutore esse excitatam. Cui si primum sic respondeam, me communis utilitatis habere rationem, non doloris mei; possimne probare, cum id me facere dicam, quod exemplo fortissimorum et clarissimorum civium facere possim? An non Ti. Gracchus,[n] (patrem dico,[4]

[a] *Continuatur.*

Cap. viii. 1 Codd. χ ψ *succeditur illis.* Mox, *ea lege refertur* χ.—2 H *interjecta c. c. s. crimina.*—3 H S T ψ *inimicitiorem.* Mox, *enim* omittunt codd. plerique, C H S T χ ψ, et edd. ante Naug. præter Junt. *cui cesseram* χ.—4 Hæc omnia, *quod exemplo f. et c. c. f. p. An non Ti. G. p. dico* desunt in χ.

NOTÆ

[i] *Ea lege*] Legem Semproniam intelligit, de qua paulo ante.

[k] *Illi optimi*] Piso et Gabinius.

[l] *Mei faimliarissimi*] Non appellat quis ille sit familiaris ejus: cum enim Cæsari decerneret duas Gallias Cicero, admonitus est ab illo suo familiari, quem non nominat, quia facile ab omnibus videri potuit, ut potius duas Gallias consulibus designaret, quia ipsi tam infensus fuerat Cæsar, quam Gabinius et Piso.

[m] *Omnem illam tempestatem*] Cæsar infensus Ciceroni Clodium tribunum plebis contra eum excitavit, cujus furoribus pulsus est in exilium.

[n] *Ti. Gracchus*] L. Scipioni Asiatico, P. Scipionis Africani superioris fratri. C. Minucius Augurinus, tribunus plebis, damnavit mulcta L. Scipionem; quam ob causam ab ipso sponsores petebat. Scipio Africanus fratris nomine ad collegium tribunorum provocabat; petebatque, ut virum consularem et triumphalem a collegæ vi defenderent. Octo tribuni, cognita causa, decreverunt, ut, aut sponsores daret, aut in vincula conjiceretur: cum non daret, in carcerem abripiebatur. Ti. Sempronius Gracchus juravit, palam sibi esse inimicitias cum Africano; decretum statim recitavit, sed alienum sibi videri, &c. quare Scipionem Asiaticum

cujus utinam filii ne degenerassent a gravitate paterna!) tantam laudem est adeptus, quod tribunus plebis solus ex toto illo collegio[o] L. Scipioni auxilio[5] fuit, inimicissimus et ipsius, et fratris ejus, Africani, juravitque in concione, se in gratiam non rediisse; [*p.* 73.] sed alienum sibi videri dignitate imperii, quo duces essent hostium, Scipione triumphante, ducti, eodem ipsum duci, qui triumphasset? 19. Quis plenior[6] inimicorum fuit C. Mario?[p] L. Crassus,[q] M. Scaurus,[r] aliine inimici? omnes Metelli. At hi non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed et, propter rationem Gallici belli,[7] provinciam extra ordinem[s] decernebant. Bellum in Gallia max-

An Ti. Grach. omisso *non*, omnes codd. nunc noti, edd. ante Lamb. item Græv. Garat. Orell. Ceterum hæc, *An Ti. Gracchus . . . qui triumphasset* Lamb. cum codd. duobus ad finem capitis collocavit ante illa, *An vero M. ille, &c.* Mox, *filii non deg.* χ ψ. Pro *paterna*, cod. Stephani, Lamb. Grut. Græv. habent *patria*, non improbante Garat.—5 Cod. χ *auxilia.* Mox, *juravit in contentione* Erf.—6 *Quis planior* C a m. sec. Mox, *omnes inimici Cætelli* C. *aliive inimici o. Met.* Junt. Verba *aliine inimici* uncis inclusit Orell. *L. Cr. M. Sc. inimici; omnes Met.* Schutz. de conj. Ernesti, cui suspectum præterea erat seq. *inimicum.*—7 Lamb. *belli Gallici;* Schutz. *Cimbrici belli.* Mox, *domitæ sunt Cæsare* Erf. *sed nundum l. nundum j. c. nundum . . . ef-*

NOTÆ

a collegæ vi prohibuit. Vide Gell. Noct. Att. VII. 19.

[o] *Ex toto illo collegio*] Cœtus tribunorum plebis collegium dicebatur.

[p] *Quis plenior inimicorum fuit C. Mario*] Marius adversariam habuit Metellorum familiam, tum propter id maxime, quod Metelli Numidici legatus in bello contra Jugurtham, monuit senatum illud a Metello produci; quod si se consulem facere vellent, brevi se bellum illud confecturum. Factus consul, a fide discessit: quo scelere in se Metellorum omnium odium concitavit.

[q] *L. Crassus*] L. Crassus eloquentia vir clarissimus fuit, ut refert Cicero, in Bruto, inimicus autem Mario, quod pæne ab insequentibus ejus militibus mortem oppetiisset una cum filio, nisi delituisset in spelunca.

[r] *M. Scaurus*] Scaurus summa auctoritate valuit in repub. ac primum amicissimus Mario; sed quia Cæciliani Metelli pontificis filiam uxorem habuit, quæ post mortem Scauri nupsit Sullæ dictatori Mario, infensissimo, hunc Marium inter et Scaurum simultates exortæ sunt.

[s] *Extra ordinem*] Ordinaria provinciarum mandandarum ratio fuit, ut quotannis consulibus et prætoribus a senatu decernerentur, a populo vero lege curiata imperium in iis traderetur. Provinciæ vero extraordinariæ fuerunt, quoties aut magistratibus, aut privatis nominatim una cum imperio tributis comitiis datæ sunt, aut

imum gestum est: domitæ sunt a Cæsare maximæ nationes,[t] sed nondum legibus, nondum jure certo, nondum satis firma pace devinctæ: bellum affectum[u] videmus, et, vere ut dicam, pæne confectum; sed ita, ut, si idem extrema persequitur, qui[8] inchoavit, jam omnia perfecta videamus: si succeditur,[x] periculum sit, ne instauratas maximi belli reliquias ac renovatas audiamus. Ergo ego[9] senator,[y] inimicus, si ita vultis, homini, amicus esse, sicut semper fui, reipublicæ debeo. 20. Quid, si ipsas inimicitias depono reipublicæ causa? quis me tandem jure reprehendat?[10] præsertim cum ego omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda. IX. An vero non M. ille Lepidus,[z] qui bis consul,[1] et pontifex maximus[a] fuit, non solum memoriæ testimonio, sed etiam annalium literis et summi poëtæ[b] voce laudatus est, quod cum M. Fulvio

fectum C.—8 Idem cod. *persequetur, quæ.*—9 *Ergo hoc* C H S.—10 C H *reprehendet.*

Cap. IX. 1 Ita codd. et edd. ante Ald. item Grut. Græv. et recentt. *Annon M. ille Lepidus* Ald. Lamb. Schutz. *An vero non M. ille Lepidus* solus Ernesti. Prænomen *M.* deest in C. *quibus consul* ψ. Mox, *memoria et test.*

NOTÆ

in iisdem in plures annos prorogatum imperium est.

[t] *Maximæ nationes*] De domitis a Cæsare nationibus fuse in Orat. pro M. Marcello dicetur.

[u] *Bellum affectum*] Bellum affectum dicitur, cum prope ad exitum perductum est; confectum vero, cum nulli sunt prorsus hostes debellandi.

[x] *Si succeditur*] Id est, si revocetur Cæsar e Gallia, et alius in ejus provinciam imperator mittatur, vel proconsul.

[y] *Ergo ego senator*] Cum Cicero senator sit, debet privatas inimicitias reipub. causa deponere, eique consulere.

[z] *M. ille Lepidus*] M. ille Æmilius Lepidus, bis consul et pontifex, diutinas et vehementes inimicitias cum Fulvio Flacco gessit, quas, ut simul censores renuntiati sunt, in Campo deposuit; existimans non oportere eos privatis odiis dissidere, qui publica potestate vincti essent. Plura infra de iis.

[a] *Pontifex max.*] Pontifices tunc erant octo majores, minores septem. Unus olim fuit a Numa Pompilio creatus maximus, quod maximarum rerum, quæ ad sacra et religionem pertinebant, judex esset, et vindex privatorum et magistratuum, qui religionum leges non observabant.

[b] *Summi poëtæ*] Summus ille poëta Ennius est, qui cum illo Fulvio ad bellum profectus est.

collega, quo die censor est factus,[c] homine inimicissimo, in Campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censuræ communi animo ac voluntate defenderent? 21. Atque, ut vetera, quæ sunt innumerabilia, mittam; tuus pater,[2] Philippe,[d] nonne uno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit? quibus eum omnibus[3] eadem respublica reconciliavit, quæ alienarat. 22. Multa prætereo, quod intueor coram hæc lumina atque ornamenta reipublicæ,[4] P. Servilium[e] et M. Lucullum: (utinam etiam L. Lucullus ille viveret![5] [f]) Quæ fuerunt inimicitiæ graviores in civitate, quam Lucullorum atque Serviliorum?[g] quas in viris fortissimis non solum exstinxit reipublicæ dignitas, et ip-

Franc. C S T χ ψ, et edd. ante Steph. *laudatus non est* Barb et χ.—2 Cod. χ *cujus pater.* Mox, *non uno tempore* C H S χ ψ, Venet. 1483. Hervag.—3 Ita margo ed. 1584. Grut. et recent. *quibuscum omnibus* C H S T χ ψ, et edd. ante Grut. Mox, *conciliavit* H.—4 Voc. *reipublicæ* deest in Erf.—5 T *ut etiam L. Lentulus vel Lucullus ille desineret;* Erf. *utinam etiam Lucullus ille desiderat.* 'Scripti nostri præferunt *ille desiveret;* hi *desineret*, nisi quod Pal. 9. et S. Victor. *desiderat;* ex his facile quis finxerit *utinam etiam L. Lucullus ille se sineret.* Ahalæ liber præfert *veniret.*' Grut. *hic sederat* conj. Lamb. Mox, *extinxit respublica dignitatis ipsum* Græv. in Var. Lectt. *extinxit reip. dignitas sed etiam quæque ipsorum ad, &c.* Franc. *extinxit r. p. dignitasque ipsorum* Erf. Paris. Græv. Lall. Schutz. Orell. *extinxit reip. dignitasque et ipso-*

NOTÆ

[c] *Quo die censor est factus*] Æmilius Lepidus, et Fulvius Flaccus, nobili genere, amplissimisque honoribus, et summo loco in civitate præditi, odio inter sese gravi, et simultate diutina, conflictati sunt. Postea populus eos simul censores fecit; atque illi ubi voce præconis renuntiati sunt, ibidem statim in Campo Martio, nondum dimissa concione, ultro uterque, et pari voluntate, conjuncti, complexique sunt; exque eo die, et in ipsa censura, et postea, jugi concordia, fidissime, amiceque vixerunt. Causa porro simultatum fuit, quod Æmilius Lepidus bis se a consulatu obtinendo dejectum fuisse a M. Fulvio conquereretur, et vicissim Fulvius semper se a Lepido lacessitum.

[d] *Philippe*] Hic Philippus L. Marcius socer fuit Catonis Uticensis, qui, quo tempore hæc habebatur oratio, consul erat: filius autem fuit L. Philippi, qui Lucius, dum consulatum gereret, summos habuit inimicos L. Crassum, et M. Drusum, quod senatus auctoritatem oppugnasset.

[e] *P. Servilium*] Pub. Servilius, Cilicia a prædonibus liberata, Isauri urbe capta, Isaurici nomen obtinuit, et triumphum.

[f] *Lucullus ille viveret*] Imperator ille Lucullus Mithridatem et Tigranem superavit. De quibus sæpius in Orat. pro Lege Manil.

[g] *Lucullorum atque Serviliorum*] Amplissima fuit Romæ utraque illa familia, ex quibus extitere multi viri

sorum, sed etiam ad amicitiam consuetudinemque traduxit.[b] Quid? Q. Metellus Nepos,[h] nonne consul in templo Jovis Optimi Maximi, permotus cum auctoritate vestra, tum illius P. Servilii incredibili gravitate dicendi, absens mecum, summo suo beneficio,[6] rediit in gratiam? An ego possum huic esse inimicus, cujus literis, fama, nuntiis celebrantur aures quotidie meæ novis nominibus gentium, nationum, locorum? 23. Ardeo, mihi credite, patres conscripti,[7] (id quod vosmet de me existimatis, et facitis[a] ipsi) incredibili quodam amore patriæ; qui me amor et subvenire olim impendentibus periculis[i] maximis cum dimicatione capitis, et rursum, cum omnia tela[k] undique esse intenta in patriam viderem, subire coëgit, atque excipere unum pro universis: hic me meus in rempublicam[8] animus pristinus ac perennis, cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. 24. Quod[9] volent[l] denique, homines existiment; nemini ego possum esse bene de republica merenti non amicus. X. Etenim si iis,[1] qui hæc omnia flamma ac ferro delere voluerunt, non inimicitias solum, sed etiam bellum

[b] *Revocavit.* [a] *Ardetis.*

rum Junt. *quæ et ipsorum* ψ.—6 Erf. *summo beneficio.* 'Mihi totum hoc non satis placet.' *Ernesti.* *redit in gratiam* χ.—7 Erf. *mihi credite P. C.* Mox, *vosmet et de me* Lamb.—8 C S χ *republica.*—9 *Quid* Erf. ψ. Mox, *bene merenti idem R. p. non amicus* Erf. *bene merenti de rep. non a.* Naug. Lamb. 1566. *esse homini bene merenti de rep. non a.* Venet. 1480. Junt. *ego esse possum bene de rep. merenti n. a.* Rom. Venet. 1483. Steph.

Cap. x. 1 *Etenim si is* χ. Mox, *illorum familiaritates* C. *capitis* deest in

NOTÆ

factorum gloria, et consulatibus illustres, ac triumphis.

[h] *Q. Metellus Nepos*] Hic cum consul esset, exulem Ciceronem, licet inimicum, revocavit. Vide Orat. pro Sextio, § 130.

[i] *Impendentibus periculis*] Revocat eos in memoriam conjurationis Catilinæ, quam periculo sui capitis detexit, et exstinxit.

[k] *Omnia tela*] Designat Clodianos motus, qui contra se, adjuvantibus coss. Gabinio et Pisone, excitati sunt, quibus cedere maluit abeundo in exilium, quam remanendo, bello intestino patriam exponere.

[l] *Quod volent*] Postquam ostendit rediisse in gratiam cum Cæsare exemplo clarorum hominum, nunc probat, non ideo esse arguendum levitatis.

indixi atque intuli, cum partim mihi illorum[b] familiares, partim etiam, me defendente, capitis judiciis essent liberati;[m] cur eadem respublica, quæ me in amicos inflammare potuit, inimicis placare non possit? Quod[2] mihi odium cum P. Clodio fuit, nisi quod perniciosum patriæ civem fore putabam, qui turpissima libidine incensus, duas res sanctissimas, religionem et pudicitiam,[n] uno scelere violasset? [*p.* 74.] Num est igitur[3] dubium ex iis rebus, quas is egit, agitque quotidie, quin ego, in illo oppugnando, reipublicæ plus, quam otio meo; nonnulli, in eodem defendendo, suo plus otio, quam communi, prospexerint? 25. Ego me a Cæsare[o] in republica dissensisse fateor, et sensisse vobiscum: sed nunc iisdem vobis assentior, cum quibus antea sentiebam. Vos enim (ad quos literas L. Piso de suis rebus non audet mittere; qui Gabinii literas insigni quadam nota atque ignominia nova condemnastis) C. Cæsari supplicationes[4] decrevistis, numero,[p] ut nemini uno ex bello; honore, ut omnino nemini.[q] Cur igitur[5] ex-

[b] *Illi.*

Erf.—2 *Quid* C.—3 *Non ergo* C S. *Num est ergo* H. *dubium* deest in C. *ex his rebus* Lamb. *agitque cottidie* Erf. *agitque* deest in C. Mox, *plus* prius deest in eodem cod. *otii* χ. *prospexerunt* T.—4 Erf. *supplicationem.* Mox, *ut nemini ullo* T, et edd. vett. *ut omnino nemini uno* ψ. *et nomini ullo* χ. *honorem* in eodem cod.—5 *Cur ergo* C. Mox, *reducit ordo* S. *et* ante *ordo* deest in H

NOTÆ

[m] *Essent liberati*] Cornelius Lentulus Sura creditur defensus a Cicerone in judicio capitis.

[n] *Religionem et pudicitiam*] Religionem violavit cum ingressus est Clodius in operta Bonæ Deæ; qua de re dictum est jam sæpe; pudicitiam vero, cum conatus est adulterio violare Pompeiam uxorem Cæsaris.

[o] *Ego me a Cæsare*] Probat dissensisse a Cæsare, et cum eo rediisse in gratiam exemplo senatus universi.

[p] *Decrevistis, numero*] Quindecim dierum supplicationes Cæsari decretæ sunt propter bellum unicum feliciter a se gestum: unde ipse lib. II. 'Ob easque res ex literis Cæsaris dies quindecim supplicatio decreta est, quod ante id tempus acciderat nulli.' Decernebantur autem supplicationes ad pulvinaria Deorum, feriis indictis, magna totius populi celebratione et lætitia.

[q] *Honore, ut o. nemini*] Decernebantur autem verbis honorificentissimis illæ supplicationes, ut sic indicaret senatus quanti faceret imperatorem, in cujus gratiam supplicabatur.

pectem hominem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo amplissimus,[r] et ordo is, qui est et publici consilii, et meorum omnium consiliorum auctor et princeps. Vos sequor, patres conscripti; vobis obtempero, vobis assentior; qui, quamdiu C. Cæsaris consilia in republica non maxime diligebatis, me quoque cum illo minus conjunctum videbatis: posteaquam rebus gestis mentes vestras voluntatesque[6] mutastis, me non solum comitem esse sententiæ vestræ, sed etiam laudatorem vidistis. ~

XI. 26. Sed quid est,[s] quod in hac causa maxime homines admirentur[1] et reprehendant meum consilium, cum ego idem antea multa decrerim, quæ magis ad hominis dignitatem, quam ad reipublicæ necessitatem pertinerent? Supplicationem quindecim dierum decrevi sententia mea. Reipublicæ satis erat tot dierum, quot C. Mario:[t] Diis immortalibus non erat[2] exigua eadem gratulatio, quæ ex maximis bellis.[c] Ergo ille cumulus[u] dierum hominis est dignitati tributus. 27. In quo[x] ego (quo[3] consule refe-

[c] *Eadem gratulatio placuisset Diis immortalibus, quæ solet fieri post bella maxima.*

S.—6 Ita codd. aliquot, etiam C H S T, Venet. 1480. Junt. Lamb. seqq. *voluntatemque* χ ψ, Rom. Venet. 1480. Ald. Hervag. Actutum, *mutuastis* ψ. *esse* omittit C, probante Garat.

CAP. XI. 1 Lamb. *demirentur*. Mox, *decreverim* optimi codd. etiam Erf. et edd. ante Lamb. Deinde, *pertineret* C.—2 Cod. χ omittit *non erat*; ψ

NOTÆ

[r] *Ordo amplissimus*] Senatus et amplitudine, et auctoritate sua ceteros ordines superabat.

[s] *Sed quid est*] Probat a comparatis, debuisse redire in gratiam cum Cæsare, quia jam ante ipsi multa decrevit sine reprehensione cujusquam.

[t] *Quot C. Mario*] Mario quinque supplicationum dies post devictos Cimbros decreti sunt.

[u] *Ergo ille cumulus*] Id est, illi dies supplicationum additi supra numerum aliorum, qui vulgo decerni solent, non tam pertinuerunt ad habendas Diis immortalibus gratias, quam ad dignitatem Cæsaris ornandam. Placet quibusdam, propter hanc vocem *cumulus*, delendum esse *quindecim*, et *decem* reponendum, quia dixit consuetum numerum duplicatum fuisse. Quidni incertum pro certo numero reponit Cicero?

[x] *In quo*] Duplex tempus suppli-

rente, primum decem dierum supplicatio decreta Cn. Pompeio, Mithridate interfecto, confectoque Mithridatico bello; cujus[d] sententia[4] primum duplicata est supplicatio consularis;[y] mihi enim estis assensi, cum, ejusdem Pompeii literis recitatis, confectis omnibus maritimis terrestribusque bellis, supplicationem dierum duodecim[5] decrevistis) sum Cn. Pompeii virtutem et animi magnitudinem admiratus, quod, cum ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus,[e] ampliorem honorem alteri tribuebat, quam ipse erat consecutus. Ergo in illa supplicatione, quam ego decrevi, res ipsa tributa est Diis immortalibus, et majorum institutis, et utilitati reipublicæ:[6] sed dignitas verborum, honos, et novitas, et numerus dierum, Cæsaris ipsius laudi gloriæque concessus est. 28. Relatum est ad nos[z] nuper de stipendio exercitus: non decrevi solum, sed etiam, ut vos decerneretis, laboravi: multa dissentientibus respondi: scribendo affui:[a] tum quoque homini plus tribui, quam nescio cui necessitati:[f][7] illum enim arbitrabar, etiam sine

[d] *Et mea.* [e] *Antepositus.* [f] *Necessitas postulabat.*

omittit *erat.*—3 Erf. non habet *quo.* Mox, *est supplicatio* H S T χ ψ.—4 C H S χ ψ *et cujus sententia;* Erf. *et cui sententia;* T *ex cujus sententia.*—5 Erf. *supplicationes d. XV.* Lall. et Schutz. de Manutii sententia, *supplicationem d. decem,* probante Grævio.—6 C *utilitate reipublicæ.* Erf. omittit *reipublicæ.* Mox, *concessa est* C. *laudi et gloriæ concessus est* pleræque edd. ante Naug. *et l. et gloriæ concessus est* Junt.—7 Erf. *nescio tuæ necessitati.*

NOTÆ

cationis decretæ significatur, quæ proinde duplex extitit, ut bene et ingeniose notat Abrahamus. Altera decem dierum fuit Cicerone consule, confecto bello Mithridatico: altera duodecim post Ciceronis consulatum, cum tantum consularis sententiam diceret, confectis omnibus tam terrestribus bellis, quam maritimis.

[y] *Supplicatio consularis*] Id est, quæ decernebatur pro consule.

[z] *Relatum est ad nos*] Id est, actum nuper est in senatu de pecunia danda Cæsari ex ærario pro stipendio ejus exercitus. Pertinuit autem ad senatum, sine populi suffragiis, stipendium, legatos, et supplicationes imperatoribus decernere.

[a] *Scribendo affui*] Dicit affuisse cum scriptum est senatus decretum. Hæc enim senatusconsulta ab amicissimis ejus, cujus de honore agebatur, scribebantur, ut ipse ait Cic. ad Fam. XV. 6.

hoc subsidio pecuniæ, retinere exercitum præda ante parta,[b] et bellum conficere posse: sed decus illud et ornamentum triumphi[c] minuendum nostra parsimonia non putavi. Actum est de decem legatis,[d] quos alii omnino non dabant, alii exempla quærebant, alii tempus differebant, alii sine ullis verborum ornamentis dabant: in ea quoque re sic sum locutus, ut omnes intelligerent, me id, quod reipublicæ causa sentirem, facere uberius propter ipsius Cæsaris dignitatem.

XII. 29. At ego idem nunc in[1] provinciis decernendis, qui illas omnes res egi silentio, interpellor; cum superioribus causis hominis ornamenta[g] fuerint, in hac me nihil aliud, nisi ratio belli, nisi summa utilitas reipublicæ moveat. Nam ipse Cæsar, quid est, cur in provincia[2] commorari velit, nisi ut ea, quæ per eum affecta sunt, perfecta reipublicæ tradantur? [*p.* 75.] Amœnitas eum,[3] credo, locorum, urbium pulchritudo, hominum nationumque illarum humanitas et lepos, victoriæ cupiditas, finium imperii nostri propagatio[4] retinet. Quid illis terris asperius? quid incultius oppidis? quid nationibus immanius?[5] quid porro

[g] *Respexerim dignitatem Cæsaris.*

CAP. XII. 1 *Adeo idem in* Erf. *Ut ego, &c.* χ. Mox, *cum in superioribus* Lamb. et Orell. probante Garat. *hominis* deest in Erf. Deinde, *moveant* χ. —2 Gell. xv. 5. Non. p. 160. Merc. *in ea provincia;* unde Garat. conj. *in ea pr. . . . nisi ut quæ.* Mox, *per eum effecta* C χ. *perfecta republica* T. *patefacta reip.* Erf. et Græv. in Var. Lectt. Pro *tradantur*, quod servant codd. aliquot, χ, Hervag. Grut. seqq. *tradatur* Erf. *tradat* omnes codd. Lambini, C H S T ψ, Rom. Venett. 1480. 1483. Junt. Lamb. Orell. item Gell. et Non. l. l.—3 *Amœnitas enim* C H S T χ ψ.—4 Erf. *propagator.*—5 Idem cod. *inmanius.*

NOTÆ

[b] *Præda ante parta*] Præda ab hostibus parta non raro quæstori committebatur, ut eam Romam ad ærarium referret, et ad quæstores ærarii: ea tamen aliquando, cum rem videlicet bene gesserant milites, ab imperatoribus, militibus pro præmio victoriæ concedebatur.

[c] *Ornamentum triumphi*] Nobilissimum fuit ornamentum triumphi, multam pecuniam in ærarium inferre.

[d] *De decem legatis*] Mittebantur legati post victoriam, ut de pacis conditionibus agerent, ac res componerent. Decem porro a senatu ad Cæsarem decreti sunt, licet totum bellum non confecisset, ut Dio auctor est.

tot victoriis præstabilius? quid Oceano longius inveniri potest? An reditus in patriam habet aliquam offensionem? utrum apud populum,[h] a quo missus,[6] an apud senatum, a quo ornatus est? an dies[i] auget ejus desiderium, an magis oblivionem? ac laurea illa,[e] magnis periculis parta, amittit longo intervallo viriditatem? Quare, si qui hominem non diligunt, nihil est, quod eum[7] de provincia devocent: ad gloriam devocant, ad triumphum, ad gratulationem, ad summum honorem senatus, equestris ordinis gratiam, populi caritatem.[k] 30. Sed, si ille hac tam eximia fortuna, propter utilitatem reipublicæ, frui non properat, ut omnia illa conficiat; quid ego senator facere debeo, quem, etiamsi[8] ille aliud vellet, reipublicæ consulere oporteret? Ego vero sic intelligo,[a] patres conscripti, nos[9] hoc tempore in provinciis decernendis, perpetuæ pacis habere oportere rationem: nam quis hoc[10] non sentit, omnia alia esse nobis vacua[b] ab omni periculo, atque etiam ab omni suspicione belli? 31. Jamdiu[11] mare videmus illud immensum,[f] cujus fervore[c] non solum maritimi cursus,[g]

[h] *Offendit aliquam? an populum.* [i] *Absentia.* [k] *Amorem.*
[a] *Ita sentio.* [b] *Nos liberos esse undique.* [c] *Agitatione.*

Verba, *quid inc. o. q. n. immanius*, desunt in C H S T χ ψ.—6 Ita C H, Naug. Grut. seqq. *missus est* ceteri, etiam Junt. Lamb.—7 Cod. ψ, *quod enim*. Mox, *revocent: ad gl. revocant* Arntzen. ad Plin. Paneg. p. 51. *ad summum hominem* H. *ordinis gloriam* C.—8 Idem cod. *etsi*.—9 C H *vos*.—10 Ita codd. meliores, Venet. 1480. Junt. Lamb. seqq. *hoc tempore* S, Rom. Venet. 1483. Hervag. Steph. Mox, *ab* deest in Lamb. *ab omni* desunt in Erf. Barb. H T χ ψ. —11 *Nam diu* T. *suspicione belli jam diu? Mare, &c.* Erf. et al. ap. Græv.

NOTÆ

[e] *Laurea illa*] Per lauream exprimit gloriam, quam suis victoriis Cæsar sibi peperit. Nota autem quod dux belli justa victoria potitus, laureatas literas ad senatum per tabularios victoriæ nuntios mittebat. In castris vero lictorum fasces laurea exornabat. Ipse etiam laurea donabatur a militibus, quam semper gerebat in capite.

[f] *Mare illud immensum*] Indicat Mediterraneum mare, quod inter Oceanum Gaditanum ad pontum Euxinum per varios sinus extenditur.

[g] *Maritimi cursus*] Ita mare piratis infestabatur, ut etiam ad terram appellerent, ubi multas urbes sibi subjiciebant: de his vide Orat. pro Lege Manil.

sed urbes etiam, et viæ militares jam tenebantur, virtute Cn. Pompeii sic a populo Romano, ab Oceano usque ad ultimum Pontum, tanquam unum aliquem portum, tutum et clausum teneri: nationes eas, quæ numero hominum ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras redundare, ita ab eodem esse partim recisas, partim repressas, ut Asia, quæ imperium antea nostrum [12] terminabat, nunc tribus novis provinciis [h] ipsa cingatur. Possum de omni regione, de omni hostium genere dicere: nulla gens est, quæ [13] non aut ita sublata sit, ut vix extet; [i] aut ita domita, ut quiescat; aut ita pacata, ut victoria nostra imperioque lætetur. XIII. 32. Bellum Gallicum,[k] patres conscripti, C. Cæsare imperatore, gestum est; antea tantummodo repulsum: semper illas nationes nostri imperatores refutandas [d] potius bello, quam lacessendas putaverunt. Ipse ille C. Marius, cujus divina atque eximia virtus magnis populi Romani luctibus funeribusque subvenit, influentes [1] in Italiam [l] Gallorum maximas copias repressit, non ipse ad eorum urbes sedesque penetravit. Modo ille meorum laborum, periculorum, consiliorum socius, C. Pomtinus,[2] [m] fortissimus vir,

[d] *Repellendas.*

Mox, *etiam vitæ* χ.—12 C *vestrum.*—13 Cod. ψ *quæve.* Mox, pro *sublata*, quod servant Erf. Pal. 9. Gembl. C H S χ ψ, optimique codd. *subacta* habent edd. vett. Deinde, *ita pacata aut* T.

CAP. XIII. 1 Cod. χ *influentis.*—2 *Pontinus* S χ ψ, al. ap. Græv. *Pontinius* Græv. *Pomptinus* cod. Steph. Lallemand. ut in Catilinam, III. 2.

NOTÆ

[h] *Tribus novis provinciis*] Asia cingitur Bithynia, Ponto, Syria, quas Pompeius, victo Mithridate, adjecit imperio Romano.

[i] *Ut vix extet*] Id est, ut ejus aliquod restet vestigium.

[k] *Bellum Gallicum*] Ante Cæsarem nemo imperator Gallos fuerat aggressus, sed repellere tantum potuerat.

[l] *Influentes in Italiam*] Effundebant se in Italiam Galli, quos Cimbros et Teutonas Cæsar lib. I. appellat: verum a Mario repulsi sunt et debellati. Porro illi Germaniæ populi communi Gallorum nomine appellantur, aut quia ab extremis Galliarum finibus venerant, ut ait Florus III. 3. aut quia a Gallis in Italiæ fauces conducti sunt.

[m] *C. Pomtinus*] Prætor fuit Pomtinus, quo tempore exarsit Catilinæ conjuratio Cicerone consule, cui optimam in ea exstinguenda operam

ortum repente bellum Allobrogum,[n] atque hac scelerata conjuratione excitatum, prœliis fregit, eosque domuit, qui lacessierant; et ea victoria contentus, republica metu[3] liberata, quievit. C. Cæsaris[4] longe aliam video fuisse rationem: non enim sibi solum cum iis, quos jam armatos contra populum Romanum videbat, bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostram ditionem esse redigendam. 33. Itaque cum acerrimis nationibus et maximis, Germanorum et Helvetiorum,[o] prœliis felicissime decertavit: ceteras contrivit, domuit, [compulit,][5] imperio populi Romani parere assuefecit, et, quas regiones, quasque gentes nullæ nobis antea literæ, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noster imperator, nosterque exercitus, et populi Romani arma peragrarunt. Semitam[6] tantum Galliæ[p] tenebamus antea, patres conscripti: ceteræ partes a gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certe immanibus, et barbaris, et bellicosis tenebantur; quas nationes nemo unquam fuit qui non[7] frangi domarique cuperet: [*p.* 76.] nemo sapienter de republica nostra cogitavit

3 Voc. *metu* deest in C.—4 *C. Cæsari* Schutz. errore typogr. Mox, *contra remp. videbat* H. *esse dixit* χ. *in vestram dit.* C.—5 Codd. optimi, et Orell. *conterruit, compulit, domuit*, probante Garat. *contrivit, compulit, domuit* Franc. et edd. ante Grut. præter Lamb. *conteruit, domuit, compulit* Pal. 9. et T. *compulit* delevit Schutz. *contrivit, contudit, domuit* Lamb. e conjectura in ed. 1566. *contrivit, domuit, contudit* Lamb. 1584. Mox, *nullæ vobis* χ.—6 *Semita* χ ψ. *ceteras partes* C.—7 Pro *qui non*, C H, Naug. Lamb. Orell. habent *quin*.

NOTÆ

navavit. Ex prætura in ulteriorem Galliam missus est, ubi biennium, et Allobroges, qui rebellaverant, ad Solonem domuit, de quibus, auctore Dione, triumphavit.

[n] *Allobrogum*] Allobroges populi erant citra Rhodanum fluvium, et Lemani lacus ripas, extra Belgas, Celtas, et Aquitanos, Genevam oppidum, locaque finitima incolentes: qui etiam fuere finitimi Vocontiis populis, propinqui Centronibus, nunc Tarantasiis, ac trans Rhodanum vicos et possessiones habebant circa regionem, quæ nunc Bressa dicitur. Cis Rhodanum inter illos populos fuit Delphinatus, et qui nunc *Sabaudi* appellantur.

[o] *Helvetiorum*] Helvetii inter Celtas populi erant, nunc in 13. conventus juridicos divisi.

[p] *Semitam tantum Galliæ*] Galliam Narbonensem significat, quæ jam in potestatem Romanorum venerat, et quasi viam ad ceteras Galliæ nationes aperiebat.

jam inde a principio hujus imperii, quin Galliam maxime timendam[q] huic imperio putaret:[8] sed propter vim ac multitudinem gentium illarum, nunquam est antea cum omnibus dimicatum. Restitimus semper lacessiti: nunc denique est perfectum, ut imperii nostri terrarumque illarum idem esset extremum.[e] XIV. 34. Alpibus[r] Italiam munierat ante natura, non sine aliquo divino numine:[1] nam, si ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuisset, nunquam hæc urbs summo imperio domicilium ac sedem præbuisset: quæ jam licet considant: nihil est enim ultra illam altitudinem montium,[2] usque ad Oceanum, quod sit Italiæ pertimescendum. Sed tamen una atque altera[3] æstas, vel metu, vel spe, vel pœna, vel præmiis, vel armis, vel legibus potest totam Galliam sempiternis vinculis astringere: impolitæ vero res, et acerbæ,[f] si erunt relictæ; quanquam sunt accisæ,[4] tamen efferent se aliquando, et ad renovandum bellum revirescent. 35. Quare sit in ejus tutela Gallia, cujus virtuti, fidei,[5] felicitati commendata est. Etenim si[6] fortunæ muneribus amplissimis ornatus, sæpius ejus Deæ[s] periculum facere nollet;[g] si in patriam, si ad Deos

[e] *Ut fines illarum nationum, iidem sint imperii nostri.*
[f] *Inchoatæ et imperfectæ.* [g] *Nollet exponi periculis.*

—8 Erf. aliique codd. *deputaret.*
CAP. XIV. 1 Ed. Wald. Junt. *numine divino.* Ernesti conj. *munere;* refutat Garat. Actutum *nam* deest in S χ. *ille* deest in T. Paulo post, *quæ licet considant* H S. *quæ licet concidant* C. *quæ jam licet considerunt* Erf.—2 H χ *munitum.*—3 Manut. et Steph. *una aut altera*, probante Garat. Actutum, *ætas* ψ.—4 Ita Erf. Pal. 9. Turing. Grut. Græv. Schutz. Orell. *quanquam sunt abscisæ* codd. Grævii, C T χ ψ, et edd. pleræque; *q. sunt obscissæ* Lamb. *q. s. ascisæ* S. *quanquam abscissæ* cod. in Var. Lectt. Grævii. Mox, *reviridescent* codd. Grævii, H S χ ψ.—5 Codd. Lambini et Erf. *fidei, virtuti.*—6 Ita Junt.

NOTÆ

[q] *Galliam maxime timendam*] Ita formidabiles Galli Romanis fuerunt, ut sacerdotibus et senibus, quibus vacatio militiæ concessa erat, eundum esset ad bellum, cum Gallicum bellum exoriebatur. Appian. Bell. Civil. lib. II.

[r] *Alpibus*] Alpes montes sunt excelsi, quibus Italia a Gallia et Germania dividitur; per quos olim Cæsar, initio Gallici belli, ex Italia in Galliam quinque legiones traduxit.

[s] *Ejus Deæ*] Fortunæ templa dedicata sunt a veteribus.

penates,[t] si ad eam dignitatem, quam in civitate sibi propositam videt, si ad jucundissimos liberos, si ad clarissimum generum[u] redire properaret; si in Capitolium[x] invehi victor cum illa insigni laurea[7] gestiret; si denique timeret casum aliquem, qui illi tantum addere jam non potest, quantum auferre; vos tamen oporteret ab eodem illa omnia, a quo profligata sunt, confici velle. Cum vero ille suæ gloriæ[8] jampridem, reipublicæ nondum satisfecerit; et malit tamen tardius ad suorum laborum fructus pervenire, quam non explere susceptum reipublicæ munus; nec imperatorem, incensum ad rempublicam bene gerendam, revocare, nec totam Gallici belli rationem, prope jam explicatam,[h] perturbare atque impedire debemus.[9]

XV. 36. Nam[a] illæ sententiæ virorum clarissimorum minime probandæ sunt, quorum alter[1] ulteriorem[a] Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem.[b] Qui ulteriorem, omnia illa, de quibus disserui paulo ante, perturbat; simul ostendit, eam se sciscere[b] [2] legem,[c] quam esse legem neget;

[h] *Confectam.* [a] *Ceterum.* [b] *Decernere.*

Hervag. Grut. seqq. *Et si* C H S T χ ψ, et edd. antiquiss. *Quia si* Erf. *Qui si* Lamb. Mox, *ejusdem Deæ* Barb. ed. Wald. Venet. 1480. unde Ernesti conj. *ejusdem periculum;* recepit Schutz. refutavit Garat. *facere vellet* χ. *si in patria* χ ψ.—7 Codd. Grævii, C H S T ψ, Rom. Venet. 1483. *laude;* Junt. *laude laurea.* Actutum, *gestaret* χ. Paulo post, *nos tamen* codd. Grævii, H χ.—8 Erf. *ille gloriæ,* omisso *suæ.* Mox, *respublica* H S.—9 Erf. *debeamus.*
CAP. XV. 1 Erf. *atque alter;* S *quo alter.*—2 C H S T χ ψ *eam se scire.*—

NOTÆ

[t] *Ad Deos penates*] De iis dictum in Orat. pro Sext. § 30.

[u] *Generum*] Pompeius Juliæ, Cæsaris filiæ, nupserat.

[x] *In Capitolium*] Triumphantes curru aurato, quadrigis albis, corona laurea in capite, lauro in manu dextra, os minio obliti, vehebantur in Capitolium, ubi, cæsis victimis, [gratias Diis agebant. Vide Zonaram.

[a] *Ulteriorem*] Transalpina Gallia, Rheno, Oceano, Pyrenæis, et Alpibus, terminatur.

[b] *Citeriorem*] Cisalpina Rubiconem fluvium et Alpes limites habet.

[c] *Legem*] Tulit legem P. Vatinius tribunus plebis, Cæsare et Bibulo coss. ut C. Cæsari Gallia Cisalpina cum Illyrico in quinquennium, sine senatus decreto, et extra sortem, mandaretur: ut ii, quos in lege nominabat, legati, sine senatus auctoritate, cum Cæsare proficiscerentur: ut eidem pecunia ex ærario ad exerci-

et, quæ pars provinciæ sit, cui non possit intercedi,[d] hanc se avellere; quæ defensorem habeat,[e] non tangere: simul et illud facit, ut, quod illi a populo datum sit, id non violet; quod senatus dederit, id [3] senator properet auferre. 37. Alter[f] belli Gallici rationem habet: fungitur officio boni senatoris: legem, quam non putat,[g] eam quoque servat; præfinit enim [4] successori diem:[h] qui mihi nihil videtur minus a dignitate disciplinaque majorum dissidere, quam ut, qui[i] consul Kalendis Jan.[k] habere provinciam

3 C H S omittunt *id*.—4 Schutz. conj. *non servat. At præfinit enim.* Mox, *Atqui mihi nihil videtur magis* Orell. e conjectura Lambini, probante Garat. *Qui mihi nihil videtur magis* Schutz. de Manutii conjectura; *Atque mihi* margo ed. 1584. *Quæ m. n. v. minus* Erf. Pal. 9. T. *disciplinaque majorum dissidere* omittunt codd. optimi, Erf. Pal. 9. *atqui m. n. v. minus e dig. dis. majorum, quam ut* conj. Garat. *quam qui* Lamb. Orell. Paulo post, *is eam* Junt.—

NOTÆ

tum tribueretur: ut idem coloniam Novumcomum deduceret. Hanc legem multi contra auspicia latam fuisse contendebant; quia Bibulus consul de cœlo servabat, cum Vatinius tribunus plebis leges suas ferebat.

[d] *Cui non possit intercedi*] Intelligit Transalpinam Galliam, cui nemo tribunus intercedere poterat, quia decreta erat Cæsari auctoritate senatus.

[e] *Quæ defensorem habeat*] Jam intelligit Cisalpinam Galliam, quam populus Cæsari decrevit, et cui intercedere quilibet tribunus poterat, et impedire quominus ea Cæsar potiretur: quia decreta a populo consularis non erat. Pertinebat enimvero tantum ad senatum consulares provincias decernere, contra quas intercedere tribunis plebis fas non fuit.

[f] *Alter*] Id est, ille senator, qui Galliam Narbonensem, seu Transalpinam relinquit Cæsari, cum ab alia Gallia Cisalpina revocat, hacque ratione boni senatoris partes sustinet, quia tum pacis perpetuæ stabiliendæ in Gallia, tum pacis servandæ populum inter et senatum in Italia rationem habet: nam et cum senatu censet, quia in Gallia sua retinendum esse Cæsarem judicat; et cum populo, quia legi Vatiniæ paret, quæ senatus auctoritatem lædit.

[g] *Legem, quam non putat*] Vult ille senator, ut lex Vatinia servetur, quæ tamen ab eo lex haberi non debet, quia contra auspicia lata est.

[h] *Præfinit enim successori diem*] Probat autem ille senator legem Gabiniam tanquam veram et legitimam a se haberi, dum secundum illam decernit, ne successor Cæsaris ante Kal. Martias citeriorem Galliam ineat, et ante quinquennium completum, quod ei lege Vatinia concessum est.

[i] *Qui*] Id est, qui senator. Placet Lambino *Atqui.*

[k] *Kalendis Januariis*] Consules et prætores Kalendis Januariis inibant magistratum, et iis provinciæ a senatu decernebantur.

debet, is ut eam desponsam,[l] non decretam habere videatur. Fuerit toto in consulatu sine provincia,[5] cui fuerit, antequam designatus esset, provincia decreta? Sortietur,[m] an non? nam et non sortiri absurdum est, et quod sortitus sis, non habere. Proficiscetur[6] paludatus?[n] quo? quo pervenire ante certam diem non licebit. Januario, Februario, provinciam non habebit.[7] Kalendis ei denique Martiis,[8] nascetur repente provincia. 38. Attamen[9] his sententiis Piso in provincia[o] permanebit. Quæ cum gravia sunt,[10] tum nihil gravius illo, quod mulctari imperatorem diminutione provinciæ,[p] contumeliosum est; neque solum summo in viro, sed etiam mediocri in homine ne accidat, providendum.

XVI. Ego vos intelligo, patres conscripti, multos decrevisse honores eximios[1] C. Cæsari, et prope singulares:

5 *Fuerit toto consulatu in ea provincia* Erf. Mox, *designatus, et decreta provincia sortietur* C. *decreta: sortietur, &c.* Orell.—6 *Proficiscitur* C H S T χ ψ. Pro *quo? quo* H S T χ ψ habent *quoque*.—7 Cod. χ *non habebat*.—8 Ita Erf. *Martii* ψ.—9 *Et tamen* T. *Ac tamen* C H S ψ.—10 H a m. sec. *sint*. Mox, *quod militari* T. *diminutione* ψ. *mediocri homine* T. *in mediocri homine* edd. ante Grut.

CAP. XVI. 1 Lamb. *eximios honores*. Mox, *prope* deest in C. *singularis* C

NOTÆ

[l] *Desponsam*] Alludit ad sponsalia quæ nuptias in diem differunt, et eas reddunt incertas, quia quandoque levibus de causis repudiantur.

[m] *Sortietur*] Kalendis Januariis provincias consules sortiebantur, aut sponte de iis inter se conveniebant.

[n] *Paludatus*] Ubi provinciam consules obtinuerant, tum sponte sua, aut senatusconsulto paludati exibant. Verum antequam id facerent, in Capitolium venientes, ibi solennia pro republica vota nuncupabant, atque inde paludamento, lictoribus insignibusque imperii ceteris assumtis, recta ad portam urbis ibant, ad quam veteri instituto salutati, inde aut continuo, amicis officii causa aliquanto viæ spatio prosequentibus, ac bene ominantibus, in provinciam iter ingrediebantur; aut si quid negotii in urbe haberent, ad urbem per aliquot dies aut menses manebant, quia in urbe cum imperio esse non poterant. Paludamentum autem, quo consules aut prætores, in provinciam exeuntes, amicti fuere, pallium fuit imperatorium, cocco, purpura, et auro distinctum, ita dictum, quod eo indutus palam faceret imperator, se ad bellum exire.

[o] *In provincia*] Macedonia, a qua non revocatur.

[p] *Diminutione provinciæ*] Diminuere provinciam, nihil aliud est, quam decreto senatus vel partem provinciæ suæ, vel exercitus perdere.

[p. 77.] si quod ita meritus erat, grati; sin etiam, ut quam conjunctissimus huic ordini esset, sapientes, ac divini fuistis.[q] Neminem unquam est hic ordo complexus honoribus et beneficiis suis, qui ullam dignitatem præstabiliorem ea,[2] quam per vos esset adeptus, putarit: nemo unquam hic potuit esse princeps,[r] qui maluerit esse popularis.[s] Sed homines, aut propter dignitatem [3] suam diffisi ipsi sibi, aut propter reliquorum obtrectationem, ab hujus ordinis conjunctione depulsi, sæpe ex hoc portu [t] se in illos fluctus prope necessario contulerunt: qui si ex illa jactatione cursuque populari, bene gesta republica, referunt aspectum in curiam, atque huic amplissimæ dignitati commendati esse volunt; non modo non repellendi sunt, verum etiam expetendi. 39. Monemur [4] a fortissimo viro, atque optimo post hominum memoriam consule,[u] ut provideamus, ne citerior Gallia nobis invitis [x] alicui decernatur, post eos consules,

H S ψ. Tum, *si et ita* T. *quod ita* Manut. et al. vett. *gratis etiam* C H S T χ, Manut. et edd. vett. ‘ *Si etiam, ut quam*] Sic locus videbatur constituendus e codd. lectt. et conj. VV. DD. qua in lectione conjecturæ jam nihil debetur nisi literula *i* e corrupto *gratisetiam.* Primum membrum, et meritum esse Cæsarem, et gratos fuisse senatores, certissima res est, neque patitur particulam *si:* ἐξ ὑποθέσεως alterum duntaxat est membrum. *singulares; quod ita meritus erat gratis etiam ut quam conj.* varie distinguentes, codd. plerique, Venet. 1483. Junt. Hervag. Lamb. *singulares; quod ita meritus erat, gratis; sin etiam, ut quam, &c.* e Gulielmii conj. Grut. Græv. *singulares; si quod ita meritus erat, grati: sin etiam, ut quam* e Gruteri maxime conj. (nam *grati* firmatur codd. ed. Wald. Rom.) Ernesti et Schutz. *singulares. Quod ita meritus erat, grati: etiam ut quam* codex unus Oxon. unde nostram desumsimus emend.’ *Orell.*—2 C *eam.* Idem mox, *maluerit compopularis.*—3 Orell. e Schutzii conj. *indignitatem;* margo ed. Lamb. *dignitatem vestram.*—4 *Movemur* C. Mox, *nobis multis alicui* in eodem cod. *qui vicerunt designati* Erf.—

NOTÆ

[q] *Sapientes, ac divini fuistis*] Laudat sapientiam et divinum plane senatus consilium, cum tot honoribus Cæsarem cumularunt.

[r] *Esse princeps*] Id est, primus hujus ordinis senatorii.

[s] *Popularis*] Dicebatur ille popularis qui populo favebat.

[t] *Sæpe ex hoc portu*] Metaphora. Intelligit eos, qui impulsi obtrectationibus pessimorum civium, a senatu, sive ab optimatibus, ad populum convertuntur, eique student unice.

[u] *Consule*] Cn. Cornelio Lentulo Marcellino.

[x] *Nobis invitis*] Timebat videlicet ille consul, ne invito senatu, alicui populari Gallia decerneretur a populo: quare, ut refert Suetonius in Cæsare, statim atque per legem Va-

qui nunc erunt designati; perpetuoque posthac ab iis, qui hunc ordinem oppugnent, populari ac turbulenta ratione teneatur. Quam ego plagam[5] etsi non contemno, patres conscripti, præsertim monitus a sapientissimo consule, et diligentissimo custode pacis et otii, tamen vehementius arbitror pertimescendum,[6] si hominum clarissimorum ac potentissimorum aut honorem minuero, aut studium erga hunc ordinem repudiaro: nam ut C. Julius, omnibus a senatu eximiis ac novis[7] rebus ornatus, per manus hanc provinciam tradat ei, cui minime vos velitis;[y] per quem ordinem ipse amplissimam sit gloriam consecutus, ei[8] ne libertatem quidem relinquat, adduci ad suspicandum nullo modo possum. Postremo, quo quisque animo futurus sit, nescio: quid sperem, video: præstare hoc senator debeo, quantum possum, ne quis vir clarus, aut potens,[9] huic ordini jure irasci posse videatur. 40. Atque hoc,[10] si inimicissimus essem C. Cæsari, sentirem tamen reipublicæ causa.

XVII. Sed non alienum esse arbitror, quo minus sæpe aut interpeller a nonnullis, aut tacitorum existimatione[1] reprehendar, explicare breviter, quæ mihi sit ratio, et causa cum Cæsare. Ac primum illud tempus familiaritatis et consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quæ C. Varroni,[a] consobrino nostro, ab omnium nostrum adoles-

5 *Quam ego palam* Erf. et duo alii codd. Grævii. *etsi non continuo* Franc. *etsi non contempto* Erf.—6 Barb. χ, Rom. Venet. 1483. Junt. Naug. Hervag. Camer. Steph. *pertimescendam;* ψ *studium pertimescendum.* Mox, *si hom. præclarissimorum* Rom. Venet. 1483. ed. 1584. *aut potent.* C. *atque potent.* T.—7 Ita H S T χ ψ, et edd. antiquiss. *aut novis* Grut. e codd. Victorii et Pal. 9. *honoribus ornatus* Lamb.—8 Pro *ei* C T ψ habent *sit;* H S χ *sic,* Erf. *si.* Mox, *adduci ad supplicandum* C H. *adduci ad suspicationem* Erf.—9 Garat. conj. *ac potens.*—10 *Atque hæc* C. *Atque ego hæc* T.

CAP. XVII. 1 Ita codd. meliores, Junt. Grut. seqq. *tacitorum æstimatione* cod. Steph. Rom. Venett. 1480. 1483. *tacita existimatione* Ald. Hervag. Naug. Camer. Lamb. *tacita æstimatione* Manut. Steph. *tacitorum extima-*

NOTÆ

tiniam, Galliam Transalpinam Cæsar accepit, mox senatus Cisalpinam ei decrevit.

y *Cui minime vos velitis*] Nempe tradi.

a *C. Varroni*] C. Visellius Varro consobrinus Ciceronis fuit, ut ipse testatur de Clar. Orat. et quo ne-

centia fuit, prætermitto. Posteaquam sum penitus[2] in rempublicam ingressus, ita dissensi ab illo, ut, in disjunctione sententiæ,[a] [b] conjuncti tamen amicitia maneremus. 41. Consul ille egit[c] eas res, quarum me participem esse[3] voluit: quibus ego si minus assentiebar, tamen illius mihi judicium gratum esse debebat. Me ille, ut quinqueviratum[d] acciperem, rogavit: me in tribus sibi conjunctissimis consularibus[e] esse voluit: mihi legationem,[f] quam vellem, quanto cum honore vellem, detulit: quæ ego omnia[4] non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ[g] repudiavi: quam sapienter,[h] non disputo: multis enim non probabo: constanter quidem[i] et fortiter certe: qui cum me firmissi-

[a] *Disjuncti opinione.*

tione χ. Cf. pro Balb. § 2.—2 Lamb. 1584. omittit *penitus.* Actutum, *in republica* ψ. *conjuncta tamen amicitia maneret* C. *conjuncti t. amicitiam amaremus* quidam codd. ap. Græv. *in amicitia* conj. Lamb.—3 Ita e codd. Lamb. in ed. 1584. Grut. seqq. *participem me esse* edd. ante Lamb. Mox, *ut vigintiviratum*, de conjectura Manutii, Schutz. probantibus Mazoch. Ernesti, Garat. 'Neque ego respuo. Unum tamen dubium cum Abramio restat, quod video in Epist. ad Att. II. 7. eadem in re memorari etiam *quinqueviratum;* munus sane honorificentius etiam, quam XX.viratum. De quinqueviratu jam loqui quosdam ibi dicit. Quid? si ea de re, nunquam perfecta, cum nostro verba fecerit Cæsar?' *Orell.*—4 Pro *omnia* C habet *jam.* Paulo post, *et popularis*

NOTÆ

mo cito verbis aptior fuit, neque sententiis crebrior: sed, Valerio teste, VIII. 2. libidinibus suis infamis.

[b] *Disjunctione sententiæ*] Cum Cato suasisset in senatu, ut Catilinariæ conjurationis socii morte mulctarentur, dissuasit Cæsar. Cicero consul sententiam Catonis secutus est. Conjuncti tamen amicitia Cicero et Cæsar remanserunt.

[c] *Consul ille egit*] Tulit legem de agro Campano dividendo, qui vectigalis relictus erat ad subsidia reipublicæ; qua non mediocriter offensus est senatus, quia nimis favere sic populo videbatur.

[d] *Quinqueviratum*] Ut fieret agri Campani divisio, viginti viros constituit ad hanc curationem: quindecim ad æstimandum comparati sunt, quinque ad dividendum: sed hanc provinciam, ut minus gratam optimatibus, Cicero repudiavit.

[e] *Me in tribus sibi conjunctissimis consularibus*] Pompeio, Pisone, et Cicerone.

[f] *Mihi legationem*] De illa legatione dictum est in Orat. pro Balbo.

[g] *Obstinatione q. sententiæ*] Omnia hæc oblata a Cæsare munera rejecit Cicero, ne optimatibus displiceret.

[h] *Quam sapienter*] Nempe 'fecisse' subauditur.

[i] *Constanter quidem*] Ait saltem se constanter et fortiter hæc munera repudiasse.

mis opibus contra scelus inimicorum[k] munire, et populares impetus populari præsidio[l] propulsare possem,[5] quamvis excipere fortunam, subire vim atque injuriam malui, quam aut a vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare. Sed non is solum gratus debet esse, qui accepit beneficium, verum etiam is, cui potestas accipiendi fuit. Ego illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me, et convenire iis rebus quas gesseram, non putabam. [*p.* 78.] Illum quidem amico animo me habere eodem loco, quo principem civem,[6] suum generum,[b][m] sentiebam. 42. Traduxit ad plebem inimicum[n] meum; sive iratus mihi, quod me secum ne beneficiis[7] quidem videbat posse conjungi; sive exoratus.[o] Ne hæc[8] quidem fuit injuria:[p] nam postea me, ut sibi essem legatus, non solum suasit, verum etiam rogavit. Ne id quidem accepi; non quo[9] alienum mea dignitate arbitrarer, sed quod tantum reipublicæ sceleris impendere a consulibus proximis[q] non suspicabar.

[b] *Sentiebam me eundem locum habere in animo Cæsaris quam generum.*

χ.—5 Edd. ante Lamb. *possem propulsare*. Mox, *quamvis subire* Lamb. in ed. 1566.—6 Optimi codd. Erf. H T χ ψ, Rom. Venet. 1480. 1483. Ald. Hervag. Græv. Orell. *civium ;* Junt. Naug. Lamb. Grut. Schutz. *civem.*—7 C H S T *ne in beneficiis.*—8 Ita Erf. T, Rom. Lamb. Græv. Schutz. Orell. *Ne hoc* plerique codd. C H S χ ψ, Junt. Hervag. Naug. Grut.—9 Lamb. *non quod.* Mox, *sed quo* H a m. sec.

NOTÆ

[k] *Contra scelus inimicorum*] Clodianorum videlicet.

[l] *Populari præsidio*] Qui aberant legationis, aut alicujus publici muneris causa, vocari non poterant in judicium. Hanc si Cicero acceptasset, se contra Clodium per totum ejus tribunatus tempus munivisset. Porro vocat populare præsidium, quia qui illud dabat Cæsar, gratiosus erat populo, a quo lege Vatinia Galliam citeriorem obtinebat.

[m] *Generum*] Pompeium.

[n] *Traduxit ad plebem inimicum*] Clodius, ut ultionem sumeret de Cicerone, qui contra eum testimonium dixerat, cum accusatus est BonæDeæ sacra violasse, beneficio Cæsaris, ad plebem e patricio ordine traduci se voluit, ut fieret tribunus plebis, quo tutius Ciceronem accusaret.

[o] *Sive exoratus*] Id est, sive rogatus a Clodianis. Vide Orat. pro Sext. § 16.

[p] *Ne hæc quidem fuit injuria*] Traducendo Clodium ad populum, non Ciceroni fecit injuriam, quia legationem ei obtulit.

[q] *A consulibus proximis*] A Gabinio et Pisone, quibus adjuvantibus vexa-

XVIII. Ergo adhuc magis est mihi verendum, ne mea superbia in illius liberalitate, quam ne illius injuria [1] in nostra amicitia reprehendatur 43. Ecce illa tempestas,[2] caligo bonorum, et subita atque improvisa formido, tenebræ reipublicæ, ruina atque incendium civitatis, terror injectus Cæsari [r] de ejus actis, metus cædis bonis omnibus, consulum scelus, cupiditas, egestas, audacia. Si non sum adjutus,[s] non debuit;[3] si desertus, sibi fortasse providit; si etiam oppugnatus, (ut quidam [t] aut putant aut volunt) violata amicitia est, accepi injuriam, inimicus esse debui; non nego:[4] sed, si idem ille tum me salvum esse voluit, cum vos me, ut carissimum filium, desiderabatis; et si vos iidem [5] pertinere ad causam illam putabatis, voluntatem C. Cæsaris a salute mea non abhorrere; et, si illius voluntatis generum ejus habeo testem, qui idem Italiam in municipiis, populum Romanum in concione,[6] vos, mei semper cupidissimos, in Capitolio,[u] ad meam salutem incitavit; si denique Cn. Pompeius idem mihi testis de voluntate Cæsaris, et sponsor est illi de mea; nonne vobis videor, et ultimi temporis recordatione, et proximi memoria, medium illud tristissimum tempus debere, si ex rerum natura non possum [7] evellere, ex animo quidem certe excidere?[c] 44.

[c] *Eradere.*

CAP. XVIII. 1 Erf. *quam ejus injuria.*—2 *Ecce illa, illa temp.* H S, Mannt. Steph. *Ecce illa temp. illa* Lamb.—3 Ita Erf. aliique codd. Junt. Naug. Lamb. 1566. Græv. Schutz. *non debui* ψ, edd. antiquiss. Hervag. Lamb. 1584. Grut. Mox, *fortasse* omittunt C H S T χ, Rom. Venett. 1480. 1483. Junt.—4 Erf. *non negabo*, probante Garat. Mox, *ille tunc* in eodem cod.—5 Erf. C H S T, *si vos idem.*—6 C H S T χ *populum Romanum concione.*—7 Ita cod. Steph. T

NOTÆ

tus a Clodio est, et abire coactus est in exilium Cicero.

[r] *Terror injectus Cæsari*] Timuit Cæsar, ne quæ anno superiori gesserat, ac leges omnes quas tulerat, quas latas contra auspicia Bibulus, Domitius, et Marcellus criminabantur, a prætoribus infirmarentur: qua de causa P. Clodium, audacem et perditum hominem, tribunum plebis sua factum opera, sibi adjunxit, quo facilius prætoribus obsisteret.

[s] *Non sum adjutus*] A Cæsare.

[t] *Ut quidam*] Bibulus videlicet, Marcellus, Domitius, inimici Cæsaris.

[u] *In Capitolio*] Ubi senatus habebatur.

Ego vero, si mihi non licet per aliquos ita gloriari, me dolorem, atque inimicitias meas reipublicæ concessisse, quod magni [8] cujusdam hominis et persapientis videtur; utar hoc, quod non tam ad laudem adipiscendam, quam ad vitandam vituperationem valet, hominem me esse gratum, et non modo tantis beneficiis, sed etiam mediocri hominum benevolentia commoveri. XIX. A viris fortissimis,[x] et de me optime meritis quibusdam peto, ut si ego illos meorum laborum et incommodorum participes esse nolui,[1] ne illi me suarum inimicitiarum socium velint esse; præsertim cum mihi iidem illi concesserint, ut etiam acta illa Cæsaris, quæ neque oppugnavi antea, neque defendi, meo jam jure possim defendere. 45. Nam summi civitatis viri,[y] quorum ego consilio rempublicam conservavi, et quorum auctoritate illam conjunctionem Cæsaris [2] defugi, Julias leges,[z] et ceteras, illo consule, rogatas, jure latas negabant: [3] iidem illam proscriptionem [a] capitis mei, contra salutem reipublicæ, sed salvis auspiciis, rogatam esse dicebant. Itaque vir summa auctoritate,[b] summa eloquentia, dixit graviter,

χ ψ, Venet. 1480. Lamb. in marg. ed. 1584. Schutz. *possim* C, Lamb. 1566. *possem* H S, et reliquæ edd.—8 T et cod. Stephani *si hoc magni;* C H *hoc magis.*

CAP. XIX. 1 Cod. χ *esse volui.* Mox, *volunt esse* H. *cum mihi idem illi* Erf. *mihi* deest in C H S T χ. Deinde, pro *meo jam jure*, Erf. habet *me omnia jure.*—2 H S *conjurationem Catilinæ;* χ *conjurationem Cæsari.* Actutum, *diffugi* C.—3 Ita emend. Ernesti, eumque secutus est Schutz. *negant* exhibent codd. aliæque edd. omnes. Mox, hæc omnia, *salvis ausp. r. e. d. I. v. s.*

NOTÆ

[x] *A viris fortissimis*] Cæsaris inimicis, quales fuere Bibulus, Marcellus, &c.

[y] *Summi civitatis viri*] Videtur inter ceteros Catonem indicare, qui summo ipsi adjumento fuit in opprimenda conjuratione Catilinæ.

[z] *Julias leges*] Contendebat Cato cum aliis, leges latas a Cæsare non valere, quod contra auspicia latæ essent, quia tunc Bibulus, ejus collega, de cœlo servabat.

[a] *Illam proscriptionem*] Volebant illi summa auctoritate viri, legem quam Clodius tribunus plebis contra Ciceronem tulerat, haud esse legitimam, non quod contra auspicia, sed quod a Clodio lata esset; qui cum ipse contra auspicia traductus esset e patriciis ad plebem, tribunus plebis non erat habendus; quia tribunatum gerere tantum plebeiis fas fuit.

[b] *Vir summa auctoritate*] Marcellus prætor intercessit contra acta Cæsa-

casum illum meum, funus esse reipublicæ, sed funus justum et indictum :[4] [c] mihi ipsi omnino perhonorificum, discessum meum funus dici reipublicæ. Reliqua non reprehendo; sed mihi ad id, quod sentio, assumo :[d] nam, si illud[5] jure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de cœlo servarat; oblitine erant, tum, cum ille, qui id egerat, plebeius est lege curiata[d] factus, dici de cœlo esse servatum?[e] qui si plebeius omnino esse non potuit, qui tribunus plebis potuit esse? et, cujus[6] tribunatus si ratus[f] est, nihil est, quod irritum ex actis Cæsaris possit esse; ejus non solum tribunatus ratus,[7] sed etiam perniciosissimæ res, auspiciorum religione conservata, jure latæ videbuntur? 46. [*p.* 79.] Quare aut vobis statuendum est, legem Æliam[e] manere, legem Fufiam[f] non esse abrogatam, non omnibus fastis[g]

[d] *Sed assumo quod est mihi utile.*
[e] *Oblitine erant tunc dictum fuisse, auguria fuisse servata, cum Clodius, qui tulerat hanc legem, factus est plebeius?*
[f] *Probatus.*

a. s. e. d. g. c. i. m. f. esse reipublicæ, desunt in χ. *summa auctoritate* desunt in C H S T.—4 T *interdictum.* Actutum, *Est mihi ipsi* Lamb. et Orell. *et mihi ipsi* Hervag. Manut. Steph. *omnino* deest in H S χ.—5 Junt. *nam, si id.* Mox, hæc omnia, *de cœlo s. o. e. t. c. i. q. i. e. p. e. l. c. f. dici* desunt in C H S T χ.—6 Ernesti conj. *et ejus;* refutant Garat. et Schutz. *et* omittit Junt. Mox, *quod non irritum* conj. Lamb. in ed. 1566.—7 Ita Ernesti de conjec-

NOTÆ

ris, eaque rescindere conatus est.

[c] *Funus justum et indictum*] Respicit ad morem funerum, quæ justa putabantur, cum a familia indicta atque promulgata erant. Vide Orat. pro Domo, § 42.

[d] *Lege curiata*] Quid sit lex illa dictum est in Orat. Agraria II. § 26. Nota tantum, quod adoptiones ad jus pontificum pertinerent, propter sacrorum mutationem: nam qui in familiam alienam transibant, illius familiæ sacra assumebant.

[e] *Legem Æliam*] Hanc legem tulit Q. Ælius consul cum M. Junio, anno urbis conditæ 596. ut quoties cum populo ageretur, augures de cœlo servarent; magistratus et obnuntiandi, id est, denuntiandi agi per Jovem non licere, et legislationi intercedendi, potestatem haberent: nam cum lex ferretur, augures de cœlo servabant: magistratus, si quid observatum erat, quo impediri comitia possent, denuntiabant.

[f] *Legem Fufiam*] P. Furius, sive Fufius, consul cum Sexto Attilio, anno urbis 617. tulit, ut certis diebus, qui tamen fasti essent, agi cum populo non liceret.

[g] *Non omnibus fastis*] Tulit Clodius legem, ne quis per eos dies, quibus

legem ferri licere; cum lex feratur, de cœlo servari,[8] obnuntiari, intercedi licere; censorium judicium[h] ac notionem, et illud morum severissimum magisterium, non esse nefariis legibus de civitate sublatum; si patricius tribunus plebis fuerit, contra leges sacratas;[i] si plebeius, contra auspicia[k] fuisse:[9] aut mihi concedant homines oportet, in rebus bonis[l] non exquirere jura ea, quæ ipsi in perditis non exquirunt; præsertim cum ab illis aliquoties conditio C. Cæsari lata sit, ut easdem res[10] alio modo ferret; qua conditione auspicia requirebant, leges comprobabant: in Clodio auspiciorum ratio sit eadem,[m] leges omnes sint eversæ ac perditæ civitatis.

XX. 47. Extremum illud est: ego,[1] si essent inimicitiæ

tura; et sic quoque Schutz. *ratus* non agnoscunt codd. et edd. ante Ernesti. Mox *perniciosissimæ leges* Lamb. e conj. *religione conservatæ* χ ψ. *jure laudatæ* ψ.—8 C H S *observari*. Mox, *judicium* deest in χ. *et illum morem* S T χ, et edd. antiquiss. *et illud merum* C. *severissimum magistratum* C H S T, edd. ante Naug. et Junt.—9 Verbum *fuisse* deest in H. Mox, *aut in rebus* χ ψ, et edd. vett. *in rebus* Erf. C H S T, Hervag. Lamb. Schutz. Orell. *ut in rebus b. non exquiram* conj. Garat. *ea jura* Lamb. Deinde, *perditis non exquirant* Erf.—10 Voc. *res* deest in H S T χ. Mox, *leges comprobabantur* C. *leges comprobantur* H. *leges comprobant* χ. *aut in Clodio* de Manutii conjectura Aldus nepos; *at in Clodio* conj. Garat.

CAP. XX. 1 Ita Junt. et seqq. *cum ego* cod. Steph. Erf. C H S T χ, et

NOTÆ

cum populo agi liceret, de cœlo servaret; ut omnibus fastis legem ferri liceret: qua de causa legem Æliam, et Fufiam, a Clodio sublatam esse Cicero conqueritur. De fastis vide Orat. pro Sextio, § 34.

[h] *Censorium judicium*] Tulit Clodius, ne quem censores in legendo præterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi, qui apud eos accusatus, et utriusque censoris sententia damnatus esset. Censorum autem fuit notare mores eorum qui minus honeste viverent, et eos omni ordine ac tribu movere.

[i] *Contra leges sacratas*] Tulit de tribunis plebis L. Junius Brutus, primus creatus, Cassio, Cominio coss. anno urbis 259. ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consules esset; neve cui patrum, eum magistratum capere liceret.

[k] *Contra auspicia*] Cum legem ferebat Cæsar in populi comitiis, ut P. Clodio transire ad populum liceret, eo die Lentulus de cœlo servabat.

[l] *In rebus bonis*] Significat per res bonas, acta Cæsaris, hoc sensu: 'Si negligunt legum severitatem in actis Clodii, debemus etiam negligere in actis Cæsaris.'

[m] *Auspiciorum ratio sit eadem*] In auspiciis negligendis par Clodii et Cæsaris fuit ratio, in legibus autem dissimilis: nam illius leges sunt eversæ et perditæ civitatis; hujus vero etiam ab inimicis comprobatæ sunt.

mihi cum C. Cæsare, tamen hoc tempore reipublicæ consulere, inimicitias in aliud tempus reservare deberem: possem etiam, summorum virorum exemplo,[n] inimicitias reipublicæ causa deponere: sed,[2] cum inimicitiæ fuerint nunquam, opinio injuriæ beneficio sit exstincta;[o] sententia mea, patres conscripti, si dignitas[p] agitur C. Cæsaris, homini tribuam; si honos[q] quidam, senatus concordiæ consulam; si auctoritas decretorum vestrorum, constantiam ordinis in eodem ornando imperatore servabo; si perpetua ratio Gallici belli, reipublicæ providebo; si aliquod meum privatum officium, me non ingratum esse[3] præstabo. Atque hoc velim probare[4] omnibus, patres conscripti: sed levissime feram, si forte aut iis minus probaro, qui meum inimicum, repugnante vestra[5] auctoritate, texerunt,[r] aut iis, si qui meum cum inimico suo reditum in gratiam vituperabunt, cum ipsi et cum meo et cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.

edd. antiquiss. non improbante Garat. 'Est tamen ab interpolatore.' *Orell.* Mox, *reip. consulerem* H ψ. *in aliud* omittit χ.—2 Pro *sed* C H S T χ, et edd. ante Junt. habent *et*. Mox, *agitur Cæsaris*, omisso prænomine, T. *agitur C. Cæsari* C. *si honos quidem* C T.—3 Verbum *esse* omittunt Lamb. Schutz. improbante Orell.—4 Ernesti conj. *probari*.—5 Cod. χ *mea*. Mox, *iis, si* omittit Erf. *si* omittit Græv.

NOTÆ

[n] *Summorum virorum exemplo*] De his dictum § 21. et sequentibus.

[o] *Beneficio sit exstincta*] Quod nempe a Cæsare accepit.

[p] *Si dignitas*] Si in dubium vocetur Cæsar, utrum dignus an indignus sit, qui Galliam utramque regat, non sinam illius dignitatem imminui.

[q] *Si honos*] Si quæratur, an novis honoribus decorandus sit, efficiam ut hic senatorius ordo ipsi sit benevolus.

[r] *Texerunt*] Cum Milo vocare vellet in judicium Clodium, a multis senatoribus prohibitus est.

M. TULLII CICERONIS

PRO L. CORNELIO BALBO

ORATIO XXXVI.

ARGUMENTUM.

L. Cornelius Balbus Gaditanus fuit. Is, propter operam in re militari præstitam Romanis, a Pompeio donatus est civitate Romana ex lege Gellia Cornelia, qua Pompeio potestas permissa erat, singillatim homines, de consilii sententia, civitate donandi, quos vellet. Eo præmio cum esset aliquamdiu usus, controversia ei mota est de civitate a Gaditano quodam. Is duobus argumentis erat usus, primo, quod populus Gaditanus non esset fundus factus legis Gelliæ Corneliæ, h. e. eam non ascivisset et approbasset: secundo, quod fœdus esset cum populo Gaditano sacrosanctum; quod autem sacrosanctum esset, ejus nulla pars violari aut auferri posset, neque adeo liceret civem Gaditanis auferre. Defensores nactus est Balbus Crassum, Pompeium ipsum, et Ciceronem, a quo causa est perorata. Oratio ejus in his duobus argumentis dissolvendis inprimis versatur. Nam primo ostendit, fundum fieri posse populum fœderatum aut liberum quemcunque, permittente populo Romano, legum tantum civilium, non autem earum, quæ ad imperium populi Romani, bella, victorias pertineant, qualis Gellia Cornelia sit. Deinde non modo in rogatione Gellia Cornelia nihil, quod sacrosanctum esset, exceptum esse docet, sed etiam fœdus illud non esse sacrosanctum, quod non a populo aut plebe esset sancitum, neque obtestatione legis aut consecratione capitis sacratum. Itaque et summos imperatores hominibus et fœderatis populis civitatem impertiisse, eamque rem sæpe senatus auctoritate ac judicum sententiis, populi denique suffragiis, esse comprobatam. Exordium magnificas Pompeii laudes continet, et conclusio invidiam familiaritatis deprecatur, quæ Balbo cum Cæsare intercedebat.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 55.] SI auctoritates patronorum in

judiciis valent,[1] ab amplissimis viris L. Cornelii causa defensa est; si usus, a peritissimis; si ingenia, ab eloquentissimis; si studia, ab amicissimis, et cum beneficiis cum L. Cornelio, tum maxima familiaritate conjunctis.[2] Quæ sunt igitur meæ partes? auctoritatis tantæ,[a] quantam vos in me esse voluistis, usus mediocris, ingenii minime voluntati paris:[a] nam[b] ceteris, a quibus est defensus,[b] hunc debere plurimum video: ego, quantum ei debeam, alio loco.[3] 2. Principio orationis[4] hoc oppono,[c] me omnibus, qui amici fuerint saluti et dignitati meæ,[c] si minus referenda gratia satisfacere potuerim, at prædicanda et habenda certe satis esse facturum. Quæ fuerit hesterno die[d] Cn. Pompeii gravitas[e] in dicendo, judices, quæ facultas, quæ copia, non opinione[5] tacita vestrorum animorum, sed perspicua admi-

[a] *Respondentis.* [b] *Præterea.* [c] *Propono.*

Cap. i. 1 Ita conj. Ernesti, receperunt Schutz. et Orell. probante Garat. *valerent* edd. vett. Mox, *viris* omittunt codd. Lambini, probante Garat. Paulo post, *et tum benef.* χ.—2 Idem codex *conjunctus;* et mox, *auctoritates tantæ quantas.* Deinde, *voluntati parens* H S T χ.—3 Ita optimi codd. Gruteri, Rom. Venet. 1483. Grut. Græv. Orell. probante Garat. *alio loco ostendam* ed. Wald. Venet. 1480. Junt. Lamb. Schutz. *ostendam alio loco* ex uno cod. Lall. *ostendam* in margine habet Barb.—4 *Principio rationis* ψ. Actutum, *hoc pono* Lamb. Schutz. Orell. de conjectura Augustini; *orationis hujus propono* Guelf. a m. sec. Mox, *ad ferendam gratiam* T. *ad ferendum gratiam* H χ. *ad prædicandam et habendam* H S ψ. *ad prædicandum et habendum* T. *saluti meæ et dignitati, si minus ad referendam gratiam satisf. potuerim ad prædicandam et habendam* edd. ante Hervag. et Naug. *potuerimus* Barb. Venet .1480. et Junt. —5 Cod. χ *opinione.* Mox, *nostrorum* H. *declarare videbantur* idem cod.

NOTÆ

[a] *Auctoritatis tantæ*] Fatetur se nullam aliam auctoritatem habere quam eam, quam sibi populus Rom. concessit; factus enim fuerat ab eo quæstor, ædilis, prætor, et consul.

[b] *A quibus est defensus*] A Crasso et Pompeio jam defensus Balbus fuerat.

[c] *Amici fuerint saluti et d. meæ*] Designat tempus, quo a Clodianis cedere in exilium coactus est, et ab amicis revocatus est in patriam.

[d] *Hesterno die*] Dixit Pompeius pridie hujus diei, quo Cicero hanc orationem egit. Hinc intelligitur, non uno et eodem die solitos fuisse oratores pro eodem dicere.

[e] *Pompeii gravitas, &c.*] Breviter excurrit in laudes Pompeii, quem tantum oratorem, quantum imperatorem fuisse ostendit. Tanta autem fuit eloquentiæ dignitas apud Romanos, ut vel maximi imperatores eam affectarent. Quod non de Pompeio solum, sed et de Cæsare refert Cicero.

ratione declarari videbatur: nihil enim unquam audivi, quod mihi de jure subtilius dici videretur, nihil de more[f] majorum, de exemplis[6] acutius, nihil peritius de fœderibus,[g] nihil illustriore auctoritate de bellis, nihil de republica gravius, nihil de ipso modestius, nihil de causa et crimine[e] ornatius; 3. ut mihi jam verum videatur illud esse, quod nonnulli,[h] literis ac studiis doctrinæ[7] dediti, quasi quiddam incredibile dicere putabantur, eum, qui omnes animo virtutes penitus comprehendisset, omnia quam facillime tractare. Quæ enim in L. Crasso[8][i] potuit, homine nato ad dicendi singularem quandam facultatem, si hanc causam ageret, major esse ubertas, varietas, copia, quam fuit in eo, qui tantum potuit impertire huic studio[f] temporis, quantum ipse, a pueritia[k] usque ad hanc ætatem, a con-

[e] *Criminatione.* [f] *Eloquentiæ.*

declarari videbantur S.—6 Ita C H S χ ψ, Lamb. in ed. 1566. et Schutz. *nihil memoria majore de exemplis* Garat. ex variis codd. corruptelis; recepit Orell. *nihil de memoria, de more, de exemplis* edd. ante Lamb. item Grut. et Græv. *nihil de more, de exemplis* conj. Manut. probante Garat. *nihil de more majorum exemplis* T. *nihil de memoria, de majore, de exemplis* Erf. aliique codd. ap. Græv. *nihil de memoria majore exemplis* Pal. 9. *acutius* deest in Erf. et Orell. Mox, *de illustriore* H S T χ. *auctore* χ. *de bello* H. *nihil de se ipso* conj. Garat. *molestius* ψ.—7 Ita codd. Stephani, C H T ψ, Lamb. Grut. seqq. *literati ac st. doctrinæque* S, et edd. ante Steph. Mox, *ei, qui* H S χ ψ. *omnis* χ. *comprehendissent* χ. Tum, *omnia, quæ facere vellet, facillime tractare* edd. vett. et Orell. *omnia quæ faceret tractare* Erf. *omnia quæ faceret, facillime tractare* Græv. *vellet facere* Barb. *tractaret* S T χ.—8 *L. Catulo* χ. Mox,

NOTÆ

[f] *More*] Mos est quod sine lege, vim tamen legis obtinet, et, ut ait Cicero in Topicis, pars est juris.

[g] *De fœderibus*] Illa fœdera intelligit, quæ cum variis orbis nationibus a Romanis facta sunt.

[h] *Nonnulli*] Non est dubium quin de Stoicis philosophis loquatur, qui de paradoxis locuti sunt, id est, de rebus quæ incredibiles videntur, quas hic non affert, quia non valent in foro; v. g. qui haberet unam virtutem, omnes alias habere.

[i] *In L. Crasso*] Extollit eloquentiam Pompeii, eum cum L. Crasso conferendo, cujus tanta fuit dicendi facultas, ut nemo par ei fuerit ingenio, et eloquentiæ copia, ut de eo ait Cic. de Orat. lib. II.

[k] *Quantum ipse, a pueritia*] Pompeius ab extremo pueritiæ tempore maximorum bellorum imperium habuit, ut in Orat. pro lege Manilia dictum est: quare vix potuit se tradere eloquentiæ, ad quam non minus natus, quam Crassus, videbatur, et quem facile superasset.

tinuis bellis et victoriis conquievit? 4. Quo mihi difficilior est hic extremus[9] perorandi locus.[1] Etenim ei succedo orationi, quæ non[10] prætervecta sit[g] aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit;[h] ut plus voluptatis ex recordatione illius orationis, quam non modo ex mea, sed cujusquam oratione capere possitis. II. Sed mos est gerendus non modo Cornelio, cujus ego voluntati in ejus periculis nullo modo deesse possum, sed etiam Cn. Pompeio, qui sui facti,[m] sui judicii, sui beneficii, voluit me esse (ut apud eosdem vos, judices, nuper in alia causa[n] fuerim)[1] et prædicatorem et auctorem.[2]

5. Ac mihi quidem hoc dignum rei[3] videtur, hoc deberi hujus excellentis viri præstantissimæ gloriæ, hoc proprium esse vestri officii, hoc satis esse causæ, ut, quod fecisse Cn. Pompeium constet, id omnes et licuisse concedant. Nam verius nihil est, quam quod hesterno die dixit ipse, ita L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare,[a] ut nullius in delicti crimen vocaretur. Non enim furatus esse civitatem,[b] non genus [suum][4] ementitus,[c] non in aliquo impu-

[g] *Præterierit.* [h] *Inhæserit.*

major esset χ. Tum *potuit* deest in χ ψ.—9 Cod. χ *exercitatus.*—10 Idem cod. *orationi aut non.* Mox, *orationis* suspectum Orellio. Tum *modo in mea* Erf. et χ. *sed ex cujusquam* edd. ante Grut. *sed quam ex cujusquam* cod. Steph. *quam cujusquam* Erf.

Cap. II. 1 Erf. *fuerit.*—2 Ita codd. aliquot, edd. ante Lamb. Græv. Schutz. Orell. *actorem* Erf. Lamb. Grut.—3 Ita Erf. Barb. C ψ, Rom. Venet. 1480. 1483. Schutz. Orell. *dignum reo* H S T χ, Naug. Lamb. Grut. Græv. *dignum eo* Ald. Junt. Hervag. *dignum republica* conj. Garat. 'Si deleas *rei*, *dignum* hic, ut aliquoties, absolute positum erit.' *Orell.* Mox, *quod defecisse* χ. Deinde, *ei licuisse* Erf. Steph. Lamb. Orell.—4 Schutz. delevit *suum;*

NOTÆ

[1] *Extremus perorandi locus*] Solebat dari locus ultimus dicendi Ciceroni, quia ad permovendos judices videbatur omnium aptissimus.

[m] *Sui facti*] Pompeius donaverat Balbum civitate.

[n] *In alia causa*] Nihil de illa causa reperitur.

[a] *De fortunis omnibus dimicare*] Dimicare de fortunis, perinde est ac vocari in judicium: quia qui damnati erant, bona et civitatem amittebant.

[b] *Furatus esse civitatem*] Is dicitur furari civitatem, qui cum non sit civis, tanquam civis se gerit, et privilegiis utitur quibus gaudent cives; quod fieri non licet.

denti mendacio delituisse,[d] non irrepsisse in censum [e] dicitur: unum objicitur, natum esse Gadibus;[f] quod negat nemo. Ceterum [5] accusator fatetur, hunc in Hispania, durissimo bello,[g] cum Q. Metello,[h] cum C. Memmio,[i] et in classe et in exercitu fuisse, et, ut Pompeius in Hispaniam venerit, Memmiumque habere quæstorem cœperit, nunquam a Memmio discessisse; Carthaginem [k] possessum isse;[6] acerrimis illis prœliis et maximis, Sucronensi [l] et

defendit Garat. *non aliquo* H S ψ. Mox, *irrepsisse incensum* χ. *ubi objicitur* Erf.—5 *Cetera* Erf. Pal. 9. cod. Victor. Hervag. Græv. Orell. Mox, *diutissimo bello* Hervag. *a durissimo bellorum Qu. Metello* Erf. *et exercitu* T. *fuisse Pompeii* Erf.—6 Ita e Guelf. Ernesti, Schutz. Orell. *isse possessurum* cod. Steph. *esse profectum* edd. omnes ante Ernesti. Mox, *Turiensi* est ex emend. Grævii, et extat in C: receperunt Schutz. et Orell. *Duriensi* ceteræ edd.

NOTÆ

[c] *Genus suum ementitus*] Ementiri genus suum, est in alienæ familiæ nomen irrepere, ut de Equitio dictum est in orat. pro Sext. § 101.

[d] *Delituisse*] Id de iis dicitur, qui cum abjectissimo loco sint, nobilissimis familiis se inserunt; ac interrogati, ubi tamdiu delituerint, fingunt mendacia.

[e] *Non irrepsisse in censum*] Irrepunt qui dolo et fraude in censorum tabulas suum nomen inferunt. Censebantur olim cives Rom. cum suis omnibus facultatibus; et si quis servus, consentiente, vel jubente domino, nomen suum deferebat in censum, civis Rom. habebatur.

[f] *Gadibus*] Objiciebatur id unum Balbo, quod natus esset Gadibus: ideo autem objiciebat accusator, quod fœdus illud Romanos inter et Gaditanos factum fuerat, ut Gaditani a civibus Rom. non acciperentur, nec Romani a Gaditanis. Gades autem est insula Bæticæ Hispaniæ, quæ vulgo a nobis *Cadiz* dicitur.

[g] *Durissimo bello*] Bellum illud durissimum fuit, quod inter Sertorium et populum Romanum exarsit. De quo vide Plut. in Sertorio, et Pompeio, et Livium passim. Illud autem Sertorius, civis Rom. profugus a partibus Marianis, concitavit.

[h] *Cum Q. Metello*] Q. Metellus Pius, vir consularis, missus est jam senex in Hispaniam contra Sertorium. Verum cum non sufficeret, missus est Cn. Pompeius, adhuc eques Romanus, cum imperio proconsulari.

[i] *Memmio*] Memmius fuit quæstor Pompeii, qui antea L. Luculli fratrem, et ipsum Lucullum postea accusaverat. Is interfectus est in eo prælio, quod commissum est in agro Saguntino Sertorium inter et Metellum, ac Pompeium, ut scribitur a Plut. Dicitur autem eorum fuisse præstantissimus, qui cum Pompeio fuerunt.

[k] *Carthaginem*] Duplex fuit Carthago: una in Libya, vetus et nobilis; altera in Hispania, prope Tarraconem.

[l] *Sucronensi*] Sucro fluvius est Hispaniæ citerioris, ubi quondam oppidum fuisse ait Plin. III. 3. Hic castra Sertorii capta sunt ab Afranio, Pompeii legato; sed ipse postea, cum

Turiensi,[m] interfuisse; cum Pompeio ad extremum belli tempus fuisse. 6. Hæc sunt prœlia[7] Cornelii: talis in rempublicam nostram labor, assiduitas, dimicatio, virtus digna summo imperatore,[n] spes pro periculis præmiorum:[a] præmia quidem ipsa non sunt in ejus facto,[b] qui adeptus est, sed in ejus, qui dedit. III. Donatus igitur est[1] ob eas causas a Cn. Pompeio civitate. [*p.* 56.] Id accusator non negat: sed reprehendit; ut in Cornelio causa ipsius[o] probetur, pœna quæratur;[p] in Pompeio causa lædatur, pœna sit nulla.[q] Sic famam,[r] sic[2] innocentissimi hominis fortunas,[s] præstantissimi imperatoris factum condemnari volunt. Ergo in judicium, caput Cornelii,[t] factum Pompeii vocatur: hunc enim in ea civitate, in qua sit natus, honestissimo loco[c] natum esse concedis, et ab ineunte ætate, relictis rebus suis omnibus, in nostris bellis, nostris cum imperatoribus esse versatum; nullius laboris, nullius obsessionis,[3] nullius prælii expertem fuisse: hæc sunt

[a] *Spes præmiorum pro periculis.* [b] *Opus ejus.* [c] *Genere.*

Durensi H S T χ ψ. Deinde, *tempus* deest in χ.—7 *Hæc sunt pericula* conj. Schutz. Mox, *spes periculis* edd. ante Junt.

Cap. III. 1 *Donatus est ergo* codd. Lambini; unde Orell. conj. *Donatus est igitur.*—2 *Si tamen fame si* H. *Si tamen famæ si* S. *Sic famæ innoc.* ψ. Mox, *hominis fortunam* conj. Ernesti.—3 T, Gronov. 1692. Oliv. Lall. *obsidionis;*

NOTÆ

magna suorum clade, a Sertorio repulsus est. Et Pompeius propemodum occisus, et vulneratus, præter spem evasit. Ita Plutarchus.

[m] *Turiensi* [*Duriensi*] Durias Hispaniæ citerioris est fluvius non longe a Sagunto, ubi Metellus hasta vulneratus est, et Memmius interfectus.

[n] *Virtus digna summo imperatore*] Fortitudo Cornelii digna fuit summo imperatore, qualis est Cn. Pompeius.

[o] *Causa ipsius*] Id est, meritum Pompeii, qui civitate Cornelium Balbum donavit.

[p] *Pœna quæratur*] Vult accusator, ut Balbus jure civitatis privetur, qui beneficium a Pompeio accepit.

[q] *Causa lædatur, pœna sit nulla*] Vult accusator, quod non jure Pompeius donarit civitate Cornelium; neque tamen ut ob id factum damnetur; sed ut tota damnatio in Cornelium Balbum recidat.

[r] *Sic famam*] Summa fuit infamia e civitate pelli. Et hac pœna tantum sceleratissimi quique cives plectebantur.

[s] *Fortunas*] Qui pellebantur civitate, fortunas omnes amittebant.

[t] *Caput Cornelii*] Dicit quod caput Cornelii vocatur in judicium, non Cornelius, quia qui civitate privabantur, capite diminuti dicebantur.

omnia cum plena laudis, tum propria Cornelii; nec in his rebus crimen est ullum. 7. Ubi igitur est crimen? Quod eum [4] Pompeius civitate donavit. Hujuscemodi [5] crimen? minime: nisi honos [a] ignominia putanda est. Cujus igitur? [b] re vera nullius; [α] actione accusatoris,[c] ejus unius, qui donavit: qui si adductus [6] [d] gratia, minus idoneum hominem præmio affecisset; qui etiamsi virum bonum, sed non ita meritum; si denique aliquid, quod non contra, ac liceret, factum diceretur, sed contra atque oporteret; tamen esset omnis ejusmodi reprehensio a vobis, judices, repudianda. 8. Nunc vero quid dicitur? [7] quid ait accusator? fecisse Pompeium, quod ei facere non licuerit? quod gravius est, quam, si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset. Est enim aliquid, quod non oporteat, etiamsi licet: [8] [e] quicquid vero non licet, certe non oportet.

[α] *Neutrius.*

H S χ *obsessionibus.* Actutum, *nullius periculi* χ, Memm. Barb. Venet. 1480. probante Garat. *tum plena* in eodem cod. et Schutz. Deinde, pro *ullum* T habet *illud.*—4 Cod. χ *cum.*—5 Ita codd. noti, C H S ψ, edd. ante Ald. Junt. Grut. Græv. *Hujuscene* Naug. Lamb. Weisk. Schutz. Orell. *Hujusce* T χ, Ald. Hervag. Pro *crimen* H S habent *tamen.* Pro *putanda* codd. Lambini *vocanda*; χ *vitanda.*—6 T *qui adductus*; Weisk. *quasi adductus.* Mox, *qui* ante *etiamsi* delevit Schutz. uncis inclusit Orell. Paulo post, *quod* uncis inclusit Orell. *factum ab eo diceretur* Erf. probante Garat. Pro *ejusmodi* codd. aliquot, etiam S T χ, Rom. Venett. 1480. 1483. Junt. Hervag. habent *ejus*; Naug. *ejusmodi mali.*—7 *Quid dicitur* omittit S.—8 Cod. χ *etiamsi id licet.*

NOTÆ

[a] *Nisi honos*] Singulari honore affectus est Cornelius, cum a Pompeio civitate donatus est.

[b] *Cujus igitur*] Supple, 'est ignominia.'

[c] *Actione accusatoris*] Si attendatur ad actionem accusatoris, reus judicandus est Pompeius, qui contulit beneficium.

[d] *Qui, si adductus*] Cum dicit Pompeium judicari reum debere, statim eum excusat; et a ficto exemplo a minori ad majus argumentatur: Non vituperaretur a vobis Pompeius, si civitate donavisset, 1. hominem minus idoneum et dignum hac gratia; 2. si hominem probum, sed qui ea se non dignum præbuisset; 3. si aliquid egisset, non contra quod leges jubent, sed aliter ac deberet. Cum igitur Balbum, hominem idoneum et probum, civitate donaverit, nihil non modo contra leges egit, sed, ne quidem aliter ac debuit. Quare non est a vobis vituperandus.

[e] *Quod non oporteat, etiamsi licet*] Ista duo verba, *oportet* et *licet*, sunt ut genus et species; ut si quis negat

IV. Hic ego[1] nunc cuncter sic agere,[b] judices, non esse fas dubitare, quin, quod Cn. Pompeium fecisse constet, id non solum decuisse,[f] sed etiam debuisse fateamur? 9. Quid enim abest huic homini,[c] quod si adesset,[2] jure hoc tribui[g] et concedi putaremus? ususne rerum? qui pueritiæ tempus extremum,[h] principium[i] habuit bellorum atque imperiorum maximorum; cujus plerique æquales minus sæpe castra viderunt, quam hic triumphavit; qui tot habet triumphos,[k] quot oræ sunt partesque terrarum; tot victorias bellicas, quot sunt in rerum natura genera bellorum.[l] An ingenium? cum etiam ipsi[3] casus eventus-

[b] *Quid ego nunc conabor ostendere?*
[c] *Quid Pompeius non habet?*

CAP. IV. 1 *Hic ergo* χ. *nunc* omittunt H S. *nunc constet sic* χ. *nunc coïter sic* ψ. *nunc coner sic* Lamb. Pro *dubitare*, quod e Guelf. receperunt Ernesti, Schutz. Orell. *dubitari* habent reliquæ edd. *debitori* χ. Pro *decuisse* Lamb. et Orell. *licuisse*.—2 Erf. χ *si abesset*. Mox, *hoc ei tribui* Lamb. et Orell. *hoc et tribui* H S T χ ψ, et edd. ante Ald. *hæc et tribui* Erf. Deinde, *qui p. t. extremæ* codd. Lambini. *habuit bellorum antiquorum* χ. *cui plerique æquales* Erf. *quæ hic triump.* χ. Denique, *quot res sunt partesque* Erf.—3 Hervag. Steph. Lamb. Orell. *ipse;* H S T χ *quin etiam ipsi*. Mox, *non dices* ψ. *sed c. e. c. fuerunt* χ ψ. Paulo post, *judico plus quam decet, trib.* H S T χ, Venet. 1483. Hervag. *judicio plus quam possit, minus quam decet trib.* Junt. *judicio*

NOTÆ

se esse animal, negat omnes species: qui vero negat se esse hominem, non negat omnem speciem. Ita multa licet facere, quæ tamen non oportet: v. g. licet aliquando facere bellum, sed tamen non oportet spe majoris boni, aut metu majoris incommodi: 'oportere' perfectionem declarat officii; 'licere' juris æquitatem, seu quod legibus permissum est.

[f] *Id non solum decuisse*] Jam incipit ostendere Cicero, et Pompeio licuisse, et eum debuisse Corn. Balbo jus civitatis concedere.

[g] *Jure hoc tribui*] Satis est ut constet id Pompeium fecisse, ut id non solum decuisse, sed etiam fieri debuisse fateamur.

[h] *Pueritiæ tempus extremum*] Anno ætatis 27. pueritia finit.

[i] *Principium*] De primo Pompeii bellorum principio, ejusque rebus præclare gestis, vide Orat. pro Lege Manilia.

[k] *Tot habet triumphos*] Tres ex orbis partibus (nam tum tres numerabantur) triumphos retulit: primum ex Africa, Cn. Domitio proscripto, et Hiarba, rege Numidiæ, victis, occisisque, anno urbis 652. secundum ex Europa, Sertorio occiso, anno urbis 682. tertium ex Asia, Mithridate et Tigrane superatis, anno urbis 692. Plutarch. consule in ejus vita.

[l] *Genera bellorum*] De his vide Orat. pro Lege Manil.

que rerum, non duces, sed comites[m] ejus consiliorum fuerint; in quo uno ita summa fortuna cum summa virtute certavit, ut omnium judicio, plus homini, quam Deæ, tribueretur. An pudor, an integritas, an religio in eo, an diligentia unquam requisita est? quem provinciæ nostræ, quem liberi populi, quem reges, quem exteræ gentes, castiorem,[n] moderatiorem, sanctiorem, non modo viderunt, sed aut sperando unquam, aut optando cogitaverunt? 10. Quid dicam de auctoritate? quæ tanta est, quanta in his tantis virtutibus ac laudibus esse debet. Cui senatus populusque Romanus amplissimæ dignitatis præmia[d] dedit, non postulanti[o] imperia, verum etiam recusanti;[4] [p] hujus de facto, judices, ita quæri,[q] ut id agatur, licueritne ei facere, quod fecit, an vero, non dicam, non licuerit, sed nefas fuerit, (contra fœdus[r] enim, id est, contra populi

[d] *Imperia et triumphos.*

plus homini, quam possit, minus quam debet, trib. Lamb. *plus homini quam decuit trib.* aliæ edd. vett. Lectionem nostram exhibent codd. Victorii, Erf. Pal. 9. Grut. seqq. Mox, *provinciæ vestræ* χ. *quem alteræ gentes* H S T χ, aliique codd. ap. Græv. *quem ultra regentes* Erf. et Pal. 9. *quem ultimæ gentes* cod. Steph. et Orell. Paulo post, *cogitarunt* Lamb.—4 Manut. Steph. Lamb. *postulanti: imperia vero etiam recus.* Mox, *judices* deest in H S T χ. *id* deest in H S χ. *ei* deest in H S T χ. Deinde, *an non dicam,* omisso

NOTÆ

[m] *Non duces, sed comites*] Consilia sæpe eventu ponderantur. Cum cui bene quid processit, multum illum providisse; cum secus, nihil sensisse vulgo dicitur.

[n] *Castiorem*] Designat Pompeii abstinentiam a pecuniis.

[o] *Non postulanti*] Postquam ad senatum nuntiata fuit Pompeii de Mithridate victoria, scribit Velleius lib. II. eo absente, T. Ampium et T. Labienum tribunos plebis tulisse, ut Ludis Circensibus corona aurea, et omni cultu triumphantum uteretur; scenicis autem prætexta, et corona aurea.

[p] *Recusanti*] Belli piratici imperium recusavit.

[q] *Hujus de facto ita quæri*] Implicata sententia ita clarior reddi potest. Nonne turpe populo Romano, nonne vobis est, ita unum Pompeii factum examinare, ut hodie quæratur, fasne fuerit id facere quod fecit, (nempe Cornelium Balbum donare civitate), an potius id faciendo crimen admiserit?

[r] *Contra fœdus*] Fœdus initum erat Romanos inter et Gaditanos, ne quis e Gaditanis civis esset Romanus. Si vero Pompeius fœdus illud violavit, contra religionem peccavit, quia fœdera sancta habebantur.

Romani religionem et fidem fecisse dicitur) non turpe populo Romano?[5] nonne vobis? V. 1[1]. Audivi hoc[1] de parente meo[s] puer: cum Q. Metellus,[t] Lucii filius, causam de pecuniis repetundis[u] diceret, (ille, ille vir, cui patriæ salus dulcior quam conspectus fuit; qui de civitate decedere,[x] quam de sententia maluit) [*p.* 57.] hoc igitur causam dicente, cum ipsius tabulæ[y] circumferrentur inspiciendi nominis causa, fuisse judicem ex illis[2] equitibus[z] Romanis, gravissimis viris, neminem, quin removeret oculos, et se totum averteret, ne forte, quod ille in tabulas retulisset, dubitasse quisquam verumne, an falsum esset, videretur. Nos Cn. Pompeii decretum, de consilii sententia

---

vero, χ.—5 H T *turpe reip.* Actutum, *non vobis* Orell. de Garatoni conj.

Cap. v. 1 *Audivi hæc* χ. *Audi hoc* Erf. *Audii hoc* conj. Græv. Pro *Lucii filius* χ habet *L. Fabius*; Venet. 1483. Hervag. Orell. *L. F.* Junt. *L. filius.* Tum, *diceret, ille vir* H S T, Venet. 1483. Lamb. *ille, ille* habent Barb. C χ ψ, Junt. Hervag. Grut. seqq. *cui patria salus* Erf. Deinde, *quid de civitate . . . hæc igitur* χ.—2 Erf. *fuisse judex illis.* Mox, *qui removeret* H T χ. *sed se totum* H S T ψ. *se totum*, omisso *et*, Erf. *in tabulas publicus* edd. vett. *publicas* non agnoscunt Erf. C H S T χ ψ. *dubitasset* H S T χ ψ. *an falsum esse* χ. Pro *decretum*, quod servant Pal. 9. C H S χ ψ, *decretum, judicium* habent

NOTÆ

[s] *Audivi de parente meo*] Probat exemplo Metelli non debere inquiri de facto Pompeii: quia judices noluerunt inquirere de facto Metelli, ne suspecta ejus fides videretur: igitur neque de facto Pompeii, ne suspecta ejus religio videatur.

[t] *Metellus*] Q. ille Metellus Numidicus, C. Mario, sextum consuli, ne armis confligeret, cedere maluit. Addidit L. F. ut eum distingueret a Q. Metello Balearico, Q. F.

[u] *De pecuniis repetundis*] Cum quis provinciam compilaverat, cujus administrationem susceperat, accusabatur repetundarum: cives enim sua repetebant.

[x] *Qui de civitate decedere*] Cum nollet assentire Saturnino tribuno plebis, qui perniciosas leges agrarias ferebat, abiit sponte in exilium, ne tumultus in urbe concitaretur.

[y] *Cum tabulæ*] Moris fuit apud Romanos, unumquemque domesticam rationem sibi totius vitæ suæ per dies singulos scribere, in quo appareret quid quisque de reditibus suis, quid de arte, fœnore, lucrove, seposuisset, quo die; et quid item sumtus damnive fecisset, quid æris alieni contraxisset. Solebant autem accusatores, ad cognoscendum æs alienum, tabulas illas dati, vel expensi, postulare, et eas proferre judicibus.

[z] *Ex illis equitibus*] Hæc Metelli causa acta fuit, cum soli equites Romani judicabant: nam judicaverunt per annos quadraginta sine infamia, ut de illis refert Pedianus.

pronuntiatum, recognoscemus?[e] cum legibus conferemus? cum fœderibus? omnia[3] acerbissima[f] diligentia perpendemus?[g] 12. Athenis aiunt, cum quidam[4] apud eos,[a] qui sancte graviterque vixisset, testimonium publice dixisset, et (ut mos Græcorum est) jurandi causa ad aras[b] accederet, una voce omnes judices, ne is juraret, reclamasse. Cum Græci[c] homines, spectati viri, noluerint[5] religione videri potius, quam veritate, fidem esse constrictam; nos etiam, in ipsa religione et legum et fœderum conservanda, qualis fuerit Cn. Pompeius, dubitabimus?[d] 13. Utrum enim inscientem[a] vultis contra fœdera fecisse, an scientem?[6] si scientem; o nomen nostri imperii![e] o populi Romani excellens dignitas! o Cn. Pompeii sic late longeque diffusa laus, ut ejus gloriæ domicilium communis imperii finibus terminetur! o nationes, urbes, populi, reges,[7] tetrarchæ,[f] tyranni,[g] testes Cn. Pompeii non solum

[e] *Repetemus.* [f] *Acerrima.* [g] *Comparabimus.* [a] *Nescientem.*

edd. ante Ernesti; *tamen judicium* T. *judicium* uncis inclusit Weisk.—3 H S T *quorum.* Mox, in χ *diligentia est protentemus;* edd. ante Lamb. *fœderibus, quorum acerbissima d. est, pertendemus,* vel *prætendemus.* Lamb. et Weisk. *fœd. quorum acerrima d. est, perpendemus;* Erf. et al. ap. Græv. *perpendimus.* Nostram lect. habent codd. Victorii et Pal. 9.—4 Cod. χ *quidam Xenocrates.* Mox, *dixisset publice* edd. ante Naug. pleræque; *dixisset et publice ut, &c.* Junt. *publice* de Ernesti sententia uncis inclusit Orell. *publice diceret* Menag. *et test. publice dixisset* Græv. Grut. al. ante Ernesti. Deinde, *ad aram* conj. Garat.—5 Cod. χ *noluerunt.* ψ *videre potius.* χ *fidem e. conscriptam, n. e. ut ipsa, &c.* Mox, H S T χ *dubitamus.*—6 *Utrum e. scientem*

NOTÆ

[a] *Quidam apud eos*] Is fuit Xenocrates Chalcedonius, cujus verbis tanta fides adhibebatur, ut, cum injurati nullius testimonium admitterent, huic injurato crederent.

[b] *Jurandi causa ad aras*] Jurantium consuetudo fuit, maxime apud Græcos, ut aras tenerent, unde Evander apud Virg. Æn. XII. 'Tango aras mediosque ignes, et numina testor.'

[c] *Cum Græci*] Boni viri non magis veritatem jurejurando astricti dicunt, quam sine jurejurando.

[d] *Dubitabimus*] Argumentum a minori. Græci crediderunt Xenocrati injurato; cur nos non credemus Pompeio jurato?

[e] *O nomen nostri imperii*] Ut ostendat Pompeium fecisse quod licuit, attestatur imperii gloriam, quam ad omnes orbis partes ille transmisit.

[f] *Tetrarchæ*] Dicebantur tetrarchæ, qui quartæ imperii parti præerant. De iis dictum sæpius.

[g] *Tyranni*] Ab Aristotele tyranni dicuntur, qui rempub. ad suam, non

virtutis in bello, sed etiam religionis in pace! vos denique, mutæ regiones,[8] [h] imploro, et sola terrarum ultimarum; vos maria,[i] portus, insulæ, littoraque. Quæ est enim ora, quæ sedes, qui locus, in quo non extent hujus cum[9] fortitudinis, tum vero humanitatis, tum animi, tum consilii impressa vestigia? Hunc[10] quisquam, incredibili quadam atque inaudita gravitate, virtute, constantia præditum, fœdera scientem neglexisse, violasse, rupisse, dicere audebit? VI. 14. Gratificatur mihi gestu[b] accusator: inscientem Cn. Pompeium fecisse significat: quasi vero levius sit,[1] cum in tanta republica versere,[k] et maximis negotiis præsis, facere aliquid, quod scias non licere, an omnino nescire, quid liceat. Etenim cum in Hispania[2] bellum acerrimum[l] et maximum gesserat, quo jure Gaditana civitas esset, nesciebat? an, cujus linguam populi non nosset, interpretationem fœderis non tenebat? Id[3] igitur quisquam Cn. Pompeium ignorasse dicere audebit, quod mediocres homines, quod nullo usu, nullo studio militari præditi, quod libra-

[b] *Significat nutu.*

. . . *an inscientem* Erf.—7 Voc. *reges* deest in H S T χ.—8 Erf. *mutas regiones;* edd. antiquiss. *mutæ religiones.* Ernesti conj. *solæ.* Mox, H S, Rom. Venet. 1483. Hervag. Orell. *litora!* omisso *que*, ut volebat Lamb.—9 Schutz. *tum* tacite. Mox, *cum animi* H S.—10 *Nunc* ψ. Paulo post, *dicere videbit* in eodem codice.

CAP. VI. 1 Lamb. in ed. 1566. e conjectura Memmii, *non levius sit.* Mox, *cum tanta rep. versare* χ. Deinde, *quam omnino nescire* Lamb. et Schutz. *an omnino non scire* Erf.—2 *Etenim utrum in Hisp.* Erf. *Etenim utrum, qui in Hisp.* Lamb. in ed. 1566. e cod. *et m. gesserit* H. Mox, *an cui illius populi nosset* Erf.—3 *Id* deest in H S T χ. *quisquam nescire* habet H. *ignorasse* deest in H S ψ. *homines nullo usu studio* χ. *quod* deest etiam in H S ψ. *quod* ante

NOTÆ

ad eorum, qui ipsis commissi sunt, utilitatem administrant.

[h] *Mutæ regiones*] Dicuntur mutæ regiones, de quibus nihil antea fuerat auditum, ut de Britannia ante bellum Cæsaris.

[i] *Maria, &c.*] Invocat et maria, &c. propter bellum piraticum quod confecit Pompeius.

[k] *Versere*] Versari dicitur in repub. qui eam administrat.

[l] *Bellum acerrimum*] Bellum notat quod in Hispania contra Sertorium gestum est, et refutat quod ab accusatore dicebatur, nescisse fœdus illud cum Gaditanis Pompeium; quasi vero fieri posset ut vir tantus id ignoraret, quod mediocres homines, nullo usu, nullo studio militari præditi, non ignorant.

rioli[m] denique scire profiteantur? 15. Equidem contra existimo, judices, cum in omni genere ac varietate artium, etiam illarum, quæ sine summo otio[c] non facile discuntur, Cn. Pompeius excellat, singularem[4] quandam laudem ejus, et præstabilem[d] esse scientiam in fœderibus,[n] pactionibus,[o] conditionibus,[p] populorum, regum, exterarum nationum, in universo denique belli jure[q] ac pacis: nisi forte, quæ nos libri docent in umbra[e] et otio, ea Cn. Pompeium, neque[5] cum requiesceret, literæ, neque, cum rem[f] gereret, res ipsæ docere[r] potuerunt. Atque, ut ego sentio, judices, causa dicta est temporis[s] magis: ego non hujus, inquam, genere judicii[t] plura dicam.[6] Est enim hæc sæculi labes quædam

[c] *Studio.* [d] *Præstantem.* [e] *Schola.* [f] *Bellum.*

librarioli deest in χ. *denique se scire* Lamb. *denique scire se* Weisk.—4 Lamb. *tam singularem.* Mox, pro *ejus* T χ habent *suam;* deest hæc vox in H S ψ. Tum *pactionibus, deditionibus* Erf. *et terrarum nationibus* H. *ac terrarum nationibus* χ.—5 Particula *neque* deest in χ. *quiesceret* H. *religiones ipsæ* H T χ ψ.—6 Ita Grut. Græv. Schutz. Orell. et sic Venet. 1483. nisi quod hæc cum codd. multis et edd. vett. etiam Junt. *temporum;* Hotom. et Lall. *causa est dicta temporis magis hujus vitio, quam hominis: neque ego de tam iniquo judicii genere plura dicam;* Lamb. *temporis magis vitio, quam ullius Cornelii crimine: de quo plura non dicam. Ego de hujus, inquam, genere judicii plura non dicam;* Schutz. conj. *Atque, ut ego sentio, hæc dicta sunt temporis magis, quam hujus judicii causa. Est enim, &c.* Erf. habet *temporis*

NOTÆ

[m] *Librarioli*] Librarioli illi sunt qui libros exscribunt.

[n] *In fœderibus*] Illa fœdera intelligit, quæ inter reges et populos fieri solent.

[o] *Pactionibus*] Pactio est duorum, pluriumve in idem placitum consensus. Ita Ulp. Digest. lib. II. de pact. Hoc autem interest pactionem inter et fœdus; quod pactiones sint privatorum, fœdera autem publica sint, ut regum et principum.

[p] *Conditionibus*] Conditio est pactio certam legem in se continens; vel potius est lex negotio alicui apposita, unde ipsius eventus pendet: ut, verbi gratia, fœdus contrahimus, si bellum geratur.

[q] *Belli jure*] Jus belli, jus feciale vocat Cicero de Off. lib. I.

[r] *Res ipsæ docere*] Res ipsæ et usus multo plura docent, quam literæ.

[s] *Causa dicta est temporis*] Sententia imperfecta est, nisi forte illud intelligatur, quod plus temporis sumat dicendo de Pompeio, quam de causa Cornelii; aut fortasse etiam, quod quæ dicta sunt ab eo, dicta sunt magis temporis causa, quam ut defenderet Cornelium, qui jam ab aliis defensus fuerat.

[t] *Genere judicii*] Supple 'de' genere judicii.

et macula,[7] virtuti invidere, velle ipsum florem [u] dignitatis infringere. 16. Etenim, si Cn. Pompeius [x] abhinc annos quingentos fuisset, is vir, a quo senatus adolescentulo atque equite [Romano][8] sæpe communis salutis auxilium expetisset; cujus res gestæ omnes gentes, cum clarissima victoria, terra marique peragrassent; cujus tres triumphi testes essent, totum orbem terrarum nostro imperio teneri; quem populus Romanus singularibus honoribus decorasset;[9] si nunc apud vos, id, quod is fecisset, contra fœdus factum diceretur, quis audiret? nemo profecto: mors enim cum exstinxisset invidiam, [*p.* 58.] res ejus gestæ sempiterni nominis gloria niterentur. Cujus igitur audita virtus dubitationi[10] locum non daret; hujus præsens, experta atque perspecta, obtrectatorum[g] voce lædetur?

VII. 17. Omittam igitur Pompeium jam oratione mea re-

[g] *Invidorum.*

magis: ego nunc citius, inquam, genere; alius cod. ap. Græv. *temporum magis; ego nunc ut vis inquam;* al. ibid. *temporis magis hujus vitio, quam hominis: neque ego de tam iniquo genere;* Franc. *temporum magis: ego nunc ut hoc inquam genere judicii plura dicam.* ‘Locus mancus et corruptus.’ *Orell.*—7 Codd. Lambini, Erf. Pal. 9. Orell. *Est enim hæc sæculi quædam labes atque macula;* edd. ante Lamb. *Est enim hujus s. labes quædam et macula;* Lamb. edidit, *Est enim hæc hujus sæculi labes quædam et macula.* Lectio nostra est a Grutero. Mox, *refringere* Græv.—8 ‘Sine causa Ernesti τὸ *Romano* uncis inclusit, delevit Schutz.’ *Orell.* Mox, *communi saluti* Erf. et Orell. prob. Garat. Tum, *cui res gestæ cum clarissima victoria* Erf.—9 Hæc verba, *quem p. R. . . . decorasset,* desunt in Franc. T χ. *quem populi Romani in singularibusque decorasset* Erf. *in singularibusque* habent etiam codd. Victorii, Gruteri, H S χ, Rom. Venet. 1483. unde Garat. *P. R. inauditis singularibusque hon. &c.* Mox, *apud nos* H S T ψ. *quod fecisset* χ. Paulo post, *gloriam niterentur* χ. *gloria interissent* H. *gloria interessent* S ψ. *gloria uterentur* conj. Ernesti; refutant Garat. et Schutz.—10 H S T χ ψ *dubitationis.* Mox, *hujus experta obtrec.* omissis intermediis, χ. *hujus experta atque perspecta* Franc. *hujus atque perfecta* Erf. Alii codd. omittunt etiam *præsens; virtus* substitui volebat Lamb. Denique, *voce legetur* H S.

NOTÆ

[u] *Florem*] Translatio a stirpibus, quæ flores ferunt, et marcescunt statim.

[x] *Etenim si Cn. Pompeius*] Argumentum a ficto exemplo, quod sic conflat: si ante quingentos annos Pompeius extitisset, et donasset civitate, et dictum fuisset eum contra fœdus fecisse, nemo ferret. Hoc autem argumentum illustrat Pompeii laudum frequentatione. Has easdem laudes vide in Orat. pro Lege Manilia.

liqua :[1] sed vos, judices, animis ac memoria tenetote.[y] De lege, de fœdere, de exemplis,[2] de perpetua consuetudine civitatis nostræ, renovabo ea, quæ dicta sunt: nihil enim mihi novi, nihil integri,[3] neque M. Crassus, qui totam causam et pro facultate, et pro fide sua diligentissime vobis explicavit; neque Cn. Pompeius, cujus oratio omnibus ornamentis abundavit, ad dicendum reliquit. Sed quoniam, me recusante, placuit ambobus[4] [z] adhiberi hunc a me quasi perpoliendi quendam operis extremum laborem; peto a vobis, ut me, officii potius quam dicendi studio, hanc suscepisse operam ac munus putetis. 18. Ac prius, quam aggrediar ad jus causamque[5] Cornelii, quiddam de communi conditione omnium nostrum, deprecandæ malevolentiæ[a] causa, breviter commemorandum videtur. Si, quo quisque[b] loco nostrum est, judices, natus, aut, si in qua fortuna est nascendi initio constitutus, hunc vitæ statum usque ad senectutem obtinere debet;[6] et, si omnes, quos aut fortuna extulit, aut ipsorum illustravit labor et industria, pœna sunt afficiendi; non gravior L. Cornelio, quam multis viris bonis atque fortibus, constitui lex vitæ et conditio videtur. Sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas, ex infimo genere et fortunæ gradu, non modo amicitias, et rei familiaris copias[h] consecuta est, sed summam laudem,

[h] *Divitias.*

Cap. vii. 1 *Omittam Cn. Pompeium jam o. m. relinquam* quinque codd. Oxon. *Omittam i. Pompeium: jam o. m. relinquam* Franc. *O. i. P. jam orationem meam relinquam* Erf. *O. i. P. tam o. m. relinquam* edd. antiquiss. *animus ac mem.* χ.—2 Verba *de exemplis* desunt in Erf.—3 Ernesti conj. *nihil integrum*; refutant Garat. et Schutz. *causam pro fac.* H S ψ.—4 Cod. ψ *placuit ab omnibus.*—5 Cod. χ *aggrediar actus causamque.* Mox, *deprecatione mal. causa* in eodem cod. *brev. com. videretur* S.—6 Codd. χ ψ *deberet.* Paulo post, *conditio*

NOTÆ

[y] *Tenetote*] Id est, Pompeius nunquam excidat e vestra memoria.

[z] *Placuit ambobus*] Pompeio et Crasso placuit, ut Cicero tertius hanc causam peroraret.

[a] *Deprecandæ malevolentiæ*] Deprecari est aliquid precibus petere, vel aliquid a se depellere.

[b] *Si quo quisque*] Videtur hic judicibus indicare, se et Balbum ex humili loco ad dignitates pervenisse, cum uterque esset ex municipiis et obscuris locis.

honores, gloriam, dignitatem; non intelligo, cur potius invidia violatura virtutem[7] L. Cornelii, quam æquitas vestra pudorem ejus adjutura videatur. 19. Itaque, quod maxime petendum est, a vobis idcirco non peto, judices, ne de vestra sapientia, atque de vestra humanitate[8] dubitare videar: est autem petendum, ne oderitis ingenium, ne inimici sitis industriæ, ne humanitatem opprimendam, ne virtutem puniendam[9] putetis: illud peto, ut, si causam ipsam per se firmam esse et stabilem videritis, hominis ipsius ornamenta adjumento causæ potius, quam impedimento esse malitis.

VIII. Nascitur, judices, causa Cornelii ex ea lege, quam L. Gellius,[c] Cn. Cornelius, ex senatus sententia, tulerunt: qua lege, videmus,[1] satis esse sanctum,[a] uti cives Romani sint ii, quos Cn. Pompeius, de consilii sententia, singillatim[2] civitate donarit. Donatum esse[3] L. Cornelium præsens Pompeius dicit: indicant publicæ tabulæ: accusator fatetur; sed negat, ex fœderato populo quenquam potuisse, nisi is populus[4] fundus factus esset,[d] in hanc civitatem

[a] *Constitutum.*

videret χ. *conditio videretur* Erf.—7 Erf. *volatur virtute;* χ *violat virtutem;* ψ et edd. ante Manut. *violatur a virtute.*—8 Quatuor verba, *atque de v. hum.* desunt in H T.—9 Erf. aliique codd. *penitendam;* χ *perimendam.* Mox, *et stabilem esse vid.* Lamb. *esse et stab. videretis* ψ. Tum, *adjumento totius causæ* Erf. *esse velitis* χ.

CAP. VIII. 1 H S T χ ψ et editiones ante Stephanum *videamus.* Mox, *satis* delet Schutzius *sancti, ut cives* H S T χ ψ.—2 Voc. *singillatim* deest in H S ψ. Mox, *donarit* est e solo Guelferb. reliqui omnes *donaverit.*—3 *Donatum esse civitate* Lambinus solus. Mox, *causæ* pro *tabulæ* χ.—

NOTÆ

[c] *Quam L. Gellius*] L. Gellius, Cn. Cornelius, coss. fuerunt anno urbis 681. Ii ex senatus auctoritate legem tulerunt, ut cives Rom. essent quos Cn. Pompeius, de consilii sententia, civitate donaverat. Quid autem intelligat per consilium, satis obscurum est. Volunt alii intelligi de sui proprii consilii sententia; alii verius de consilii militaris sententia, juxta sententiam senatus, qui eos volebat civitate donari, 'quos de consilii sui sententia donaverat.' Consilium autem militare conflabatur quæstoribus, tribunis militum, centurionibus primorum ordinum, et equitibus interdum.

[d] *Nisi is populus fundus factus esset*] Dicitur populus fundus esse rei quam alienat; hoc est, auctor, inquit Fes-

venire.[b] 20. O præclarum[e] interpretem juris![c] auctorem antiquitatis! correctorem atque emendatorem nostræ civitatis! qui hanc pœnam fœderibus[5] ascribat, ut omnium præmiorum beneficiorumque nostrorum expertes faciat fœderatos. Quid enim potuit dici imperitius, quam fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis est proprium fœderatorum, quam omnium liberorum.[f] Sed totum[g] hoc, judices, in ea fuit positum semper ratione atque sententia, ut, cum jussisset populus Romanus[6] aliquid; si id ascivissent socii populi ac Latini, et, si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo, tanquam in fundo, resedisset; ut tum lege eadem is populus teneretur: non, ut de nostro jure aliquid diminueretur, [*p.* 59.] sed ut illi populi, aut jure eo, quod a nobis esset constitutum, aut aliquo commodo aut beneficio uterentur. 21. Tulit apud majores nostros legem C. Furius de testamentis:[h] tulit Q.

[b] *Adipisci jus hujus civitatis.* [c] *Fœderum.*

4 Cod. χ *quantumcumque p. n. is populo.*—5 H S *fœderis.* Mox, *ut omni p. l. n. finis expertes* χ. *faciat defederatos* T.—6 H S T ψ *jussisset prætor;* χ *vixisset prætor.* Mox, pro *resedisset* χ habet *remansisset.* Actutum, *ut cum lege* H. *de vestro jure* χ. Pro *diminueretur,* quod habent Erf. C H S T χ ψ, Venet. 1480. Junt. Græv. Schutz. *deminueretur* legunt Lamb. et Orell. *minueretur* Venet. 1483. Hervag. Grut. Mox, *aut ben. uteremur* H S T. Actutum sex et sexaginta vocc. *Tulit apud majores,* usque ad *civitati anteferret,*

NOTÆ

tus: ex quibus verbis intelligitur, fieri fundum populum aliquem tum dici, cum in re quapiam sua abalienanda est auctor, id est, approbator. Hodie vero 'fundum fieri,' est vassallum et feudatarium fieri.

[e] *O præclarum*] Ironia est, qua ridet ignorantiam accusatoris.

[f] *Fœderatorum, quam o. liberorum*] Differunt fœderati populi a liberis; quia fœderati non per omnia liberi sunt, nam Romani in omnibus fœderibus superiores esse volebant: populi vero fuerunt aut liberi, aut socii,* aut amici.

[g] *Sed totum*] Hoc intendit ostendere, quod si prætor, aut aliquis magistratus legem aliquam ferret, et diceret populus, hanc legem recipimus, et ea utemur, populus Rom. in eos imperium habebat. Habebat autem populus fundus privilegia, jus suffragii, et triumphandi.

[h] *C. Furius de testamentis*] Tulit C. Furius, tribunus plebis, legem de testamentis, ne cui, nisi testatoris cognato, certisque aliis personis, supra mille asses legare, mortisve causa donare liceret: quare si quis majorem summam sibi legatam acce-

Voconius[i] de mulierum hæreditatibus: innumerabiles aliæ leges de civili jure sunt latæ: (quas Latini[k] voluerunt, asciverunt:) ipsa denique Julia,[l] qua lege civitas est sociis et Latinis data, qui[7] fundi populi facti non essent, civitatem non haberent. In quo magna contentio Heracliensium[m] et Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis civitatibus fœderis sui libertatem civitati anteferret.[n] Postremo hæc[8] vis est istius et juris et verbi, ut fundi populi beneficio nostro,[e] non suo jure[o] fiant. 22. Cum aliquid populus Romanus jussit, id si est ejusmodi,[f] ut quibusdam populis, sive fœderatis, sive liberis, permittendum esse videatur, ut statuant ipsi non de nostris,[9][p] sed de suis rebus, quo jure uti velint; tum, utrum fundi facti sint, an non, quærendum

[e] *Permissu nostro.* [f] *Tale est.*

desunt in Franc. S T χ ψ et edd. antiquiss.—7 Schutz. de Valesii conj. *qua lege ita civitas est s. et L. data, ut qui;* refutat Garat. Mox, *Heracleensium* idem Schutz. Pro *fœderis*, quod servant codd. Victorii, Gruteri, C S T χ ψ, Pall. Erf. et edd. antiquiss. *juris* habet H, cum Lamb. et aliis quibusdam edd. *civitate* Grut. errore typogr. *civitati* deest in H.—8 *Postremo hujus* χ.—9 Idem codex *ne de nostris.* Mox, *tum u. f. f. s. an non q. e. videatur* desunt in χ. Deinde *fieri voluerunt* in eodem cod.

NOTÆ

pisset, redderet. Lata est autem, ut ait Justinus, legis XII. Tabularum coërcendæ causa, in qua scribitur, 'Uti quisque legassit suæ rei, ita jus esto.'

[i] *Q. Vocontius*] Tulit Q. Vocontius Saxa, tribunus plebis, Cæpione et Philippo coss. anno 584. ne qui census esset, virginem neve mulierem, supra quadrantem bonorum suorum, hæredem institueret, plusve cuiquam legaret, quam ad hæredem, hæredesve pertineret; ne fœminæ ultra consanguineos ab intestato succederent.

[k] *Latini*] Latini et socii iidem hic habentur. Porro Latinorum nomine Latii populos tantum intelligit.

[l] *Ipsa denique Julia*] Tulit Sextus Julius Cæsar consul, cum L. Martio, anno urbis 664. ut civitas sociis et Latinis omnibus, qui arma deponerent, daretur: nam Italici belli extinguendi causa hæc lex data est.

[m] *Heracliensium*] Heraclea urbs est Siciliæ in parte australi, nunc *Capo Bianco.*

[n] *Civitati anteferret*] Suarum civitatum jus Heraclienses et Neapolitani, juri civitatis qua donabantur, anteponebant.

[o] *Non suo jure*] Fiunt cives externi fundi populi Romani singulari quodam ipsius populi Rom. beneficio, ut possint illi ipsius frui beneficiis, non autem ut privati quique prohibeantur civitate donari.

[p] *Non de nostris*] Majores noluerunt fundos populos aliquid statuere de Romanis; cum enim eorum leges accipiant, noluerunt, ut sibi legem imponerent.

esse videatur: de nostra vero republica, de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute, fundos populos fieri noluerunt. IX. Atqui, si [q] imperatoribus nostris, si senatui, si populo Romano non licebit, propositis [1] præmiis elicere ex civitatibus sociorum atque amicorum fortissimum atque optimum quemque ad subeunda pro salute nostra pericula; summa utilitate ac maximo sæpe præsidio in periculis atque asperis [g] temporibus carendum erit.[2] 23. Sed, per Deos immortales! quæ est [h] ista societas, quæ amicitia, quod fœdus, ut aut nostra civitas careat in suis periculis Massiliensi [r] propugnatore, careat Gaditano, careat Saguntino; [s] aut, si quis ex illis populis sit exortus, qui nostros duces auxilio laboris, commeatus,[3] [t] periculo suo juverit, qui cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnarit, qui se sæpe telis hostium, qui dimicationi capitis, qui morti objecerit; nulla conditione, hujus civitatis præmiis affici possit? 24. Etenim in populum Romanum grave est,[4] non posse uti sociis excellenti virtute præditis, qui velint cum periculis nostris sua communicare: in socios vero ipsos, et in eos, de quibus agimus, fœderatos, injuriosum et contumeliosum

[g] *Periculosis.* [h] *Quid prodest.*

CAP. IX. 1 Cod. χ *populoque R. n. l. præpositis.*—2 Codd. Lambini, Erf. cum edd. Steph. Lamb. Orell. *carendum nobis erit.*—3 Lamb. *auxilio, labore, commeatu*, probante Garat. Mox, *juvaret* H. *sæpe pugnaret .... dimicationem* H S.—4 *Est enim populo Romano grave* H χ. *Est enim in p. R. grave* S T ψ,

NOTÆ

[q] *Atqui si*] Argumentum profert ab utili. Si enim populo Romano non fas esset in belli periculis militem externum accipere, diminuerentur vires reipublicæ. Sic enim prohiberetur imperator accipere milites, et dare præmia militibus fortissimis.

[r] *Massiliensi*] Massilienses singulari quodam amore semper Romanos prosecuti sunt: immo sine illis nunquam de Gallis potuerunt Romani victoriam referre. Vide plura in Orat. pro Font. § 3.

[s] *Saguntino*] Saguntum, vel Saguntus, oppidum fuit Hispaniæ Tarraconensis ab Hannibale expugnatum et eversum. Fuit hæc urbs socia pop. Rom. quæ everti maluit, quam datam fidem deserere.

[t] *Commeatus*] Per commeatum, frumentum, atque alia quæ ad alendum exercitum requiruntur, intelliguntur.

est, his præmiis, et his honoribus exclusos esse fidelissimos et conjunctissimos socios,[5] quæ pateant stipendiariis,[u] pateant hostibus, pateant sæpe servis.[x] Nam et stipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia,[y] ceteris provinciis, multos civitate donatos videmus: et, qui hostes ad nostros imperatores perfugissent, et magno usui reipublicæ nostræ fuissent, scimus civitate esse donatos: servos denique, quorum jus et fortunæ conditio infima est,[6] bene de republica meritos, persæpe libertate, id est, civitate, publice donari videmus.[7] X. 25. Hanc tu igitur, patrone[a] fœderum ac fœderatorum, conditionem statuis Gaditanis,[1] tuis civibus,[b] ut, quod iis, quos Gaditanis adjutoribus armis subegimus, atque in ditionem nostram redegimus, liceat, si populus Romanus permiserit, ut ab senatu, ab imperatoribus nostris, civitate donentur; id ne liceat ipsis? qui si suis decretis legibusve sanxissent, ne quis suorum civium castra imperatorum populi Romani iniret;[a] ne quis se pro nostro imperio in peri-

[a] *Intraret.*

Erf. edd. antiquiss. et Orell.—5 Erf. *et conjunctos socios.* Mox, *pateant hostibus ; p. s. s. N. et stipendiarios* desunt in T. *sæpe* deest in edd. ante Hervag. Deinde, *ceterisque . . . vidimus . . . profugissent* χ. *ceterisque* etiam T. —6 Codd. Lambini, Victorii, et ed. Orell. *jus, fortuna, conditio infima est ;* quidam codd. ap. Græv. *jus fortunæ conditio infima est ;* Erf. *vis fortunæ conditio infirma est* ; S et edd. ante Manut. *vis et fortunæ conditio infima est ;* Lamb. *quorum fortuna et conditio, &c.* ψ *infirma.*—7 Ita C S T, χ, Manut. Schutz. Orell. *vidimus* conj. Ernesti ; *videamus* Junt. *videbamus* H ψ, Lamb. Græv. al.

Cap. x. 1 *Gaditanis* deest in edd. antiquiss. Mox, *armis* deest in χ. *quos magnis adjutoribus tuis armis* Erf. Pal. 9. et cod. Victorii ; unde Lamb. *quos Gaditanis tuis adj. &c.* Tum, *atque in deditionem* S. *Romanus promiserit* χ.—

NOTÆ

[u] *Stipendiariis*] Stipendiarii hic dicuntur qui vectigales sunt, qui victori stipendia et vectigalia coguntur pendere.

[x] *Servis*] Donabantur aliquando servi libertate et civitate, quando videlicet dominis aliquod singulare beneficium præstiterant. Id refert Livius lib. II. de quodam Vindicio, qui Bruti filiorum conjurationem detexit.

[y] *Africa, Sicilia, Sardinia*] Omnes illæ nationes stipendiariæ pop. Rom. fuerunt.

[a] *Patrone*] Ironice hunc accusatorem patronum appellat, utpote qui leges fœderum evertebat.

[b] *Tuis civibus*] Erat ille accusator civis Romanus, quia nulli alteri fas erat accusare.

culum capitis, atque in vitæ discrimen inferret;[2] Gaditanorum auxiliis, cum vellemus, uti nobis non liceret: privatim vero, ne quis vir et animo et virtute præcellens pro nostro imperio periculo suo dimicaret; graviter jure[3] ferremus, minui auxilia populi Romani, debilitari animos fortissimorum virorum, alienigenarum[b] nos hominum studiis, atque externa virtute privari. 26. Atqui[4] nihil interest, judices, utrum hæc fœderati jura constituant, ut ne cui liceat ex his civitatibus ad nostrorum bellorum pericula accedere, an, quæ nos eorum civibus, virtutis causa, tribuerimus, ea rata esse non possint: nihil enim[5] magis uteremur his adjutoribus, [*p.* 60.] sublatis præmiis virtutis, quam, si omnino his versari in nostris bellis non liceret. Etenim, cum, pro sua patria, pauci, post genus hominum natum, reperti sint,[6] qui, nullis præmiis propositis, vitam suam hostium telis objecerint; pro aliena republica quenquam fore putatis, qui se opponat periculis, non modo nullo proposito præmio, sed etiam interdicto?

XI. 27. Sed, cum[1] est illud imperitissime dictum, de populis fundis, quod commune est liberorum populorum, non proprium fœderatorum;) ex quo intelligi necesse est, aut neminem ex sociis civem fieri posse, aut etiam posse ex fœderatis) tum vero jus omne noster[2] iste magister mutandæ civitatis ignorat; quod est, judices, non solum in legibus publicis positum, sed etiam in privatorum voluntate. Jure enim nostro neque mutare civitatem quisquam invitus potest,[3] neque, si velit, mutare non potest, modo

[b] *Externorum.*

2 Lamb. solus *offerret.* Mox, *auxiliis uti cum, &c.* H S T χ. *uti nobis non desunt in* χ ψ. Deinde *si ne quis vir* Lamb.—3 Ita Ernesti de conj. eumque secutus est Schutz. *graviter id jure* ceteri. Mox, *hominum* omittit Erf. *atque paterna virtute* Erf. H S T χ ψ.—4 *Atque* χ. *interest* deest in χ. *fœderatis* H S. *jura constituerint* H S ψ. Mox, *rara esse* χ.—5 Lamb. *nihilo enim.* Mox, *quod si* χ.—6 S T *reperti sunt.* Mox, *qui multis præmiis* Lamb. *qui si opponant* χ.

Cap. XI. 1 *Sed quoniam* T. *Sed quam* χ ψ. *apertissime dictum* χ. Mox, *populi fundis* H S T χ ψ. *de populis fœderatis* Schutz. *est* deest in χ ψ. *et populorum* H χ.—2 H S *jus causæ noster;* χ *jus causæ ut.*—3 Verbum *potest* deest in χ. Paulo post, *se civem civitatis* Lamb. 1584. Tum, verba, *ut sit is civis*

asciscatur[c] ab ea civitate, cujus esse se civitatis velit: ut, si Gaditani sciverint[d] nominatim de aliquo cive Romano, ut sit is civis Gaditanus, magna potestas sit nostro civi mutandæ civitatis, nec fœdere impediatur, quo minus ex cive Romano civis Gaditanus possit esse. 28. Duarum civitatum civis[z] esse, nostro[4] jure civili, nemo potest: non esse hujus civitatis civis, qui se alii civitati dicarit,[e] potest. Neque solum[a] dicatione, (quod in calamitate[f] clarissimis viris Q. Maximo,[b] C. Lænati,[c] Q. Philippo[d] Nuceriæ,[e] C. Catoni[f] Tarracone,[5 g] Q. Cæpioni,[h] P. Rutilio[i] Smyrnæ[k]

[c] *Recipiatur.* [d] *Decreverint.* [e] *Destinaverit.* [f] *Exilio.*

G. m. p. s. n. c. m. c. n. f. i. q. m. ex cive Romano, desunt in χ.—4 H S χ ψ *noster.* Mox, *civili* suspectum est Ernestio; *civis noster esse jure civili* habent codd. aliquot et edd. vett.—5 *Q. Maximo, C. L. Q. P. N. C. C. Tarracone*

NOTÆ

[z] *Duarum civitatum civis*] Non poterat Romanus quivis duarum civitatum jus habere; licebat tamen aliis populis.

[a] *Neque solum*] Tribus rationibus amittebatur civitas: 1. 'dicatione,' id est, propria sua voluntate, destinando se alteri civitati; 2. 'calamitate,' id est, exilio et damnatione, cum quis ejiciebatur in exilium; 3. 'postliminio.' Quid sit autem postliminium definit Paulus, aitque, esse 'jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, et in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos populos regesque, moribus, legibus constitutum.' Unde postliminium dictum est a 'limine' et 'post.' Quare eum, qui ab hostibus captus, in fines nostros postea pervenit, postliminio reversum recte dicimus. Nam limina sicuti in domo finem quendam faciunt, sic et imperii finem esse limen veteres voluerunt. Hinc et limen dictum est, quasi finis quidam et terminus: ab eo postliminium dictum est, quia ad idem limen revertebatur, quod amiserat.

[b] *Q. Maximo*] Q. Fabius Maximus quinquies consul fuit, et Cunctator dictus, quia patientia sua Hannibalem fregit.

[c] *C. Lænati*] Caius Popilius Lænas.

[d] *Q. Philippo*] Q. Martius Philippus, relatis de eo querelis a legatis, qui ad eum missi fuerant, lustrandi exercitus causa, damnatus est.

[e] *Nuceriæ*] Nuceria alia fuit haud procul a Padi ripa, alia in Apulia, alia in Campania. Credibile est loqui Ciceronem de prima.

[f] *C. Catoni*] Hic Cato, cum consul fuisset, accusatus est repetundarum, et damnatus. Vide Verr. de signis.

[g] *Tarracone*] Tarraco insignis Hispaniæ civitas, Scipionum opus, a qua provincia Tarraconia dicta est, et maritimarum opulentissima, ut ait Mela II. 6.

[h] *Q. Cæpioni*] Is est forte proconsul ille, qui binis castris exutus a Cimbris, 80. millia militum, et lixa-

vidimus accidisse, ut earum civitatum fierent cives,[l] hanc ante amittere non potuissent, quam hujus solum civitatis mutatione vertissent)[6] sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio: neque enim sine causa de Cn. Publicio Menandro,[m] libertino homine, quem apud majores legati nostri in Græciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt, ad populum latum,[n] ut is Publicius, si domum revenisset,[7] [o] et inde Romam rediisset, ne minus civis esset.[g] Multi etiam superiore memoria cives Romani sua voluntate, indemnati et incolumes,[p] his rebus relictis,[h] alias se in civitates contulerunt. XII. 29. Quodsi civi Romano licet esse Gaditanum, sive exilio, sive postliminio, sive rejectione[1] hujus civitatis,[q] (ut jam ad fœdus veniam, quod

[g] *Ut civis permaneret.* [h] *Relicta civitate Rom.*

desunt in S. *Tarracinæ* habet H. *Terracenæque* χ. *Tarracone eque* ψ. Mox, *P. R. Zmyrnæ* Erf. *hanc amittere* χ.—6 Idem cod. *evertissent;* et pro *sine* habet *sint.*—7 S ψ *revertisset.*

CAP. XII. 1 Manut. conj. *sine relictione*, probante Weisk. *sine ratione*

NOTÆ

rum 40. millia amisit: qua de causa missus est in exilium. Vide Liv. lib. XXXVII.

[i] *P. Rutilio*] P. Rutilius habitus est ævi sui vir optimus. Is repetundarum accusatus, ab equitibus, quibus invisus erat, damnatus est, et pulsus in exilium, quia legatus Marii a publicanorum injuriis Asiam liberaverat, qui erant equites Romani.

[k] *Smyrnæ*] Smyrna urbs Ioniæ est, quam Meles amnis irrigat.

[l] *Civitatum fierent cives*] Qui exilio damnabantur, aut iis certus locus destinabatur a judicibus, quo cum venerant, illius civitatis participes fiebant, et tum amittebant jus Romanæ civitatis; aut locorum omnium, præter certum quendam, aditus permittebatur, quæ 'lata fuga' dicebatur; et illi quoque civitatem amittebant.

[m] *Menandro*] Menander se jactabat e familia Mariana esse, propter formæ similitudinem cum eo.

[n] *Ad populum latum*] Ad populum, id est, cum lata lex est a populo: ferre enim ad populum aliud nihil est, quam ferre aliquid ad populum, ut de eo deliberet.

[o] *Si domum revenisset [revertisset]* Si domum revertisset, id est, si Roma, ubi libertate donatus fuerat, in patriam rediisset.

[p] *Indemnati et incolumes*] Ii dicuntur indemnati et incolumes, qui causam non dixerunt; utpote qui vocati non sunt in judicium, etiamsi pœnas injuste dederint.

[q] *Rejectione hujus civitatis*] Rejectione, id est, dicatione, nempe destinando, in aliam civitatem abire.

ad causam nihil pertinet; de civitatis enim jure, non de fœderibus disceptamus) quid est, quamobrem civi Gaditano in hanc civitatem venire non liceat? Equidem longe secus sentio:[i] nam cum ex omnibus civitatibus via sit[2] in nostram, cumque nostris civibus pateat iter ad ceteras civitates; tum vero, ut quæque nobiscum maxime societate,[r] amicitia,[s] sponsione,[t] pactione,[u] fœdere[x] conjuncta est, ita mihi maxime communionem beneficiorum, præmiorum, civitatis, continere videtur. Atqui[3] ceteræ civitates[y] omnes non dubitarent nostros recipere in suas civitates, si idem nos juris haberemus, quod ceteri: sed nos non possumus et hujus esse civitatis, et cujusvis[4] præterea: ceteris con-

[i] *Non sentio ut adversarius.*

χ.—2 H *una sit.* Mox, *nobiscum maxime* desunt in χ ψ. Paulo post, *contineri videtur* ψ.—3 *Atque* H T. Actutum, *certe civitates* χ. *nostros omnes recipere* T. *nostros homines recipere* Orell. e conj. Garat. *ceteræ civ. omnes non dub. nostros omnes r.* cod. Steph. Venet. 1480. *ceteræ civ. omnes non dub. nostros rec.* Pall. omnes, Erf. cod. Victor. Rom. Venet. 1483. Ald. Junt. Grut. Græv. *ceteræ civ. non dub. nostros omnes r.* Hervag. Lamb. *ceteræ civ. non dub. nostros homines rec.* de Gulielm. conj. Schutz. Tum, *in suam civitatem*

NOTÆ

[r] *Societate*] Societas est contractus bonæ fidei de alicujus rei, vel negotiationis communione, sic institutus, ut ejus et quæstus et damnum ad unumquemque communiter pertineat. Unde qui societatem init, habet obligationem auxilii ferendi.

[s] *Amicitia*] Tunc amicitia censetur, cum alter populus, vel princeps, vel civitas nocere non debet, sed potius juvare; nam loquitur hic de amicitia vulgari.

[t] *Sponsione*] Sponsio pro stipulatione hic sumitur, sive promissione, qua reges et populi coëunt in amicitiam.

[u] *Pactione*] Pactio quoque hic sumitur pro transactione, seu controversiæ decisione, quæ per solos magistratus fiebat.

[x] *Fœdere*] Ex Livio tria sunt fœderum genera, quibus integræ civitates, aut principes inter se conjunguntur. Primum est, cum victi, victoris arbitrio, cum victore fœdus faciunt: secundum, cum bello pares æquo fœdere in pacem atque amicitiam veniunt, ita ut alius non pareat, alius non imperet: tertium, cum sociali fœdere aliqui consociantur.

[y] *Atqui ceteræ civitates*] Discrimen affert inter Romanam et alias civitates, quod aliarum cives inter Romanos cives ascisci possint, at Romani vicissim inter alios non possint, servato jure suæ civitatis. Quare, ut refert Cornelius Nepos, cum Atticus civitatis jure ab Atheniensibus vellet donari, respuit beneficium, quia, alia ascita, Romana civitas amittebatur.

cessum est. 30. Itaque in Græcis civitatibus videmus, Athenis Rhodios,[z] Lacedæmonios,[a] ceteros undique ascribi, multarumque esse eosdem homines civitatum. Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines, nostros cives, Athenis in numero judicum atque Areopagitarum,[5] [b] certa tribu,[c] certo numero;[d] cum ignorarent, si illam civitatem essent adepti, hanc[e] se perdidisse, nisi postliminio recuperassent. Peritus vero nostri juris ac moris nemo unquam, qui hanc civitatem retinere vellet, in aliam civitatem se dicavit. XIII. Sed hic totus locus disputationis[1] atque orationis meæ, judices, pertinet ad commune jus mutandarum civitatum: nihil habet, quod sit proprium religionis ac fœderum.[f] [*p.* 61.] Defendo enim rem universam,[g] nullam esse gentem ex omni regione[2] terrarum, neque tam dissidentem a populo Romano odio quodam atque discidio, neque tam fide benevolentiaque conjunctam, ex qua nobis interdictum[k] sit, ut ne quem asciscere civem, aut civitate donare possimus. 31. O jura præ-

[k] *Vetitum.*

Schutz.—4 H χ *et cujus;* ψ *et ejus.*—5 *Ariopagitarum* Erf. Mox, *certa curia* conj. Ernesti; *certo demo* suspic. Orell.

Cap. XIII. 1 H *disputationum.* Mox, *ac fœderis* Erf.—2 H S *ex omni regno.* Pro *discidio* edd. vett. et Grut. habent *dissidio.* Mox, *fit, ne quem asc.* ψ. *fit, neque asc.* χ. *ut ne asc.* Ald. Hervag. Lamb. *ne asc.* Ven. 1480.

NOTÆ

[z] *Rhodios*] Rhodus, unde Rhodii, insula nobilissima est in mari Carpathio, Cariæ adjacens.

[a] *Lacedæmonios*] Lacedæmon, unde Lacedæmonii, clarissima Peloponnesi urbs, Lycurgi legibus olim celebrata.

[b] *Areopagitarum*] Areopagitæ judices fuerunt rerum capitalium apud Athenienses, qui sub dio, et noctu causas audiebant, et summo quidem silentio.

[c] *Certa tribu*] Cum quis inter cives Romanos ascribebatur, ei certa tribus assignabatur.

[d] *Certo numero*] Erant Romæ certi ordines, in quibus certus erat hominum numerus.

[e] *Hanc*] Romanam civitatem perdebant, nisi Romam redirent.

[f] *Religionis ac fœderum*] Religionem a fœdere distinguit, quia non omnia fœdera sacrosancta sunt, sed ea tantum quæ ex jure feciali religiosa erant, propter juramentum, quo fœdera jungebantur.

[g] *Rem universam*] Non se de parte, sed de universo genere, seu de jure communi disputare asserit.

clara,[h] atque divinitus jam inde a principio[3] Romani nominis a majoribus nostris comparata! ne quis nostrum plus quam unius civitatis esse possit; (dissimilitudo enim civitatum varietatem juris habeat necesse est) ne quis invitus civitate mutetur; neve in civitate maneat invitus. Hæc sunt enim fundamenta firmissima nostræ libertatis, sui quemque juris et retinendi[4] et dimittendi esse dominum. Illud vero sine ulla dubitatione maxime nostrum fundavit imperium, et populi Romani nomen auxit, quod princeps ille, creator hujus urbis, Romulus, fœdere Sabino[i] docuit, etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere: cujus auctoritate et exemplo nunquam est intermissa a majoribus nostris largitio et communicatio civitatis. Itaque et ex Latio[5][k] multi, et Tusculani,[l] et Lanuvini,[m] et ex ceteris generibus gentes universæ in civitatem sunt receptæ; ut Sabinorum,[n] Volscorum,[o] Hernicorum:[p] quibus ex civitatibus nec coacti essent civitatem mutare,[6] si qui noluissent; nec, si qui essent civitatem nos-

Junt. *ut neque asc.* Barb. Grut. *donare non possimus* H S.—3 Cod. ψ *jam a princ.* omisso *inde*. Mox, *a majoribus comparata* Erf.—4 Cod. χ *remittendi*.—5 *Itaque ex Latio* χ. *et Tusculani et Latini* in eodem cod.—6 Erf. Barb.

NOTÆ

[h] *O jura præclara*] Jura Romana laudat a vetustate, a dignitate, ab auctore, et utilitate.

[i] *Fœdere Sabino*] Cum Romam ludorum causa Sabini convenissent, raptæ sunt eorum virgines, et in matrimonium cum Romanis abductæ. Hinc bella pleraque orta Romanos inter et Sabinos; sed tandem pacatis animis facta pax est, et Sabinorum imperium Romam traductum, atque ex duobus regnis unum factum est, et sub duobus regibus Tatio et Romulo commune dominium per aliquot annos fuit.

[k] *Ex Latio*] Latium proprie est pars Italiæ, quæ inter ostia Tiberis, et Circeios interjacet, mille quinquaginta passus in longitudinem non excedens; quod sic dictum putatur, quod illic latuerit Saturnus cum Jovem fugeret. Vide Virg. Æn. VIII.

[l] *Tusculani*] A Tusculo, oppido Latii, dicti sunt Tusculani.

[m] *Lanuvini*] Lanuvium oppidum olim fuit in via Appia in agro Laurente.

[n] *Sabinorum*] Sabini populi sunt in quarta Italiæ regione, quos Plin. III. 12. a religione et Deorum cultu Sabinos ait appellari.

[o] *Volscorum*] Volsci populi sunt in Latio ultra Circeios.

[p] *Hernicorum*] Hernici populi Campaniæ, qui loca saxosa incolunt, unde nomen accepere; nam 'herna' Sa-

tram beneficio populi Romani consecuti, violatum fœdus eorum videretur.

XIV. 32. At enim[1] quædam fœdera extant, ut Germanorum, Insubrium,[q] Helvetiorum,[r] Iapidum,[s] nonnullorum item ex Gallia barbarorum,[t] quorum in fœderibus exceptum est, ne quis eorum a nobis civis recipiatur. Quodsi exceptio facit, ne liceat; ibi[2] necesse est licere, ubi non est exceptum. Ubi est igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat civitate? nusquam: ac sicubi esset; lex id Gellia[3] et Cornelia, quæ definite potestatem Pompeio civitatem donandi dederat, sustulisset. Exceptum est, inquit, si quid sacrosanctum[u] esset.[4] Ignosco tibi, si neque Pœnorum jura[5][x] calles, (reliqueras enim civitatem tuam) neque nostras potuisti leges inspicere; ipsæ enim te a cognitione sua judicio

Orell. *civitate mutari*; χ *civitate mutare*. Denique, pro *consecuti*, nonnulli codd. etiam Erf. et Rom. habent *secuti*; χ, Ven. 1480. Junt. *assecuti*.

CAP. XIV. 1 *Etenim* Erf. Mox, *Genumanorum Insalubrium* in eodem cod. G. *Houleticorum* χ. Paulo post *eorum* deest in H S. *a nobis* deest in χ.—2 H *alibi*; T *ubi*; χ *ubi non*. Mox, *ubi non est exceptum* desunt in H S T χ, et edd. ante Naug. Actutum, *Ubi est igitur fœdere* Erf. Guelf. probante Ernesti. Deinde, *recipiat in civitatem* Lamb. *recipiat*, omisso *civitate*, Erf.—3 Ven. 1480. Junt. *id lex Gellia*; S *lege id Agellia*; χ *lex ea Gellia*; H *lex id Agellia*. Mox, *quæ diffinita* H S. *quæ diffinite* χ. Pro *potestatem* S habet *est*.—4 Codd. et edd. ante Ernesti, *inquit, fœdus*; *siquidem s. est*; Guelf. *si quid* pro *siquidem*.—5 H *vita*. Paulo post, *a cognitione tua* H S. *a cog.*

NOTÆ

bini saxa vocant.

q *Insubrium*] Galliæ Cisalpinæ regio fuit Insubria, a qua Insubres.

r *Helvetiorum*] Helvetii populi inter Rhenum et Rhodanum fluvios, Juram montem et Alpes siti, in quatuor olim pagos divisi.

s *Iapidum*] Iapides ab nobili Ætolo, qui Iapis dictus est, appellati sunt illi populi. Hic cum ad intimum maris Adriatici sinum venisset, oppidum de suo nomine condidit, a quo ea pars Italiæ, quæ Timao fluvio irrigatur, Iapidia dicta est.

t *Barbarorum*] Non fluminibus, aut mari separantur barbari ab aliis nationibus, sed moribus et immanitate. Hi autem non facti sunt cives Romani, 1. ne pluris facerent patriam, quam Romanam civitatem; 2. ne pecunia corrupti eam proderent.

u *Sacrosanctum esset*] 'Sacrosanctum dicitur,' ut refert Festus, 'quod, jurejurando interposito, institutum est; si quis id violasset, ut morte pœnas penderet.'

x *Pœnorum jura*] Hic accusator genere Pœnus fuit, qui videtur fuisse damnatus exilio, sed restitutus; neque enim ei fas fuisset accusare.

publico repulerunt. 33. Quid fuit in rogatione ea,[y] quæ de Pompeio a Gellio, et a Lentulo,[6] consulibus, lata est, in quo aliquid sacrosanctum exceptum videretur? Primum enim, sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus[z] plebesve sanxisset:[7] deinde sanctiones[a] sacrandæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione[b] et consecratione[c] legis, aut pœnæ, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere ejusmodi? Utrum a capitis[8] consecratione, an obtestatione legis sacrosanctum esse confirmas? Nihil omnino unquam de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico: de quibus etiamsi latum esset, neque legem, neque pœnam latam esse, ne quem civem reciperemus; tamen id esset,[9]

tui conj. Pantag. *publico retulerunt* χ.—6 *M. Lentulo* H. Pro *consulibus lata*, χ habet *conflata*. Pro *in quo*, T et plurimæ edd. *in qua*. Deinde, *exceptum* omittunt H S, Ven. 1483. Hervag. Lamb.—7 Schutz. de Ernestii conj. *sanxerit*. Mox, *deinde sanctiones sacrandæ sunt genere ipso, aut obtestatione legis, aut pœna* Garat. *et consecratione* omittunt S et Manut. *deinde sanctiones sacrandæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione legis aut pœna* Lamb. *pœna* est de conj. *d. sanctiones sacrosanctæ sunt aut genere ipso, et obtestatione legis, aut consecratione et pœna* Schutz. *sacrosanctæ* est de Manutii conjectura. Denique, *qui contra fecerit* H ψ, Junt. *qui contra fuerit* S, Rom. *qui contra fecit* Barb. *qui contra facit* Ven. 1483. Hervag. seqq.—8 *Utrum capitis* Lamb. Grut.—9 *Nihil . . . esse dico: [neque legem, neque pœnam latam esse.] De quibus igitur, etiam si latum esset, ne quem civem, &c.* Garat. et Orell. *igitur* præbent cod. Steph. et Hervag. Verba, *neque l. n. p. l. esse*, subdititia esse putant Manut. Garat. et Orell. *Nihil . . . nihil ad plebem neque lege, neque pœna latum esse dico, de quibus etiam si latum esset, ne quem civem reciperemus, &c.* Lamb. *Nihil . . . esse dico: neque legem, neque pœnam latam esse, ne quem c. reciperemus; de quibus etiam si latum esset, tamen id esset* Schutz. de conj. Ernestii. *in isto fœdere* χ. *pœnam gratam esse* S et Ven. 1483. *pœnam ratam vel gratam esse* T. *neque pœnam ratam esse dico* χ. Nostram lect. habent codd. plerique, Grut. Græv. Mox, *illius verbis* H S χ ψ. *illis verbis, nec*

NOTÆ

[y] *Quid fuit in rogatione ea*] Rogatio ea lex est, quam consules illi pro Pompeio ferendam populum rogaverunt. Probat autem fœdus hoc sacrosanctum non esse.

[z] *Nisi quod populus*] Ostendit sacrosanctum fœdus illud non esse, quia non est sancitum a patriciis, et a reliqua plebe.

[a] *Sanctiones*] Tum leges aut fœdera sacrosancta fiunt, cum certis verbis concipiuntur: ut, qui ea violaverit, pœna dignus sit.

[b] *Obtestatione*] Quando Deus testis in meliorem partem vocatur.

[c] *Consecratione*] Consecratio fit, cum caput illius, qui legem vel fœdus violavit, alicui numini consecratur.

quod populus postea jussisset,[d] ratum; neque quicquam illis verbis, 'si quid sacrosanctum esset,' esse exceptum videretur: de his, cum populus Romanus nihil unquam jusserit, quicquam audes dicere sacrosanctum fuisse? XV. 34. Nec vero hæc oratio mea ad infirmandum[1] fœdus Gaditanorum, judices, pertinet: neque enim est meum, contra opinionem vetustatis,[e] contra jus optime meritæ civitatis,[2] contra auctoritatem senatus dicere. Duris enim quondam temporibus[f] reipublicæ nostræ,[3] cum præpotens terra marique Carthago,[g] nixa duabus Hispaniis,[h] [*p.* 62.] huic imperio immineret, et cum duo fulmina nostri imperii, subito in Hispania, Cn. et P. Scipiones,[i] exstincti occidissent; L. Marcius,[k] primipili centurio,[l] cum Gaditanis fœdus icisse[4] dicitur: quod cum magis fide illius populi, justitia nostra, vetustate denique ipsa, quam aliquo publico vinculo reli-

si quid s. esset, exceptum esse vid. Lamb. *est* pro *esset* Ald. probante Garat. Deinde, *cum populo R.* χ.

CAP. XV. 1 Erf. *ad firmandum.*—2 Ita tacite Grut. et seqq. 'fortasse errore typogr.' *Orell. contra jus optime meritæ civitatis, contra opinionem veritatis* Erf. aliique codd. et edd. ante Grut.—3 Cod. χ *vestræ.* Mox, *duo lumina* Lamb. prob. Ernesti et Garat. *imperii in Hispaniam cum et C. Scipionis* χ.—4 Ita C ψ, Junt. Hervag. Lamb. Schutz. Orell. *fœdus jecisse* H S, Erf.

NOTÆ

[d] *Jussisset*] Cum suo suffragio probat aliquid populus, tum jubere dicitur.

[e] *Vetustatis*] Fœdus illud jam ante annos centum factum fuerat.

[f] *Duris . . . . temporibus*] Intelligit duo belli Punici tempora, quod duce Hannibale 24. annis gestum est. Illud autem fœdus factum est cum Gaditanis anno octavo belli illius Punici secundi.

[g] *Carthago*] Carthago urbs fuit Africæ celeberrima, quam Scipio Æmilianus vastavit. Alia fuit in Hispania, quam dux Pœnorum Hasdrubal condidit, et quam Scipio prior Africanus expugnavit.

[h] *Duabus Hispaniis*] Duæ fuerunt Hispaniæ, ulterior et citerior, Tarraconensis scilicet et Bætica, in qua ultima Lusitania numeratur.

[i] *Cn. et P. Scipiones*] Hi fuerunt Scipionum vetustissimi, qui 'duo fulmina' dicti sunt propter fortitudinem ingentem et celeritatem gerendi belli.

[k] *L. Marcius*] L. Marcius strenuus fuit juvenis, Septimii filius, eques Romanus. Is primus fœdus cum Gaditanis fecit.

[l] *Primipili centurio*] Primipilus olim centurio, sive primi ordinis centurio dicebatur, qui et aquilæ, et quadringentis in prima acie militibus

gionis[m] teneretur; sapientes homines, et publici juris periti, Gaditani, M. Lepido, Q. Catulo consulibus,[n] a senatu de fœdere postulaverunt.[o] Tum est[5] cum Gaditanis fœdus vel renovatum, vel ictum; de quo fœdere populus Romanus sententiam non tulit;[a] qui, injussu suo,[p] nullo pacto potest religione obligari. 35. Ita Gaditana civitas quod beneficiis suis erga rempublicam nostram[6] consequi potuit; quod imperatorum testimoniis, quod vetustate,[a] quod Q. Catuli, summi viri, auctoritate, quod judicio senatus, quod fœdere, consecuta est;[b] quod publica religione sanciri potuit, id abest: populus enim se nusquam obligavit: neque ideo est Gaditanorum causa deterior; gravissimis enim et plurimis rebus[b] est fulta.[c] Sed isti disputationi certe nihil est loci.[d] Sacrosanctum enim nihil potest esse, nisi quod

[a] *Non dixit suffragium.*
[b] *Gaditana civitas consecuta est, quod consequi potuit, &c.*
[c] *Nixa.* [d] *Sed non est tempus agitandi hanc quæstionem.*

Rom. Ven. 1480. 1483. *fœdus fecisse* T χ. *quod tam magis* χ. *justitia vestra* T χ, et edd. ante Steph. item Junt. Græv. *j. nostra* Erf. Steph. Lamb. Schutz. Orell. *venustate d. ipsa* χ. Mox, *et publici juris periti* desunt in H. *a senatu defendere* χ.—5 *Tum etiam* H S.—6 Erf. *erga rem nostram; τὸ nostram* deest in H. Paulo post, *summi viri aucta religione*, omissis intermediis, χ. *quod fœdera consecuta* Erf. *id consecuta est* Schutz. *sancire potuit* Erf. *id habet* χ. *enim senatusque obligavit* H S.

NOTÆ

præerat, ut ex Livii lib. VIII. et Dionys. lib. IX. intelligitur.

[m] *Religionis*] Religio sumitur pro jurejurando, quod in fœderibus sanciendis semper interponebatur.

[n] *M. Lepido, Q. Catulo coss.*] Anno urbis scilicet 675. quo bellum Sertorianum in Hispania cœpit, ut refert Eutropius lib. VI. M. Lepidus et Q. Catulus coss. fuerunt.

[o] *De fœdere postulaverunt*] Postulaverunt a senatu populoque Romano, ut fœdus illud confirmaretur; quia non satis firmum esse videbatur illis, qui jurisperiti erant.

[p] *Injussu suo*] Populus jubebat, censebat senatus: quod jubebat autem populus, aut censebat senatus, sacrosanctum habebatur.

[a] *Quod vetustate*] Inter fœdus quod a Marcio sancitum est cum Gaditanis, ad consulatum M. Lepidi et Q. Catuli, anni plusquam centum interfluxere.

[b] *Gravissimis . . . rebus*] Hæc gravissima sunt, antiquitas, auctoritas Catuli, judicium, et renovatio fœderis.

per populum plebemve sancitum est. XVI. Quodsi hoc fœdus, quod populus Romanus, auctore senatu, commendatione et judicio vetustatis, voluntate et sententiis suis comprobat, idem [1] suffragiis comprobasset; quid erat, cur ex ipso fœdere Gaditanum in civitatem nostram recipi [e] non liceret? nihil est enim aliud in fœdere, nisi, ut 'pia et æterna pax' sit.[c] Quid id ad civitatem?[d] Adjunctum [2] illud etiam est, quod non est in omnibus [e] fœderibus, 'majestatem populi Romani [f] comiter conservato:' [3] id habet hanc vim, ut sit ille in fœdere inferior. 36. Primum [f] verbi genus [g] hoc [4] conservandi, quo magis in legibus,[h] quam in fœderibus, uti solemus, imperantis est, non precantis. Deinde,[5] cum alterius populi majestas conservari jubetur, de altero siletur;[i] certe ille populus in superiori

[e] *Donari civitate.* [f] *Primo.*

CAP. XVI. 1 Erf. *isdem.* Mox, *recipere non licet* χ.—2 *Quid id ad c. adjunctam* Erf. *Quod id ad, &c.* χ. *Quod ad civ. &c.* H S.—3 Ita e conj. Ernesti, Schutz. Orell. *comiter conservanto* Lamb. Grut. Græv. *comiter conservent* codd. Grævii, et edd. ante Lamb. *comiter conservant* Erf. *comites conservant* H S. *romiter conservavit* T. *comiter conservetur* χ.—4 H S *verbi g. hujus.* Actutum, *servandi* Erf.—5 *Demum* H S. *conservari videbitur* χ. *de altero*

NOTÆ

[c] *Ut pia et æterna pax sit*] In formula fœderis hæ voces adhibebantur: æterna autem dicebatur, ut ab induciis distingueretur, quæ tantum sunt ad tempus.

[d] *Quid id ad civitatem*] Id est, quid hoc habet commune cum jure civitatis?

[e] *Quod non est in omnibus*] Non reperitur ea formula in iis fœderibus, in quibus æquo fœdere conveniunt; sed tum ponitur, cum minor cum majore fœdus facit, civitas cum principe, populus cum rege: habent enim id commune, ut addant aliquid, quo se superiores esse ostendunt; quod hac voce 'conservato' comprobatur, quæ est in modo imperativo: imperatur enim Gaditanis, ut servent illud fœdus quod ab illis cum Romanis ictum est.

[f] *Majestatem pop. Rom. &c.*] Alia formula fœderis.

[g] *Verbi genus*] Id est, verbum istud, 'conservato.'

[h] *Quo magis in legibus*] Ea voce, 'conservare,' potius utebantur in legibus ferendis, quam in fœderibus, quia leges imperant.

[i] *De altero siletur*] Ostendit Cicero in hoc fœdere faciendo populum Romanum se superiorem vindicare populo Gaditano; nam dicitur tantum quod populi Romani, non autem quod populi Gaditani majestas conservabitur.

conditione causaque ponitur, cujus majestas fœderis sanctione[g] defenditur. In quo erat accusatoris[k] interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, 'Comiter esse communiter:'[6] quasi vero priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. Comes, benigni,[l] faciles, suaves homines esse dicuntur. 'Qui erranti[m] comiter[h] monstrat viam,' benigne[7] et non gravate: 'communiter' quidem certe non convenit.[n] 37. Et simul absurda res est, caveri fœdere, ut majestatem populi Romani communiter[8] conservent; id est, ut populus Romanus suam majestatem[o] esse salvam velit: quod si jam ita esset, ut esse non potest, tamen de nostra majestate, nihil de illorum caveretur.[i] Potestne igitur nostra majestas[9] [p] a Gaditanis be-

[g] *Confirmatione.* [h] *Hilariter.*
[i] *Tantum provisum esset majestati populi Rom. non Gaditani.*

sileatur Erf.—6 *Comiter esse comiter* χ. *communiter* deest in T. Mox, *aut insolutum* χ.—7 Voc. *benigne* deest in χ. *et* deest in H S T χ. Mox, *comi quidem* T.—8 Cod. χ *comiter.* Mox, *Romanus* deest in H S. Tum, *salvam esse velit* Erf. Rom. Ven. 1483. Græv. Orell. Deinde, *esse non posset* Erf. et χ.—9 Cod. χ *nostra civitas.* Præpositio *a* deest in H T ψ, et Erf. Mox, *præmiis eligere* Erf.

NOTÆ

[k] *In quo erat accusatoris*] Arguit Cicero responsionem adversarii sui, qui vocem hanc 'comiter' quasi 'communiter' interpretabatur; nam si illud fœdere præcipitur, ut Romani et Gaditani suam communiter majestatem conservent, jam non fœdus est; quia tantum provisum est majestati populi Romani, non vero Gaditani.

[l] *Comes, benigni*] Id est, homines benigni, faciles, suaves dicuntur esse *comes.*

[m] *Qui erranti*] Versus Enniani sunt, de quibus loquitur Cicero de Off. lib. I. 'Homo qui erranti comiter monstrat viam, Quasi lumen de suo lumine accendat, facit: Nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderit.'

[n] *Non convenit*] Id est, ista vox 'communiter' non convenit huic rei.

[o] *Suam majestatem*] Majestas est amplitudo, seu dignitas, seu magnitudo civitatis, vel reipub. vel principis in sua potestate ac jure retinendo; amplitudo vero, est magnarum copiarum abundantia: qui igitur aut illam dignitatem, aut copiarum abundantiam minuit, majestatem lædere dicitur, et reus est majestatis.

[p] *Potestne igitur nostra majestas*] Ostendit jam Cicero non posse majestatem vel populi Rom. vel Gaditani, conservari, si allici præmiis non possint populi Gaditani, vel eos allicere non possint imperatores Romani; neque valere hanc partem fœderis, nisi liceat ex populo Gaditano, bene meritos viros donare civitate.

nigne conservari, si ad eam retinendam Gaditanos præmiis elicere non possumus? potest esse ulla denique majestas, si impedimur, quo minus per populum Romanum, beneficiorum, virtutis causa, tribuendorum potestatem imperatoribus nostris deferamus?

XVII. 38. Sed quid ego disputo, quæ mihi[1] tum, si Gaditani contra me[q] dicerent, vere posse dici viderentur? illis enim repetentibus L. Cornelium, responderem, legem populum Romanum jussisse[r] de civitate tribuenda: huic generi legum fundos populos[s] fieri non solere: Cn. Pompeium[t] de consilii sententia civitatem huic dedisse; nullum populi nostri jussum Gaditanos habere:[2][u] itaque nihil esse sacrosanctum, quod lege exceptum videretur: si esset, tamen in fœdere[x] nihil esse cautum, præter pacem: additum etiam esse illud,[y] ut majestatem illi nostram conservare deberent; quæ certe minueretur, si aut adjutoribus illorum civibus uti in bellis nobis non liceret, aut præmii tribuendi potestatem nullam haberemus. 39. Nunc vero quid ego contra Gaditanos loquar, cum id, quod de-

CAP. XVII. 1 Cod. χ *quem mihi.* Pro *vere*, Ernesti conj. *recte.* Pro *dici*, Lamb. *responderi;* unus cod. *conditi.* Mox, pro *repetentibus*, χ habet *repentibus;* Erf. *referentibus.*—2 Cod. χ *haberet.* Mox, *si esse tamen* Erf. *nihil esse*

NOTÆ

[q] *Si Gaditani contra me*] Argumentum a fictione; fingit enim Gaditanos venire in forum, et repetere suum civem; quibus respondendo artificiose per capita repetit, quæ dixit hactenus.

[r] *Legem populum Rom. jussisse*] Legunt alii *jussisse lege*, nempe Gellia et Cornelia de civitate, ut essent cives, qui donati sunt civitate a Pompeio. Et hoc primum argumentum est.

[s] *Fundos populos*] Secundum argumentum profert, eos videlicet populos vere fundos esse pop. Rom. apud quos, tanquam in proprio fundo, leges pop. Rom. vigent: non autem fieri per hanc legem.

[t] *Cn. Pompeium*] Tertium argumentum sumit a persona Pompeii, qui Cornelium civitate donavit ex sententia consilii sui militaris.

[u] *Gaditanos habere*] Quartum argumentum, Gaditanos videlicet nullum habere jussum a populo Rom.

[x] *Tamen in fœdere*] Quintum argumentum a fœdere, in quo tantum agitur de pace Gaditanos inter et Romanos servanda.

[y] *Additum etiam esse illud*] Sextum argumentum a majestate, quæ violaretur, si Gaditani præstare auxilium populo Rom. et vicissim illos Romani afficere præmiis non possent.

fendo,[3] voluntate eorum, auctoritate, legatione[a] ipsa comprobetur? [*p.* 63.] qui, a principio sui generis[a] ac reipublicæ, ab omni studio sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrum imperium nomenque flexerunt?[b] quos, cum maxima bella[b] nobis inferrent, mœnibus excluserunt?[c] classibus insecuti sunt? corporibus,[d] copiis, opibus depulerunt? qui[e] et veterem illam speciem fœderis Marciani[f] semper omni arce duxerunt[4] sanctiorem,[g] et hoc fœdere, Catuli[h] senatusque auctoritate, se nobiscum conjunctissimos esse arbitrati sunt? quorum mœnia, delubra,[c] agros, ut ipse

[a] *Fundamento suæ urbis.* [b] *Converterunt.* [c] *Templa.*

tantum χ. Idem cod. paulo post, *esset illud ... quod certe.*—3 H S *defendendo.* Mox, *generis ac studio reip.* H T χ. *generis studio et reip.* S. *ab his omni* H. *iis ab omni* S. *sui generis republica omni studio sensuque mentes, &c.* Garat. *imperium mentemque flexerunt* H a m. sec. *qui cum max.* T χ. *bella nostris* H S ψ. Pro *inferrent*, quod servant Barb. C H T ψ, Hervag. Schutz. Orell. *inferrentur* habent reliquæ edd. *qui cum maxime bella ferrentur* Erf.—4 Ita Grut. Græv. *semper omni sanctiorem arce duxerunt* Erf. cod. Ursin. Orell. *s. omni sanctiorem Marte d.* codd. plerique, et edd. ante Grut. etiam Lamb. *s. omni sanctiorem ara d.* conj. Lamb. probante Bentl. ad Horat. Carm. Sæc. v. 65.

NOTÆ

[a] *Legatione*] E civitatibus legati mittebantur Romam ad judices, pro reo deprecaturi. Gaditani porro pro Balbi salute miserant.

[b] *Maxima bella*] Ea bella gesta sunt Hannibale et Hamilcare ducibus.

[c] *Mœnibus excluserunt*] Carthaginiensium in potestate erat Gaditana civitas, sed perfugæ nonnulli Marcio polliciti sunt urbem cum omni præsidio Romanis tradere: verum patefacta proditione, cives comprehensos Mago Carthaginem devehendos curavit. At Mago jussus in Italiam trajicere, pecuniam ingentem, spoliatis templis, confecit; unde postea reversus, exclusus est a Gaditanis, qui se Marcio tradiderunt. Hæc passim Liv. lib. XXVIII.

[d] *Corporibus*] Se hostibus fortiter objecerunt.

[e] *Qui*] Gaditani scilicet.

[f] *Veterem illam speciem fœderis Marciani*] Per speciem, imaginem et formam fœderis intelligit; quia fœdus illud, a Marcio cum Gaditanis factum, omnibus conditionibus perfectum non fuit, ut vere fœdus diceretur.

[g] *Omni arce duxerunt sanctiorem* [*omni sanctiorem Marte duxerunt*] Alii intelligunt omni bello sanctiorem, quia maluerunt Gaditani habere pacem, quam bellum cum populo Rom. Alii per istam vocem, 'Marte,' interpretantur fœdus; quia in fœderibus faciendis soliti erant Martem bellorum præsidem invocare. Sic Virg. Æneid. XII. 'Tuque inclyte Mavors! Cuncta tuo qui bella, pater, sub numine torques.'

[h] *Catuli*] Fœdus illud a Catulo vel renovatum est, si ictum fuit quondam a Marcio; vel ictum, si non fuit.

Hercules[5] itinerum[i] ac laborum suorum, sic majores nostri, imperii ac nominis populi Romani terminos esse voluerunt? 40. Testantur[k] et mortuos[6] nostros imperatores, quorum vivit immortalis memoria et gloria, Scipiones,[l] Brutos,[m] Horatios,[n] Cassios,[7][o] Metellos,[p] et hunc præsentem Cn. Pompeium, quem procul ab eorum mœnibus, acre et magnum bellum[q] gerentem, commeatu[d] pecuniaque[r] juverunt;[8] et hoc tempore ipso populum Romanum,

[d] *Cibariis.*

unde Schutz. *omni ara duxerunt sanctiorem.*—5 Erf. T χ *ut Hercules;* Naug. Lamb. *ut Hercules ipse.* H S *itinerum vel laborum;* T *itinerum et laborum.*—6 *Testantur ut mort.* H S.—7 *Crassos* conj. Manut. probante Garat.—8 H S *pecunia juverunt.* Mox, *ut ante fecerunt* H. *levarunt* codd. aliquot, Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. Deinde, *sint in nostris c. sint in i. p. sint deni-*

NOTÆ

[i] *Hercules itinerum*] Hercules cum majorem Africæ partem peragrasset, Gades venit, ibique ab utraque continentis parte columnis positis, pervenit in Hispaniam cum exercitu. Vide Diod. Sic. lib. v.

[k] *Testantur*] Gaditani testes suæ fidei appellant omnes antiquos imperatores Romanos.

[l] *Scipiones*] Cum vastaretur a Pœnis Hispania, Cn. Scipio proconsul in Hispaniam missus, ut socios tueretur, aut ulcisceretur, orsus a Jacetanis usque ad Iberum flumen, partim renovandis societatibus, partim novis instituendis, Romanæ ditioni omnia subjecit; et post, cum ad Pœnos iterum defecisset, recepit. Victo autem Hasdrubale ad Iberum Hannibalis fratre, populos amplius centum viginti ex ultima Hispania ad imperium Rom. adjunxit. Inde, Publio fratre Scipione adjuncto, Carpetanos subegit, et Sagunto recepta, Turditanos, qui contraxerant eis bellum cum Carthaginiensibus, in potestatem redactos vendidit. Horum inde gloriam P. Scipio P. F. qui postea Africanus appellatus est, cumulavit. Hic enim Hispaniam, quæ patris patruique continuatis cladibus tota ferme defecerat, recepit, et facta est provincia pop. Rom. anno urbis conditæ 552.

[m] *Brutos*] D. Junius Brutus Lusitaniam urbium obsidionibus usque ad Oceanum perdomuit. Vide Liv. lib. LV.

[n] *Horatios*] Nullus historicus istorum Horatiorum meminit. Ursinus reponit *Porcios:* Porcius enim Cato arma omnibus Hispanis ademit. Uno die omnium urbium muros dirui jussit, et urbes quadringentas sibi subjecit. Vide Liv. lib. XXXIV.

[o] *Cassios*] Cassius duplici consulatu, et duplici triumpho illustris fuit.

[p] *Metellos*] Q. Metellus Pius cum Sertorio in Hispania pugnavit.

[q] *Acre . . . bellum*] Cum Sertorio.

[r] *Commeatu pecuniaque*] Tunc credibile est adjutum fuisse Pompeium, cum ad senatum scripsit, nisi pecuniam mitteret, relicta Hispania, et Sertorio, se in Italiam omnes copias reducturum. Quod verebatur Lucullus, ne se consule ad bellum Mithridaticum imperator mitteretur.

quem in caritate annonæ, ut sæpe ante fecerant, frumento [s] suppeditato, levaverunt; se hoc jus esse velle,[t] ut sibi, et liberis, si qui eximia virtute fuerint, sit in nostris castris, sit in imperatorum prætoriis,[u] sit denique inter signa [x] atque in acie locus; sit his gradibus ascensus etiam ad civitatem. XVIII. 41. Quodsi Afris, si Sardis, si Hispanis,[y] agris stipendioque mulctatis, virtute adipisci licet civitatem; Gaditanis autem,[z] officiis, vetustate, fide, periculis, fœdere conjunctis, hoc idem non licebit; non fœdus sibi nobiscum, sed iniquissimas leges impositas a nobis esse arbitrabuntur. Atque hanc, judices, non a me fingi orationem, sed me dicere, quæ Gaditani judicarint, res ipsa declarat. Hospitium,[a] multis annis ante hoc tempus, cum L. Cornelio Gaditanos [1] fecisse publice, dico: proferam testes, proferam legatos: excitabo laudatores,[b] quos ad hoc judicium,

que codd. aliquot, Rom. Ven. 1480. 1483. *sive* ... *sive* ... *sive denique* Barb. Ald. Hervag. Naug. Camer.

CAP. XVIII. 1 *Gaditano* χ. Mox, *excito laudatores* χ ψ. *quos* omittunt H χ. *seram legatos, excito laudatores, ad hoc judicium* Erf. *hujus periculosissimos videtis* χ. *Gadibus jam audita* quidam codd. ap. Græv. H ψ. *Gadibus mandata*

NOTÆ

[s] *Frumento*] Hispania Bætica frumenti feracissima fuit, quod Romanis suppeditabant.

[t] *Se hoc jus esse velle*] Testantur Gaditani Romanos imperatores sibi velle aditum aperire ad jus Rom. civitatis, militando in eorum castris, &c.

[u] *Prætoriis*] Prætorium prætoris, seu imperatoris, tabernaculum est; unde qui prætorem stipabant milites, aut imperatorem, prætorii, tanquam lectissimi omnium, dicebantur.

[x] *Inter signa*] Tria fuerunt apud Rom. signorum genera, aquila, dracones, et vexilla. Aquilam legionis fuisse ait Vegetius; dracones cohortium; vexilla centuriarum.

[y] *Si Hispanis*] Qui ditioni Romanæ hostes subjiciebantur, suis agris mulctabantur.

[z] *Gaditanis autem*] Videtur hic Cicero Gaditanos ab Hispanis distinguere, cum revera sint Hispani. Duæ fuerunt Hispaniæ; una cum Romanis bellum gesserat, et alia semper his addicta fuerat. Quare una conservata, altera mulctata est.

[a] *Hospitium*] Cum Gaditani Romam veniebant, ad Cornelium Balbum Gaditanum divertebant, tanquam familiarem sibi civem Romanum; nemini enim externo fas erat externos quamplurimos excipere.

[b] *Laudatores*] Legati a civitatibus publice mittebantur, ut reum laudarent, et judicibus commendarent. Missi sunt autem a Gaditanis, ut Balbum laudarent apud judices.

summos homines ac nobilissimos, deprecatores[c] hujus periculi, missos videtis: re denique multo ante Gadibus inaudita, fore, huic ut ab illo periculum[d] crearetur, gravissima tum in istum civem suum Gaditani senatusconsulta fecerunt. 42. Potuit magis fundus[2] populus Gaditanus fieri, (quoniam hoc magnopere delectare verbo) si tum sit fundus, cum scita[e] ac jussa nostra sua sententia comprobat, quam cum hospitium fecit, ut et civitate illum mutatum esse fateretur, et hujus civitatis honore[3] dignissimum judicaret? potuit certius interponere[e] judicium voluntatis suæ, quam cum etiam accusatorem hujus mulcta et pœna mulctavit? potuit magis de re judicare, quam cum ad vestrum judicium cives amplissimos legavit, testes hujus juris,[4] vitæ laudatores, periculi deprecatores? 43. Etenim quis est tam demens, quin sentiat,[5] jus hoc Gaditanis esse retinendum, ne interseptum[f] sit iis iter perpetuo ad hoc amplissimum præmium civitatis; et magnopere iis esse lætandum, hujus L. Cornelii benevolentiam erga suos remanere Gadibus; gratiam et facultatem commendandi in

[e] *Ostendere.* [f] *Interclusum.*

χ. *huic ab illo* T. *Gaditani senatus convitia fecerunt* H S T χ ψ. *Gaditani convitia fecerunt* codd. Grævii.—2 T *fundum.* Actutum, verba, *populus G. f. q. h. m. d. v. s. t s. fundus* desunt in χ. *tum fit fundus* H. *cum scita* desunt in H. *sua* deest in χ.—3 Ita Lamb. Schutz. Orell. *et jus civitatis honore* edd. ante Lamb. item Grut. Græv. *et ejus c. honore* T. *honorem* H. *judicavit* T. Mox, *qui tum etiam* χ. Deinde, *multo ante pœna mulctavit* conj. Weisk.—4 T *teste h. juris;* χ aliique codd. ap. Græv. *testes h. viri;* Erf. *civis amplissimos, testis hujus juris.*—5 Codd. χ ψ *qui sentiat.* Mox, *ne septum situ siter perpetuum* Erf. *septum* etiam ψ. *intersectum* χ. *perpetuum* H S T χ ψ. *ne septum sit iis iter perpetuum* Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. *in perpetuum* conj. Garat. Paulo

NOTÆ

[c] *Deprecatores*] Missi sunt Gadibus qui removerent periculum, et precarentur ne damnaretur.

[d] *Huic ut ab illo periculum*] Ostendit ingratam fuisse populo Gaditano hanc accusationem: statim enim atque audiit ab accusatore Gaditano vocatum fuisse in judicium; in gratiam Balbi, et in accusatorem, sua senatusconsulta misere Gaditani.

[e] *Scita*] Per scita intelliguntur leges quas populus Romanus suo suffragio comprobavit. 'Sciscere' dicitur de plebe, 'jubere' de populo.

hac civitate versari? Quis enim nostrum est, cui[6] non illa civitas sit studio, cura, diligentia, commendatior? XIX. Omitto, quantis ornamentis[g] populum istum C. Cæsar, cum esset in Hispania prætor,[f] affecerit, controversias[1 g] sedarit, jura, ipsorum[h] permissu, statuerit; inveteratam quondam barbariam[i] ex Gaditanorum moribus disciplinaque delerit; summa in eam civitatem, hujus rogatu,[k] studia et beneficia contulerit. Multa prætereo, quæ quotidie, labore hujus et studio,[h 2] aut omnino, aut certe facilius consequuntur. [*p.* 64.] Itaque et adsunt principes civitatis,[3] et defendunt; amore, ut suum civem; testimonio, ut nostrum; officio, ut ex nobilissimo civi sanctissimum hospitem; studio, ut diligentissimum defensorem commodorum suorum. 44. Ac, ne ipsi Gaditani arbitrentur,[4] quanquam nullo incommodo afficiantur, si liceat eorum cives virtutis causa in nostram civitatem venire, tamen hoc ipso inferius esse suum fœdus, quam ceterorum; consolabor et hos præsentes, viros optimos, et illam fidelissimam atque amicissimam nobis civitatem; simul et vos, non ignorantes, ju-

[g] *Honoribus.* [h] *Favore.*

post, H *erga nos.* Deinde, *et fac. commorandi* χ.—6 Erf. *nostrum cui.*

CAP. XIX. 1 Schutz. conj. *quod controversias.* Mox, *permissa* H S χ ψ. Pro *quondam,* Lamb. Schutz. Orell. legunt *quandam.* Deinde, *in eandem civitatem* Steph. Lamb. 1566.—2 Cod. χ *hujus studio.* Mox, *consequantur* Erf. H S χ. *consequatur* ψ.—3 *Itaque et adsunt civitates* Erf. H T χ ψ. Mox, *officio, et nobilissimum* T. *officio et nobilissimo* H ψ. *officio ut ex nobilissimum civem* H χ. *officio ex nobilissimo* Erf. *officio ut nobilissimum* al. ap. Græv. Tum, *defensorum* T.—4 *Ac ne ipsi arbitrentur* Erf. *arbitrarentur* H S. Mox, *horum*

NOTÆ

[f] *In Hispania prætor*] Plutarchus in Vita Cæsaris refert, prætorem missum fuisse in Hispaniam anno urbis 693.

[g] *Controversias*] Controversiæ fuerunt Gadibus debitores inter et creditores, quas sedasse Cæsarem sua industria, refert Plutarchus.

[h] *Jura*] Gaditanorum Cæsar jura constituit, quia id eum rogaverunt.

[i] *Barbariam*] Erant ita inculti et duri Gaditani, ut etiam Herculi fortasse homines immolarent, quam consuetudinem a Pœnis habuisse credibile est, quos Plin. XXXVI. 5. humana victima sacrificasse commemorat.

[k] *Hujus rogatu*] Cornelii Balbi videlicet.

dices, admonebo, quo de jure[a] hoc judicium constitutum sit, de eo nunquam omnino esse dubitatum.[5]

45. Quos igitur prudentissimos interpretes fœderum, quos peritissimos bellici juris, quos diligentissimos in exquirendis conditionibus civitatum atque causis esse arbitramur?[6] eos profecto, qui jam imperia ac bella gesserunt. XX. Etenim, si Q. Scævola[b] ille augur, cum de jure prædiatorio[1] [c] consuleretur, homo juris peritissimus, consultores suos[d] nonnunquam ad Furium et Cascellium,[e] prædiatores,[f] rejiciebat;[a] si nos de aqua nostra Tusculana[g] M. Tugionem[h] potius, quam C. Aquillium[i] consulebamus, quod assiduus usus, uni rei deditus, et ingenium et artem sæpe vincit; quis dubitet de fœderibus, et de toto jure pacis et belli,[2] omnibus juris peritissimis imperatores nos-

[a] *Remittebat.*

cives H T. Deinde, *quod non ignoratis* Steph. et Lamb. 1566.—5 T *dubitandum.*—6 Ita codd. et edd. ante Grut. *arbitremur* Guelf. et Schutz. *arbitrabamur* Grut. Græv. *esse* omittit Erf. Mox, *jam* deest in χ.

CAP. XX. 1 Cod. χ *præditarios.* Mox, *cum consultores* H S. *suos nunquam ad Furinum et Catullum* T. *et Casellum* H S. *prædicatores rejiciebat* T ψ. *si vos* χ. Paulo post, *quam assiduus* in eodem cod.—2 H S *jure belli.* Actu-

NOTÆ

[a] *Quo de jure*] Id est, de eo jure quo.

[b] *Q. Scævola*] Q. Mucius Scævola, Publii filius, ut ait de eo Cicero de Orat. lib. I. 'Homo omnium, et disciplina juris civilis eruditissimus, et ingenio prudentiaque acutissimus,' &c. Et paulo post, 'Jurisperitorum eloquentissimus, et eloquentium jurisperitissimus.' Pomponius, de Origine Juris, refert, primum omnium jus civile constituisse, et generatim in libros decem et octo redegisse.

[c] *Jure prædiatorio*] Jus prædiatorium nihil est aliud, quam jus prædiorum, quod continet servitutes prædiorum.

[d] *Consultores suos*] Consultores dicuntur, vel qui jurisperitos adeunt consilii petendi causa, vel qui ipsi consuluntur.

[e] *Ad Furium et Cascellium*] Jurisconsulti duo celebres Q. Scævolæ æquales fuerunt.

[f] *Prædiatores*] Prædiatores sic dicuntur, quia prædiatorii juris erant peritissimi, atque ita ab officii nomine appellantur.

[g] *Aqua nostra Tusculana*] Illa aqua Crabra dicta est, quæ per fundum Ciceronis fluebat, pro qua vectigal pendebat: de qua contra Rul. ad Quir.

[h] *Tugionem*] Tugio vir fuit aquæ ducendæ peritus, qui, ut vult Cœlius Secundus, Aquarius dictus est.

[i] *Aquillium*] Is jurisconsultus prætor, et collega Ciceronis fuit. De quo fuse Cic. in Orat. pro Cæcina, § 69.

tros anteferre? 46. Possumusne igitur tibi probare auctorem exempli atque facti illius, quod a te reprehenditur, C. Marium? quæris aliquem graviorem? constantiorem? præstantiorem virtute, prudentia, religione, æquitate? Is igitur M. Annium Appium,[3] fortissimum virum, summa virtute præditum, civitate donavit, cum Camertinum [k] fœdus [l] sanctissimum atque æquissimum sciret esse. Potest igitur, judices, L. Cornelius condemnari, ut non [b][4] C. Marii factum condemnetur? 47. Existat [5] ergo ille vir parumper cogitatione vestra,[c] quoniam re non potest, ut conspiciatis eum mentibus, quem oculis non potestis: dicat, se non imperitum fœderis, non rudem exemplorum, non ignarum belli fuisse: se P. Africani [m] discipulum ac militem: se stipendiis, se legationibus [n] bellicis [o] eruditum: se, si tanta bella [p] egisset,[6] quanta et gessisset et confecis-

[b] *Quin.* [c] *Redeat in mentem vestram.*

tum, *omnibus viris* χ.—3 Erf. *religionis æquitate M. Annium Apium;* Barb. etiam *Apium.* χ ψ *religionis igitur;* H omittit *igitur.* Mox, *summa* deest in χ ψ. *Carmentinum fœdus* H S. *C. fœderum* Barb. et cod. Steph.—4 Codd. Grævii *condemnari æque apte, ut non;* T *condemnari apte vel æque, ut non;* χ *condemnari apte, ut non.*—5 *Extimetur* χ. *parum per cogitationem vestram* Erf. *non potestis* χ. Mox, *æque ignarum belli* H S. *neque ignarum belli* Pal. 9. *non æque ignarum belli* Gembl. et Erf. *se* deest in T.—6 Ita codd. aliquot, edd.

NOTÆ

[k] *Camertinum*] Camertinum urbs est in Italia, in agro Piceno, a quo populi Camertes.

[l] *Fœdus*] Non tantum civitate Marius hunc Annium donavit, juxta fœdus illud ictum cum Camertibus, sed etiam mille viros, id est duas cohortes integras, (nam quingenti viri cohortem componebant) civitate donavit, juxta Plutarchum.

[m] *P. Africani*] Æmilianum Scipionem intelligit, qui Numantiam oppugnavit; sub quo tunc equestria stipendia Marius meruit.

[n] *Legationibus*] Marius in bello Jugurthino Q. Metelli, et in bello Italico sociali Rutilii legatus fuit.

[o] *Bellicis*] Aliæ legationes sunt publicæ, ut cum quis legatus, aut pacis faciendæ, aut rerum repetundarum causa mittitur: aliæ bellicæ, cum quis imperatoris legatus mittitur, quem vulgo *Lieutenant* dicimus Gallice: ibi autem est argumentum a minori. Si tantum tot bella legisset, quot fecit; aut sub consulibus meruisset; non ignarus belli fuisset: sed neque legit, at gessit ipse, et consul fuit: ergo multo magis novit jura et fœdera.

[p] *Si tanta bella*] Marius Jugurtham cepit, Teutonas in Italia vicit, Cimbros profligavit.

set; si tot consulibus meruisset, quoties ipse consul fuisset;[q] omnia jura belli perdiscere ac nosse potuisse: sibi non fuisse dubium, quin nullo fœdere[r] a republica[7] bene gerenda impediretur; a se ex conjunctissima atque amicissima civitate fortissimum quemque esse delectum;[s] neque Iguvinatium,[t] neque Camertium fœdere esse exceptum, quo minus eorum civibus a populo Romano præmia virtutis tribuerentur. XXI. 48. Itaque, cum paucis annis post hanc civitatis donationem, acerrima de civitate quæstio, Licinia et Mucia[u] lege, venisset; num quis[1] eorum, qui de fœderatis civitatibus esset civitate donatus, in judicium est vocatus? nam Spoletinus[x] L. Matrinius,[2] unus ex iis quos C. Marius civitate donasset, dixit causam ex colonia Latina,[y]

ante Ald. etiam Junt. et Hervag. *legisset* H T ψ, Ald. Crat. Lamb. Grut. Græv. Schutz. Orell. *adisset* χ. *quanta bella et gessisset* T χ. *quanta gessit confecit* Erf. *confecit* H S. *fecit* T. *quanta bella et gessit et confecit* Crat. *quanta gessit et confecit* Naug. Lamb. Grut. Græv. Weisk. Orell. *si sub tot* edd. ante Hervag. Mox, *consul fuit* conj. Weisk.—7 H S *nonnullo fœdere republica;* χ *nullo f. ac republica.* Mox, *quenquam esse* ψ. Deinde, *Ignatium neque Camertum* H S ψ. *Ignatium* etiam edd. ante Hervag. *Fulginatium n. C.* Hervag. Naug. Lamb. *Ignatrium nec Cameranum* T.

CAP. XXI. 1 Cod. χ habet *inquis*. Mox, *est civ. donatus* legitur in H S. *in j. vocatur* in χ.—2 *T. Macrinius* H S et edd. ante Manut. *T. Matrinius* Manut. Steph. Lamb. Mox, *donasset et dixit* ψ. *P. Antistius* conj. Manut. Pro *Spoletinus dixit*, H S *Spoletinum dixit;* Lall. et Orell. *non dixit*, omisso

NOTÆ

[q] *Quoties ipse consul fuisset*] Septies consulatum adeptus est Marius.

[r] *Quin nullo fœdere*] Id est, nullum fœdus debet esse quod sit contra rempublicam.

[s] *Delectum*] Ut bonus et sapiens imperator deligebat fortissimos quosque, ut eos civitate donaret.

[t] *Iguvinatium* [*Fulginatium*] Hodie *Folengium* dicitur in Ducatu Spoletino.

[u] *Licinia et Mucia*] Tulere L. Licinius Crassus, et Q. Mucius Scævola coss. anno urbis conditæ 658. ut socii Latini, Romanæ civitatis jure privati, suas in civitates redigerentur. Cum autem plures populi se pro Romanis gererent, ea lege ita alienati sunt, ut ea vel maxima causa fuerit belli Italici, quod post tres annos gestum est.

[x] *Spoletinus*] Exemplum a re simili. Matrinius licet non esset e populo fundo populi Rom. civitate tamen donatus est a Mario, nec idcirco condemnatus est. 'Spoletinus' autem a Spoleto dicitur, quæ urbs est Umbriæ. Hnc autem colonia populi Rom. post bellum Punicum primum deducta fuit.

[y] *Ex colonia Latina*] Coloniæ Latinæ jus Latii habebant, non autem civitatis: quare nonnulli ex illis coloniis jure civitatis donabantur.

inprimis firma et illustri: quem cum disertus homo, L. Antistius,[z] accusaret, Spoletinus dixit,[a] fundum populum[b] Spoletinum non esse factum. Videbat enim, populos de suo jure,[c] non de nostro, fundos fieri solere; sed, cum lege Apuleia[d] coloniæ non essent deductæ, qua lege Saturninus C. Mario tulerat, ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset, negabat[3] hoc beneficium, re ipsa sublata, valere debere. 49. Nihil habet similitudinis[e] ista accusatio: sed tamen tanta auctoritas in C. Mario fuit, ut non per L. Crassum,[4] affinem suum, hominem incredibili eloquentia, [*p.* 65.] sed paucis ipse verbis causam illam gravitate sua defenderit et probarit.[5] Quis enim esset, judices, qui imperatoribus nostris, in bello, in acie, in exercitu, delectum[6] virtutis; qui sociis, qui fœderatis, in defendenda republica nostra spem præmiorum eripi vellet? Quodsi vultus C. Marii, si vox, si ille imperatorius ardor oculorum,[f] si recentes triumphi, si præsens valuit aspectus;[7]

Spoletinus; Lamb. de Pantag. conj. *item Spoletinus non dixit.*—3 Codd. χ ψ *negabant.*—4 Cod. χ *ut non L. Crassum,* omissa præpositione *per.*—5 Schutz. conj. *causam illam defenderit, gravitate sua probarit.*—6 Cod. χ *delecta.*—7 Idem cod. *affectus.* Idem paulo post, *vivat inde mortales,* omisso *auctoritas.*

NOTÆ

[z] *L. Antistius*] De Antistio Cicero loquitur de Clar. Orat. ad quem, post tribunatum primum, multæ causæ, deinde omnes, maximæ quæcumque erant, deferebantur.

[a] *Spoletinus dixit*] Antistius erat Spoletinus.

[b] *Populum*] Volebat ut ipsi fundi populi uterentur suo jure, sed in suos populos, non vero in populum Romanum.

[c] *De suo jure*] Id est, de eo jure quod acceperunt a Romanis: jus enim ponitur pro ipsis rebus quæ jure constituuntur. Jure autem constituuntur possessiones agrorum et ædium: non suo jure, sed beneficio populi Romani; id est, non habent ipsi hanc auctoritatem, ut fundos seipsos facere possint.

[d] *Lege Apuleia*] Tulit L. Apuleius Saturninus, tribunus plebis, C. Mario VI. et L. Valerio coss. anno urbis 653. ut in singulas colonias ternos cives Romanos C. Marius facere posset. Ostendit itaque Cicero quid responderit Antistius Matrinio Spoletino, habuisse quidem Marium potestatem conferendi civitatem; sed cum nullæ deductæ fuissent coloniæ, non valuisse illud beneficium.

[e] *Similitudinis*] Nempe cum Cornelii accusatione: unde infertur, quod si Marius causam Matrinii obtinuit, multo mag s suam debet Pompeius, quæ et præstantior et justior est.

[f] *Ardor oculorum*] Tantus inerat oculis Marii ardor, ut, cum ad eum,

valeat auctoritas, valeant res gestæ, valeat memoria, valeat fortissimi et clarissimi viri nomen æternum: sit hoc discrimen inter gratiosos cives atque fortes, ut illi vivi fruantur opibus suis; horum, etiam mortuorum, (si quisquam hujus imperii defensor mori potest) vivat auctoritas immortalis. XXII. 50. Quid? Cn. Pompeius, pater,[1] [g] rebus Italico bello maximis gestis, P. Cæsium, equitem Romanum, virum bonum, qui vivit Ravennæ,[2] [h] fœderato ex populo, nonne civitate donavit? quid? cohortes duas [i] universas Camertium? quid? Heracliensium [k] legionem,[3] P. Crassus, vir amplissimus, ex ea civitate, quacum prope singulare fœdus, Pyrrhi temporibus, C. Fabricio consule, ictum putatur? quid? Massiliensem Aristonem Sulla?[4] quid? quoniam de Gaditanis agimus, idem heros [l] novem Gaditanos?[5]

CAP. XXII. 1 *Magni pater* H S ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Hervag.—2 '*Qui vivit Ravennatem*] Immanes per totum hoc caput hinc incipiunt corruptelæ. Scil. hinc inde ab Aldo seniore edunt, *virum bonum, qui vivit Ravennæ, fœd.* quo nihil magis ridiculum dici poterat. Mihi persuasum est, sic correxisse Aldum lectionem Junt. *virum bonum, qui vivit, Ravennæ natum, fœd.* Sed tres codd. Oxon. Rom. Venett. 1480. 1483. *virum bonum, Q. Vibium Ravennatem fœd.* Erf. *virum Ravennatem*; ut ego edidi † *qui vivit, Ravennatem,* cum corruptelæ signo, habet cod. Steph. probante Manut. *qui vivit, Ravennate* unus cod. Oxon. Barb. Fortasse *quem nostis, Ravennatem,* ut § 23.' *Orell.* '*Cohortes duas universas Camertinum*] Hæc quoque corrupta. Sic ex meis primus Cam. seq. Priores, Venet. 1483. Crat. Hervag. omittunt *universas.* Totum hoc membrum, *Quid? coh. duas u. Camertium?* subdititium censet Garat. *Cohortes* istæ sane ortæ sunt ex *legione* mox sequente.' *Idem.*—3 '*Heracliensam Alexam*] Sic tandem verissime monentibus Lamb. et Garat. e vestigio codd. opt. et edd. vett. erat scribendum. *quid derade se malexat* Pal. 9. *quid Eraclesina lex* Venet. 1483. *Quid? Heracliensium legionem?* Junt. seqq. Scil. pleræque lectiones, quas Garat., Juntina destitutus, Aldo seniori tribuit, Juntinæ sunt. Anne Beroaldinæ?' *Idem.*—4 *Aristotilem si illa* Erf. Actutum, *quid? quod cum Gaditanis* H ψ.—5 Ita codd. ple-

NOTÆ

obscura quadam nocte delitescentem apud Minturnenses, sicarius missus esset a Cimbris, qui eum interficeret, ita scintillantibus oculis eum terruerit, ut infecta re aufugerit. Vide Appian. de Bell. Civil. lib. I.

[g] *Cn. Pompeius pater*] Cn. Pompeius Strabo Cn. Pompeii Magni pater fuit. Is Picentes prælio fudit, et Prænestinos in ditionem accepit.

[h] *Ravennæ*] Ravenna urbs Galliæ togatæ fuit.

[i] *Cohortes duas*] Has cohortes Pompeius donavit civitate.

[k] *Heracliensium*] Heraclea Tarentinorum colonia fuit, et 'æquissimo jure ac fœdere,' ut ait Cicero Orat. pro Arch. poëta, conjuncta cum Romanis.

[l] *Idem heros*] Vel legendum *cives,*

quid? vir sanctissimus, et summa religione ac modestia, Q. Metellus Pius, Q. Fabium Saguntinum? quid?[6] hic, qui adest, a quo hæc, quæ ego nunc percurro, subtilissime sunt omnia perpolita, M. Crassus, non Aletrinensem[7] [m] fœderatum civitate donavit, homo tum gravitate et prudentia præstans, tum vel nimium parcus in largienda civitate? 51. Hic tu, Cn. Pompeii beneficium, vel potius judicium, et factum infirmare conaris, qui fecit, quod C. Marium fecisse audierat; fecit, quod P. Crassum, quod[8] L. Sullam, quod Q. Metellum, quod denique domesticum auctorem, patrem suum, facere viderat? Neque vero in uno Cornelio id fecit:[9] nam et Gaditanum Hasdrubalem ex bello illo Africano, et Mamertinos[n] obvios, et quosdam Uticenses,[o] et Saguntinos fabros,[10] civitate donavit. Etenim, cum ceteris præmiis digni sunt, qui suo labore et periculo nostram rempublicam defenderunt;[11] tum certe dignissimi sunt, qui civitate ea donentur, pro qua pericula ac tela subierunt. Atque utinam, qui ubique sunt propugnatores[a] hujus imperii, possent in hanc civitatem venire, et contra, oppugna-

[a] *Defensores.*

rique, Ven. 1483. Junt. Grut. seqq. *idem heros LX. Gaditanos* Hervag. Lamb. *idem prætor LX Gaditanos* Naug. *idem Hunnonem Gaditanum* conj. Garat.—6 *Fabius agant? numquid* H S χ. *Fabius Saguntinus? quid* ψ. Mox, *qui abest* H χ.—7 Ita pleræque edd. inde a Junt. *Averniensem* H S ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Ald. *Aveniensem* χ et Barb. *Apeniensem* T. *Avenionensem*, vel *Aventicensem*, conj. Gronov. *Alventicensem* Schutz. *Avennensem* Erf. et Pall. Mox, *homo tum grav.* Erf. cod. Steph. Lamb. Orell.—8 Voc. *quod* deest in χ.—9 Steph. et Lamb. e codd. *id in uno Cornelio fecit.* Mox, *Gaditanos* Erf. H S ψ. *Gaditano* χ. *Adstrubali* χ. *illo* deest in H S. Deinde *obvios* deest in Guelf. *Ovios* conj. Buchan. *omnes* suspic. Beier. Frag. Cic. p. 206.—10 Ita omnes fere edd. *Fabios* Erf. Barb. a m. pr. cod. Steph. Orell. *fabius* sup. lin. H χ. *et Mamertinos quosdam, et Uticenses, et Saguntinos civitate, &c.* conj. Ernesti et Garat.—11 Ita conj. Ernesti; *defendunt* ceteri.—

NOTÆ

vel vox ista *heros* ad Sullam referenda est.

[m] *Aletrinensem*] Aletrinum Italiæ municipium est Arpino vicinum.

[n] *Mamertinos*] Mamertini populi sunt Siciliæ, quorum urbs Messana dicitur. Hos autem donavit civitate cum aliis, cum ex bello Africano, quod contra Domitium et Hiarbam gessit, reversus est.

[o] *Uticenses*] Uticenses ab Utica dicti, quæ urbs, ad Africæ littus, pæne Carthagini æqualis fuit.

tores reipublicæ de civitate exterminari! Neque enim[12] ille summus poëta[p] noster, Hannibalis illam magis cohortationem, quam communem imperatorum, voluit esse; 'Hostem qui feriet, erit,' inquit, 'mihi Carthaginiensis,[b][13] Quisque erit, cujatis;' etsi id habent hoc leve,[14] et semper habuerunt. Itaque et cives undique fortes viros[15] asciverunt, et hominum ignobilium virtutem persæpe nobilitatis inertiæ prætulerunt.

XXIII. 52. Habetis imperatorum summorum, et sapientissimorum hominum, clarissimorum virorum, interpretationem juris ac fœderum: dabo etiam judicum, qui huic[c] quæstioni præfuerunt; dabo universi populi Romani; et dabo sanctissimum judicium senatus.[1] Judices cum præ se[2] ferrent,[q] palamque loquerentur, quid essent lege Papia[r] de M. Crasso,[s] Mamertinis repetentibus,[t] judicaturi; Mamer-

[b] *Donabo civitate Carthaginiensi.* [c] *Simili.*

12 Voc. *enim* omittunt H S T χ ψ, Barb. edd. ante Hervag. et Naug. Mox, *imperatoriam* Erf. Barb. H S T ψ, Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. Orell. probante Garat. *imperatorum omnium* Lamb.—13 Ita Ven. 1483. Grut. Græv. *feriet, inquit, mihi erit Karth.* cod. Steph. Schutz. Orell. *erit mihi Karth.* Junt.—14 Ita Grut. Græv. Schutz. *Quisquis erit, cujati siet. Id habent omnes leve* Manut. Steph. Lamb. Lall. *Quisquis erit civitatis: si et id habent hoc leve* Erf. Franc. Rom. Ven. 1480. 1483. Hervag. *Q. erit civitatis, et si id habent omnes leve* Junt. *cujatis; etsi id illi habent hodie leve* conj. Schutz. *quisqui' siet* Merula. 'Excidit fortasse aliquid, ut *fuerit, siet. Habent hoc omnes impp. po. Ro.* vel *nostri leve, &c.*' Orell.—15 Ita Steph. Grut. Lamb. seqq. *Itaque et cives fortissimos undique fortes viros* edd. ante Steph. unde Garat. conj. *fortes* potius quam *fortissimos* del. esse. *fortissimos* habent etiam H S T χ ψ. *sibi* pro *cives* conj. Lamb. *consciverunt* T.

CAP. XXIII. 1 Codd. Steph. et Guelf. *dabo sanctissimum et sapientissimum etiam judicium senatus;* ita Orell. deleto *etiam;* ita Lamb. nisi quod *etiam* collocat ante *sanctiss.* Ven. 1483. Junt. Hervag. Grut. *dabo sanctissimum etiam j. s.* Erf. *dabo et sapientissimum j. s.*—2 *Judices eum sæpe* H S T χ ψ.

NOTÆ

[p] *Summus poëta*] Ennium intellige, qui secundum bellum Punicum carminibus suis descripsit.

[q] *Præ se ferrent*] Præ se ferre, est rem aliquam non dubiis, sed manifestis signis ostendere.

[r] *Lege Papia*] Tulit C. Papius, tribunus plebis, Cotta et Manlio coss. anno 689. ut peregrini expellerentur.

[s] *De M. Crasso*] M. Crassus Mamertinus erat, et factus civis Romanus Romana nomina de more sumsit.

[t] *Repetentibus*] Mamertini hunc Crassum quasi civem suum judicio repetebant: at cum ipsis innotuisset, eum absolvendum esse a judicibus, ab hac causa destiterunt.

tini, publice suscepta causa, destiterunt. Multi in civitatem[3] recepti ex liberis fœderatisque populis, sunt liberati: nemo unquam est de civitate accusatus, quod aut populus fundus factus non esset, aut quod fœdere civitatis mutandæ jus impediretur. 53. Audebo etiam hoc contendere, nunquam esse condemnatum, quem constaret ab imperatore nostro civitate donatum. Cognoscite nunc populi Romani judicium, multis rebus interpositum, atque in maximis causis re ipsa atque usu comprobatum. Cum Latinis omnibus fœdus ictum,[4] [u] Sp. Cassio, [*p.* 66.] Postumio Cominio, consulibus, quis ignorat? quod quidem nuper in columna aënea[5] [x] meminimus post Rostra incisum et perscriptum fuisse. Quomodo igitur L. Cossinius[y] Tiburs,[6] [z] pater hujus equitis Romani, optimi atque ornatissimi viri, damnato T. Cœlio, quomodo ex eadem civitate T. Coponius, civis item summa virtute et dignitate, (nepotes T. et C. Coponios nostis[a]) damnato C. Massone, civis Romanus est factus? 54. An lingua et ingenio patefieri aditus ad civitatem potuit, manu[7] et virtute non potuit?

Mox, *lege Papinia* χ. *de M. Cassio* cod. Steph. et Erf. Deinde, *repentibus judicari* χ.—3 *Multi in civitate* S T χ ψ. *sunt liberati* omittunt H S T χ ψ, et edd. ante Grut. *recepti sunt* Lamb.—4 Cod. ψ *fœdus esset cum.*—5 Erf. *athenea;* edd. fere omnes *ænea.* Hæc, *quod quidem . . . fuisse,* suspecta sunt Weiskio.—6 *L. Cassinius Tiburs* Erf. *L. Cosminius Tybur* H S T ψ, et edd. ante Hervag. *Eos Mimius Tibur* χ. Mox, *damnatio* χ. Deinde, verba, *civis item . . . Massone*, desunt in T χ. *Coponius* ψ. *damnatos* H S ψ. *Masso* H. *est factus nostris* χ ψ.—7 Cod. χ *sine manu.* Mox, pro *anne* Junt. habet

NOTÆ

[u] *Cum Latinis omnibus fœdus ictum*] Sp. Cassio et Postumio Cominio consulibus, anno urbis conditæ 250.

[x] *Columna aënea*] In columnis aëneis Romani veteres scribebant suas leges et fœdera, ut testatur Halic. et in Campo Martio collocabantur, in quo erant rostra, et suggestum oratorum.

[y] *L. Cossinius*] Cossinius accusatus fuerat a Cœlio apud populum, quod non recte civitate fuisset donatus: at ipse damnatus est a populo, quod factum illud probare non potuisset.

[z] *Tiburs*] A Tibure Tiburs dicitur. Tibur civitas est in Sabinis, fontibus irrigua, et Græca origine a Tiburto, Amphiarai filio, condita, et abe jus nomine *Tibur* appellata. Virg. Æneid. VII.

[a] *Coponios nostis*] Summi erant oratores Coponii.

anne de nobis trahere spolia [b] fœderatis licebit, de hostibus non licebit? an, quod adipisci poterunt dicendo, id eis assequi pugnando non licebit? an accusatori majores nostri majora præmia, quam bellatori, esse voluerunt? XXIV. Quodsi acerbissima lege Servilia [c] principes viri ac gravissimi,[1] et sapientissimi cives, hanc Latinis, id est, fœderatis, viam ad civitatem populi jussu [d] patere passi sunt; neque in his est hoc reprehensum Licinia et Mucia lege;[d] (cum præsertim genus ipsum accusationis et nomen, ejusmodi præmium quod nemo assequi posset nisi ex senatoris calamitate,[e] neque senatori neque bono cuiquam nimis jucundum esse posset) dubitandum fuit,[e] quin, quo in genere judicum præmia rata [2] essent, in eodem judicia imperatorum valerent? num fundos igitur factos populos Latinos arbitramur aut Servilia lege, aut ceteris,[f] quibus, Latinis hominibus erat propositum aliqua ex re præmium

[d] *Suffragiis.* [e] *Condemnatione.*

an. Lamb. *nobis detrahere.* Tum *fœd. licebat* χ ψ. *non licebat* Erf. *adipisci poterant* H. *pug. non licebat* Erf. *p. non liceat* H T ψ. *an accusatur* χ. *an accusatores . . . quam bellatorum* Erf.

CAP. XXIV. 1 Erf. et Lamb. *viri gravissimi.* Mox, *neque his e. h. r. lacinia* χ. *neque iis, &c.* Ven. 1483. *præsertim hoc genus* Erf. Græv. *præsertim in genus* tres codd. Oxon. et edd. quædam vett. *et ejusmodi* conj. Ernesti. *neque ab iis est hoc r. L. et M. l. cum præsertim genus ipsum accusationis et nomen, et ejusmodi præmium* suspic. Orell. Deinde, *assequi posset* est e conj. Ernesti; receperunt Schutz. et Orell. *calamitates . . . cuiquam minis* χ.—2 Cod. χ *judiciorum p. rara.* Mox, *Latinos* omittunt Ernesti et Schutz. errore typogr. *aut Serviliæ legi* Orell. e Valesii et Mazochii conj. Deinde,

NOTÆ

[b] *De nobis trahere spolia*] Licebat oratoribus ex populo quolibet fœderato accusare cives Romanos: immo vero si quis senator ipsorum industria damnatus fuisset, civitate donabantur: unde arguit Cicero, quod si id beneficium assequantur oratores, idem illis concedi debere ex populis fœderatis, qui rempublicam armis defenderint.

[c] *Lege Servilia*] Tulit C. Servilius Glaucia, tribunus plebis, ut Latinis jus esset civitatis assequendæ in locum ejus, quem accusando repetundarum damnassent. De hac Asconius pro Scauro loquitur, sed de tempore quo lata est, non constat.

[d] *Licinia et Mucia lege*] De hac lege superius, § 48.

[e] *Dubitandum fuit*] Id est, minime dubitandum est.

[f] *Aut ceteris*] Nempe accipiendis.

civitatis? 55. Cognoscite nunc judicium senatus, quod semper est judicio populi comprobatum. Sacra Cereris,[g] judices, summa majores nostri religione confici cærimoniaque[h] voluerunt:[3] quæ cum essent assumta de Græcia,[i] et per Græcas semper curata sunt sacerdotes, et Græca omnia nominata: sed cum illam, quæ Græcum illud sacrum monstraret et faceret, ex Græcia deligerent; tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt,[4] ut Deos immortales scientia peregrina et externa, mente domestica et civili precaretur. Has sacerdotes video fere aut Neapolitanas aut Velienses[k] fuisse, fœderatarum sine dubio civitatum. Mitto vetera: proxima dico: ante[5] civitatem Veliensibus datam, de senatus sententia C. Valerium Flaccum, prætorem urbanum, nominatim ad populum de Calliphana[l] Veliense, ut ea civis Romana esset, tulisse. Num igitur[m] aut fundos factos[6] Velienses, aut sacerdotem illam civem

quibus erat Latinis hominibus propositum Schutz.—3 Erf. *conficere mimaque voluerunt;* Pal. 9. etiam *conficere.* Mox, *de Græcia sacrata sunt semper sacerdotes* Erf. Deinde, *Græca omina nominata* cod. Victorii; *Græca omnia nomina* χ. *sed cum illa* H.—4 Cod. χ *tum sacra pro c. c. f. noluerunt.* Paulo post, *precarentur* T, Ald. Lamb.—5 Weisk. conj. *proxime dico ante.* Pro *prætorem urbanum* codd. Grævii habent *P. R.* Mox, *da calliphiniana Velliense* Erf. *de Calliphiana Vel.* S ψ. *de Calipphina Vel.* T. *de Caliphena Vel.* χ.—6 Idem codex

NOTÆ

g *Sacra Cereris*] Hæc sacra ex Græcia translata sunt Romam, quæ ab matronis ob inventam Proserpinam colebantur. Eorum origo ad Evandrum refertur ab Halic. lib. I.

h *Cærimonia*] Observabatur jejunium quinto quoque anno in honorem Cereris, ut habetur ex Liv. lib. XXXVI.

i *De Græcia*] Una Græcia Magna dicta est, quæ Italiæ pars est: altera Græcia fuit trans mare, ubi Athenæ, in quibus hæc eadem sacra viguerunt. Nunc regnum Neapolitanum dicitur.

k *Velienses*] A Velia 'Velienses,' sive 'Velini' dicti sunt. Velia autem oppidum est Lucaniæ in sinu Pæstano conditum a Phocensibus, et Romana civitate donata bello sociali, paulo post Gracchi necem.

l *Calliphana*] Calliphana antistes fuit Deæ Cereris, ut notat Val. Max. III. 1.

m *Num igitur*] Concludit per enumerationem: aut populi fundi facti sunt, aut non fuit cives Romana hæc Calliphana, aut contra leges factum est. Non populi fundi facti sunt, hæc autem fuit civis Romana, nec tamen contra leges factum est. Ergo Veliensibus licuit fieri cives Rom. etsi populi fundi facti non essent.

Romanam factam non esse, aut fœdus et a senatu et a populo Romano violatum arbitrabimur?

XXV. 56. Intelligo, judices, in causa aperta,[a] minimeque dubia, multo et plura,[1] et a pluribus peritissimis[a] esse dicta, quam res postularet: sed id factum est, non ut vobis rem tam perspicuam dicendo probaremus, verum ut omnium malevolorum, iniquorum, invidorum animos frangeremus: quos ut accusator incenderet,[2] ut aliqui sermones hominum, alienis bonis mœrentium, etiam ad vestras aures permanarent, et in judicio ipso redundarent, idcirco illa in omni parte orationis summa[3] arte aspergi videbatis; tum pecuniam L. Cornelii, quæ neque invidiosa[b] est, et quantacumque est, ejusmodi est, ut conservata magis, quam correpta[c] esse videatur; tum luxuriam,[d] quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur; tum Tusculanum,[e] quod Q. Metelli fuisse meminerat, et L. Crassi; Crassum emisse de libertino homine,[f] Soterico

[a] *Clara.*

fundus factas. Paulo post, *arbitrabamur* Erf. H S, Rom. Venet. 1480. *arbitramur* Barb. Lamb.

CAP. XXV. 1 Cod. χ *multa et plura.* Mox, *non* deest in H.—2 Cod. χ *intendet.* Pro *aliqui* Ernesti conj. *maligni;* recepit Schutz. refutarat jam Garat. *alienis b. inhærentium* H χ ψ. *etiam ad v. a. permearent* χ.—3 Ita C, Hervag. Camer. Basil. 1540. Grut. Schutz. *suæ* Erf. alii codd. ap. Græv. H T χ ψ, Victor. Steph. Manut. Lamb. Græv. *sua* S, et edd. ante Hervag. *aspergi videbamus* χ. Paulo post, *quam corrupta* χ ψ, codd. Grævii, cum edd. vett. Venett. Mediol. Ascens. Crat. Victor. Manut. Lamb. *crimine aliquo criminis* Erf. *crimine a. libidini* H. Deinde verba, *Crassum e. d. l. h. S. M. a. M. p. d. V. V. b. non tenebat,* desunt in H S T χ ψ. ' Hæc primus e codd. inseruit

NOTÆ

[a] *A pluribus peritissimis*] Crassus et Pompeius jam defenderant Balbum, ut dictum est initio hujus Orat.

[b] *Invidiosa*] Ait, pecuniam Balbi non invidiosam esse, quia neque magna est, neque copiosa: tantam tamen fuisse ait Strabo lib. III. ut circa Cades urbem ædificaverit, quam Neapolim appellavit.

[c] *Conservata magis, quam correpta*] Asserit, hanc pecuniam non male partam fuisse, sed eam acceptam a parentibus conservavisse diligentia sua et parsimonia.

[d] *Tum luxuriam*] Hic luxuriam pro luxu usurpat; quæ vel in nimio apparatu et sumtu, vel in splendore et familia, vel in cultu et supellectili, vel in ædificiis et conviviis reprehenditur.

[e] *Tusculanum*] Vide ad c. 13. § 31.

[f] *Libertino homine*] Libertinus dic-

Marcio, ad Metellum pervenisse de Venonii Vindicii bonis, non tenebat: simul illud nesciebat, prædiorum nullam esse gentem;[g] emtionibus ea solere sæpe ad alienos homines,[h] sæpe ad infimos, non legibus, tanquam tutelas,[i] pervenire. [*p.* 67.] 57. Objectum est etiam, quod in tribum Crustuminam[4][k] pervenerit; quod hic assecutus est legis de ambitu præmio,[l] minus invidioso, quam qui legum præmiis prætoriam sententiam,[m] et prætextam togam[n] consequuntur. Et adoptio Theophanis[5][o] agitata est; per quam Cornelius nihil est, præterquam propinquorum suorum hæreditates, assecutus.

XXVI. Quanquam istorum animos, qui ipsi Cornelio invident, non est difficillimum mitigare: more hominum in-

Naug. Absunt etiam ab Hervag.' *Orell.* *venisse non indici bonis* Erf. Verba, *sæpe ad alienos homines* desunt in H S T χ ψ. *sed sæpe ad infimos* T.—4 H *quo in tribu Clustuminam :* χ *quod vi tribuni Clustiminam.*—5 *Theophanii* Erf. H.

NOTÆ

tus est, qui ex justa servitute manumissus est.

[g] *Prædiorum nullam esse gentem*] Prædia non habent familiam aut cognationem, ut homines; et licet aliquando nomen accipiant a possessore, non habent posteritatem, quæ ab uno succedat ad alium ejusdem familiæ.

[h] *Ad alienos homines*] Sæpe prædia ad homines qui non sunt agnati, et a viris nobilibus ad ignobiles venditione perveniunt.

[i] *Tanquam tutelas*] Non ut tutela legitima ad agnatos ex lege XII. Tabularum, ita et prædiorum possessio ad eosdem legibus pervenit.

[k] *Tribum Crustuminam*] Tribus sua nomina sumebant, vel a majoribus, ut Romelia a Romulo; vel a municipiis, ut Crustumina ista a Crustumio, municipio Romano. Quicumque autem civitate donabatur, eum in aliquam tribum venire oportebat.

[l] *Legis de ambitu præmio*] Lex illa permittebat, ut qui alium accusaverat aliquo crimine, in tribum illius transiret, si nobilior ei videretur.

[m] *Prætoriam sententiam*] Nota quod in sententia dicenda, primum vel princeps senatus, vel consulares rogabantur; secundo consulares; tertio prætorii, &c. Si quis vero prætorium hominem accusasset et damnasset, loco illius sententiam dicebat.

[n] *Prætextam togam*] Prætexta toga populi suffragiis concedebatur: at senatoribus, certis quibusdam diebus, ludorum, verbi gratia, aut sacrificiorum, beneficio legis permittebatur. De prætexta sæpe dictum est.

[o] *Adoptio Theophanis*] Theophanes ille, libertus Pompeii, et ille quidem Mitylenæus, adoptavit Balbum; qua de re loquitur Cicero Epist. ad Att. VII. 6.

vident, in conviviis rodunt,[b] in circulis[c] vellicant:[1] non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt. 58. Qui amicis[2] L. Cornelii[p] aut inimici sunt, aut invident, hi sunt huic multo vehementius pertimescendi: nam huic quidem ipsi quis est unquam inventus inimicus? aut quis jure esse potuit? Quem bonum non coluit? cujus fortunæ dignitatique non concessit?[3] Versatus in intima familiaritate hominis potentissimi,[q] in maximis nostris malis[r] atque discordiis[4] neminem unquam alterius rationis ac partis, non re, non verbo, non vultu denique offendit. Fuit hoc sive meum, sive reipublicæ fatum, ut in me[5] unum omnis illa inclinatio communium temporum[d] incumberet: non modo non exultavit in ruinis nostris [nostrisque discordiis] Cornelius; sed omni officio, lacrymis, opera, consolatione, omnes, me absente,[s] meos sublevavit. 59. Quorum ego testimonio ac precibus munus[6] hoc meritum huic, et, ut a principio dixi, justam et debitam gratiam refero: speroque, judices, ut eos, qui principes fuerunt conservandæ

[b] *Detrahunt.* [c] *Sermonibus.* [d] *Calamitatum.*

CAP. XXVI. 1 Erf. H T χ ψ, aliique codd. ap. Græv. item edd. ante Ald. *in circulis idcirco vellicant;* edd. quædam vett. et Mediol. *invident in conviviis volunt in circulis: idcirco vellitant non illo inimico.* Pro *inimico* Lamb. conj. *mimico.* Pro *maledico dente* H S χ ψ habent *maledicente;* T *maxime dente.*—2 *Qui amici* H S χ, ed. pr. Mediol.—3 H S χ ψ, Barb. Guelf. edd. ante Naug. Cam. *Cessit.* Verba, *non coluit? c. f. d. n. concessit? V. in i. f. h. potentissimi,* desunt in T.—4 Manut. et Steph. *malis vestrisque discordiis*, contra codd. *rationis aut patris* χ.—5 T *ut etiam si in me;* χ *ut etiam in me.* Naug. omittit *unum.* S omittit *illa.* ψ omittit *communium.* Franc. habet *omnis indignatio communium.* Mox, alterum *non* omittunt H S ψ. Deinde, *in ruinis nostris vestrisque discordiis* Barb. duo codd. ap. Lall. Ald. Hervag. Manut. Steph. *nostrisque discordiis* delevit Schutz. *in r. vestris, vestrisque discordiis* Rom. Venett. 1480. 1483. *in r. vestris, nostrisque discordiis* Naug. Grut. Græv. *Cornelius* omittunt H S. *meos* omittit χ.—6 H S *minus.* Steph. et Lamb. 1566. *hoc*

NOTÆ

[p] *Qui amicis L. Cornelii*] Refert hoc odium non tam in Balbum, quam in amicos Balbi, nempe in Pompeium et Cæsarem; quare non est ipsi metuendum a suis inimicis, quos nullos habet, sed ab inimicis Pompeii et Cæsaris.

[q] *Potentissimi*] Cæsaris amicus fuit Balbus.

[r] *In maximis nostris malis*] Intelligit Clodii factiones, quibus succubuit Cicero.

[s] *Me absente*] Cum exulavit Cicero, ejus familiæ affuit Balbus.

salutis, aut dignitatis meæ,[7] diligitis, et caros habetis, sic, quæ ab hoc pro facultate hujus, pro loco[e] facta sunt, et grata esse vobis, et probata. Non igitur a suis, quos nullos habet, sed a suorum, qui et multi[8] et potentes sunt, urgetur inimicis: quos quidem hesterno die Cn. Pompeius copiosa oratione et gravi, secum, si vellent, contendere jubebat; ab hoc impari certamine, atque injusta contentione avocabat. XXVII. 60. Et erat æqua lex,[f] et nobis,[1] judices, atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer utilis, ut nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus.[g] Ac, si mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, cum me præsertim rerum varietate, atque usu ipso, jam perdoctum viderent;[2] etiam ab illis eos majoribus discordiis avocarem. Id enim contendere mihi de republica, cum id defendas[3] quod esse optimum sentias, et fortium virorum, et magnorum hominum semper putavi: neque huic unquam labori, officio, muneri defui: sed contentio tamdiu sapiens est, quamdiu aut proficit[h] aliquid, aut, si non proficit, non obest civitati. 61. Voluimus[4] quædam, contendimus, experti[i] sumus: obtenta non sunt: dolorem alii, nos luctum mœroremque suscepimus. Cur ea, quæ mutare non possumus, convellere malumus, quam tueri? C. Cæ-

[e] *Tempore.* [f] *Conditio.*
[g] *Abstineamus.* [h] *Prodest.* [i] *Passi.*

merito. Erf. omittit *huic.* χ omittit *et.*—7 Junt. *ac dig. meæ.* Mox, *quæ ab hac* Erf. *quæ ad hæc* χ. *facultate ejus* Lamb. *hujus* delendum censebat Garat. —8 H S *qui multi.* χ *urgetur inimicus.* Paulo post, *imperito certamine* H S T χ ψ, et edd. ante Junt. *improbo certamine* Ald. Junt. Hervag. Steph. *impari* habent Pal. 9. Guelf. Erf. ut conj. Lamb. recepit Grut. et seqq. *advocabat* χ.

CAP. XXVII. 1 Erf. H T χ ψ *et vobis.* Mox, *qui n. familiaribus* χ.—2 Erf. *eam perdoctum viderent;* ψ *jam perductum viderent.* Actutum, *et jam ab illis* Erf. *avocarent* H.—3 *Ita enim contendere de republica, ut id defendas* codd. Ursin. et Græv. item edd. Schutz. Græv. Orell. *Id enim contendere mecum de rep. cum id defendas* Junt. Hervag. *Id enim contendere mihi videtur e rep. cum id defendas* Manut. Steph. Lamb. nisi quod hic *Ita enim* legit; *Etenim contendere de rep. cum id defendas* conj. Abramius; *Id enim contenderem de rep.* Erf. *cum defendas* alii codd. *quod e. o. senties* χ. *et id fort.* H S ψ, Manut. Steph. Lamb. Paulo post, *aut profecit* H S. *aliquid* deest in χ. *aut non profecit* H S.—4 *Volumus* H S χ ψ. *dolorem aut nos luctum* Erf. *dolorem* deest

sarem[t] senatus et genere supplicationum[u] amplissimo ornavit, et numero dierum novo.[5] Idem, in angustiis[k] ærarii, victorem exercitum stipendio affecit; imperatori decem legatos[x] decrevit; lege Sempronia[y] succedendum non censuit.[6] Harum ego sententiarum et princeps et auctor fui: neque me dissensioni[z] meæ pristinæ putavi potius assentiri, quam præsentibus reipublicæ temporibus et concordiæ convenire.[7] Non idem aliis videtur: sunt fortasse in sententia firmiores: reprehendo neminem; sed assentior non omnibus: neque esse inconstantis puto, sententiam aliquam,[8] tanquam aliquod navigium, atque cursum, ex rei-

[k] *Tenuitate.*

in χ. *dolorem in alienos* H S ψ. *luctus* χ.—5 Ita Manut. Steph. Lamb. Grut. seqq. *dierum novem* H S χ ψ, et codd. plerique, cum edd. ante Hervag. *dierum XV* Hervag. Camer.—6 Erf. *non cessarit.*—7 Græv. conj. *inservire.*—8 H S ψ *in sententiam aliquam;* cod. Steph. omittit *aliquam;* uncis inclusit

NOTÆ

[t] *C. Cæsarem*] Cicero vult exemplo suo Cæsaris inimicos ab odio suo revocare. Cæsar enim et Cicero inimici fuerunt: cum autem vidisset Cicero Clodium tribunum plebis designatum fuisse, atque eum Cicero pertimesceret, ab Cæsare impetravit, licet inimico propter conjurationem Catilinæ, ut ei legatus in Galliam iret. Ratus Clodius ereptum sibi Ciceronem, redire cum eo in gratiam simulavit. Quare Cicero ire renuit cum Cæsare: at id graviter Cæsar ferens, in Ciceronem Clodium incitat, ab eo Pompeium removet, dicit testimonium contra eum: sed has inimicitias Cicero reipub. causa deposuit. Vide Plut. in Vita Ciceronis.

[u] *Supplicationum*] Mos fuit apud Romanos, ut propter rem bene gestam, nomine imperatoris, supplicationes ad templa, gratulationis causa, per aliquot dies, cum conjugibus et liberis, celebrarent. Ait autem Orat. de Provinc. Consul. quindecim dies decrevisse sua sententia. Cum autem de istis loquatur, legendum est quindecim, non novem.

[x] *Legatos*] Hic legati sumuntur pro iis, qui, lecti publice a senatu, ad imperatores honoris causa mittebantur.

[y] *Lege Sempronia*] Tulit Sempronius, ut senatus quotannis ante comitia consularia designandis consulibus provincias arbitratu suo decerneret, quas deinde ipsi designati inter se sortirentur; quod ante, vel post designatos, vel post initum consulatum, facere solebat; præterea cum antea senatus decreto per tribunos intercedi posset, ne deinceps liceret. At cum Cæsar per quinque annos bellum Gallicum gessisset, atque per tot iterum prorogari sibi postularet, Cicero censuit non revocandum eum esse ex Gallia ante bellum illud confectum.

[z] *Dissensioni*] Dissensit Cicero a Cæsare propter exilium suum.

publicæ tempestate moderari. 62. [*p.* 68.] Sed si qui sunt, quibus infinitum sit odium, in quos semel[9] susceptum sit; (quos video esse nonnullos) cum ducibus ipsis, non cum comitatu assectatoribusque[a] confligant. Illam enim fortasse pertinaciam nonnulli, virtutem alii putabunt: hanc vero iniquitatem[l] omnes, cum aliqua crudelitate conjunctam. Sed, si certorum hominum mentes nulla ratione placare, judices, possumus;[10] vestros quidem animos certe confidimus, non oratione nostra, sed humanitate vestra esse placatos.

XXVIII. 63. Quid enim est, cur non potius ad summam laudem huic, quam ad minimam fraudem, Cæsaris familiaritas valere debeat? Cognovit adolescens:[m] placuit homini prudentissimo: in summa amicorum copia cum familiarissimis ejus[1] est adæquatus:[n] in prætura, in consulatu præfectum fabrum[b] detulit: consilium hominis probavit, fidem est complexus:[o] officia, observantiamque dilexit: fuit hic multorum illi laborum socius aliquando; est fortasse nunc nonnullorum particeps commodorum.[2]

[l] *Vitium.* [m] *Cornelius.*
[n] *Adæquavit suis familiarissimis.* [o] *Adamavit.*

Orell. *in aliquod* H ψ. *cursum* omittunt H T χ, et edd. ante Junt. *atque cursum* desunt in Junt. et Hervag.—9 Ita Erf. Lamb. seqq. *in quo semel* multi codd. etiam H ψ, et edd. pleræque ante Lamb. *ex quo semel* Hervag. Mox, *aspectatoribusque confligant* H χ ψ. *non comminatum aspectatoribusque confligunt* Erf.—10 Ita Grut. Græv. *judices, placare possumus* Erf. Barb. Venet. 1480. Junt. Naug. Camer. Lamb. *placare possumus judices* Rom. Venet. 1483. Ald. Hervag. Manut. Steph.

CAP. XXVIII. 1 Erf. *cum familiarissimis etiam.* Mox, *in consulatu præfecturam* cod. Ursin. *Fabium detulit: c. h. comprobavit* χ. *cons. hominum probavit* Erf. *fidem complexus officia observantiam dilexit* al. ap. Græv.—2 Cod. χ *incom-*

NOTÆ

[a] *Assectatoribus*] Assectatores dicuntur, qui se comites præstant.

[b] *Præfectum fabrum*] *Fabrum* pro *fabrorum* ponitur. Dicebatur autem præfectus fabrorum, ad quem castrorum posito, valli et fossæ destinatio pertinebat: præerat præterea fabris, tignariis, instructoribus, carpentariis, ferrariis, reliquisque artificibus ad hybernorum ædificia fabricanda, ad machinas, turresque ligneas, ceteraque, quibus vel oppugnantur civitates, vel defenduntur, &c.

Quæ quidem si huic obfuerint apud vos, non intelligo, quod bonum cuiquam sit apud tales viros profuturum. 64. Sed, quoniam C. Cæsar abest longissime, atque in iis est nunc locis,[c] quæ regione[3] orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populi Romani definiunt; nolite, per Deos immortales! judices, hunc illi acerbum nuntium velle perferri,[4] ut suum præfectum fabrum, ut hominem sibi carissimum et familiarissimum, non ob ipsius aliquod delictum, sed ob suam familiaritatem vestris oppressum sententiis audiat. Miseremini ejus, qui non de suo peccato, sed de hujus summi[5] et clarissimi viri facto;[d] non de aliquo crimine, sed, periculo suo, de publico jure disceptat; quod jus si Cn. Pompeius ignoravit, si M. Crassus,[6] si Q. Metellus, si Cn. Pompeius pater, si L. Sulla, si L. Crassus, si C. Marius, si senatus, si populus Romanus, si, qui de re simili judicarunt, si fœderati populi, si socii, si illi antiqui Latini; videte, ne utilius vobis et honestius sit, illis ducibus errare, quam hoc magistro[e] erudiri. Sed, si de certo, de perspicuo, de utili, de probato, de judicato vobis jure esse constituendum videtis; nolite committere, ut in re tam in-

modorum. Voc. *obfuerint* deest in ψ. Tum, *quod homini cuiquam* χ ψ.—3 H S T χ ψ, et edd. ante Manut. *regiones;* Erf. *regionem;* H *orbis.* Mox *Romani disfinivit* χ.—4 Ita Erf. et cod. Victorii, Gembl. cum edd. Grut. et seqq. *proferri* Pal. 9. *deferri* H S T χ ψ, et edd. ante Grut.—5 Erf. *sed hujus summi.* Mox, *sed de periculo suo, de jure publico* edd. vett. Nostram lect. servant Erf. Barb. Pall. Ald. et seqq. *Pompeius pater* H S T χ ψ. *Pompeii pater* Erf.—6 '*Si P. Crassus, si Q. M. si Cn. P. pater, si L. S. si M. Crassus*] Sic constitui locum de Garat. sententia. Scil. inde ab Hervag. sic editur, *si M. Crassus, si Q. M. si Cn. P. pater, si L. S. si L. Crassus.* Sed pro v. *si M. Crassus* Ven. 1480. Junt. *si prætor Crassus,* quod ortum e nota *P.* Cf. cap. XXII. et infra eadem ed. duo codd. Oxon. *si M. Crassus.* Alii, v. c. Erf. Junt. posteriore loco *si Crassus.* Codd. Oxon. et edd. ante Hervag. *si Cn. Pompeius pater ign. . . . si Cn. Pompeius* (*filius* addunt Ven. 1480. et Junt.) *si L. Sylla,*' *&c.* Orell. *si senatus, sive populus . . . judicarunt* H S. Paulo post, *illis duci-*

NOTÆ

[c] *In iis est nunc locis*] Erat tunc in Gallia Cæsar, et in ea parte, quæ Aremorica dicitur.

[d] *Viri facto*] Orat judices ut Balbum non condemnent propter gratiam quam a Pompeio recepit, qui eum jure civium donavit.

[e] *Quam hoc magistro*] Non tam audiendus est ille Balbi accusator, quam tot imperatores, quibus errantibus, errare gloriosius est, quam ab eo accusatore erudiri.

veterata [f] quicquam novi sentiatis.[7] Simul et illa, judices, omnia ante oculos vestros proponite: primum, esse omnes etiam post mortem reos, clarissimos illos viros, qui fœderatos civitate donarunt; deinde senatum, qui persæpe hoc judicavit; [8] populum, qui jussit; judices, qui approbarunt: tum etiam illud cogitatote; sic vivere ac vixisse Cornelium, ut, cum omnium peccatorum quæstiones sint,[g] non de vitiorum suorum pœna, sed de virtutis præmio in judicium vocetur. Accedat etiam illud, ut statuatis hoc judicio, utrum posthac amicitias clarorum virorum calamitati [p] hominibus, an ornamento esse malitis. Postremo illud, judices, fixum in animis vestris tenetote, vos in hac causa non de maleficio L. Cornelii, sed de beneficio Cn. Pompeii judicaturos.

[p] *Ignominiæ.*

bus carere χ.—7 Pantag. conj. *censeatis.*—8 Cod. ψ *qui per se hoc judicavit.* Paulo post, *ut cum omnes* Lamb. et Weisk.

NOTÆ

[f] *Tam inveterata*] Res inveterata hic sumitur pro ea re, quæ jam antiquitate confirmata est.

[g] *Quæstiones sint*] Quæstiones publica judicia sunt; inde ducto nomine, quod in iis reus in judicium vocatus, nocens sit, an innocens, constituto judicio quæritur.

M. TULLII CICERONIS

IN L. CALPURNIUM PISONEM

ORATIO XXXVII.

ARGUMENTUM.

Cum in sententiam a Cicerone in Oratione de Provinciis Consularibus dictam factum esset senatusconsultum, quo Piso et Gabinius revocabantur, et ille redisset e Macedonia; ausus est, in senatu, graviter de Cicerone conqueri, et nonnulla in eum contumeliose dicere. Hac injuria incensus Cicero, hanc orationem habuit, qua quicquid doloris conceperat, in eum omne effudit. Præcipua dicendi materia ducta est a comparatione sui cum Pisone. Contendit enim consulatum cum consulatu, exitum ex urbe cum exitu, reditum in urbem cum reditu, et vitam urbanam atque assiduam cum vita urbana. Præterea crimina provincialia, crudelitatem, avaritiam, intemperantiam, strictim, sed acerbe, perstringit.

Fragmenta[1] *principii ab Asconio servata.*

CIRCA VERS. A PRIMO.*

[*Ed. Ald. p.* 79.] * Quod minimum specimen in te ingenii: ingenii autem? immo ingenui hominis, ac liberi; qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen.

1 Orell. hanc Orationem orditur his verbis e Quintil. IX. 4. 76. *Pro Dii immortales! quis hic illuxit dies?* Tum nescio quis ap. Orell. conj. *inquam*

CIRCA VERS. A PRIMO LXXX.

Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet, unde se is ortum gloriari solet: neque enim hoc mea natura fert; nec municipii, præsertim de me optime meriti, dignitas patitur.[2]

PAULO POST.

De avo Pisonis paterno.[3]

Hic cum ad Padum Placentiæ forte consedisset, paucis post annis in eam civitatem[4] (nam tum erat civitas) ascendit. Prius enim Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi cœptus est.[5]

CIRCA VERS. A PRIMO.*

Lautiorem pater tuus socerum, quam C. Piso[6] * in illo luctu: non ei filiam meam collocavi, quem ego, potestas cum omnium fuisset, unum potissimum delegissem.[7]

I. 1. * * Jamne vides,[1] bellua,[a] jamne sentis,[b] quæ sit

pro *ingenii autem.*—2 Schutz. et Orell. inserunt ex Asconio, *Insuber quidam fuit, idem mercator et præco; is cum Romam cum filia venisset, adolescentem nobilem Cæsonium, hominis furacissimi filium, ausus est appellare; filiam collocavit.* Schutz. legit *filium ausus est appellare si filium collocavit.* Orell. conj. *ei filiam collocavit.* Huic Fragm. Orellius subjungit e Diomed. lib. II. *Quæ te belluam ex utero, non hominem fudit.*—3 Orell. e cod. Grævii *materno.*—4 Ascon. et Hotom. *pauci in eam civitatem.*—5 Orell. addit ex Arusiano Garatonii ad Pison. p. 320. *Majorem sibi Insuber ille avus adoptavit.* Ipse cod. habebat *Majore sibi insuper, &c.* Cf. § 34.—6 Verba *gener meus* excidisse putat Ernesti.—7 Hic Schutz. et Orell. adjiciunt, * *Cum tibi tota cognatio sarraco advehatur.* * *Caput opponis, cum eo coniscans.* Servavit hæc Quintil. VIII. 3. 21. Orellius denique e Diomed. lib. I. *Proxime Pompeium sedebam.* In Addendis vero hoc Fragm. deleri jussit; nam ipsa ista verba leguntur Ep. ad Att. I. 14.

NOTÆ

[a] *Jamne vides, bellua*] Crediderunt nonnulli nihil in hoc exordio desiderari, sed abruptum et inflammatum esse; verum aliter sentiunt benemulti, adducti auctoritate Asconii Pediani, antiquissimi interpretum, qui Ciceronem commenti sunt: citat enim vir eruditus fragmenta quædam illius exordii, e quibus conjicitur tantum secundam illius partem restare.

[b] *Jamne sentis*] Pisonis stupiditatem indicat, qui belluarum instar tantum videt et sentit; quo gemino sensu inprimis illæ præditæ sunt.

hominum querela frontis tuæ?[a] [c] nemo queritur, Syrum nescio quem,[d] de grege noviciorum,[e] factum esse consulem: non enim nos color iste servilis,[f] non pilosæ genæ, non dentes putridi[2] deceperunt: oculi,[g] supercilia,[h] frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit: hic eos, quibus erat ignotus, decepit, fefellit, induxit: pauci ista tua lutulenta vitia[i] noveramus; pauci tarditatem ingenii, stuporem, debilitatemque linguæ: nunquam erat audita vox in foro;[k] nunquam periculum factum consilii;[l] nullum non modo illustre, sed ne notum quidem factum aut militiæ,[m] aut domi: obrepsisti[b] ad honores errore hominum, commenda-

[a] *Quantum homines querantur de fronte tua.* [b] *Pervenisti clam.*

CAP. I. 1 *Jamne sentis* C H S χ, Rom.—2 H S *putidi.* Mox, *impulis* C. *in fraudes h. impulit* al. ap. Græv. *in errorem* edd. vett. *hos fefellit hic in fraudem induxit* T. *decepit, fefellit, in fraudem induxit* multæ edd. *fefellit hic in fraudem induxit* Junt. *hic in fraudem h. i. fefellit, in fraudem induxit* Lamb. 1566. *indulxit* C S. *indulsit* χ. *luculenta v. novimus* C S. *luculenta noramus*

NOTÆ

[c] *Frontis tuæ*] Frons judex est severitatis, et clementiæ; quam Genio olim dedicatam fuisse Alexander ab Alexandro scribit.

[d] *Syrum nescio quem*] Servis sæpe nomina nationum suarum imponebant, ut Strabo ait lib. VII. et præ ceteris nationibus nati fuerunt ad servitutem Syri, Judæi, et Cappadoces, ut dixit Orat. de Provinc. Consul. § 10. Censent aliqui hic Gabinium designare, qui Syriæ præerat.

[e] *Noviciorum*] Loquitur de venalibus illis servis, qui recentes nondum per annum servierant.

[f] *Color iste servilis*] Atrum colorem indicat, quo maxime fuerunt Syri.

[g] *Oculi*] Oculi quasi nuntii sunt animi: ex iis enim iratus, lætus, &c. conjicitur.

[h] *Supercilia*] Fastum et superbiam supercilia denotant: quæ deflexa sunt, austeros; inflexa, irrisores; demissa, malevolos arguunt.

[i] *Lutulenta vitia*] Vitia omnium turpissima in Pisone reprehendit, quibus, quasi sus luto, delectabatur.

[k] *Audita vox in foro*] Stupiditatem hominis describit, quæ tanta fuit, ut nunquam in foro auditus fuerit, sive in accusando, sive in defendendo quoquam.

[l] *Periculum factum consilii*] Piso non modo nunquam fuerat auditus in foro, sed ne quidem in senatu cum de repub. agebatur: hac enim Romæ duplici re commendabantur.

[m] *Aut militiæ*] Romani vel domi eloquentia, vel militiæ, rebus præclare gestis, gloriam sibi ac nomen faciebant.

tione fumosarum imaginum,[n] quarum simile habes nihil, præter colorem. 2. Is mihi etiam gloriabitur,[3] [o] se omnes magistratus sine repulsa assecutum? Mihi ista licet de me, vera cum gloria, prædicare: omnes enim honores [c] populus Romanus mihi ipsi, homini novo,[4] [p] detulit. Nam, tu cum [5] quæstor [q] es factus, etiam qui te nunquam viderant, tamen illum honorem nomini [r] mandabant [d] tuo. Ædilis es factus: Piso [s] est a populo Romano factus, non iste Piso.[t] Prætura item majoribus delata est tuis: noti erant illi

[c] *Magistratus.* [d] *Concedebant.*

Faërn. T.—3 Ita Ald. Hervag. Faërn. Grut. seqq. *gloriabatur* H S T χ, Rom. Ven. 1483. Lamb. *gloriatur* Ven. 1480. Junt.—4 Ita Hervag. Naug. seqq. *mihi ipsi abunde novo homini* Junt. *mihi ipsi non nomini* cod. Ursini. *novo* omittunt C H S T χ, et edd. ante Hervag.—5 *Nam tum cum* H S T, et edd. ante

NOTÆ

[n] *Commendatione fumosarum imaginum*] Suam nobilitatem commendabant Romani ostensione imaginum, quas suorum majorum asservabant in ædium atriis. 'Fumosas' vero appellat, aut quia antiquitate nigredinem, aut quia, ignibus coram iis accensis, fuliginem contraxerant. Soliti enim Romani diebus festis ante eas thus et cereos accendere, ut dicitur a Cic. Offic. lib. III.

[o] *Is mihi etiam gloriabitur*] Piso contra Ciceronem dixerat se omnes magistratus adeptum esse; sed illi reponit Cicero hanc gloriam non sua, sed majorum suorum causa illi, at sibi propter se delatam esse.

[p] *Mihi homini novo*] Novus homo dicitur, quem ante nemo in familia magistratum obtinuerat, sed qui sua virtute sibi adeptus est.

[q] *Quæstor*] Quæstores, ut ait Varro, a quærendo dicti sunt; quia conquirebant pecunias publicas. Regibus primum Romæ imperantibus instituti sunt, et postea populi suffragio creati, sicut reliqui magistratus.

[r] *Nomini*] Piso erat ex illustrissima familia Pisonis Frugi, cujus magna et præclara extiterant in rempub. officia. Hujus meminit Cicero in Orat. pro Fonteio. Quare ad contemtum Pisonis, contra quem agit, non tam illi, quam nomini suo delatam fuisse præturam, contendit.

[s] *Ædilis es factus: Piso*] Ædiles alii plebeii fuerunt, alii curules. Curulium autem triplex fuit procuratio: primum ut ludos curarent; deinde ut ædes sacras, publicasque, item vias publicas tuerentur; postremo, ut ne in mancipiorum venditione et mensuris fraus admitteretur. Plebeiorum vero quadruplex fuit, ex Dionys. Hal. 1. ut essent tribunorum administri; 2. ut curarent plebeios ludos; 3. ut cloacas tuerentur; 4. ut annonæ præessent. Hi omnes a populo creabantur, et magistratum Kal. Januar. inibant.

[t] *Non iste Piso*] Pisonem intelligit, qui Frugi cognominatus est; vir tanta virtute, atque integritate, ut optimis illis temporibus, cum inveniri nemo non bonus posset, solus tamen Frugi vel ab inimicis vocaretur.

mortui: te vivum [6] nondum noverat quisquam. Me cum quæstorem [u] inprimis, ædilem priorem, [*p*. 80.] prætorem primum [x] cunctis suffragiis populus Romanus faciebat; homini ille honorem, non generi; moribus, non majoribus meis; virtuti perspectæ,[7] non auditæ nobilitati deferebat. Nam quid ego de consulatu loquar? parto vis, anne gesto?[a] 3. Miserum me! [a] cum hac me nunc peste [8] atque labe confero? sed nihil comparandi causa loquar: at tamen ea, quæ sunt longissime disjuncta, comprehendam. Tu consul es renuntiatus [b] (nihil dicam gravius, quam quod omnes fatentur) impeditis reipublicæ temporibus,[c] dissidentibus consulibus Cæsare et Bibulo; cum hoc non recusares, quin ii,[9] a quibus dicebare consul, te luce dignum non putarent, nisi nequior, quam Gabinius,[d] extitisses. Me cuncta Italia, me omnes ordines, me universa civitas non prius tabella, quam voce [e] priorem consulem declaravit. II. Sedo mitto, ut sit factus uterque [1] nostrum: sit sane

[a] *Quomodo pepererim, aut gesserim?*

Ald. *qui te nunc viderant* χ.—6 Pro *te vivum* C H S χ habent *trivium*; T *te vinum*.—7 C H S T χ *perfectæ*.—8 Edd. vetustiores ap. Græv. *cum hac me peste*. Mox, *ac tamen ea* H S χ, Crat. Hervag. Faërn. Lamb. 1566. Grut. Græv. *ac tamen est* C.—9 C S *non recusares iis;* H χ *non recusares his*. Verba *ii, a q. d. consul* desunt in T. *quin te luce* C H S χ.

NOTÆ

[u] *Me, cum quæstorem*] Jam se confert cum Pisone Cicero, atque ejus honorem extenuat, dum se superiorem in assequendis magistratibus ostendit, quia sibi, non majoribus delati sunt.

[x] *Prætorem primum*] De prætoribus et eorum numero dictum est in Orat. pro Lege Manil. § 2.

[a] *Miserum me*] Retractatio, qua se reprehendit, quod se cum Pisone comparet.

[b] *Tu consul renuntiatus*] Vel præconis, vel ipsius consulis voce magistratus renuntiabantur.

[c] *Impeditis reipub. temporibus*] Loquitur de civili dissidio, quod tum exortum est, quando Bibulus obstitit Cæsari, qui ut egentium sibi voluntates devinciret, rogationem de coloniis deducendis, et agris dividendis tulit. Plut. in Pomp.

[d] *Nequior, quam Gabinius*] Gabinius ille, ut dicit Cicero in Orat. post Reditum in Sen. prima ætatis suæ tempora ad omnes libidines divulgavit, et egestatem, et luxuriam domestico lenocinio sustentavit; et, ut Plutarchus, inter omnes Pompeii scurras assentator fuit.

[e] *Tabella, quam voce*] Declarabant quem eligebant vel scripto, vel voce.

Fors domina Campi:[f] magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum, quam quemadmodum ceperimus.

4. Ego[2] Kalendis Jan.[g] senatum, et bonos omnes, legis Agrariæ,[h] maximarumque largitionum metu liberavi: ego agrum Campanum, si dividi non oportuit, conservavi: si oportuit, melioribus auctoribus[i] reservavi. Ego in C. Rabirio,[3] perduellionis reo,[k] XL annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam, atque defendi. Ego adolescentes bonos[l] et fortes,[4] sed usos ea conditione fortunæ, ut, si essent magistratus adepti, reipublicæ statum convulsuri[b] viderentur, meis inimicitiis, nulla senatus mala gratia,[c] comitiorum ratione privavi. 5. Ego Antonium collegam, cupidum provinciæ,[m] multa[5]

[b] *Perdituri.* [c] *Nullo odio concepto in senatum.*

CAP. II. 1 C *utrisque*, cum puncto sub *s;* H S χ *utrique.*—2 *Ergo* Erf. et Pith.—3 *Rabirii* C H S χ.—4 Cod. χ *et fratres.*—5 Codd. Faërni, T,

NOTÆ

Cicero communi omnium voce consul declaratus est.

[f] *Domina Campi*] Fortuna et casus sæpius regebant comitia quæ in Campo Martio habebantur, quam consilium et ratio.

[g] *Kalendis Jan.*] Initio Januarii consules magistratum inibant: quod manifeste docet Ovid. ex Ponto lib. IV. 'Ergo ubi, Jane biceps! longum reseraveris annum, Pulsus et a sacro mense December erit; Purpura Pompeium summi velabit honoris, Ne titulis quicquam debeat ille suis.'

[h] *Legis Agrariæ*] Cassio et Proculo coss. primum lata est lex Agraria, et magnis postea rerum motibus, per annos fere triginta, jactata, et restaurata a Rullo tribuno plebis, qua Campanum agrum populo dividebat; sed hanc legem sustulit Cicero statim atque consul renuntiatus est. Vide Orat. pro Lege Agraria.

[i] *Melioribus auctoribus*] Pompeio et Cæsare.

[k] *In Rabirio perduellionis reo*] Rabirius cum telo fuerat in collisione Saturnini oppressi, qui seditionem tribunus plebis excitaverat: deinde ejus caput per ludibrium circumtulerat. Triginta sex annis post a Labieno tribuno plebis in judicium Rabirius, apud populum, perduellionis reus, vocatus est, et defensus a Cicerone consule. Vide ejus Orat.

[l] *Adolescentes bonos*] Tulit legem Cornelius Sulla, ut proscriptorum liberi honorum petendorum potestate privarentur. Cum tamen petere vellent, Cicero contra eos orationem habuit. Vide Plin. lib. VII.

[m] *Cupidum provinciæ*] Obtigerat Macedonia Ciceroni in sortitione provinciarum, et Antonio Gallia. Cum optaret Macedoniam Antonius, quia opulentior, cum ea Galliam commu-

in republica molientem,[n] patientia atque obsequio meo mitigavi. Ego provinciam Galliam,[o] senatus auctoritate,[6] [p] exercitu et pecunia instructam et ornatam, quam cum Antonio commutavi, quod ita existimabam tempora reipublicæ ferre, in concione deposui, reclamante populo Romano. Ego L. Catilinam,[q] cædem senatus, interitum urbis, non obscure, sed palam molientem, egredi ex urbe jussi;[r] ut, a quo legibus non poteramus, mœnibus tuti esse possemus. Ego tela[s] extremo mense[t] consulatus mei intenta jugulis civitatis, de conjuratorum nefariis manibus extorsi. Ego faces jam accensas[u] ad hujus urbis incendium,[7] comprehendi, protuli, exstinxi. III. 6. Me Q. Catulus,[1] [x] princeps hujus ordinis, et auctor publici consilii, frequentissimo senatu, parentem patriæ nominavit. Mihi hic vir clarissimus, qui propter te sedet,[2] L. Gellius,[y] his audientibus,

Faërn. et Lamb. *multaque*.—6 Ernesti conj. *auctoritate mandatum*. Mox, *commutavi* est de Hotomanni conj. *communicavi* exhibent codd. et edd.—7 Codd. *incensum*.

CAP. III. 1 *Meque Q. Catulus* Erf.—2 Erf. *qui juxta te sedet*; χ *qui pro*

NOTÆ

tavit Cicero, et sic pactione provinciæ eum ad remp. revocavit.

[n] *In republica molientem*] Favere Antonius Catilinæ non obscure videbatur, ut se ære alieno liberaret.

[o] *Provinciam Galliam*] Deposuit Galliam, quia sibi ita expedire reipub. videbatur; et ait Epist. Famil. v. 11. eam fratri suo tradere voluisse.

[p] *Senatus auctoritate*] Pertinebat ad senatum provincias decernere, quas sine ejusdem auctoritate deponere nemini fas fuit.

[q] *L. Catilinam*] Vide Orationes in Catilinam, ubi de tota hujus conjurationis serie fusius dictum est.

[r] *Jussi*] Jussit exire Catilinam, non propria sua auctoritate consulari, sed auctoritate senatusconsulti.

[s] *Ego tela*] A Catilina imperium interficiendi Ciceronis C. Cornelio et M. Cethego datum fuerat. Sed horum insidias, quibus per salutationes, et officii speciem, interfecturi consulem fuerant, prodidit Fulvia noctu ad Ciceronem profecta.

[t] *Extremo mense*] Nonis Decembribus, quia novi Kal. Jan. inibant magistratum.

[u] *Faces jam accensas*] Significat se per Flaccum prætorem in ponte Mulvio literas conjuratorum comprehendisse, quas publice legit in senatu, quibus omnia conjuratorum consilia detecta sunt.

[x] *Q. Catulus*] Q. Catulus, senator magnæ auctoritatis in senatu, patrem patriæ Ciceronem nuncupavit, quæ appellatio nemini antea fuerat decreta. Plut. in Vita Cic.

[y] *L. Gellius*] Vir censorius.

civicam coronam[z] deberi a republica dixit. Mihi togato senatus, non, ut multis, bene gestæ,[a] sed, ut nemini, conservatæ reipublicæ, singulari genere[3] supplicationis,[b] Deorum immortalium templa patefecit. Ego cum in concione, abiens magistratu, dicere a tribuno plebis[c] prohiberer, quæ constitueram; cumque is mihi tantummodo, ut jurarem,[4] permitteret; sine ulla dubitatione juravi, rempublicam atque hanc urbem mea unius opera esse salvam. 7. Mihi populus Romanus universus illa in concione non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donavit, cum meum jusjurandum tale, atque tantum, juratus ipse,[d] una voce et consensu approbavit. Quo quidem tempore is meus domum fuit e foro reditus,[e] ut nemo,

te sedet. C *hic audentibus.* Mox, *de quercu civicam coronam* Erf. *a populo Romano dixit* T et Lamb.—3 Schutz. *bene gesta ... conservata re publica;* Lamb. e cod. ut ait, *bene gestæ ... conservatæ reip. testimonium dedit, et singulari genere.*—4 Ascon. *a trib. pl. dicere prohiberer ea, quæ c., cum is mihi tantummodo*

NOTÆ

[z] *Civicam coronam*] Ex Gell. v. 6. 'Civica corona appellatur, quam civis civi, a quo servatus est in prælio, testem vitæ salutisque perceptæ, dat. Ea fit ex fronde querna; quoniam cibus, victusque antiquissimus quernus capi solitus sit.'

[a] *Non, ut multis, bene gestæ, &c.*] Gloriatur hic Cicero honorem, qui nemini antea concessus fuerat, sibi decretum esse. Nam vulgo supplicationes eis decernebantur, qui bene rem in bello gesserant; at sibi, propter conservatam rempub. delatæ sunt, quando sine ferro, sine armis, a Catilinæ conjuratione rempub. vindicavit.

[b] *Supplicationis*] De his supplicationis honoribus dictum est fuse in Orat. in Catil. III. § 15. et pro Rab. § 61.

[c] *A tribuno plebis*] Mos fuit, ut cum deponerent magistratum, se nihil contra leges fecisse jurarent. At cum Cicero concionem tunc apud populum habere vellet, a Q. Metello Nepote prohibitus est, qui pro rostris subsellia collocavit, ne conscenderet; sed tantum permisit, ut ex inferiori loco magistratum ejuraret: quæ non usitata, sed nova jurisjurandi formula est, ait Plut. in Cic. Timebant vero tribuni plebis, ne qua populi seditio concitaretur.

[d] *Juratus ipse*] Audito Ciceronis juramento, quo se leges et rempub. servavisse testabatur, populus vicissim juravit ita esse, et illius opera conservatam fuisse rempub.

[e] *E foro reditus*] Sæpe honoris causa viros principes et bene meritos de repub. populus redeuntes e foro vel senatu domum deducebant, et comitabantur. Quod præcipue Ciceroni contigit, cum conjuratos jussit in carcere trucidari. Vide Plut. in Vita Cic.

nisi qui mecum esset,[5] civium esse in numero videretur. Atque ita est[f] a me consulatus peractus, ut nihil sine consilio senatus, [*p.* 81.] nihil non approbante populo Romano, egerim; ut semper in Rostris curiam, in senatu populum defenderim; ut multitudinem cum principibus, equestrem ordinem cum senatu conjunxerim. Exposui breviter consulatum meum.

IV. 8. Aude nunc,[g] o furia! de tuo dicere: cujus fuit[1] initium ludi Compitalitii,[h] tum primum facti post L. Metellum et Q. Marcium[i] consules, contra auctoritatem hujus ordinis: quos Q. Metellus, (facio injuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cujus paucos pares hæc civitas tulit, cum hac importuna bellua conferam) sed ille, designatus consul, cum quidam[2] tribunus[k] plebis, suo auxilio magistros, ludos[l] contra senatusconsultum facere jussisset, privatus[m] fieri vetuit; atque id, quod nondum potestate poterat,[n] obtinuit auctoritate. Tu, cum in III Kalendas

jurare; χ juraret; H *vitarem.*—5 H *qui non mecum esset.*

CAP. IV. 1 C H S χ *cujus sit.* Mox, *L. Luscellum et C. Marium* C H S χ. *L. Luscellum et C. Marcium* Erf. *L. Luscellium et C. Marium* edd. vett. *L. Aurelium et C. Marium* al. Paulo post, *qui illos* C H S χ. *cui paucos* Lamb. *hac* omisit Faërn.—2 Ed. Wald. Ven. 1480. Grut. *quidem.* Mox, *magnos ludos* C

NOTÆ

[f] *Atque ita est*] Brevem quasi gesti sui consulatus epilogum subjicit, ad aliam partem transiturus.

[g] *Aude nunc*] Jam aggreditur de Pisonis consulatu dicere, cujus indignitatem ostendit in hunc modum: pertinet ad consulem senatusconsulta tueri; at contra Piso ludos fieri, leges convelli, et alia ejusmodi passus est: Metellus, designatus consul, obtinuit ne ludi spectarentur; contra Piso consul fecit, &c.

[h] *Ludi Compitalitii*] Ludi Compitalitii dicti sunt a compitis, ubi in Larium honorem celebrabantur. Nullus eis dies certus præfinitus erat, sed non longe a Saturnalibus fuisse celebratos Dionysius lib. IV. testatur. Hi primum a Servio Tullio instituti sunt, sed sublatis collegiis aboliti sunt.

[i] *L. Metellum et Q. Marcium*] Consules fuerant novem abhinc annis.

[k] *Quidam tribunus*] Herennius, vel Mummius.

[l] *Magistros* [*magnos* [*ludos*] Videtur hæc vox *magnos* corrigenda; et loco ejus *magistros* reponendum.

[m] *Privatus*] Designatus quidem consul erat, sed tunc tantum privatus.

[n] *Potestate poterat*] Potestas respicit magistratum, et auctoritas personam.

Jan.[3] Compitaliorum dies incidissent,[o] Sex. Clodium, qui nunquam antea prætextatus[p] fuisset, ludos facere, et prætextatum volitare passus es, hominem impurum, atque non modo facie, sed etiam oculo tuo dignissimum. 9. Ergo[4] his fundamentis positis consulatus tui, triduo post, inspectante et tacente te, a P. Clodio, fatali portento prodigioque reipublicæ, lex Ælia et Fufia[q] eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque otii: collegia,[r] non ea solum quæ senatus sustulerat, restituta,[5] sed innumerabilia quædam nova ex omni fæce urbis ac servitio concitata. Ab eodem homine, in stupris inauditis nefariisque versato, vetus illa magistra pudoris et modestiæ,[6] severitas censoria,[s]

H S T χ, et edd. ante Grut. *magistros ludorum ludos* Ascon. unde Schutz. de Pighii conj. *magistros vicorum ludos*, probante Ernestio.—3 Ita Græv. et Schutz. *cum in Kalendas Januarias* Erf. codd. plerique, edd. ante Grut. item Oliv. Lall. probante Garat. *cum III Kalend. Jan.* Grut. e codd. Actutum, *Compitalitiorum* ed. Wald. Ven. 1480. *Capitoliorum* T. *dies incidisset* χ, Ascon. Lamb. Oliv. Lall.—4 *Ego* C H S χ. *et tacente tribuno a facili portento* C H S. Deinde, *lex Helya et Suffia* T. *versa est* C H S T. *leges Ælia et Fusia eversæ* Schutz. de conj. Pighii.—5 Ita codd. multi, edd. ante Ald. item Grut. et seqq. *restituta sunt* codd. aliquot, Ald. Lamb. *servitiorum concitatu* Ascon. *servitio constituta* Hervag. Naug. Faërn. Lamb. Lall.—6 Cod. χ *molestiæ*. C H S χ omittunt *censoria*. C S *cum tum interim . . . qui te consule cum Romæ*; H χ *eum Romæ*.

NOTÆ

[o] *Kal. Jan. C. dies incidissent*] Paucis diebus post Saturnalia, incidebat iste dies Compitaliorum, quæ Decembri mense celebrabantur. Compitalibus vero publice servi, et Saturnalibus domi, auctoritatem habebant.

[p] *Prætextatus*] Prætextæ tantum jus habuere magistratus, et qui ludis præerant.

[q] *Lex Ælia et Fufia*] De his dictum est in Orat. de Harusp. Resp. § 58.

[r] *Collegia*] Collegia dicebantur sodalitates et conventus certorum hominum artem aliquam certam factitantium, ut pistorum, sutorum, &c. Ea autem instituta fuisse a Numa Pompilio scribit Plut. in ejus Vita. Hæc quidem senatusconsulto sublata erant propter seditiones, at lege Clodia restituta sunt, ut comparatos sibi homines ad seditiones faciendas haberet.

[s] *Vetus illa . . . . censoria*] Censores per quinque annos suum gerebant magistratum. Eorum erat civium familias et facultates describere, invigilare moribus civitatis, populum in tribus partiri, legere tum senatus, tum equestris ordinis principem, cives improbos notare ignominia, &c. Tulit autem legem Clodius, ne quem censores in legendo præterirent, neve quem ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, et utriusque censoris sententia damnatus esset.

sublata est; cum tu interim, bustum[t] reipublicæ, qui te consulem tum Romæ dicis fuisse, verbo nunquam significaris sententiam tuam tantis in naufragiis civitatis. v. 10. Nondum, quæ feceris, sed quæ fieri passus sis, dico: neque vero multum interest, præsertim in consule,[u] utrum ipse perniciosis legibus, improbis concionibus rempublicam vexet, an alios vexare patiatur. An potest ulla esse excusatio, non dicam male sentienti, sed sedenti,[a] cunctanti, dormienti in maximo reipublicæ motu consuli? Centum prope annos legem Æliam et Fufiam tenueramus: quadringentos judicium notionemque[1] censoriam: quas leges ausus est non nemo improbus,[x] potuit quidem nemo convellere: quam potestatem minuere, quo minus de moribus nostris quinto quoque anno judicaretur, nemo tam effuse petulans conatus est. 11. Hæc sunt, o carnifex! in gremio sepulta consulatus tui. Persequere connexos his funeribus[y] dies. Pro[b] Aurelio[z] tribunali, ne connivente quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis, quam solitus eras, intuente, delectus[2] servorum habebatur[a] ab eo, qui nihil sibi unquam nec facere nec pati turpe duxit. Arma in templo Castoris,[b] (o prodi-

[a] *Oscitanti.* [b] *Prope.*

Cap. v. 1 C S χ *indicium rationemque;* Erf. et plerique codd. H T, item edd. ante Manut. *judicium rationemque.* Schutz. e conj. locum sic constituit, *Fusiam tenueramus: quas leges .... convellere; quadringentos .... censoriam.* Mox, *nemo unquam convellere* Ald. Crat. Hervag. Steph. Grut. contra codd. et edd. vett. Paulo post, *quantumvis effuse* Lamb.—2 C *solitis eras i. dilectus;* χ *solutus eras, &c.* Tum, *turpe esse dixit* C H S T χ. *turpe esse duxit* alii codd.

NOTÆ

[t] *Bustum*] Bustum nunc exustum cadaver, nunc et sepulcrum significat.

[u] *Præsertim in consule*] Consul invigilare debet patriæ, et seditiones, et injuriam omnem a civibus amovere.

[x] *Non nemo improbus*] Vatinium designat.

[y] *Connexos his funeribus*] Perturbationem totius reipub. et civium vexationem, quæ Clodio tribuno facta est, funera appellat.

[z] *Aurelio*] Tribunal illud ab Aurelio Cotta Aurelium dictum est. De hoc vide Orat. pro Sextio § 34.

[a] *Delectus servorum habebatur*] Deligebantur servi, qui omnium essent aptissimi ad cædem faciendam.

[b] *In templo Castoris*] Templum Cas-

tor[3] templorum[c] omnium!) vidente te, constituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit,[d] te consule, arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinii, bustum legum omnium ac religionum. Erat non solum domus mea, sed totum Palatium,[4] senatu, equitibus Romanis, civitate omni, Italia cuncta, refertum; cum tu non modo ad eum Ciceronem, (mitto enim domestica, quæ negari possunt; hæc commemoro, quæ sunt palam) non modo, inquam, ad eum, cui primam comitiis tuis[e] dederas tabulam[5] prærogativæ,[f] quem in senatu sententiam rogabas tertium,[g] nunquam aspirasti,[h] sed omnibus consiliis, quæ ad me opprimendum parabantur,[i] non interfuisti solum, verum etiam crudelissime præfuisti. VI. 12. Mihi vero ipsi, coram genero meo,[k] propinquo tuo, quæ dicere

et edd. ante Manut.—3 Edd. ante Ernesti, item Schutz. et Orell. *o proditor;* C *perditor.* Pro *constituebantur* χ habet *constituebatur.* Mox, *arcs civium* Erf. *aris civium* Pith.—4 *Palatium totum* Faërn. *senatus* χ.—5 Ita Franc. alii codd. cum edd. omnibus; *comitis tui desideraras tabulam* Erf. *comitiis desideras tabulam* Pith.

NOTÆ

tori, victis Latinis, ob beneficium victoriæ, A. Postumius dictator anno 258. in foro Romano posuit, quod longo post tempore, victis Dalmatis, Metellus Dalmaticus ex hostium manubiis, collapsum restituit.

[c] *Proditor templorum*] Elate id dicit, neque enim ulla templa violaverat Piso, sed templum Castoris, et ædem Nympharum, incendi a Publio Clodio impune permiserat.

[d] *Cui templum illud fuit*] Egregia amplificatio, ut pluribus verbis rei indignitatem ostendat.

[e] *Comitiis tuis*] Id est, comitiis aliquibus, quibus Piso præfuit.

[f] *Dederas tabulam prærogativæ*] Hoc est, feceras potestatem magistratum eligendi quem vellem. Est enim ‘ prærogativa ’ quædam antelatio. Unde tribus prærogativæ dicebantur, quæ primæ omnium sententiam rogabantur.

[g] *Rogabas tertium*] Pompeium primum, deinde Crassum, tum Ciceronem.

[h] *Nunquam aspirasti*] Desidiam notat Pisonis; cum enim ipse Cicero ab inimicis appeteretur, nunquam Piso consul conatus est ei opem ferre.

[i] *Parabantur*] Quæ a Clodio tribuno plebis contra Ciceronem parabantur, vidente Pisone facta sunt.

[k] *Coram genero meo*] Gener Ciceronis unus e Pisonum familia fuit, qui Tulliam Ciceronis filiam uxorem duxerat; quam, mortuo illo suo marito, Crassipedi dedit pater Cicero.

ausus es? egere, foris esse[1] Gabinium;[l] sine provincia stare non posse; spem habere a tribuno plebis,[m] si tua consilia cum illo conjunxisses; a senatu quidem desperasse:[n] [*p.* 82.] hujus te cupiditati obsequi, sicuti ego fecissem in collega meo;[o] nihil esse, quod præsidium[2] consulum implorarem; sibi quemque consulere oportere. Atque hæc dicere vix audeo: vereor, ne qui sit, qui istius insignem nequitiam,[3] frontis involutam integumentis, nondum cernat. Dicam tamen: ipse certe agnoscet, et cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur. 13. Meministine cœnum![p] cum ad te quinta fere hora[q] cum C. Pisone[r] venissem, nescio quo e gurgustio[4] [s] te prodire, involuto capite,[t] soleatum?[u] et, cum isto ore fœtido teterrimam nobis

CAP. VI. 1 Corruptum hoc videbatur Manutio. Mox, *te spem habere* Lamb. Pro *a tribuno plebis* Erf. habet *Clodio Antonio*, e gloss. *si* deest in C H S T χ. *conjunxeris, sed a senatu* C H S T χ, et edd. ante Manut. *conjurasses a senatu* Hotom. et Ursin. *conjunxeris a senatu* Garat.—2 Cod. χ *præsidio*.—3 Idem cod. *malitiam*. Idem paulo post, *certe cognoscet*.—4 Arusianus

NOTÆ

[l] *Egere, foris esse Gabinium*] Abrahamus illas voces de ære alieno, in quo erat Gabinius, intelligit; quia facile latitant debitores, et abesse se fingunt.

[m] *Spem habere a tribuno plebis*] Sperabat Gabinius se provinciam obtenturum a populo, rogante et intercedente pro eo Publio Clodio, tribuno plebis; cum aliter liberare se ære alieno non posset.

[n] *A senatu quidem desperasse*] Non potuit senatus ei provinciam denegare; nam legibus populi Rom. designatis consulibus decernendæ erant provinciæ. Quare hoc potius ad ornamenta provinciarum pertinet, veluti ad exercitum et pecuniam.

[o] *In collega meo*] Antonium collegam suum Cicero mitigavit, cedendo ei Macedoniam, quam sortitus erat.

[p] *Cœnum*] Jam sordes et perfidiam Pisonis exponit, a quo Clodianorum furoribus expositus est. Vocat autem illum cœnum, quasi tanta esset vitiorum fœditas, ut non tam cœnosus quam cœnum esse videretur.

[q] *Quinta fere hora*] Id est, quatuor fere horis ante solitum, cum tantum hora nona soliti essent mensis accumbere, juxta illud Martialis, 'Imperat exstructos frangere nona toros.'

[r] *Cum C. Pisone*] Hic C. Piso Ciceronis gener, et hujus Pisonis propinquus fuit.

[s] *E gurgustio*] Festus ait, gurgustium esse genus habitationis angustum, arundine et straminibus compositum.

[t] *Involuto capite*] Caput involvebant Romani libidini et crapulæ se daturi. Vide Hor. Sat. II. 7. 'Turpis odoratum caput obscurante lacerna.'

[u] *Soleatum*] Soleæ erant calceamenta, quibus plantarum calces tan-

popinam [x] inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari? quam nos causam cum accepissemus, (quid enim facere poteramus?) paulisper stetimus in illo ganearum tuarum [y] nidore atque fumo, unde tu nos, cum [5] improbissime respondendo, tum turpissime eructando ejecisti. 14. Idem illo fere biduo productus in concionem [z] ab eo, cui sic æquatum præbebas consulatum tuum, cum esses interrogatus, quid sentires [6] de consulatu meo; gravis auctor,[a] (Calatinus [b] credo aliquis, aut Africanus,[c] aut Maximus,[d] et non Cæsoninus [7] semiplacentinus [e] Calventius) respon-

quo te e gurg. Paulo post, *pompam inhalasses e. tu uti* H χ. *quod diceret* C S. *vinulentis* C. *vinolentis* χ.—5 Schutz. *tum;* C H S χ *tumen nos cum.* Pro *eructando* Lamb. dedit *ructando;* H *eruptando.*—6 Cod. χ *sentires eis.* Tum *gravius auctor* C.—7 Erf. Franc. 1. Pith. T, et edd. ante Hervag. *non Cæsonius;* χ *non Censonius.*

NOTÆ

tum infime tegebantur, et quæ teretibus habenis vincta erant. Quod calceamenti genus maxime ad fœminas pertinebat, et indecens viris habebatur. His tamen in conviviis utebantur, ut ante accubitum facilius eas deponerent. Vide Horat. in citata superius Sat.

[x] *Teterrimam nobis popinam*] Per metonymiam odorem popinæ significat, in qua ebrietati vacabant.

[y] *Ganearum tuarum*] Ganeæ loca sunt abdita, ac veluti defossa, ubi libidinibus et crapulæ indulgebant.

[z] *Productus in concionem*] Vocatus est Piso in concionem a Clodio tribuno plebis, ut suam sententiam de Ciceronis consulatu diceret.

[a] *Gravis auctor*] Ironia.

[b] *Calatinus*] De auctoritate Calatini loquitur Cicero de Senect. et de ejus paupertate Valer. Max. IV. 4. cujus attritæ manus rustico opere salutem publicam stabiliverunt.

[c] *Africanus*] Carbo P. Africanum a Numantia redeuntem, ab ipsa pæne porta in Rostra perductum, quid de Tiberii Gracchi morte, cujus sororem in matrimonio habebat, sentiret, interrogavit; ut auctoritate clarissimi viri, inchoato incendio, multum incrementi adjiceret. Respondit jure eum cæsum videri: cui cum succlamassent, Non efficietis, inquit, ut solutos verear, quos alligatos adduxi. Vide Val. Max. VI. 2.

[d] *Maximus*] Q. Fabius Maximus, qui Fabiæ genti, rebus præclare gestis, Maximi cognomen adeptus est, dictatura, consulatibus quinque, tribus triumphis, celeberrimus, et, ut ait Cic. de Senectute, cujus 'non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas.'

[e] *Semiplacentinus*] Semiplacentinus appellatur Piso, quia ex genere materno Placentinus erat: Calventius vero, quia Calventius, maternus avus, Placentiæ præco fuerat. De Pisonis genere dictum est in Orat. pro Sext.

des, altero ad frontem [f] sublato, altero ad mentum depresso supercilio, Crudelitatem [g] tibi non placere. VII. Hic te ille homo,[1] [h] dignissimus tuis laudibus, collaudavit. Crudelitatis tu, furcifer,[i] senatum consul in concione [2] condemnas? non enim me, qui senatui parui: [k] nam relatio [l] illa salutaris et diligens fuerat consulis; animadversio quidem et judicium, senatus: quæ cum reprehendis, ostendis, qualis tu, si ita forte accidisset,[3] fueris illo tempore consul futurus: stipendio, mehercule, et frumento Catilinam esse putasses juvandum. 15. Quid enim interfuit inter Catilinam, et eum, cui tu senatus auctoritatem, salutem civitatis, totam rempublicam, provinciæ præmio, vendidisti? Quæ enim L. Catilinam conantem consul prohibui, ea P. Clodium facientem consules adjuverunt. Voluit ille [4] senatum interficere; vos sustulistis: [m] leges incendere; vos abrogastis: [n] interire patriam; vos adjuvistis. Quid est, vobis consulibus,[5] gestum sine armis? Incendere illa conjuratorum manus voluit urbem; vos ejus

CAP. VII. 1 *Hic te homo* Faërn.—2 C *in concionem.* Mox *enim* omittunt Faërn. et χ. *delatio illa* Naug. et Lamb. *etiam diligens* H S. *fuerat bona consulis animadversio* C S χ. *fuerat bona consulis animadversio* T. *bona consulis* etiam Erf. Pith. unde Garaton. conjecit *boni consulis.*—3 Erf. et Pith. dederunt *si justitia accidisset.*—4 *Volunt illi* H S. *Voluit illi* C χ. Mox, *vos obrogastis* Faërnus. *interimere* Junt. ut volebat Ursin. *adjuvistis* suspectum est Ernestio et Garaton. *afflixistis* conj. Schutz.—5 *Quid est vobis consules* Erf. *Quid est a vobis quoque gestum* Franc. Paulo post, *prop-*

NOTÆ

[f] *Altero ad frontem*] Hyperbolice describit Pisonis habitum ac deformitatem.

[g] *Crudelitatem*] Quasi crudelis visus esset Cicero, cum conjuratos morte affecit.

[h] *Ille homo*] Clodius.

[i] *Furcifer*] Furciferi servi dicebantur a furca, quod ob commissum aliquod facinus, furcam collo gestarent. Ita Donatus.

[k] *Qui senatui parui*] Nam senatus decreto morte condemnati fuerant illi conjurationis Catilinariæ socii.

[l] *Nam relatio*] Cicero consul conjurationem a se detectam senatui tantum detulit.

[m] *Vos sustulistis*] Cum senatusconsultum factum esset, ut propter Ciceronem senatus vestem mutaret, consules prohibuere. Immo dixit Gabinius, 'errare homines, si etiam tum senatum aliquid in republica posse arbitrarentur.' Pro Sext. § 28.

[n] *Vos abrogastis*] Abrogarunt leges Gabinius et Piso, cum Clodio non obstitere, qui rogatione sua legem Æliam et Fufiam abrogabat.

domum,[o] quem propter urbs incensa non est. Ac ne illi[6] quidem, si habuissent vestri similem consulem, de urbis incendio cogitassent;[p] non enim se tectis privare voluerunt: sed his stantibus[q] nullum domicilium sceleri suo fore putaverunt: cædem illi[7] [r] civium, vos servitutem expetistis. Hic[8] vos etiam crudeliores. Huic enim populo ita fuerat, ante vos consules, libertas insita, ut emori potius, quam servire præstaret. 16. Illud vero geminum[a] [9] [a] consiliis Catilinæ et Lentuli, quod me domo mea expulistis,[b] Cn. Pompeium[b] domum suam compulistis: neque enim, me stante, et manente in urbis vigilia, neque resistente Cn. Pompeio, omnium gentium victore, unquam se illi rempublicam delere posse duxerunt. A me quidem etiam pœnas expetistis, quibus conjuratorum manes[c] mortuorum[10] ex-

[a] *Simillimum.* [b] *Misistis in exilium.*

ter quem Ven. 1480. Junt. Faërn. Lamb. in marg. ed. 1584.—6 *Ac ne ille* χ. —7 H *ille.*—8 *His* Manut. et Steph. *Hoc* conj. Orell. Infra *præstaret* suspectum est Ernestio.—9 *Illud vero gemendum* Franc. sed corr. intra lin. *geminum;* C S *geminium;* Budæus conj. *germanum.* Actutum, *consilii* C H S χ. *me* deest in T. *Cn. Pompeio omnium domum* χ. Vide paulo post.—10 Erf. *conjuratorum mees mort.* Pith. *conjuratorum manes mort.* Voc. *mortuorum*

NOTÆ

[o] *Vos ejus domum*] Ciceronis domum incendit, qui detexit consilium conjuratorum, qui urbem incendendam destinarant.

[p] *De urbis incendio cogitassent*] Volebant Catilinariæ conjurationis affines urbem incendere, ut in illa urbis perturbatione Ciceronem consulem interficerent; de quo interficiendo nunquam cogitassent, si Pisoni aut Gabinio in gerendo consulatu par fuisset. Vide Sallust. in Catil. Bel.

[q] *Sed his stantibus*] Non parietes significat, sed patres conscriptos; quasi diceret, quamdiu tales consules et senatores, quales isti sunt, permanebunt.

[r] *Illi*] Conjurati.

[a] *Illud vero geminum*] Id est, effecistis aliquid simillimum quod Catilina et Lentulus effecere.

[b] *Cn. Pompeium*] Domi se suæ continere Pompeius coactus est, quia deprehensus fuerat servus Clodii cum sica, ut Pompeium interficeret.

[c] *Manes*] Manes veteribus mortuorum animæ dicebantur. Festus autem scribit, manes Deos ab auguribus invocari, quod ii per omnia ætherea terrenaque manare credebantur: item Deos inferos atque superos dici, quos ideo invocabant augures, quod hi existimabantur vitæ hominum favere.

piaretis:[c] omne odium, inclusum nefariis sensibus impiorum, in me profudistis: quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto, vobis ducibus, mactatus essem.[d] Quod autem majus indicium[11] expectatis, nihil inter vos et Catilinam interfuisse, quam quod eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis? quod omnes undique perditos collegistis? quod in me carcerem effudistis?[e] quod conjuratos armastis? quod eorum ferro ac furori[12] meum corpus, atque omnium bonorum vitam objicere voluistis?

VIII. 17. [*p.* 83.] Sed jam redeo ad præclaram illam concionem tuam. Tu es ille, cui crudelitas displicet? qui,[1] cum senatus luctum[f] ac dolorem suum vestis mutatione declarandum censuisset, cum videres mœrere rempublicam amplissimi ordinis luctu, o noster[2] misericors! quid facis? quod nulla in barbaria quisquam tyrannus: omitto enim illud, consulem edicere,[g] ut senatus senatusconsulto

[c] *Placaretis.*

gloss. videbatur Abramio.—11 C H S T χ *judicium.* Paulo post, *reliquis concitatis* Erf.—12 Ita Erf. Pal. 2. Grut. et seqq. *ac furori* omittunt C H S T χ, et edd. ante Grut.

CAP. VIII. 1 Ita ed. Wald. Ven. 1480. Junt. Manut. Lamb. in marg. ed. 1584. et Schutz. *cui* Faërn. Lamb. 1566. Grut. reliqui.—2 Cod. χ *o nostri.* H T *omitto enim illum.* Mox, *senatus* deest χ. *non obtemp.* in eodem cod. *ut*

NOTÆ

[d] *Mactatus essem*] Respicit ad antiquum morem, quando ad busta mortuorum humanæ victimæ mactabantur.

[e] *Carcerem effudistis*] Ex ergastulis servi et scelerati homines educti sunt, ut seditio concitaretur.

[f] *Senatus luctum*] Cum lata fuisset lex a Clodio, ut Cicero abiret in exilium, reus Cicero, ut Plutarchus scribit, vestem mutavit, et sordidatus populo supplicavit. Cum Cicerone omnis primum fere equester ordo vestem mutavit; eumque nobilissimi adolescentes numero ad viginti millia sordidati, deprecatores illius salutis, comitabantur. Deinde cum senatus frequens convenisset, ut vestem, tanquam in publico luctu, mutandam censeret, idque consules Piso et Gabinius vetarent, et Clodius cum armis ad curiam versaretur, senatores non pauci e senatu, vestibus discissis, et clamore sublato, se proripuerunt.

[g] *Consulem edicere*] Absente Pisone, cum senatus in æde Concordiæ haberetur, omnes boni, veste mutata, se pro Ciceronis capite, ad pedes Gabinii projecerunt: quorum precibus ab illo repudiatis, L. Mummius ad senatum de republica retulit, se-

ne obtemperet; quo fœdius nec fieri, nec cogitari quicquam potest: ad misericordiam redeo ejus, cui nimis videtur senatus in conservanda patria fuisse crudelis. 18. Edicere est ausus cum illo suo pari,[h] quem tamen omnibus vitiis superare cupiebat, ut senatus, contra quam ipse censuisset, ad vestitum rediret.[3] Quis hoc fecit[4] ulla in Scythia[i] tyrannus, ut eos, quos luctu afficeret, lugere non sineret? Mœrorem relinquis;[k] mœroris aufers insignia: eripis lacrymas, non consolando, sed minando. Quodsi vestem non publico consilio, patres conscripti, sed privato officio, aut misericordia mutavissent, tamen, id iis[5] non licere per interdicta[d] crudelitatis tuæ, potestatis erat non ferendæ: cum vero id senatus frequens censuisset, ordines reliqui jam ante fecissent; tu, ex tenebricosa popina consul extractus, cum illa saltatrice[l] tonsa,[m] senatum populi Romani[6] occasum atque interitum reipublicæ lugere vetuisti. IX. At quærebat[1] etiam paulo ante de me, quid suo mihi opus fuisset auxilio; cur non meis inimicis, meis copiis

[d] *Edicta.*

senatusconsulto ne obtemperetur Taurin.—3 C S χ *redire.*—4 *Quis hoc facit* C H S T χ, et edd. ante Manut. *luctu afficere* χ. *mœrorem non relinquis* C H S T χ. Paulo post, *sed nominando* T.—5 Taurin. *sed his.* Idem mox, *per interdicta potestatis tuæ crudelitatis erat;* Ven. 1480. et Junt. *per interdictum.* Deinde, *censuisset, et omnes ordines reliqui* Taurin.—6 Ald. et al. ante Faërn. *senatum reip.* T omittit *populi Romani*, et pro *occasum* habet *occisum.* Tum *reipublicæ* deest in C H S χ, Rom. Ven. 1483. Ald. et al. vett. extat in codd. Faërni, Ven. 1480. Junt. Lamb. et Faërn.

NOTÆ

natusque frequens vestem pro Ciceronis salute mutandam censuit: sed consules edixerunt, ut ad suum vestitum senatores redirent.

[h] *Suo pari*] Pisone.

[i] *Scythia*] Scythia provincia Asiæ gemina fuit, cujus olim populi nullas urbes habuere, nulla mœnia, domos suas secum ferentes; unde ab Horatio 'profugi' dicuntur.

[k] *Mœrorem relinquis*] Summo dolore totam rempublicam affecit Ciceronis exilium.

[l] *Illa saltatrice*] Gabinium in fœminino genere saltatricem appellat, propter mores ejus effœminatos. Saltatricem porro vocat, quia post ejectum Ciceronem, dicitur in convivio nudus saltavisse.

[m] *Tonsa*] Tonsum esse ante paucos annos in deliciis haberi cœperat, cum antea, ad urbis conditæ annum quinquagesimum quartum supra quadringentesimum, populus Rom. intonsus fuisset.

restitissem. Quasi vero non modo ego, qui multis sæpe auxilio fuissem,[2] sed quisquam tam inops fuerit unquam, qui, isto non modo propugnatore, tutiorem se, sed advocato,[n] aut astipulatore,[o] paratiorem fore putaret. 19. Ego istius pecudis[p] ac putidæ[3] carnis consilio scilicet, aut præsidio niti volebam? ab hoc ejecto cadavere[q] quicquam mihi aut opis, aut ornamenti[e] expetebam? Consulem ego tum requirebam,[4] consulem, inquam, non illum quidem, quem in hoc majali invenire non possem, qui tantam reipublicæ causam gravitate et consilio suo tueretur, sed qui, tanquam truncus atque stipes, si stetisset modo, posset sustinere tamen titulum consulatus. Cum enim esset omnis causa illa mea consularis et senatoria,[r] auxilio mihi opus fuerat[5] et consulis et senatus; quorum alterum etiam ad perniciem meam erat a vobis consulibus conversum;[s] alterum reipublicæ penitus ereptum.[t] Attamen,[6] si

[e] *Gloriæ.*

CAP. IX. 1 *At quærebatur* χ. *suo* deest in T.—2 Taurin. *fuerim.* Paulo post, *aut ad stipulatorem* χ.—3 Idem cod. Ven. 1480. Junt. *putridæ.* Actutum, *canis* de Fabri conj. Lamb. in marg. ed. 1584. *volebam niti* Taurin. *aut operis, aut orn.* T. *expectabam* C H S χ, edd. ante Faërn. et Lamb.—4 Taurin. *quærebam.* Verba, *consulem, inquam, n. i. q. quem,* desunt in χ. Mox, pro *majali,* quod servant Taurin. Isidor. Orig. II. 39. Grut. seqq. *animali* exhibent Erf. Franc. C H S T χ, edd. ante Grut. etiam Faërn. et Lamb. *non possum* χ. Deinde, *et* deest in T. *suo* deest in χ.—5 Schutz. de Ernestii conj. *opus erat.* H S *et consulto senatus;* χ *et consulis senatus.*—6 *Ac tamen* χ, aliique codd. Faërn. Lamb. Græv. Paulo post, *cum illo bustario* C H S T.

NOTÆ

[n] *Sed advocato*] Asconius Verrin. I. advocatum in judicio dicit eum esse, qui vel jus suggerit, vel præsentiam suam amico commodat. Etenim moris erat in judiciis tum privatis, tum publicis, amicos omnes advocare, quorum auctoritate moveri judices putabantur.

[o] *Astipulatore*] Astipulator dicitur, qui vadimonii testis adhibetur.

[p] *Istius pecudis*] De Pisone loquitur, a quo auxilium non petiit, quia propter stoliditatem nihil agere in republica poterat.

[q] *Ejecto cadavere*] Proprie ejectum cadaver de eo dicitur, quod fluctibus agitatum ad terram ejicitur; vel de eo etiam cadavere, cui honos sepulturæ non redditur, quod summe ignominiosum fuit apud veteres.

[r] *Consularis et senatoria*] Cicero fuerat consul, et tum erat senator.

[s] *A consulibus conversum*] Non potuit Cicero expectare auxilium a consulibus Pisone et Gabinio, quia ambo se Ciceronis inimicos declaraverant.

[t] *Ereptum*] Ab iisdem consulibus

consilium exquiris meum; neque ego cessissem,[u] et me ipsa suo complexu patria tenuisset, si mihi cum illo bustuario gladiatore,[x] et tecum, et cum collega tuo decertandum fuisset. 20. Alia enim causa[y] præstantissimi viri, Q. Metelli,[z] fuit: quem ego civem, meo judicio, cum Deorum immortalium laude conjungo; qui C. illi Mario, fortissimo viro, et consuli, et sextum consuli, et ejus invictis legionibus, ne armis confligeret, cedendum esse duxit. Quod mihi igitur[8] certamen esset hujusmodi? cum C. Mario scilicet, aut cum aliquo pari, an cum altero, barbaro Epicureo,[a] cum altero, Catilinæ laternario?[b] quos neque hercule ego, neque supercilium[9] tuum, neque collegæ tui

Deinde, *et cum Gabinio collega* Taurin.—8 C H S χ omittunt *igitur*. Mox, *barbato Epicuro* H et Junt. *barbaro Epicuro* C S, Gryph. Lamb. Orell. *barbato Epicureo* Ald. Hervag. Naug.—9 Orell. e Taurin. emend. *laternario, consule?*

NOTÆ

tota auctoritas senatui erepta fuerat. Unde nihil ab eo auxilii sperare potuerat Cicero.

[u] *Neque ego cessissem*] Maluit Cicero cedere ei, et abire in exilium, quam certando cum consulibus Pisone et Gabinio, et Clodio tribuno plebis, exponere seditionibus rempublicam.

[x] *Bustuario gladiatore*] Clodium significat, qui, ut scribit Dio lib. XXXIX. cum lex ad populum de revocando Cicerone ferretur, acceptis a fratre Appio gladiatoribus, quos ille in funere Marci propinqui sui daturus erat, impetu in multitudinem facto, multos vulneravit, multosque occidit. 'Bustuarius' porro dicitur a 'busto,' ubi scilicet mortuorum cadavera comburebantur.

[y] *Alia enim causa*] Reddit jam rationem, quare noluerit Clodio resistere.

[z] *Q. Metelli*] Metellus maluit abire in exilium, quam in Gracchorum leges jurare, cum Apuleius Saturninus, Mario consule confisus, minatus est se interdicturum aqua et igne, qui juramentum retractarent. Vide Plutarchum in Mario.

[a] *Cum aliquo . . . barbaro [barbato] Epicureo*] Pisonem intelligit, qui Epicuri sectæ adhærebat. 'Barbatum' vero vocat, quia prisci illi philosophi barbam alebant ad severitatis ostensionem.

[b] *Catilinæ laternario*] Gabinium denotat, qui comes Catilinæ nocturno tempore ibat ad stupra. Unde in Catil. I. sic ait de eo, 'cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem prætulisti?' Alibi Gabinii virum Catilinam appellavit; videturque hic etiam eandem obscœnitatem significare. Appellat igitur 'laternarium;' quod ut heri pueros, qui laternas gestant, a tergo sequuntur, sic Catilina Gabinio adolescenti, quasi laternario,

cymbala [c] ac crotala [d] fugi: neque tam fui timidus, ut, qui in maximis turbinibus [e] ac fluctibus reipublicæ navem gubernassem, salvamque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ [10] tui contaminatum spiritum [f] pertimescerem. 21. Alios ego vidi ventos: alias prospexi animo procellas: aliis impendentibus tempestatibus non cessi, sed his unum me pro omnium salute obtuli. Itaque discessu tum meo omnes illi nefarii gladii de manibus crudelissimis exciderunt: cum quidem tu, o vecors et amens! cum omnes boni [g] abditi inclusique mœrerent, templa gemerent, [*p.* 84.] tecta ipsa urbis [11] lugerent, complexus es illud funestum animal,[h] ex nefariis stupris, ex civili cruore,[i] ex omnium scelerum importunitate, et flagitiorum impunitate concretum, atque eodem in templo,[k] eodem et loci vestigio et temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris [l] abstulisti. X. 22. Quid ego illorum dierum epu-

Neque hercule ego supercilium; edd. ante Ald. *laternario? quos neque hercule ego supercilium.* '*τὸ quos* ortum est e *cos.* pro *consule.*' Orell. *lanternario* C H S T. *quos quidem* T. *neque* ante *supercilium* omittunt C H S T χ. Mox, *cymbala ac* omittunt C H S T χ: *ac crotala* omittit Taurin. Deinde, *qui in m. tempestatibus* Marc. Capella Rhet. p. 423. *in* omittit Faërn.—10 Ita plerique codd. et edd. *aut collegæ* Taurin. et Orell. ut conj. Schutz. *et collegæ* Mart. Capella; *tum frontis tui, &c.* Lamb. contra omnes codd. et edd.—11 Faërn. *urbis ipsa;* H omittit *ipsa.* Mox, *funestum illud animal* Taurin. Tum *importunitate* suspectum habebat Manut. *ex omnium scelerum et flagitiorum im-*

NOTÆ

perpetuo a tergo affixus esset.

[c] *Cymbala*] Cymbalum genus est instrumenti musici ex ære, concavum illud, et quod ad saltandum pulsabatur, quo in Deorum Matris sacris, et in bello Arabes utebantur.

[d] *Crotala*] Crotalum musicum instrumentum est, quod pulsum in sono vocem ciconiæ imitatur; ipsa enim apud Ægyptios crotalus appellatur.

[e] *Maximis turbinibus*] Per metaphoram intelligit Catilinæ conjurationem, quam exstinxit.

[f] *Contaminatum spiritum*] Vult significare libidines obscœnas Gabinii.

[g] *Cum omnes boni*] Hyperbolice crudelitatem Pisonis describit.

[h] *Funestum animal*] Clodium intellige, qui incestum cum sororibus commisit, et mulieris habitu in operta Bonæ Deæ stupri causa ingressus est.

[i] *Ex civili cruore*] Clodii factionibus multi cives interfecti sunt, cum de exilio et reditu Ciceronis actum est.

[k] *Eodem in templo*] Castoris.

[l] *Arbitria ... funeris*] Arbitria funeris dicebantur ea, quæ pro mer-

las, quid lætitiam et gratulationem tuam, quid cum tuis sordidissimis gregibus [m] intemperantissimas [1] perpotationes prædicem? quis te illis diebus sobrium, quis agentem aliquid quod esset libero dignum, quis denique in publico vidit? cum collegæ tui domus cantu et cymbalis personaret, cumque ipse nudus in convivio saltaret: in quo ne tum quidem, cum illum suum saltatorium versaret orbem,[a] fortunæ rotam pertimescebat. Hic autem [n] non tam concinnus helluo, nec tam musicus, jacebat in suo Græcorum [2] fœtore atque vino: quod quidem istius, in illis reipublicæ luctibus, quasi aliquod Lapitharum [o] aut Centaurorum [p] convivium ferebatur; in quo nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, an vomuerit, an effuderit. 23. Tu etiam [3] mentionem facies consulatus tui? aut te fuisse Romæ consulem dicere audebis? Quid? tu in lictoribus,[q] in toga et prætexta esse consulatum putas? quæ ornamenta [r] etiam in

[a] *Converteret se in orbem saltando.*

portunitate concretum conj. Garat. *ex omni scelerum importunitate conceptum* Taurin. *impuritate* Junt. Deinde, *eodem loci vest.* Taurin. et Junt.

Cap. x. 1 C H S T, edd. ante Grut. etiam Faërn. et Lamb. *intemperatissimas.* Paulo post, *tui domus cantus* χ. *cum quidem ipse nudus* Taurin. *in quo cum illum saltatorium versaret orbem, ne tum quidem fort.* in eodem cod. probante Peyron.—2 Ita omnes fere codd. et edd. *in suorum Gr.* Taurin. et Orell. *in suo et Gr.* Schutz. e conjectura. Mox, *luctibus symposium* e codd. Lamb. Infra potius leg. esse *symposium ferebatur* dubitanter suspic. Garat. *ac Centaur.* conj. Garat. Deinde, *aut vomuerit* Lamb. 1584. Grut. Græv. —3 *Tum etiam* χ, Ven. 1483. *Tunc etiam* Taurin. et Orell. Mox, *tui* omittit Taurin. *quid tum in lict.* H S χ. *quid tum in litoribus* C. *et in toga prætexta* Orell. e conj. Garat. *in toga prætexta* suspic. Turneb. *esse consulatus* H S χ.

NOTÆ

cede Libitinariorum, et eorum omnium qui funera curabant, decernebantur.

[m] *Sordidissimis gregibus*] Videtur designare Epicureos, quibuscum intemperantissime Piso vivebat.

[n] *Hic autem*] Piso.

[o] *Lapitharum*] Lapithæ populi Thessaliæ sunt, qui Pindum et Othryn montes habitant.

[p] *Centaurorum*] Centauri populi sunt in Thracia, circa Pelion montem, qui primi equos domuere. Hi cum in nuptiis Pirithoi, vino pleni, sponsam rapere conati essent, a Theseo et Lapithis partim cæsi, partim fugati sunt.

[q] *Lictoribus*] Affert magistratus consularis insignia, quæ fuere prætexta, sella curulis eburnea, fasces securibus ornati, qui duodecim ipsis præferebantur.

[r] *Quæ ornamenta*] Ornamenta consularia Piso permisit Sexto Clodio,

Sex. Clodio, te consule, esse voluisti. Hujus tu Clodiani canis[4] [s] insignibus consulatum declarari putas? animo consulem esse oportet, consilio, fide, gravitate, vigilantia, cura; toto denique munere consulatus omni officio tuendo; maximeque, id quod vis nominis ipsa præscribit, reipublicæ consulendo.[5] Ego consulem esse putem, qui senatum esse in republica non putavit? et sine eo consilio consulem numerem, sine quo Romæ ne reges quidem esse potuerunt? [t] Etenim illa[6] jam omitto: cum servorum delectus [u] haberetur in foro; arma in templum Castoris luce et palam comportarentur; id autem templum, sublato aditu, revulsis gradibus, a conjuratorum reliquiis, atque a Catilinæ prævaricatore [x] quondam, tum ultore, armis teneretur; cum equites Romani[7] relegarentur,[y] viri boni lapidibus e foro pellerentur, senatui non solum juvare rempublicam, sed ne lugere quidem liceret; cum civis is, quem hic ordo, assentiente Italia cunctisque gentibus, conservatorem patriæ ju-

Verba, *quæ ornamenta ... declarari putas*, desunt in C.—4 Ita codd. plerique, cum edd. Ald. et seqq. *His tu, Clodiane canis* Orell. cum Lamb. *Hujus tu Clodiane canis* Rom. *Hujus tu Clodianæ canis* Ven. 1483. Junt.—5 Hæc verba, *tuendo; m. id q. v. n. ipsa p. r. consulendo*, desunt in C H S T χ, et edd. ante Grut. qui ea addidit e codd. Erf. et Pall. *omni officio* omittit Manut. *ipsa* deest in Grut. et Ernesti errore typogr.—6 *Etenim illam* χ. Mox, *in templo Castoris* C H S T χ, alii codd. et edd. ante Lamb. non improbante Garat. *luce palam* H et Orell. prob. Garat. *sublato adito* C S T. *a conj. reliquis* C. *utque a Cat.* H. *atque* deest in T.—7 *Romani* deest in χ. *religaren-*

NOTÆ

cum ludos exhibere Compitalitios ei concessit. De his ludis dictum est.

[s] *Clodiani canis*] Intelligit Sextum Clodium, qui perpetuo fidus comes Publio Clodio in vexanda republica adhæsit.

[t] *Ne reges quidem esse potuerunt*] Romulus senatum instituit, qui centum senatoribus conflatus est, quos sibi consiliarios in administrando imperio cooptavit, ut scribit Liv. lib. I.

[u] *Servorum delectus*] Non fas fuit ad arma ferenda servos colligere.

[x] *Prævaricatore*] Prævaricator dicitur, qui diversam partem adjuvat, sua causa prodita. Talis autem fuit Clodius, cum Catilinam accusare repetundarum simulavit; qui, corruptis ab eodem Clodio judicibus, absolutus est, ut Plutarchus et Asconius Pedianus referunt.

[y] *Equites Rom. relegarentur*] Elate hoc dicit; nam solus Lamia, princeps equestris ordinis, relegatus est a Gabinio, cum pro Cicerone intercedere voluit.

dicarat,[8] nullo judicio, nulla lege, nullo more,[z] servitio atque armis pelleretur, non dicam auxilio vestro, quod vere licet dicere, sed certe silentio; tum Romæ fuisse consules quisquam existimabit? 24. Qui latrones igitur, si quidem vos consules?[9] qui prædones,[a] qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? XI. Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas consulis: non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit levitas ista, non egestas animi: non infirmitas ingenii sustinet, non insolentia[b][1] rerum secundarum tantam personam, tam gravem, tam severam. Seplasia,[2][b] mehercle, ut dici audiebam, te, ut primum aspexit, Campanum consulem[c] repudiavit. Audierat Decios, Magios,[d] et de Taurea illo Jubellio[3][e] aliquid acceperat: in quibus si moderatio illa, quæ in nostris solet esse consulibus, non fuit; at fuit pompa, fuit species, fuit incessus saltem Seplasia dignus et Capua. 25. Gabinium denique si vidissent duumvirum vestri illi unguentarii, citius agnovissent.[c] Erant illi comti capilli,

[b] *Novitas.* [c] *Vidissent lubentius.*

tur C S.—8 C S χ *judicant;* H *judicavit.* Paulo post, *certo silentio* C H S χ.—9 Verba, *igitur, si q. v. consules,* desunt in T, qui mox habet *nominabantur.*

CAP. XI. 1 Cod. χ *insolentiam.*—2 *Selapsia* in eodem codice.—3 *Vibullio*

NOTÆ

[z] *Nulla lege, nullo more*] Vide Orat. pro Sext. § 16.

[a] *Qui prædones*] Proprie prædones dicuntur, qui cum bellum non indixerint, tamen hostiliter grassantur.

[b] *Seplasia*] Seplasia platea fuit, sive vicus Capuæ, ubi unguentarii negotiabantur.

[c] *Campanum consulem*] Cum Cæsar consul coloniam Capuam deduxisset, duumviros ei Pisonem socerum, et Pompeium generum præfecit. Sibi autem Piso consulis nomen arrogavit. Sensus igitur est: Statim atque te duumvirum aspexit Seplasia, te incultum ac sordidum, atque hoc quasi indignum munere, aspernata est.

[d] *Decios, Magios*] Exempla confert eorum qui olim Capuæ magna tum ingenii, tum rerum gestarum gloria floruerunt. Decius ille Magius a Velleio, lib. II. princeps Campaniæ nominatur.

[e] *Taurea illo Jubellio*] Taureas Jubellius vir inter Campanos fortissimus fuit, qui singulari certamine Asellium Romanum superavit.

et madentes cincinnorum fimbriæ,4 [f] et fluentes [g] cerussatæque [h] buccæ, dignæ Capua, sed illa vetere: [i] nam hæc quidem, quæ nunc est, splendidissimorum hominum, fortissimorum virorum, optimorum civium, [*p.* 85.] mihique amicissimorum multitudine redundat: 5 quorum Capuæ te prætextatum [k] nemo aspexit, qui non gemeret desiderio mei; [l] cujus consilio cum universam rempublicam, tum illam ipsam urbem meminerant esse servatam. Me inaurata statua [m] donarant: me patronum [n] unum asciverant: a me se habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur: me et præsentem [o] contra latrocinium tuum suis decretis legatisque defenderunt, 6 et absentem, [p] principe Cn. Pompeio

C H S. *Belio* T.—4 Servius ad Virg. Georg. I. 120. *fibræ.* Actutum, *et fl. pulsatæque* C H S T. *et fl. pulsatiæque* χ.—5 C H χ *redundant.* Tum *desiderio meo* χ. *meminerat esse* in eodem cod. *statua donarunt* T. *a me si haberem* C H S χ. *fortunatos liberos* C H. *fortunatus; lib.* S. *fortunam; lib.* Ven. 1480.—6 Ita plurimi codd. et edd. *defenderant* codd. Faërni, T, Ven.

NOTÆ

[f] *Madentes cincinnorum fimbriæ*] Gabinius gerebat capillos vibratos in cincinnos, et, velut fimbrias, promissos, unguentis delibutos. Per unguenta vero intelligit liquores pretiosos et odoratos, quibus caput ad fastum delicatuli aspergebant.

[g] *Fluentes*] Fluebant buccæ Gabinii, fortasse propter balbutiem, quam affectabat venustatis causa; nam, ut ait Ovid. Art. Am. lib. III. 'In vitio decor est, quædam male reddere verba: Discunt posse minus, quam potuere, loqui.'

[h] *Cerussatæ*] Cerussatæ, id est, tinctæ cerussa. Porro cerussa fuit genus quoddam pigmenti, quo se, ad candorem sibi adhibendum, illinibant.

[i] *Sed illa vetere*] Capuæ olim luxus et superbia longe potentius dominabantur, quam istis Ciceronis temporibus.

[k] *Prætextatum*] Duumviri illi magistratus apud Capuanos jus habebant prætextæ.

[l] *Desiderio mei*] Ciceronem optabant duumvirum Campani, non Pisonem.

[m] *Inaurata statua*] Campani inaurata statua Ciceronem donaverunt, propter aliquod haud dubie beneficium, quod ab illo acceperant; sed quale illud fuerit nusquam reperitur.

[n] *Patronum*] Ex Romuli instituto, permissum est plebeiis ex patriciis sibi assumere quos vellent, qui ipsorum causas susciperent; ex quo illi quidem patroni, hi vero clientes dicebantur. Hoc idem jus postea ad civitates transmissum est, quibus liberum fuit sibi patronos Romæ asciscere, qui eas defenderent.

[o] *Et præsentem*] Censet Abrahamus, venisse Capuam Ciceronem, cum abiret in exilium, et communi totius civitatis voce Romam legatos missos esse, qui pro eo deprecarentur.

[p] *Absentem*] Cum Cicero ab Ca-

referente, et de corpore reipublicæ tuorum scelerum tela[q] revellente, revocarunt. 26. An tu eras[7] consul, cum in Palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus injectis, instigante te? Ecquod[8] in hac urbe majus unquam incendium fuit, cui non consul subvenerit? At tu[9] illo ipso tempore, apud socrum tuam[r] prope a meis ædibus, cujus domum ad meam exhauriendam patefeceras, sedebas, non exstinctor, sed auctor incendii, et ardentes faces furiis Clodianis[s] pæne ipse consul ministrabas. XII. An vero reliquo tempore consulem te quisquam duxit?[1] quisquam tibi paruit? quisquam in curiam venienti assurrexit?[t] quisquam consulenti respondendum putavit? numerandus est ille annus denique in republica, cum obmutuisset senatus, judicia conticuissent, mœrerent boni, vis latrocinii vestri tota urbe volitaret, neque civis unus ex civitate, sed ipsa civitas tuo et Gabinii sceleri furorique cessisset?

27. At ne tum[2] quidem emersisti, lutulente Cæsonine, ex miserrimis naturæ tuæ sordibus; cum experrecta tandem virtus clarissimi viri,[u] celeriter et verum amicum,[x] et op-

1480. Faërn. Lamb. Orell. probante Garat. *et absente* C T. *principe civium Cn. Pomp.* conj. Orell. *referentem* χ. *tela evellente* H. *revocarant* Lamb. e conjectura.—7 *An tum eras* H S T χ.—8 *Et quod* C H S T.—9 *An tu* χ. Tum, *cujus domum ad meam domum* C H S T.

CAP. XII. 1 C H S T χ *dixit*. Actutum, *quisquam disparuit* T. *q. disperavit* C S. *q. disparavit* H. *q. desperavit* χ. *in curia* T, Lamb.—2 *Anne tu* χ. *Ac ne tum* Lamb. e Faërni conj. *lutulente Cæso* Erf. C H S T χ. *lutulente*

NOTÆ

puanis profectus fuisset in exilium, Pompeius, qui tunc duumvir erat apud illos, de Cicerone in eorum senatu retulit.

[q] *Tuorum scelerum tela*] Metaphora sumta a vulneribus, quasi grave aliquod vulnus inflictum fuisset reipublicæ a Pisone, cum abire in exilium Ciceronem permisit.

[r] *Apud socrum tuam*] Quæ fuerit illa ignoratur, quia auctores Romani vix in familiis fœminarum nomina appellarunt.

[s] *Furiis Clodianis*] Intelligit viros seditiosos, qui a Clodio concitati sunt.

[t] *Venienti assurrexit*] Venientibus consulibus, equo obvii equites descendebant, caput detegebant, de via cedebant, assurgebant; minores magistratus fasces submittebant.

[u] *Clarissimi viri*] De Pompeio loquitur, qui visus primum fuerat Ciceronem deseruisse, cum a Clodia-

time meritum civem, et suum pristinum morem requisivit: neque est ille vir passus, in ea republica, quam ipse decorarat atque auxerat, diutius vestrorum scelerum pestem morari: cum tamen ille, qualiscumque est, qui est ab uno te improbitate victus, Gabinius,[3] collegit ipse se, vix, sed collegit tamen, et contra suum Clodium, primum simulate, deinde non libenter, ad extremum [y] tamen pro Cn. Pompeio vere vehementerque pugnavit. Quo quidem in spectaculo mira populi Romani æquitas[4] erat: uter eorum perisset, tanquam lanista [z] in ejusmodi pari, lucrum fieri putabat; immortalem vero quæstum, si uterque cecidisset. 28. Sed ille tamen[5] [a] agebat aliquid: tuebatur auctoritatem summi viri.[b] Erat ipse sceleratus,[6] erat gladiator: cum scelerato tamen, et cum pari gladiatore pugnabat. Tu, scilicet homo religiosus [c] et sanctus, fœdus, quod meo sanguine in pactione provinciarum [d] iceras,[7] frangere noluisti: caverat enim

Cæsoni al. ap. Græv. Mox, *cum experta* C H S T χ. *viri celeritate* C.—3 *Gabinius* delendum censebat Muret.—4 C H S *mira reip. æquitas;* χ *mira r. p. æquitas;* al. ap. Græv. *mira reip. Romanæ æquitas;* et sic edd. ante Faërn.—5 *Sed ille tum* T.—6 *Erat ipse sceleratus* desunt in ed. Ernesti, errore typogr.

NOTÆ

nis oppressus est; sed qui, facti pœnitens, de illius reditu, amicorum adjutus opera, egit, ut Plutarchus scribit.

[x] *Verum amicum*] Cicero Pompeio semper studuerat.

[y] *Ad extremum*] Scribit Dio lib. XXXVIII. Tigranem juniorem, qui in vinculis apud Lucium Flavium tenebatur, a Clodio, pecunia corrupto, emissum fuisse. Quod cum Pompeius et Gabinius moleste ferrent, Clodius eos conviciis affecit: immo, quos secum comites habebant, vulneribus affecit, consulis fasces fregit, et ejus bona consecravit. Iratus Pompeius, de revocando Cicerone cogitavit, referente ad populum Mummio tribuno plebis.

[z] *Lanista*] Lanista dicebatur qui gladiatores ad mutuam lanienam instituebat. Vult igitur significare Cicero, populi Romani non interfuisse, sive Clodius, sive Gabinius, in illa dissensione periisset, cum par lucrum ex unius morte, et ex utriusque quæstum immortalem consecutus esset. Alludit autem ad lanistas, qui lucrum se facere putant, cum ex duobus gladiatoribus alter occiditur, quia ejus alendi et docendi munere liberantur.

[a] *Sed ille tamen*] Id est, Gabinius.

[b] *Summi viri*] Pompeii.

[c] *Homo religiosus*] Ironia.

[d] *In pactione provinciarum*] Clodius, ut sæpe dictum est, pollicitus fuerat, se Pisoni Macedoniam pro-

sibi ille sororius adulter,[e] ut, si tibi provinciam, si exercitum, si pecuniam ereptam ex reipublicæ visceribus[f] dedisset, omnium suorum scelerum socium te[8] adjutoremque præberes. Itaque in illo tumultu fracti fasces;[g] ictus ipse:[h] quotidie tela, lapides, fugæ: deprehensus denique cum ferro[i] ad senatum[9] is, quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat. XIII. 29. Et quis[1] audivit non modo actionem aliquam, aut relationem, sed vocem omnino, aut querelam tuam? Consulem tum[2] te fuisse putas, cujus in imperio, qui rempublicam, senatus auctoritatem servarat, [idemque in Italia,] qui omnes omnium gentium partes[k] tribus triumphis devinxerat, is se in publico tuto statuit esse non posse? An tum eratis consules, cum, quacumque de re verbum facere cœperatis, aut referre ad senatum, cunctus ordo reclamabat, ostendebatque, nihil esse vos acturos, nisi prius de me retulissetis? cum vos, quanquam fœdere obstricti[3][l] tenebamini, tamen cupere vos diceretis, sed lege impediri? 30. Quæ lex[4] privatis hominibus

—7 C H S T χ *jeceras*. C H S *frangere voluisti*.—8 Pronomen *te* deest in χ.—9 Lamb. conj. *in senatu*.

Cap. XIII. 1 *Ecquis* Faërn. Lambin. Orell. Verba, *non modo a. a. aut relationem* desunt in T.—2 *Consulem tu* C H S, Venet. 1483. Juntin. Hervag. Faërn. Lambin. *Consulem tute* χ. *Consulem tum* Erfurt. T, Venet. 1480. Ald. Gruter. seqq. *cujus imperio* C T. *senatus auctoritate* C H S T χ, edd. ante Lambin. item Lall. et Orell. Paulo post *servaret* C H. Dein, *idemque in Italia* de Ernesti suspicione delevit Schutz. *is se in Italia* conj. amicus Ursini; *is neque in Italia* de Manutii conj. Lall. *itemque in Italia* conj. Lamb.—3 Cod. χ *vos aucturos* . . . *cum vos q. f. astricti*. Mox, *sed leges* C.—4 Hæc omnia, *Quæ lex, &c.* usque ad *aut, si ad nos, nihil ad hoc tempus*,

NOTÆ

vinciam, et Gabinio Syriam daturum, si a se ejici in exilium Ciceronem paterentur.

[e] *Sororius adulter*] Clodius cum sorore incestum commiserat.

[f] *Ex reipub. visceribus*] Ærarium publicum intelligit, unde pecuniam Clodius extraxit.

[g] *Fracti fasces*] Vide superius, not.

[h] *Ictus ipse*] Gabinius.

[i] *Deprehensus cum ferro*] Servus Clodii ad interficiendum Pompeium.

[k] *Omnes omnium gentium partes*] Pompeius 1. ex Africa, 2. ex Europa, 3. ex Asia triumphavit. Vide Plin. VIII. 16.

[l] *Fœdere obstricti*] Privata pactione tenebantur obstricti consules Clodio favere pro Cicerone ejiciendo.

esse lex non videbatur, inusta per servos, incisa per vim, imposita per latrocinium, [*p*. 86.] sublato senatu, pulsis e foro bonis omnibus, capta republica contra omnes leges, nullo scripta more;[m] hanc qui se metuere dicerent, hos consules,[5] non dicam animi hominum, sed fasti ulli ferre possunt? Nam, si illam legem non putabatis,[6] quæ erat (contra omnes leges) indemnati civis atque integri capitis[n] bonorumque tribunicia proscriptio; hac tamen obstricti pactione[o] tenebamini; quis vos non modo consules, sed liberos fuisse putet, quorum mens fuerit oppressa præmio, lingua astricta mercede? Sin illam vos soli legem putabatis;[7] quisquam vos consules tunc fuisse, aut nunc esse consulares putet, qui ejus civitatis, in qua in principum numero vultis esse, non leges, non instituta, non mores,[8] non jura noritis? 31. An, cum proficiscebamini paludati[p] in provincias vel emtas,[q] vel ereptas,[r] consules vos quis-

cap. XXVIII. § 68. desunt in T. *esse lex* delet Schutz. *videbatur justa* χ. Ernesti conj. *jussa*. Paulo post, *pulsis enim foro* χ. *nulla scripta* in eodem cod. *more* deest in Pith.—5 Ita Pith. Græv. Lall. Schutz. Orell. *hos* omittunt alii, etiam Faërn. et Lamb.—6 C H S, Ven. 1480. 1483. Lamb. 1584. Grut. Græv. *putabitis*.—7 Ita C H S χ, alii codd. et edd. fere omnes; *putabitis* Grut. et Ernesti errore typogr.—8 Grut. Græv. O iv. omittunt *non*

NOTÆ

[m] *Nullo scripta more*] Moris erat, ut lex, quam ferri volebant tribuni, per trinundinum scripta populo proponeretur.

[n] *Integri capitis*] Integrum caput in jure dicitur, quod diminutum non est: diminutus autem quis capite dicitur, cum ordine ac jure sibi proprio movetur, in quo caput, sive numerum obtinebat.

[o] *Obstricti pactione*] Macedoniam provinciam Pisoni, Syriam Gabinio, Clodius promiserat, si Cicero ejiceretur.

[p] *Paludati*] Cum qui mittebantur in provinciam senatusconsulto, atque in ea imperium lege obtinuerant, tum vero aut sponte sua, aut senatusconsulto paludati exibant, nuncupatis prius votis in Capitolio pro repub. Tum paludamento, lictoribus, insignibusque imperii ceteris assumtis, recto itinere ibant ad urbis portam, ad quam veteri instituto salutati, inde ut continuo, amicis officii causa aliquanto viæ spatio prosequentibus, ac bene ominantibus, in provinciam iter ingrediebantur. Paludamentum autem vestis imperatoria fuit, cocco, purpura, et auro distincta, qua consules et prætores in provinciam exeuntes amicti fuere. Vide Varr. de Ling. Lat. lib. VI.

[q] *Vel emtas*] Suas provincias Piso et Gabinius a Clodio emerant, ea conditione, ut eum in perdendo Ci-

quam putavit?[9] Itaque, credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando;[a] at ominibus[10] saltem bonis,[s] ut consules, non tristissimis, ut hostes aut proditores, prosequebantur.

XIV. Tune etiam, immanissimum ac fœdissimum[1] monstrum! ausus es meum discessum illum, testem sceleris et crudelitatis tuæ, maledicti et contumeliæ loco ponere? Quo quidem tempore cepi, patres conscripti, fructum immortalem vestri in me et amoris et judicii;[b] qui non admurmuratione,[2] [t] sed voce et clamore, abjecti hominis et semivivi furorem petulantiamque fregistis. 32. Tu luctum senatus,[u] tu desiderium equestris ordinis,[x] tu squalorem Italiæ, tu curiæ taciturnitatem[y] annuam, tu silentium perpetuum judiciorum ac fori, tu cetera illa[z] in maledicti[3] loco pones, quæ meus discessus reipublicæ vulnera inflixit? Qui si[4] calamitosissimus fuisset; tamen misericordia dignior quam contumelia, et cum gloria potius esse

[a] *Frequentando atque honestando.* [b] *Æstimationis.*

mores.—9 Ernesti conj. *putabat.*—10 Cod. χ *omnibus.* Deinde, *persequebantur* C H S.

CAP. XIV. 1 H *fetidissimum.*—2 Cod. χ *ad murmurationem.*—3 Lamb. *tu cetera illa maledicti.*—4 *Quasi* C H S χ. A verbis *tamen misericordia* incipit

NOTÆ

cerone adjuvarent.

[r] *Vel ereptas*] Ereptæ sunt senatui illæ provinciæ, quia non tam senatus auctoritate, ad quem pertinebat provincias dare, quam improbitate Clodii illis consulibus decretæ sunt.

[s] *Ominibus bonis*] Exeuntibus in provincias consulibus fausta omina cives et amici precabantur. At tantum abfuit, ut populus faustis precationibus quasi bonos consules, ut velut hostes et reip. proditores execrationibus eos prosequeretur.

[t] *Admurmuratione*] Id est, tacito murmure, quod inter audientes sic excitatur, ut inde quid approbent, quid improbent, liceat conjicere.

[u] *Luctum senatus*] Senatus vestem mutandam pro exilio Ciceronis censuit, ut fit in luctu.

[x] *Desiderium equestris ordinis*] Totus fere equester ordo cum Cicerone vestem mutavit.

[y] *Curiæ taciturnitatem*] Placuit senatui, nihil in repub. decernere, nulla de re agere, nisi Cicero ab exilio revocaretur.

[z] *Cetera illa, &c.*] Id est, cetera illa vulnera quæ meus discessus, &c. sunt enim illa omnia reipub. quidem vulnera, quæ discessus Ciceronis imposuit, sed agente, et feriente Pisone consule. Sic interpretatur Hotomannus.

conjunctus, quam cum probro, putaretur; atque ille dolor meus duntaxat, vestrum quidem scelus ac dedecus haberetur: cum vero [5] (forsitan hoc, quod dicturus sum, mirabile auditu esse videatur; sed certe id dicam, quod sentio) cum tantis a vobis, patres conscripti, beneficiis affectus sim, tantis honoribus; non modo illam calamitatem esse non duco; sed, si quid mihi potest a republica esse sejunctum, quod vix potest; privatim ad meum nomen augendum, optandam duco mihi fuisse illam expetendamque fortunam. 33. Atque, ut tuum lætissimum diem cum tristissimo meo conferam, utrum tandem bono viro et sapienti optabilius putas, sic exire a patria,[6] ut omnes sui cives salutem, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi accidit; an, quod tibi proficiscenti evenit, ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam viam et perpetuam esse vellent? Mihi, medius fidius,[a] in tanto omnium mortalium odio, justo præsertim et debito, quævis fuga[7] potius, quam ulla provincia esset optatior.

XV. Sed perge porro: nam si illud meum turbulentissimum tempus profectionis[1] tuo tranquillissimo præstat, quid conferam reliqua, quæ in te dedecoris plena fuerunt, in me dignitatis? 34. Me Kalendis Jan.[b] qui dies post obitum occasumque nostrum[2] reipublicæ primus illuxit, frequentis-

Fragm. cod. Vaticani.—5 Ita Erf. Pall. Vat. Ald. Grut. seqq. *tum vero* C H S χ, edd. ante Lamb. etiam Faërn. *tibi vero* Lamb. 1566. Paulo post, *tantisque honoribus* Vat. et Orell. Dein, *esse non dico* Vat. et H. *privatum ad meum n. a. optandum* χ. *dico* H.—6 Codd. Faërni, Vat. Lamb. Orell. *exire e patria*. Actutum, *ut omnes ei sui* Lamb. in marg. ed. 1584. Tum, *proficiscenti in provinciam* cod. Faërni, Vat. in marg. et Lamb. *male precarentur* desunt in H.—7 Erf. Franc. Pith. Vat. C H S χ *ejus fuga*; Junt. *ejusmodi fuga*. Vat. Taurin. cod. Faërni, et Lamb. omittunt *potius*, probante Peyron. *potior* Erf. Franc.

CAP. XV. 1 Taurin. omittit *profectionis*. Actutum, *tuo tranquillimo* C.—2 Taurin. *vestrum*, probante Peyron. Paulo post, *ac fortissimo* Vat. Taurin. Faërn. *populo Romano* desunt in codd. Faërni, Vat. Taurin. et in edd. Faërn. Lamb. Orell. probante Garat. *populi Romani* legit Gulielm. ex uno cod. et

NOTÆ

[a] *Medius fidius*] Vide Orat. pro Milone § 77. ubi de ea voce plura.

[b] *Kalendis Jan.*] P. Lentulus, simul ac de solenni religione retulit, nihil humanarum rerum sibi prius, quam de Cicerone agendum judicavit.

simus senatus,[c] concursu Italiæ, referente clarissimo atque fortissimo viro, P. Lentulo, consentiente populo Romano, atque una voce revocavit: me idem senatus exteris nationibus,[d] me legatis magistratibusque nostris auctoritate sua, consularibus literis, non, ut tu Insuber[3] dicere ausus es, orbatum patria, sed ut senatus illo ipso tempore appellavit, civem conservatorem reipublicæ, commendavit: ad meam unius salutem, senatus auxilium omnium civium cuncta ex Italia, qui rempublicam salvam esse vellent, consulis voce et literis implorandum putavit: [*p.* 87.] mei capitis servandi[4] causa Romam uno tempore, quasi signo dato,[e] Italia tota convenit:[f] de mea salute, P. Lentuli, præstantissimi viri atque optimi consulis, Cn. Pompeii, clarissimi atque invictissimi civis, ceterorumque principum, celeberrimæ[5] et gratissimæ conciones fuerunt. De me senatus ita decrevit, Cn. Pompeio auctore, et ejus sententiæ principe,[6][g] ut, si quis impedisset reditum meum, in hostium

sic edidit Lall.—3 Ita conj. Turneb. Lamb. in marg. ed. 1584. Grut. et seqq. *insuper* habent C H S, Taurin. Erf. Faërn. alii codd. et edd. ante Junt. *semper* Vat. *nuper* Junt. Lamb. 1566. Mox, *civem servatorem* Taurin. Vat. Lamb. 1566. *civem servatoremque* cod. Faërni. Deinde, *unius hominis salutem* Vat. Taurin. Faërn. Lamb. *civium* omittunt Vat. Faërn. Lamb.—4 Taurin. *conservandi.*—5 Ita Ald. Hervag. Grut. Græv. Schutz. *civitatis celeberrimæ* Taurin. Vat. Erf. C H S χ, alii codd. Rom. Venett. 1480. 1483. Junt. Faërn. Lamb. Orell. *et gravissimæ* Venet. 1480. Junt. Manut. Steph. contra codd.—6 Cod. χ omittit *principe.* Pro *putaretur* C habet *poneretur;* Vat. et Lamb. *reputaretur.* Actutum, *hisque verbis* Taurin. Junt. *eisque verbis* cod. Faërni. Pro *ea de me* codd. Faërni, Vat. et Lamb. exhibent *eadem.* Deinde *restitutioque*

NOTÆ

[c] *Frequentissimus senatus*] Affuerunt in Capitolio quadringenti et decem senatores, qui Ciceronem revocandum censuerunt.

[d] *Exteris nationibus*] Plutarchus in Cicerone refert scripsisse senatum ut exteræ civitates laudarentur, quæ Ciceronem exceperant.

[e] *Quasi signo dato*] Respicere videtur ad populi Romani morem, qui in maximis reipub. motibus vexilla e Capitolio proferebat, quorum altero purpureo pedites, altero cœruleo equites ex agris, locisque finitimis convocabantur.

[f] *Italia tota convenit*] Decrevit senatus, ut iis, qui ex tota Italia salutis M. Tullii causa convenerant, gratiæ agerentur.

[g] *Sententiæ principe*] Princeps sententiæ dicitur, qui primus eam aperuit, quam pars maxima reliquorum sequitur. Censuit vero Pompeius Ciceronem tum senatus, tum populi auctoritate revocandum esse.

numero putaretur: iisque verbis ea de me senatus auctoritas declarata est, ut nemini sit triumphus honorificentius, quam mihi salus restitutioque perscripta.[c] 35. De me, cum omnes magistratus promulgassent,[h] præter unum prætorem,[i] a quo non fuit postulandum,[d] fratrem inimici mei, præterque duos[7] [k] de lapide emtos[l] tribunos plebis, legem comitiis centuriatis[m] tulit P. Lentulus consul de collegæ Q. Metelli[n] sententia; quem mecum eadem respublica, quæ in tribunatu ejus disjunxerat, in consulatu, virtute optimi[o] ac justissimi viri, sapientiaque, conjunxit. 36. Quæ lex[p] quemadmodum accepta sit,[8] quid me attinet dicere?[q] ex vobis audio, nemini civi ullam, quo minus adesset, satis justam excusationem esse visam: nullis comitiis unquam,[r] neque[9] multitudinem hominum tantam, neque splendidi-

[c] *Decreta.* [d] *Nihil fuit sperandum.*

præscripta χ.—7 Schutz. *præterque duo;* χ *præterquam duos.* Mox, *tribunus* H. *plebis* omittunt Ascon. Arusian. Taurin. C H S χ, Rom. Venet. 1483.—8 Taurin. *recepta, omisso sit.* Mox, *satis* omittunt Manut. Steph.—9 Ita Vat. cod. Faërn. Lamb. Schutz. Orell. *nec* C H S χ, Rom. Venett. 1480. 1483. Junt. *neque* omittunt Ald. Hervag. Grut. Græv. Oliv. *neque splendorem* codd.

NOTÆ

[h] *Omnes magistratus promulgassent*] Promulgare aliud nihil est, quam legem per trinundinum publice legendam populo proponere: tantum autem ad prætores et tribunos legem promulgare pertinuit.

[i] *Unum prætorem*] Appium Clodium, fratrem Pub. Clodii.

[k] *Præterque duos*] Sextum Attilium Serranum, et Num. Quintium.

[l] *De lapide emtos*] Id est, corruptos pecunia; alludit autem ad illos præcones, qui in lapide stantes, auctiones proclamabant; vel ad illos servos venalitios, qui in illo lapide insidebant.

[m] *Comitiis centuriatis*] Comitia centuriata dicebantur, in quibus populus, in centum turmas divisus, suffragium ferebat.

[n] *Q. Metelli*] Metellus ille, affinis Clodio, cum tribunus esset, legem tulit de revocando in Italiam Pompeio cum exercitu, sed huic obstitit Cicero consul. Inde exortæ inimicitiæ.

[o] *Virtute optimi*] Publius Servilius Metellum cum Cicerone adhuc exulante reconciliavit.

[p] *Quæ lex*] Lex de suo reditu, quam tulit P. Lentulus. De ea fuse dictum est in Orat. pro Sextio.

[q] *Quid me attinet dicere*] Certius de iis, quæ pro eo revocando facta sunt, dici ab aliis, quam ab eo potest, cum absens exularet.

[r] *Nullis comitiis unquam*] Ex oratione Pro Domo sua constat 'nullis unquam comitiis Campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum, floruisse.'

orem fuisse: hoc certe video, quod indicant tabulæ publicæ,[s] vos rogatores,[t] vos diribitores,[10] [u] vos custodes [x] fuisse tabularum: et, quod in honoribus vestrorum propinquorum non facitis, vel ætatis excusatione, vel honoris, id in salute mea, nullo rogante, vos vestra sponte fecistis.

XVI. 37. Confer nunc,[1] [a] Epicure noster, ex hara producte,[b] non ex schola, confer, si audes, absentiam tuam cum mea. Obtinuisti provinciam [c] consularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ, non quos [2] lex generi tui [d] pepigerat: nam, lege Cæsaris justissima atque optima, populi liberi [e] plane et vere erant liberi: lege autem ea,[f] quam nemo legem, præter te et collegam tuum, putavit, omnis erat tibi Achaia, Thessalia, Athenæ, cuncta Græcia addicta: habebas exercitum tantum, quantum tibi non se-

Faërni, H S, Rom. Venet. 1483. Lamb. probante Garat.—10 Ita Vat. Naug. Manut. Steph. Faërn. Lamb. Lall. Schutz. Orell. *distributores* ceteri. Deinde, *tabellarum* Lall. e codd. et Orell.

CAP. XVI. 1 *Confer te nunc* Vat. *ex ara* H.—2 Cod. χ *quod l. c. t. non quod.* Paulo post, *erant* deest in Vat. et Lamb. *plane et vere erant liberi* de-

NOTÆ

[s] *Tabulæ publicæ*] Referebantur in tabulas quæcumque gesta essent in comitiis; eæque, tanquam publicæ fidei instrumenta, asservabantur.

[t] *Vos rogatores*] Rogatores appellat, qui Ciceronis reditum populum rogaverunt.

[u] *Diribitores*] Diribitores dicuntur, qui tabulas distribuunt. Vide Orat. post Red. in Senat. § 27.

[x] *Custodes*] Custodes seu observatores illi sunt, qui actiones notant, animadvertunt, quasique speculantur, ne quid fraudis admittatur in suffragiorum distributione.

[a] *Confer nunc*] Nunc suum exilium cum Pisonis absentia confert.

[b] *Ex hara producte*] 'Ex hara productum' proverbiali figura dicitur, Erasmo teste, si quid indoctum notetur. 'Hara' porro stabulum porcorum est.

[c] *Provinciam*] Consularis provincia dicebatur, quæ consulibus decernebatur, qualis tum fuit Macedonia.

[d] *Generi tui*] Pisonis Cæsar gener fuit; nam filiam ejus Calpurniam uxorem acceperat.

[e] *Populi liberi*] Tulit C. Julius Cæsar consul cum Bibulo anno urbis conditæ 693. ut Achaia, Thessalia, cuncta Græcia, liberæ essent, neque magistratibus populi Romani jus dicere liceret.

[f] *Lege autem ea*] Tulit legem Clodius tribunus plebis, ut Gabinio Syria, Babylon, Persæ; Pisoni Macedonia, Achaia, Thessalia, Græcia, omnisque Bœotia proconsulari imperio mandaretur; iisque cum exercitu in eas provincias ituris pecunia ex ærario attribueretur.

natus aut populus Romanus dederat, sed quantum tua libido conscripserat: ærarium exhauseras. 38. Quas res gessisti in imperio,[3] [g] exercitu, provincia consulari? quas res gesserit, quæro: qui, ut venit, statim . . . (nondum commemoro rapinas, nondum exactas pecunias, non captas, non imperatas, non neces sociorum,[h] non cædem hospitum,[i] non perfidiam, non immanitatem, non scelera prædico: mox, si videbitur, ut cum fure, ut cum sacrilego, ut cum sicario, disputabo; nunc meam spoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris[k].) Quis unquam provinciam cum exercitu obtinuit, qui nullas ad senatum literas miserit? tantam vero provinciam cum tanto exercitu, Macedoniam præsertim, quæ tantis barbarorum[4] gentibus attingitur,[l] ut semper Macedonicis imperatoribus iidem fines provinciæ fuerint, qui gladiorum[m] atque pilorum:[n] ex qua

sunt in χ. Idem cod. *Thessaliæ.*—3 Codd. Faërni, Vat. Lamb. *gessisti imperio.* Verba, *gessisti in i. e. p. consulari*, desunt in χ. Verba, *qui ut venit statim*, uncis inclusit Schutz. Post hæc multa de Pisonis facinoribus desiderari demonstratum ivit Lagomarsinius. Mox, *non exactas* Vat. Faërn. Lamb. *captas* omittit χ. *non cædes* Vat. Deinde, *ut cum sacrilego, cùm sicario* C H S. *despoliatam* χ. *conferam* deest in H.—4 C *barbareorum.* Codd. Faërni, Vat. item Lamb. 1566. habent *quam tantæ barbarorum gentes attingunt.* Actutum, *ut s. Macedonibus* H S χ, et plerique ante Faërn. et Lamb. qui *Macedonicis* dederunt e Vat. et Venet. 1480. Tum, *qui gladiatorum* C H S. Pro *consu-*

NOTÆ

[g] *Imperio*] Imperium jus fuit habendi exercitum, gerendi bellum, et totam rem bellicam administrandi, ut testatur Sigonius de Antiquo Jure Provinc. II. 6.

[h] *Non neces sociorum*] Rabocentum, principem Bessicæ gentis, trecentis talentis Piso, regi Cotto cum aliis legatis venditum, securi percussit. De hoc inferius.

[i] *Cædem hospitum*] Platorem suum hospitem apertis venis mori imperavit.

[k] *Imperatoris*] Pisonem ironice imperatorem nominat.

[l] *Barbarorum gentibus attingitur*] Macedoniam a Septemtrione Thraces finitimam habent, qui teste Herodoto post Indos numerosissimi sunt populi, et Thucydide, longe cædibus omnium deditissimæ.

[m] *Qui gladiorum*] Vult indicare, quod Macedonia, ab eo tempore, quo in eam Romani imperatores missi sunt, non aliis limitibus, quam eorum armis circumscripta fuit.

[n] *Pilorum*] Pilum genus quoddam armorum fuit quod ut hastile, ad medium usque quadratum erat, et quod ferro quadrato præfigebatur. Vide Lips. de Milit. Rom.

aliquot prætorio imperio, consulari quidem nemo rediit, qui incolumis [a] fuerit, qui non triumpharit.[5] Est hoc novum: multo illud magis: appellatus est hic vulturius [o] illius provinciæ (si Diis placet [p]) imperator. XVII. 39. Ne tum [1] quidem, Paule noster,[q] tabulas Romam cum laurea mittere audebas? Misi, inquit. Quis unquam [2] recitavit? quis, ut recitarentur, postulavit? nihil enim mea refert, utrum tu, conscientia oppressus scelerum tuorum, nihil unquam ausus sis scribere ad eum ordinem,[r] quem despexeras, quem afflixeras, quem deleveras, an amici tui tabulas abdiderint,[s] [*p.* 88.] iidemque silentio suo temeritatem atque audaciam tuam condemnarint. Atque haud scio, an malim [t] te videri nullo pudore [3] fuisse in literis mittendis, amicos tuos plus habuisse et pudoris et consilii, quam aut

[a] *Indemnatus.*

lari, quod servant codd. Faërni, Vat. Lamb. seqq. *consularis* habent C H S χ, Venet. 1480. al. vett. *redit* C H S χ.—5 Codd. Faërni, Venet. Lamb. 1566. Lall. Orell. *quin triumpharit.*

CAP. XVII. 1 *Ne tu* C H S χ. *tabellas cum laurea Romam* Ascon. Lamb. in marg. 1584. Lall. e codd. probante Garat. Pro *Misi* C H χ habent *mihi.*—2 *Quis inquam* χ. *nihil enim jam mea refert* C S χ, Venett. 1480. 1483. Lamb. *nihil enim non mea refert* H. *nihil enim mea jam refert* codd. Faërni, Vat. Orell. *utrum tua* C H S χ. Paulo post, *quem desperasses* χ. *tui tabellas* Vat. Faërn. Lamb. Lall. Orell. *abdiderunt* C H S χ. *condemnarunt* H.—3 Cod. χ *ullo pudore.* Mox, *an amicos tuos* Vat. edd. ante Lamb. item Faërn. Grut. Græv. Orell. *et amicos tuos* conj. Lamb. *an* de Grævii conjectura delerunt Ernesti

NOTÆ

[o] *Vulturius*] Vulturium Cicero Pisonem invidioso vocabulo nominat, quasi rapacem, et illius provinciæ direptorem, sumta a vulture metaphora, ave rapacissima.

[p] *Si Diis placet*] Ironia.

[q] *Paule noster*] L. Paulus de Macedonia triumphavit iterum consul anno urbis conditæ 585. qui literas laureatas, seu lauro involutas, miserat ad senatum.

[r] *Ad eum ordinem*] Ad senatum.

[s] *Tabulas abdiderint*] Mittebantur ad amicos literæ, quas tum vel abdebant, si ita visum esset, aut perferebant ad senatum, ubi legebantur.

[t] *Atque haud scio, an malim*] Sic hujus orationis sensus dilemmate explicatur: Literæ tuæ vel sunt missæ, vel non missæ; si missæ sunt, multos eas damnavisse oportuit; si non sunt missæ, in causa fuit scelerum tuorum conscientia. Ejusdem igitur sceleris est, aut impudentem te in literis mittendis fuisse, aut pudentem in supprimendis.

te videri pudentiorem fuisse quam soles, aut tuum factum non esse condemnatum judicio amicorum. 40. Quodsi non tuis nefariis in hunc ordinem contumeliis in perpetuum tibi curiam præclusisses;[b] quid tandem erat actum aut gestum in illa provincia,[4] de quo ad senatum cum gratulatione aliqua scribi abs te oporteret? vexatio Macedoniæ? an oppidorum turpis amissio? an sociorum direptio? an agrorum depopulatio? an munitio Thessalonicæ?[u] an obsessio militaris viæ? an exercitus nostri interitus, ferro,[5] fame, frigore, pestilentia? Tu vero, qui ad senatum nihil scripseris, ut in urbe nequior inventus es, quam Gabinius, sic in provincia paulo tamen, quam ille, demissior. 41. Nam ille gurges atque helluo, natus abdomini suo,[6][x] non laudi atque gloriæ, cum equites Romanos in provincia, cum publicanos,[y] nobiscum et voluntate et dignitate conjunctos,[z] omnes fortunis, multos fama vitaque privasset; cum egisset aliud nihil in illo exercitu,[7] nisi ut urbes depopularetur, agros vastaret, exhauriret domos, ausus est (quid enim ille non auderet?) a senatu supplicationem[a] per literas postulare. XVIII. O Dii immortales! tune etiam,[1] atque adeo vos, geminæ voragines scopulique reipublicæ, vos meam fortunam deprimitis? vestram extollitis? cum de me ea

[b] *Alienasses a te senatum.*

et Schutz. *plus habuisse pudoris* Vat. *prudentiorem* H χ.—4 Vat. Faërn. Lamb. in marg. 1584. *in illa provincia;* unde *in illa tua provincia* conj. Orell. Mox, *Macedonum* C.—5 Idem cod. *in te* [lacuna] *ferro.*—6 Idem cod. *natus* [lacuna] *suo.* Voc. *abdomini* deest etiam in χ. *laudi et gloriæ* Faërn. *et dignitate* desunt in χ.—7 Vat. Faërn. Lamb. Orell. *nihil illo exercitu*, probante Garat. Iidem mox, *non audeat.*

NOTÆ

[u] *Thessalonicæ*] Vide Orat. de Provinciis Consul. § 4.

[x] *Natus abdomini suo*] Nati abdomini dicuntur, qui voluptatibus irretiti sese in omnem libidinem effundunt.

[y] *Publicanos*] De iis sæpius dictum in orat.

[z] *Nobiscum et voluntate et dignitate conjunctos*] Cicero consul publicanos, qui omnes ex equitibus assumebantur, cum senatoribus dissentientes conciliavit.

[a] *Supplicationem*] Id est, preces publicas, quæ in ejus gratiam Diis immortalibus fierent, quasi rem bene gessisset.

senatusconsulta absente facta sint,[2] eæ conciones habitæ, is motus fuerit municipiorum [b] et coloniarum omnium, ea decreta publicanorum, ea collegiorum, ea denique generum ordinumque omnium, quæ ego non modo [3] optare nunquam auderem, sed cogitare non possem: vos autem sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subieritis. 42. An ego, si te et Gabinium cruci suffixos [4] viderem, majore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quam afficior ex famæ? Nullum est [5] supplicium putandum, quo affici casu aliquo etiam boni viri fortesque possunt. Atque hoc quidem etiam isti tui dicunt voluptarii Græci: [c] quos utinam ita audires, ut erant audiendi! nunquam te in tot flagitia ingurgitasses. Verum audis in præsepibus; [d] audis in stupris; audis in cibo et vino. Sed dicunt isti [6] ipsi, qui mala dolore, bona voluptate definiunt, sapientem, etiamsi in Phalaridis tauro [e] inclusus, succensis ignibus torreatur, dicturum tamen, suave illud esse, seque [7] ne tantulum quidem commoveri: tantam virtutis esse vim voluerunt, ut non posset unquam esse vir bonus non beatus. 43. Quæ est igitur pœna? quod supplicium? Id mea sententia, quod accidere nemini potest, nisi nocenti; suscepta

CAP. XVIII. 1 Pith. C H S *tunc etiam*.—2 C H S χ *facta sunt*. C H *hæ conc*.—3 Codd. Faërni, Vat. et Lamb. in marg. ed. 1584. *quæ non modo ego*. Mox, *fœdissimas t. notas* χ.—4 H S *fixos*. Pro *ex famæ*, quod habent codd. Faërni, Vat. alii codd. Lamb. Græv. Schutz. Orell. *ex infamia* legitur in ceteris.—5 *Nullum esse* C H S χ. *viri* deest in iisdem codd. *fortesque possent* C.—6 Ald. et al. ante Lamb. omittunt *isti*.—7 Ita Vat. Faërn. Lamb. seqq. *seseque* edd. vett. Pro *ne* χ habet *ut*. Mox, *vim*

NOTÆ

[b] *Municipiorum*] Municipia ea hominum genera dicuntur, qui cum Romam venissent neque cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Rom. præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo.

[c] *Voluptarii Græci*] Intelligit philosophos illos, aut certe Epicureos, qui summum bonum in voluptate ponebant.

[d] *In præsepibus*] Per præsepia hic intelligit lupanaria et popinas, ubi porcorum instar voluptuosi homines obscœnis se vitiis immergunt.

[e] *Phalaridis tauro*] Phalaris, Agrigentinorum tyrannus, in tauro aëneo, quem ei Perillus quidam ædificaverat, novo supplicii genere sontes concremabat.

fraus,[f] impedita et oppressa mens conscientia,[8] bonorum omnium odium, nota justi[g] senatus, amissio dignitatis. XIX. Nec mihi ille M. Regulus,[h] quem Carthaginienses, resectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necaverunt, supplicio videtur affectus; nec C. Marius,[i] quem Italia servata ab illo, demersum[k] in Minturnensium[1] paludibus, Africa[l] devicta ab eodem, expulsum et naufragum vidit: fortunæ enim ista tela sunt, non culpæ; supplicium autem est pœna peccati: neque vero ego, si unquam vobis mala precarer, quod sæpe feci, (in quo Dii immortales meas preces audiverunt) morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer. Thyestea[m] ista execratio est,[2] poëtæ,[n] vulgi animos, non sapientum, moventis:

'Ut tu naufragio expulsus, uspiam saxis fixus asperis,
Eviscceratus latere penderes (ut ait ille) saxa spargens
tabo,
Sanie, sanguine atro.' . . .

esse . . . esse unquam codd. Faërni, Vat. et ed. Orell.—8 Codd. Faërni, Vat. et Lamb. omittunt *conscientia*, et mox *omnium*. Deinde, *nota justa senatus* Vat. Schutz. Orell. probante Garat. *non jussu senatus* Erf. Pith. *nota inusta a senatu* conj. Faërn. satis ingeniose, inquit Lamb. *amissitudo dignitatis* C.

CAP. XIX. 1 *Mintunensium* C. Mox, *et naufragium vidit* χ.—2 Codd. Faërni, et Vat. *est ista execratio*. Iidem codd. cum Venett. 1480. 1483. Junt.

NOTÆ

[f] *Suscepta fraus*] Suscipere fraudem, et scelus animo concipere, quod dignum pœna sit.

[g] *Nota justi* [*nota inusta*] Inusta nota dicitur, quæ infamiam notat.

[h] *M. Regulus*] M. Regulus captus a Pœnis, legatus de permutandis captivis Romam missus, data fide, ut si non impetrasset, rediret; permutationem illam in senatu dissuasit, et invitis liberis et uxore, reversus, a Carthaginiensibus in muscipulam aculeis undequaque munitam conjectus est. Vide Cic. Paradoxa.

[i] *C. Marius*] Septies consul fuit Marius: magnis motibus sæpe rempublicam liberavit; ac demum, ut Sullæ victoris sævitiam evitaret, mortem sibi properavit.

[k] *Demersum*] Cum Sullam Marius fugeret, delituit in Minturnensium paludibus, ut mortem evitaret.

[l] *Africa*] Cum trajecisset in Africam Marius, pauperem vitam in tugurio ruinarum Carthaginiensium toleravit.

[m] *Thyestea*] Thyestes Pelopis filius fuit.

[n] *Poëtæ*] Ennius hæc carmina conscripsit.

44. Non ferrem omnino moleste, si ita accidisset: sed id tamen esset humanum.[c] [p. 89.] M. Marcellus,[o] qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem gloriæ laude vivit:[3] in fortuna quadam est illa mors, non in pœna, putanda. Quæ est igitur pœna? quod supplicium? quæ saxa?[p] quæ cruces?[q] Ecce, duo duces[4 r] in provinciis populi Romani habere exercitus, appellari imperatores: horum alterum sic fuisse infirmatum conscientia scelerum et fraudum suarum, ut ex ea provincia, quæ fuerit ex omnibus una maxime triumphalis, nullas sit ad senatum literas mittere ausus. Ex qua provincia modo vir omni dignitate ornatissimus, L. Torquatus, magnis rebus gestis, me referente,[s] ab senatu[5] imperator est appellatus; unde his paucis annis Cn. Dolabellæ,[t] C. Curionis,[u] M. Luculli[x] justissimos triumphos[y] vidimus; ex ea, te imperatore, nuntius ad senatum

[c] *Posset accidere omnibus hominibus.*

sapientium.—3 Faërn. et Lamb. e Vat. *in gloria et laude;* Ascon. Hervag. Manut. Steph. Orell. *gloria et laude,* probante Garat. *quædam est* C H S χ. *non pœna* in iisdem, Rom. Venet. 1483. *importuna quædam est illa mors non pœna* conj. Manut.—4 *Ecce duos duces* C H S χ. *Esse duos duces* codd. Faërni, Vat. Lamb. *Esse duo duces* Orell. Paulo post, *sic fuisse infrænatum* Vat. et Orell. *ex* ante *omnibus* omittit Vat. Deinde, *nullam sit ad s. literam* Vat. Faërn. Lamb. Orell.—5 Ita de Manutii conj. Ernesti, Schutz. et Orell. *me*

NOTÆ

[o] *M. Marcellus*] Marcellus ille nepos ejus fuit, qui bello Punico secundo Syracusas vicit, et quinque consulatus adeptus est. Hic autem Marcellus naufragio ad ipsam Africam periit, paulo ante cœptum bellum Punicum tertium.

[p] *Quæ saxa*] Homines liberi, qui aliquo insigni crimine rei habebantur, e saxo Tarpeio dejiciebantur.

[q] *Quæ cruces*] Servi rei in crucem agebantur.

[r] *Duo duces*] Gabinium et Pisonem.

[s] *Me referente*] Cum consul erat Cicero, retulit ad senatum, ut imperatoris nomine Torquatus ille ornaretur, quo jam fuerat ab exercitu decoratus.

[t] *Cn. Dolabellæ*] Cn. Dolabella dicitur a Gellio Asiæ proconsul fuisse.

[u] *C. Curionis*] C. Curio filius fuit Curionis tribuni pleb. Is semper Cæsaris partes secutus est, vir luxu et audacia singulari.

[x] *M. Luculli*] M. Lucullus de Macedonia triumphavit.

[y] *Justissimos triumphos*] Ut justus triumphus haberetur, requisitum fuit,

allatus est nullus. Ab altero[z] allatæ literæ, recitatæ; relatum ad senatum. 45. Dii immortales! idne ego optarem,[6] ut inimicus meus, ea, qua nemo unquam, ignominia notaretur? ut senatus is, qui in eam jam benignitatis consuetudinem venit, ut eos, qui bene rempublicam gesserint, novis honoribus afficiat, et numero dierum,[a] et genere verborum; hujus unius[b] literis nuntiantibus non crederet? postulantibus denegaret? XX. His ego rebus pascor, his delector, his perfruor: quod de vobis hic ordo opinatur non secus, ac de teterrimis[1] hostibus; quod vos equites Romani, quod ceteri ordines, quod cuncta civitas odit; quod nemo bonus, nemo denique civis est, qui modo se civem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa[2] consulatus vestri perhorrescat. 46. Hæc ego semper de vobis expetivi, hæc optavi, hæc precatus sum. Plura etiam acciderunt, quam vellem: nam, ut amitteretis exercitum, nunquam, mehercule,[3] optavi: illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate; mihi enim non venerat in mentem, furorem et insaniam optare vobis, in quam incidistis. Atqui fuit optandum: me tamen fugerat, Deorum immortalium has esse in impios et consceleratos pœnas certissimas constitutas.[4] Nolite enim putare,[5] patres con-

referente, absens codd. et ceteræ edd.—6 Garat. conj. *idne ego optaram?* Ernesti suspic. *quidni ego optarem?* refutavit Schutz. Paulo post, *jam* omittunt Vat. Faërn. Lamb. *remp. gesserunt* χ. *non crederent* C.

CAP. XX. 1 H χ *de deterrimis;* Erf. *de acerrimis.*—2 Erf. *recordationem denique ipsam.*—3 Vat. Faërn. Lamb. *hercule.* Mox, *mihi enim nunquam* Vat. Faërn. Orell. *non* omittunt C H S χ. Actutum, *veniret* Vat. Erf. Pith. Faërn. Lamb. Orell.—4 Vat. et Faërn. omittunt *constitutas,* non improbante Garat. si legatur, *has in ... esse certissimas.*—5 Vat. *ita putare.* Mox, *homines* deest

NOTÆ

ut 1. rem suis auspiciis in provincia gessissent; 2. ut auctum esset imperium, non recuperatum; 3. ut saltem quinque hostium millia fusa essent; 4. ut de hostibus, non de civibus, esset relata victoria.

[z] *Ab altero*] Gabinio.

[a] *Et numero dierum*] Indictæ sunt primo supplicationes ad Deorum pulvinaria per unum diem; deinde per duos; postremo per tres, quatuor, quinque, et plures etiam, quin et per quinquaginta.

[b] *Hujus unius*] Gabinii.

scripti, ut in scena videtis, homines consceleratos impulsu Deorum terreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus,[6] suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat: hæ sunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces. 47. Ego te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste[c] aut Athamante[d] dementiorem putem, qui sis ausus primum facere[e] (nam id est caput[d]), deinde paulo ante, Torquato, gravissimo et sanctissimo viro, premente,[e] confiteri, te provinciam Macedoniam, in quam tantum exercitum transportasses, sine ullo milite[7] reliquisse? Mitto de amissa maxima parte exercitus: sit hoc infelicitatis tuæ. Dimittendi vero exercitus quam potes afferre causam? quam potestatem habuisti? quam legem? quod senatusconsultum? quod jus? quod exemplum? Quid est aliud furere, nisi non[8] cognoscere homines, non cognoscere leges, non senatum, non civitatem? Cruentare[f] corpus suum?[9] major hæc est vitæ, famæ, salutis suæ vulneratio. 48. Si familiam[10] tuam dimisisses,[g] quod ad neminem, nisi ad ipsum te, pertineret,

[d] *Præcipuum.* [e] *Urgente.*

in χ. Pro *Furiarum* Vat. habet *furialibus*.—6 *Sua quæque fraus* C H S χ. Pro *deturbat* χ exhibet *perturbat*.—7 C *sine uno milite*.—8 Taurin. Vat. Pall. Gruteri, Venet. 1480. Faërn. Grut. Græv. Orell. *furere, non*, omisso *nisi*, quod exhibent C H S χ, et pleræque edd. ante Lamb.—9 Vat. Faërn. Lamb. Orell. *corpus suum leve est*, deleta interrogationis nota. Pro *major* C habet *micior*. —10 *Quam si familiam* C H S. *Quæ si fam.* χ. *pertinet* in eodem cod. *tui* omittunt Taurin. Vat. Faërn. Lamb. Orell. probante Garat. Mox, *præsidium tu reipublicæ, c. p. injussu populi Romani* Orell. e codd. Vat. et Taurin.

NOTÆ

[c] *Oreste*] Orestes Agamemnonis et Clytemnæstræ filius fuit. Is matrem interfecit, et in pœnam sceleris furiis agitatus est.

[d] *Athamante*] Athamas rex Thebanorum fuit, qui duos filios ex Nephele uxore suscepit, quos accusationibus novercæ oppressos abire compulit. Hinc irata Juno Furias in Athamantem immisit.

[e] *Primum facere*] Primo Piso dimisit exercitum, et sine ullo milite provinciam suam Macedoniam reliquit.

[f] *Cruentare*] Ostendit quod cruentare corpus suum furiosi quidem hominis sit, sed furiosi magis in suam famam, quam in corpus sævire.

[g] *Familiam dimisisses*] Intelligit servos, et argumento a minori uti-

amici te tui constringendum[h] putarent: præsidium tu populi Romani, custodiam provinciæ, injussu populi senatusque, dimisisses, si tuæ mentis compos fuisses? XXI. [*p*. 90.] Ecce tibi alter,[i] effusa jam maxima præda, quam ex fortunis publicanorum,[k] ex agris[1] urbibusque sociorum exhauserat, cum partim ejus prædæ[l] profundæ libidines devorassent, partim nova quædam et inaudita luxuries, partim etiam in illis locis, ubi omnia diripuit, emtiones, partim permutationes ad hunc Tusculanum montem[m] exstruendum; cum jam egeret, cum illa ejus immensa et intolerabilis[2] ædificatio constitisset; se ipsum, fasces suos, exercitum populi Romani, numen interdictumque[f] Deorum[n] immortalium, responsa sacerdotum,[o] auctoritatem senatus, jussa populi,[3] nomen ac dignitatem imperii, regi Ægyptio[p] vendidit. 49. Cum fines provinciæ tantos ha-

[f] *Prohibitionem.*

CAP. XXI. 1 Taurin. et Orell. *quam ex agris.* Mox, *partem ejus prædam* C S χ. *partem ejus prædæ* codd. Faërni. Tum, *omnes diripuit* Erf. *partim permutationes* omittit Taurin. Deinde, *Tusc. in monte montem* cod. Manut. et sic Schutz. de conj. Pith. *Tusculani in montem montem* Erf. unde *Tusculani in monte montem* Orell. *Tusculani* [lacuna] *montem* Vat. *Tusculani montem*, sine lacuna Taurin. Faërn. Lamb. Denique, *cum jam egeret* accesserunt e Vat. Taurin. in Lamb. et seqq. desunt in C H S, et edd. antiq.—2 Vat. Taurin. Faërn. Lamb. Orell. *intermissa intolerabilis;* Venet. 1480. *inmissa intolerabilis;* H et Junt.

NOTÆ

tur; nam si furor est servos suos, longe major est totum exercitum dimittere.

[h] *Constringendum*] Ait quod Pisonis bonis a prætore interdicendum esset, et illi constituendus curator ex amicorum sententia.

[i] *Ecce tibi alter*] Jam aggreditur Gabinium, qui alio furoris genere correptus videtur, pecuniis profundendis ad suas libidines satiandas.

[k] *Fortunis publicanorum*] Vide Orat. de Provinc. Consul. § 10. et 11.

[l] *Partim ejus prædæ*] Significat eas pecunias partim in libidinibus consumsisse, &c. sæpe autem *partim* cum genitivo ponitur.

[m] *Ad hunc Tusculanum montem*] Gabinius exstruxit villam tam excelsam in Tusculano agro, ut monti potius alteri, quam villæ similis videretur.

[n] *Numen, interdictumque Deorum*] In Sibyllinis oraculis scriptum erat, ne unquam ad regem Ægypti exercitus subsidii causa mitteretur. Luc. lib. VIII.

[o] *Responsa sacerdotum*] Illos sacerdotes, seu haruspices intelligere hic videtur Cicero, qui ea de re juxta oraculi responsum consulti sunt.

[p] *Regi Ægyptio*] Ptolemæus, pulsus a suis, Romam, contra suos auxilium a senatu populoque Romano petiturus, venerat; quod cum non

beret, quantos voluerat, quantos optaverat,[4] quantos mei capitis pretio periculoque emerat; his se tenere non potuit: exercitum eduxit ex Syria. Qui licuit extra provinciam?[q] Tribuit se[5] mercenarium[r] comitem regi Alexandrino. Quid hoc turpius? In Ægyptum venit: signa contulit[g] cum Alexandrinis. Quando hoc bellum, aut hic ordo,[s] aut populus susceperat? Cepit Alexandriam. Quid aliud expectamus a furore ejus, nisi ut ad senatum tantis de rebus gestis literas mittat? 50. Hic si mentis esset suæ,[h] nisi pœnas patriæ Diisque immortalibus eas, quæ gravissimæ sunt, furore atque insania penderet; ausus esset (mitto, exire de provincia) educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum[t] injussu populi aut senatus[6] accedere? quæ cum plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia majestatis,[u] Julia de pecuniis[x] repetundis, planissime vetant. Sed hæc omitto. Ille, si non acerrime fureret, auderet,[7] quam provinciam P. Lentulus,[i][y] amicis-

[g] *Dimicavit.* [h] *Compos mentis.*
[i] *Auderet sumere sibi provinciam quam Lentulus, &c.*

immensa intolerabilis.—3 Taurin. et Junt. *populi Romani.*—4 Orell. e cod. Taurin. *optarat.* Mox, *pretio mei capitis* Vat. Faërn. Lamb. Orell. *pretio mei capitis* etiam Taurin. *iis se, &c.* Orell. e Taurin. *his* deest in Faërn. Deinde, *duxit e Syria* χ.—5 *Præbuisse* Vat. *Præbuit se* Taurin. Faërn. Lamb. Orell. *regi Alexandro* C S χ.—6 Taurin. *populi Romani aut senatus;* Vat. Faërn. Lamb. Orell. *populi ac senatus.* Statim, *majestatis Cornelia* Taurin. *Juliæ* χ. *planissime vetat* Vat. Taurin.—7 Ita codd. et edd. fere omnes; *audiret* Grut.

NOTÆ

obtinuisset, Gabinium corrupit pecunia, a quo in regnum restitutus est.

[q] *Qui licuit extra provinciam*] Non fas erat proconsulibus esse extra suas provincias.

[r] *Mercenarium*] Ab eo rege Ptolemæo pecunia corruptus fuerat, ut ei opem contra Alexandrinos ferret.

[s] *Aut hic ordo*] Penes senatum fuit belli suscipiendi auctoritas.

[t] *In regnum*] In externum regnum, sine potestate senatus, ire non potuit.

[u] *Lex Cornelia majestatis*] Tulit legem Cornelius Sulla, ne qui cum imperio provincias obtinerent, populi senatusve injussu exercitum de provincia deportarent, bellumve sua sponte gererent.

[x] *Julia de pecuniis*] Caius Julius Cæsar tulit, ne cui, qui in provincia cum potestate imperiove esset, pecuniam capere, conciliare liceret; extra quam, si ad templum, monumentumque capiat.

[y] *Lentulus*] Lentulus Spinther in sortitione provinciam Ciliciam obti-

simus huic ordini, cum et auctoritate senatus, et sorte haberet, interposita religione, sine ulla dubitatione deposuisset,[z] eam sibi asciscere,[8] cum, etiamsi religio non impediret, mos majorum tamen, et exempla, et gravissimæ legum pœnæ vetarent?

XXII. 51. Sed,[1] quoniam fortunarum contentionem[a] facere cœpimus; de reditu Gabinii omittamus: quem etsi sibi ipse præcidit, ego tamen, os[b] ut videam hominis, expecto. Tuum, si placet, reditum cum meo conferamus. Ac meus[2] quidem is fuit, ut a Brundisio[a] usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem: neque enim regio fuit ulla, neque municipium,[b] neque præfectura,[c] aut colonia,[d] ex qua non publice ad me venerint gratulatum. Quid dicam adventus meos? quid effusiones hominum ex oppi-

[a] *Comparationem.* [b] *Impudentiam.*

—8 Ita Vat. Erf. Græv. Schutz. Orell. *sibi tum asciscere* reliqui, etiam Faërn. et Lamb.

CAP. XXII. 1 *Et* Vat. Faërn. Lamb. *de reditu Gabini* C S. *sibi ipsi præcidit* Grut. solus: *sibi ipse præscidit* C S χ.—2 Ita Vat. Faërn. Lamb. Orell. *At meus* Junt. aliæque edd. ante Lamb. *e Brundusio* Vat. Faërn. Lamb. *Italiæ viderit* iidem codd. *It. viderim* conj. Garat. Statim, *ulla fuit* Faërn. *nec*

NOTÆ

nuit, qua obtenta, a senatu jussus est reducere Ptolemæum in Ægyptum, quæ Ciliciæ erat proxima.

[z] *Sine ulla dubitatione deposuisset*] Cum Lentulus ille intellexit, vetari Sibyllinis oraculis, ne rex Ægyptius in regnum a Romanis restitueretur, hoc munus recusavit.

[a] *Brundisio*] Brundisium urbs est Calabriæ, ad mare Hadriaticum sita, via Appia eo usque perducta, et portu celebris, unde in Græciam olim Romani frequentissime trajiciebant.

[b] *Municipium*] Municipium id hominum genus dicitur, qui cum Romam venissent, neque cives Rom. essent; participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis civibus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo.

[c] *Præfectura*] Præfecturæ oppida dicebantur, quorum incolæ cives Romani erant: hoc tamen a municipiis differebant, quod non suis legibus utebantur, nec ullos e suo corpore magistratus, ut coloni, creare poterant; sed a magistratibus, qui ab urbe quotannis mittebantur, Romanis legibus regebantur. Ii magistratus præfecti dicebantur, unde nomen præfecturæ.

[d] *Colonia*] Colonia oppidum fuit, quo populus Romanus cives suos ad incolendum deduxit.

dis? quid concursum[3] ex agris patrumfamilias cum conjugibus ac liberis? quid eos dies, qui, quasi Deorum immortalium festi atque solennes, sunt[4] adventu meo redituque celebrati? 52. Unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, quo in patriam redii, cum senatum egressum[e] vidi, populumque Romanum[5] universum, cum mihi ipsa Roma, prope convulsa sedibus suis, ad complectendum conservatorem suum procedere visa est: quæ me ita accepit, ut non modo omnium generum, ætatum, ordinum omnes viri ac mulieres, omnis fortunæ ac loci, sed etiam mœnia ipsa viderentur et tecta urbis ac templa lætari. Me consequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, consules, patres conscripti collocaverunt;[6] mihique (quod ante me nemini)[f] pecunia publica ædificandam domum censuerunt.

53. Habes reditum meum. Confer nunc vicissim tuum, quandoquidem, amisso exercitu, nihil incolume domum, præter os illud pristinum tuum,[7] retulisti: qui primum, qua veneris cum laureatis tuis lictoribus,[g] quis scit? quos tum mæandros,[h] dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula flexionesque quæsisti? quod te municipium vidit? quis amicus invitavit? quis hospes aspex-

municip. Vat. et Orell. *ad me publice venerint* Vat. Faërn.—3 C H S χ. et Junt. *occursum;* Orell. e Vat. *concursus.*—4 Vat. Erf. Franc. ed. 1472. Venet. 1480. Junt. Faërn. Lamb. Orell. *apud omnes sunt;* Græv. et Schutz. *sunt apud omnes.*—5 *Romanum* omittit Vat. Paulo post, *progredi visa est* Vat. Faërn. Lamb. Orell.—6 Pro *patres conscripti* Ascon. Hervag. habent *prætores;* C *populus Romanus p. c.* Actutum, *collocarunt* Ascon. et Schutz.—7 Faërn. *illud tuum pristinum.* Mox, *qui scit quos tu* C H S. *qui scit* etiam Rom. Venett. 1480. 1483. Naug. *quos tu* edd. vett. Faërn. Lamb. 1566. Orell.

NOTÆ

[e] *Senatum egressum*] Obviam triumphantibus veniebat senatus.

[f] *Quod ante me nemini*] Diruta Ciceronis domus, combusta, ac consecrata, publicis sumtibus ædificata est.

[g] *Laureatis tuis lictoribus*] Cum quis dux exercitus victoriam retulerat, suffragio militum ei fasces laurea involuti a lictoribus præferebantur.

[h] *Quos tum mæandros*] Id est, flexus, qui mæandri a fluvio Mæandro flexuoso dicti sunt.

it? [*p.* 91.] Nonne tibi nox erat pro die? non [8] solitudo pro frequentia? caupona pro oppido? non ut redire ex Macedonia nobilis imperator, sed ut mortuus infamis referri videretur? Romam vero ipsam fœdavit [9] adventus tuus. XXIII. O familiæ,[1] non dicam Calpurniæ,[i] sed Calventiæ;[k] neque hujus urbis, sed Placentini municipii;[l] neque paterni generis, sed braccatæ [m] cognationis dedecus! quemadmodum venisti? quis tibi, non dicam horum, aut civium ceterorum, sed tuorum legatorum obviam venit? 54. Mecum enim [2] L. Flaccus,[n] vir tua legatione indignissimus, atque iis consiliis, quibus mecum in consulatu meo conjunctus fuit ad conservandam rempublicam, dignior, mecum fuit tum, cum te quidam non longe a porta cum lictoribus errantem [o] visum esse narraret: [3] scio item virum fortem inprimis, belli ac rei militaris peritum, familiarem meum, Q. Marcium, (quorum tu legatorum [p] prælio imperator appellatus eras, cum non longe abfuisses [4]) ad-

—8 Vat. Junt. Manut. Steph. Faërn. Lamb. Orell. omittunt *non*. Paulo post, pro *infamis referri*, quod habet Vat. ut et alii codd. et edd. vett. *infamis efferri* legit Junt. *in funus referri* cod. Ursin. probante Garat.—9 Vat. omittit *fœdavit*.

Cap. XXIII. 1 *Os familiæ* C S.—2 Ita Vat. Faërn. Schutz. Orell. *Mecum enim tum* Erf. Pith. Franc. C H S χ, edd. ante Lamb.—3 Ita Vat. Faërn. Lamb. Orell. *narrabat* Schutz. et ceteri et codd. et edd.—4 Ita codd. plerique,

NOTÆ

[i] *Calpurniæ*] Calpurnii, licet plebeii, a Calpo, Numæ Pompilii filio, originem deducebant. Ex ea familia multi consules extitere.

[k] *Calventiæ*] Ab illa familia ex materno genere traxit originem Piso; maternus enim ejus avus Calventius fuit præco Placentinus, ut dicet infra.

[l] *Placentini municipii*] Placentia urbs in Gallia togata ad Padum. Placentini cum prius in coloniam deducti essent, jus municipii consecuti sunt.

[m] *Braccatæ*] Braccata dicta est Gallia, quod braccis uterentur Galli.

[n] *L. Flaccus*] Is indignus erat, qui Pisoni legatus esset, quia vir erat fortis et sapiens; et deprehendendis Allobrogum legatis, qui conjuratorum literas deferebant, Ciceroni consuli affuit.

[o] *Errantem*] Quærebat Piso vias ignotas et diverticula, ut in urbem silentio ingressus videretur.

[p] *Quorum tu legatorum*] Refundit victoriam, ob quam Piso imperator salutatus est, in Flaccum et Q. Marcium, suos legatos. Hic autem Marcius inimicorum invidia a triumpho prohibitus est.

ventu isto tuo domi fuisse otiosum.[q] Sed quid ego enumero,[5] qui tibi obviam non venerint? 55. dico venisse pæne neminem, ne de officiosissima quidem natione candidatorum,[r] cum vulgo[c] essent, et illo ipso, et multis ante diebus, admoniti et rogati. Togulæ lictoribus[s] ad portam præsto fuerunt; quibus illi acceptis, sagula[6 t] rejecerunt, et catervam imperatori suo novam præbuerunt. Sic iste, tanto[7] exercitu, tanta provincia, triennio post,[u] Macedonicus imperator, in urbem se intulit, ut nullius negotiatoris obscurissimi reditus unquam fuerit desertior: in quo me tamen, qui esset paratus ad se defendendum, reprehendit. Cum ego Cœlimontana[x] porta introisse dixissem, sponsione[y]

[c] *Passim.*

Erf. Pith. Franc. edd. ante Ald. et Junt. item Grut. Græv. Schutz. *quorum ...cum longe abfuisses* Ald. Hervag. Faërn. Lamb. Orell. *cum tum longe abfuisses* Junt. *quorum tu legatorum opera in prælio i. a. eras, cum longe adfuisses* Vat. Mox, *fuisse occisum* χ.—5 Vat. Faërn. Lamb. *numero.* Mox, *cui dico* Vat. Faërn. Lamb. Orell. sed hic uncis inclusit *cui;* reliqui codd. et edd. fere *qui dico.* Ernesti et Schutz. delerunt *qui.*—6 Cod. χ *singula.* Mox *et* omittunt Vat. Faërn. Lamb.—7 Vat. et Faërn. *a tanto,* probante Ernesti. Paulo post, *ut nullus* χ. *ut ne ullius* Vat. *negotiationis* H. *nunquam fuerit* χ.—

NOTÆ

[q] *Domi fuisse otiosum*] Cum advenit in urbem Piso, ejus legatus Marcius, qui prius advenerat, ne quidem honoris causa ei venit obvius; ita suum proconsulem contemnebat.

[r] *Officiosissima natione candidatorum*] Candidati dicebantur qui ad dignitates aspirabant, a toga candida sic appellati, quod ea induti, in Campum honores petituri descenderent. Eos porro appellat officiosos, quod omni officiorum genere sibi populum demereri conarentur.

[s] *Togulæ lictoribus*] Ut videretur Piso cum dignitate et comitatu in urbem ingredi, et ire ad Capitolium Diis acturus gratias, jussit ut ad urbis portam, depositis sagulis, togulas assumerent, quasi ex urbe ipsi obviam procederent, eum deducendi causa.

[t] *Sagula*] Sagum, sive sagulum, vestis genus est brevius, quo milites et cives belli tempore induebantur.

[u] *Triennio post*] Per tres annos Macedoniam provinciam proconsul tenuit.

[x] *Cœlimontana*] Cœlimontana porta urbis Romæ fuit, quam nonnulli volunt hodie Sancti Joannis appellari.

[y] *Sponsione*] Sponsio sumitur pro certatione pignorum, ni ita se res habeat, ut affirmat qui deponit. Voluit autem Piso certare cum Cicerone se per Esquilinam portam transivisse, non per Cœlimontanam, ut Cicero dixerat; in quo ridet hominis stupiditatem.

me, ni Esquilina[z] introisset, homo promtissimus lacessivit:[8] quasi vero id aut ego scire debuerim, aut vestrum quispiam audierit, aut ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne triumphali;[a] quæ porta Macedonicis semper proconsulibus ante te patuit. Tu inventus es,[9] qui, consulari imperio præditus, ex Macedonia non triumphares.

XXIV. 56. At audistis, patres conscripti, philosophi vocem: negavit, se triumphi cupidum unquam fuisse. O scelus! o pestis! o labes! cum exstinguebas senatum, vendebas auctoritatem hujus ordinis, addicebas[1] tribuno plebis[b] consulatum tuum, rempublicam evertebas, prodebas caput et salutem meam una mercede provinciæ; si triumphum non cupiebas, cujus tandem rei te cupiditate arsisse defendes? sæpe enim vidi, qui et mihi et ceteris cupidiores provinciæ viderentur, triumphi nomine tegere atque velare cupiditatem suam. Hoc modo D. Silanus[2][c] consul in hoc ordine, hoc meus etiam collega[d] dicebat: neque enim quis-

8 *Cum ego eum Cœlimontana i. d. s. me ni E. i. h. promtus lacessivit* Vat. Faërn. Orell. et sic Lamb. *eum* tamen omisso. *Cum ego Cœlimontana porta* omnes edd. ante Lamb. *responsione me mœnia Esquilina introisse homo promtissimus* edd. vett. *mevia Esquil.* Venet. 1483. *munica Esq.* Junt. *dixissem sp. me ni E. introisset* desunt in χ. *responsione menia Exquilina* C H. *responsione ni mœnia exquilina* S. Pro *debuerim* χ habet *debuerum.* Tum, *aut v. quisquam audierit* Orell. *quisquam* habent etiam Vat. Faërn. S, Lamb. 1566. *aut vestrum quisquam,* omisso *audierit,* de Faërni conj. Schutz. Nostram lectionem habent Pal. 2. Grut. Græv. 'Pessime.' *Orell.* *aut quicquam ad rem* de Lamb. conj. Schutz. non tamen monito lectore. Deinde, *Macedonibus s. consulibus* χ. *Macedonicis s. consulibus* Vat. C S, Rom. Venett. 1480. 1483. Ald. Junt. probante Garat.—9 Orell. conj. *tu unus inventus es.*

Cap. XXIV. 1 C S χ *abdicabas.* Paulo infra, *una* omittunt Vat. Faërn. et Lamb. probante Ernesti. *provinciæ viderentur* χ. *cujus tandem te rei* Faërn. *sæpe enim vide quam mihi* χ. Deinde pro *velare* Vat. Faërn. Lamb. *celare,* probante Ernesti.—2 *Decimus Sillanus* Erf. Pith. C. *Decius Syllanus* H. *De-*

NOTÆ

[z] *Esquilina*] Esquilina fuit porta urbis Romæ, quæ a Procopio 'Prænestina' dicitur, hodie Sancti Laurentii.

[a] *Triumphali*] Porta triumphalis dicebatur, qua transibant soli qui in urbem triumphantes ingrediebantur.

[b] *Tribuno plebis*] Clodio.

[c] *D. Silanus*] Post Ciceronem ille Silanus consulatum gessit anno urbis 691. et missus est cum exercitu contra Hispanos, qui tumultus excitabant; a quo devicti sunt.

[d] *Collega*] Antonius.

quam potest exercitum cupere, aperteque petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi. 57. Quodsi te senatus populusque Romanus[3] aut non appetentem, aut etiam recusantem, bellum suscipere, exercitum ducere, coëgisset; tamen erat angusti animi atque demissi, justi[4] triumphi honorem atque dignitatem contemnere: nam, ut levitatis est, inanem aucupari rumorem, ut, omnes umbras etiam falsæ gloriæ consectari; sic levis est animi, lucem splendoremque fugientis, justam gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare. Cum vero, non modo non[5] postulante atque cogente, sed invito atque oppresso senatu, non modo nullo populi Romani studio, sed nullo ferente suffragium libero,[e] provincia tibi ista manupretium[f] fuerit non eversæ per te, sed perditæ[6] civitatis; cumque omnium tuorum scelerum hæc pactio extiterit, ut, si tu totam rempublicam nefariis latronibus[g] tradidisses, [*p.* 92.] Macedonia tibi ob eam rem, quibus tu finibus velles, redderetur;[7] cum exhauriebas ærarium; cum orbabas Italiam juventute; cum mare vastissimum hyeme transibas; si triumphum contemnebas, quæ te, prædo amentissime! nisi prædæ ac rapinarum cupiditas tam cæca rapiebat? 58. Non est integrum[a] Cn. Pompeio consilio jam uti tuo: er-

[a] *Non licet.*

cimus Syllanus S. Paulo post, *prætereat cupiditatem* χ.—3 Vat. *populus Romanus;* unde *si populus Romanus* Faërn. et Lamb.—4 Voc. *justi* deest in H S χ. *honorem dignitatemque* Vat. Erf. Faërn. Lamb. Orell. Tum, *rumorem et omnes* Vat. Faërn. Lamb. in marg. 1584. Orell. *sectari* C H S χ. *sic est levis* Vat. Faërn. *sic est lævi* Lamb. *levis* omittendum esse conj. idem Lamb. *animus* C H S χ.—5 C χ omittunt alterum *non.*—6 Vat. *non eversæ per te et perditæ;* unde Faërn. Lamb. Schutz. *fuerit eversæ per te et perditæ;* Lall. de Tornebi conj. *non eversæ per te, sed perditæ.*—7 Vat. *ut raderetur;* unde Faërn. et Lamb. *velles finibus traderetur.* Mox, *juventutem* C. Deinde, *hyeme*

NOTÆ

[e] *Ferente suffragium libero*] Oratorie id dicit; nam paucos dicit legi curiatæ ferendæ præter servos et mancipia interfuisse.

[f] *Manupretium*] Manupretium dicitur, inquit Asconius, ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque artis ducitur: utitur autem hac voce in contemtum Pisonis.

[g] *Latronibus*] Pisoni et Gabinio, ceterisque Clodii asseclis.

ravit enim: non gustarat istam tuam philosophiam: ter jam homo stultus triumphavit.[h] Crasse,[i] pudet me tui: quid est, quod, confecto per te[8] formidolosissimo bello, coronam illam lauream[k] tibi tantopere decerni volueris a senatu? P. Servili,[l] Q. Metelle,[m] C. Curio,[n] P. Africane,[9][o] cur non hunc audistis tam doctum hominem, tam eruditum, prius quam in istum errorem induceremini? C. ipsi[10] Pomtino,[p] necessario meo, jam non est integrum; religionibus enim susceptis impeditur. O stultos Camillos,[q] Curios,[r] Fabricios,[s] Calatinos,[t] Scipiones,[u] Marcellos,[x] Maximos![y]

transiebas Vat. Faërn. *transmeabas* conj. Lamb.—8 Ita Vat. Erf. Pith. Faërn. Lamb. Græv. seqq. *per te* omittunt edd. ante Faërn. item Grut. *auream tibi tanto opere* Vat.—9 *L. Afrani* Vat. et Orell.—10 *Ipsi* omittendum conj.

NOTÆ

[h] *Ter jam homo stultus triumphavit*] De tribus orbis partibus Pompeius triumphavit.

[i] *Crasse*] M. Crassus bellum Spartacum confecit: unde Plutarchus scribit, fas ei fuisse ovantem in urbem introire, quasi indignum esset de servis triumphare.

[k] *Illam lauream*] Cum ei permissum fuisset a senatu myrto tantum redimitum introire, insolenter hanc coronam repudiavit, obtinuitque a senatu, ut laurea coronatus incederet. Vide Plin. lib. xv.

[l] *Servili*] Servilius de Isauris ex Cilicia triumphavit, unde Isaurici nomen obtinuit.

[m] *Metelle*] Metellus de Cretis triumphavit; unde Creticus appellatus est.

[n] *C. Curio*] De Macedonia triumphavit.

[o] *Africane*] De hoc Africano non constat. Suspicatur Abrahamus socerum fuisse Pompeii: cum enim hic agat de triumphalibus viris, qui viverent, non est credibile de illis antiquis Africanis loqui.

[p] *Ipsi Pomtino*] Pomtinus ille prætor fuit, Cicerone consule, missus in Allobroges, quos superavit.

[q] *Camillos*] M. Furius Camillus quater triumphavit: 1. de Veientibus; 2. de Gallis; 3. de Volscis, Æquis, Etruscis; 4. de Gallis Senonibus.

[r] *Curios*] Curius Dentatus quater triumphum duxit; de Samnitibus; deinde de Sabinis; iterum de Samnitibus; tandem de rege Pyrrho.

[s] *Fabricios*] Bis: 1. de Etruscis, et Gallis; 2. de Lucanis, Bruttiis, Tarentinis, et Samnitibus.

[t] *Calatinos*] M. Attilius Calatinus primo bello Punico de Sicilia triumphavit.

[u] *Scipiones*] Ex illa familia septem triumpharunt.

[x] *Marcellos*] M. Claudius Marcellus quater; semel de Gallis; ter de Syracusanis.

[y] *Maximos*] Q. Fabius Maximus Verrucosus de Liguribus, Æmilius Paulus bis de Liguribus, et ex Mace-

o[11] amentem Paulum! rusticum Marium![z] nullius consilii patres horum amborum[a] consulum, qui triumpharunt! XXV. 59. Sed, quoniam præterita mutare non possumus, quid cessat hic homullus,[b][1] ex argilla et luto[b] fictus Epicureus, dare hæc præclara præcepta sapientiæ clarissimo et summo imperatori, genero suo?[c] fertur[2] ille vir, mihi crede, gloria: flagrat, ardet cupiditate justi et magni triumphi: non didicit eadem ista, quæ tu: mitte ad eum[d] libellum:[c] sed jam, si ipse coram congredi[d] poteris, meditare, quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas atque restinguas: valebis apud hominem volitantem[e] gloriæ cupiditate, vir moderatus et constans; apud indoctum, eruditus;[3] apud generum, socer: dices enim, (ut es homo facetus, ad persuadendum concinnus, perfectus, politus e schola) 'Quid est, Cæsar, quod te supplicationes toties decretæ,[4] tot dierum,[e] tantopere delectent? in quibus

[b] *Homuncio.* [c] *Literas.* [d] *Venire.* [e] *Abreptum.*

Ernesti, vel *isti* legendum; unde Schutz. *C. Pomptinio.*—11 Vat. Faërn. Lamb. omittunt *o*. Mox, *horum consulum*, omisso *amborum*, Ascon. *istorum amborum cons.* Grut. Denique, *qui triumpharint* Vat. Faërn. Lamb. Orell.

CAP. XXV. 1 Junt. Faërn. *homulus;* Vat. a m. pr. et Lamb. *homillus;* χ *homullus mutare.* Pro *Epicureus* Vat. Lamb. Orell. habent *Epicurus.* Deinde, *hæc paratæ clara præcepta* Erf. et Pal. 2. *hæc parate præcepta* C H S. *hæc parata pr.* χ. *genero suo* omittit H.—2 Lamb. conj. *fervet.* Paulo infra, *ista* deest in C. Tum, *et si jam ipse* Vat. et Faërn. unde Lamb. *tametsi jam ipse.* Deinde, *comp. atque restringas* χ.—3 C *eruditum.* Mox, *homo factus ad persuadendum: conc. &c.* Lamb. Ursin. Schutz. Orell. probantibus Garat. et Ernesti. *ex schola* Faërn.—4 Vat. et Orell. *toties jam decretæ.* Statim, *tanto*

NOTÆ

donia et rege Perse.

[z] *Rusticum Marium*] Rusticum appellat, quia rure inter agricolas juventutem egerat. Hic tamen triumphavit bis: de Numidis, et rege Jugurtha; de Cimbris et Teutonibus.

[a] *Horum amborum*] Ambo illi sunt Pompeius Magnus et Crassus, quibus coss. habita est hæc oratio. Pater Pompeii de Picentibus, pater Crassi de Lusitanis triumphavit.

[b] *Ex argilla et luto*] Appellat Pisonem hominem ex argilla et luto fictum, propter ejus sordes, et voluptatum turpitudinem.

[c] *Genero suo*] Gener Pisonis fuit Julius Cæsar.

[d] *Mitte ad eum*] Tunc erat in Gallia Cæsar.

[e] *Tot dierum*] Quindecim dierum supplicationes illi decretæ fuerant.

homines errore ducuntur: quas Dii negligunt: qui, ut noster ille divinus dixit Epicurus,[f] neque propitii cuiquam[g] esse solent, neque irati.' Non facies fidem scilicet, cum hæc disputabis: tibi enim et esse et fuisse Deos videbit iratos.[5] 60. Vertes te ad alteram scholam:[h] disseres de triumpho: 'Quid tandem habet iste currus?[i] quid vincti ante currum duces?[k] quid simulacra oppidorum?[l] quid aurum? quid argentum?[m] quid legati in equis, et tribuni?[6][n] quid clamor militum?[o] quid tota illa pompa? inania sunt ista, mihi crede, delectamenta pæne puerorum, captare plausus, vehi per urbem, conspici velle; quibus ex rebus nihil est, quod solidum tenere, nihil, quod referre ad voluptatem corporis[7] possis. 61. Quin tu me vides?[p] qui, ex qua pro-

opere delectant C H χ. *divinus ille* Vat. Faërn. *divinus* omittit χ.—5 Ita Vat. Pall. Faërn. Lamb. Orell. *videbis iratos* edd. ante Manut. item Grut. et Græv. *iratos videbit* aliæ edd.—6 Cod. χ *in equis tribui*.—7 C H S χ omit-

NOTÆ

[f] *Divinus Epicurus*] Epicurus Deus ab antiquis habitus est, ut testatur Lucretius lib. v. et Plin. xxxv. 2.

[g] *Neque propitii cuiquam*] Censebat Epicurus Deos humanas res non curare, ideoque neque iratos, neque propitios esse hominibus.

[h] *Ad alteram scholam*] Id est, ad eam, quæ omnia ad voluptatem corporis refert.

[i] *Iste currus*] Vehebantur curru triumphantes, et illo quidem eburneo, vel ex aliqua alia pretiosa materia, et in turris speciem efformato, ut a Zonara libro secundo scriptum est.

[k] *Quid vincti ante currum duces*] Ducebantur ante currum vincti hostium duces ad triumphi pompam. Verum ubi triumphator flectere in Capitolium incipiebat, more plane crudeli et barbaro, abripiebantur illi in carcerem, ubi securi feriebantur. Vide Zonar. lib. I.

[l] *Simulacra oppidorum*] Lignea illa, vel eburnea, vel etiam argentea captarum urbium in triumpho præferebantur.

[m] *Quid aurum? quid argentum*] Ferebatur tum aurum collectum ex manubiis, tum coronarium, tum aureæ coronæ, vel argenteæ, quæ cum legatis, in præmium victoriæ, a variis civitatibus missæ fuerant.

[n] *Quid legati in equis, et tribuni*] Honestabant illi triumphi pompam.

[o] *Quid clamor militum*] His vulgo vocibus utebantur milites, 'Io triumphe!' juxta illud Ovid. Trist. IV. 2. 'Ioque, Miles, Io, magna voce, triumphe, canet.' Refert tamen in Libycis Appianus, fas fuisse militibus, aliis imperatorem laudibus, aliis cavillis, aliis vituperiis prosequi.

[p] *Quin tu me vides*] Ridicule hic fingit a Pisone Cæsarem edoceri triumphorum contemtum.

vincia T. Flamininus,[8] [q] L. Paulus,[r] Q. Metellus,[s] T. Didius,[t] innumerabiles alii, levi cupiditate commoti, triumpharunt, ex ea sic redii, ut, ad portam Esquilinam, Macedonicam lauream conculcarim;[u] ipse cum hominibus quindecim male vestitis ad portam Cœlimontanam sitiens pervenerim: quo in loco mihi libertus, præclaro imperatori, domum ex hac die biduo ante[f] conduxerat;[9] quæ vacua si non fuisset, in Campo Martio mihi tabernaculum collocassem: nummus[g] interea mihi, Cæsar, neglectis vehiculis triumphalibus, domi manet, et manebit: rationes ad ærarium retuli continuo, sicut tua lex jubebat:[x] neque alia ulla in re legi tuæ parui. Quas rationes si cognoris, intelliges, nemini plus, quam mihi, literas profuisse: ita enim sunt perscriptæ scite[i] et literate,[10] ut scriba, ad ærarium qui eas retulit, perscriptis rationibus,[y] [*p.* 93.] secum ipse, caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit, Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται.'[k] [11] Hac tu ora-

[f] *Biduo ante adventum meum.* [g] *Pecunia.*
[i] *Callide.* [k] *Periit.*

tunt *corporis.*—8 *T. Flaminius* C H S χ, et edd. quædam vett. Mox, *levitate et cupiditate* codd. ap. Græv. Paulo post, *lauream conculcarit* Erf.—9 Cod. χ *concluserat.* Tum, *collocassem* [lacuna] *interea* H. Pro *vehiculis* Taurin. Vat. Faërn. Lamb. Græv. Orell. habent *ferculis.* Deinde, *ad ærarium continuo, s. t. l. jubebat, detuli* Vat. Faërn. Lamb. Sed Taurin. firmat vulgatam. *ulla* deest in eodem cod.—10 Pith. *scitæ et literatæ.* Verba *perscriptis rationibus* uncis inclusit Schutz. Pro *retulit* χ habet *retulerit.*—11 Pro οἴχεται C H S

NOTÆ

[q] *T. Flamininus*] T. Quintius Flamininus ex Macedonia et Philippo rege triumphavit anno urbis 559.

[r] *L. Paulus*] L. Paulus de Macedonia et rege Perse triumphavit anno urbis 586.

[s] *Q. Metellus*] Q. ille Metellus Macedonicus dictus est a devicta Macedonia anno 607.

[t] *T. Didius*] T. Didius e Macedonia Thraces expulit.

[u] *Conculcarim*] Lauream illam quam obtinuerat a militibus appellatus imperator, contemto triumpho abjecit, neque deferre voluit ad Capitolium, more triumphantium, ut eam in sinu Jovis deponeret.

[x] *Tua lex jubebat*] Tulit legem Julius Cæsar consul cum Bibulo, ut duabus in civitatibus provinciæ suæ magistratus decedentes rationes suas relinquerent; easdemque totidem verbis ad ærarium referrent.

[y] *Perscriptis rationibus*] Id est, qui

tione, non dubito, quin illum jam ascendentem[12] in currum possis revocare. XXVI. 62. O tenebræ! o lutum! o sordes![1] o paterni generis oblite, materni vix memor! ita nescio quid istuc fractum, humile, demissum, sordidum, inferius etiam est, quam ut Mediolanensi præcone,[z] avo tuo, dignum esse videatur. L. Crassus,[a] homo sapientissimus nostræ civitatis, spiculis[2] prope scrutatus est Alpes, ut, ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quæreret: eadem cupiditate vir summo ingenio præditus, C. Cotta,[b] nullo certo hoste, flagravit. Eorum neuter triumphavit; quod alteri illum honorem collega, alteri mors ademit.[3] Irrisa est[4] abs te paulo ante M. Pisonis[c] cupiditas triumphandi, a qua te longe dixisti abhorrere: qui etiamsi

præbent *et doctum te thece;* Erf. *et doctum te thecæ;* Franc. *et doctum te chere;* Faërn. *œchete;* Lamb. *œchetæ.*—12 Taurin. *illum escendentem;* H *illum adolescentem;* C S etiam omittunt *jam.* Mox, *revocare possis* Taurin. Vat. Faërn. Lamb. in marg. 1584. et Orell. Verba, *quin illum jam a. in c. p. revocare. O t. o lutum,* desunt in χ.

Cap. XXVI. 1 *O tenebræ, lutum, sordes* Taurin. Mox, *istud fractum* Vat. Faërn. Lamb. *istuc factum* χ.—2 C H *spiculi;* Vat. *peculiis;* unde Lamb. conj. *pilis.* Statim, *tibi hostis non erat, tibi triumphi* χ.—3 Orell. e Taurin. *alteri mors præripuit;* Vat. *alteri mors peremit.* Idem Orell. *collega præripuit, alteri mors ademit.*—4 Verbum *est* deest in ed. 1584. errore typogr. unde

NOTÆ

eas descripsit, ut secundum consuetudinem in ærario servarentur.

[z] *Mediolanensi præcone*] Mediolanum caput Insubriæ fuit, in qua Placentia, ex qua avus maternus ejus fuit. Unde nobiliorem civitatem ipsius regionis sumit pro minus nobili, ut ironice eum extollat.

[a] *L. Crassus*] L. Crassus collegam habuit Q. Scævolam pontificem; qui cum animadvertisset Crasso, propter summam ejus in repub. potentiam ac dignitatem, senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit reipub. magis, quam collegæ habere rationem, ac, ne fieret senatusconsultum, intercessit. Sed idem provinciam, cujus cupiditate plerique etiam viri boni delinquebant, deposuerat, ne sumtui esset ærario. Ita Ascon. Pedian.

[b] *C. Cotta*] Cotta orator fuit, de quo Cicero sæpe in libris de Orat. qui, decreto sibi triumpho, ante diem triumphi mortuus est, cum cicatrix illius vulneris, quod ante plures annos in prælio acceperat, rescissa est repente.

[c] *M. Pisonis*] M. Pupius Piso eisdem temporibus quibus Cicero vixit, sed tamen eo senior, ad quem pater Ciceronem puerum deducebat, quod in eo et antiquæ vitæ similitudo, et multæ erant literæ. Proconsul triumphavit de Hispanis, Q. Hortensio et Q. Metello Cretico coss.

minus magnum bellum gesserat, ut abs te dictum est, tamen istum honorem contemnendum[5] non putavit. Tu, eruditior quam Piso, prudentior[6] quam Cotta, abundantior consilio, ingenio, sapientia, quam Crassus, ea contemnis, quæ illi idiotæ,[d] ut tu appellas, præclara duxerunt. 63. Quodsi reprehendis, quod cupidi laureæ[7] fuerint, cum bella aut parva aut nulla gessissent; tu, tantis nationibus[e] subactis, tantis rebus gestis, minime fructum laborum tuorum, præmia periculorum, virtutis insignia contemnere debuisti: neque vero contemsisti, licet Themista[8][f] sapientior, si os tuum ferreum senatus convicio verberari noluisti.

Jam vides, quandoquidem[9] ita mihimet fui inimicus, ut me tecum compararem, et digressum meum, et absentiam, et reditum ita longe tuo præstitisse, ut mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerint. 64. Nunc etiam[10] in hac quotidiana, assi-

neglectum etiam in Grut. Græv. Ernesti, et Schutz.—5 Ascon. *omittendum.* —6 C H S χ *doctior.* Mox, *ea* ante *contemnis* omisit Faërn.—7 Vat. C H S χ, Rom. Venett. 1480. 1483. *coronæ laureæ;* Junt. *laureæ coronæ.*—8 Taurin. Vat. Faërn. *sis licet Themista;* Lamb. *licet sis Themista;* χ *licet sis Themistea;* C H S *licet Themistea.* Actutum, *sapientior; sed os* Taurin. Vat. Junt. Faërn. Lamb. Schutz. Orell. *licet Themista sapientior sis, os, &c.* conj. Græv. *si hostium ferreum* Franc. a m. sec.—9 Taurin. Vat. Faërn. Lamb. Orell. *quoniam quidem.* Actutum, *ita met mihi* Vat. unde Garat. conj. *ita egomet mihi.* Tum *digressum meum* Erf. Franc. et edd. ante Faërn.—10 *Num etiam* Taurin. Vat. Faërn. Orell. *Hunc etiam* edd. quædam vett. Mox, pro *domesticam* Taurin.

NOTÆ

[d] *Idiotæ*] Homines omni philosophiæ cognitione destituti idiotæ dicuntur. Ita Lucilius.

[e] *Tu tantis nationibus*] Ironia.

[f] *Themista*] Themista mulier fuit studio philosophiæ nobilis, quam Lactantius citat, de falsa sapientia, III. 25. Lipsius, Var. Lect. I. 18. reponit *Themis,* quam Deam putabant esse, quæ docebat petere id quod fas esset, et quod liceret. Jocatur enim Cicero Pisonem, qui triumphum, scelerum suorum conscientia, ab irato senatu petere ausus non erat; et ipsa Themi sapientiorem fuisse dicit, ac longe melius providisse, quid expediret sibi petere, aut non petere, quam Dea illa ipsa (quæ mentem hominibus dat justa et æqua petendi) suadere potuisset: acute enim Piso, quoniam neque triumphum meruisset, et si maxime meruisset, repulsam tamen a senatu accepturum se certo providebat, omnino petere triumphum destitit, ut videretur eum potius consequi noluisse, quam non potuisse.

dua, urbanaque vita, splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam,[g] operam forensem,[h] consilium, auxilium, auctoritatem, sententiam senatoriam nobis, aut, ut verius dicam, cuiquam es infimo ac desperatissimo antelaturus? XXVII. Age, senatus odit te, (quod eum tu facere jure concedis) afflictorem et perditorem [1] non modo dignitatis et auctoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui: videre equites Romani non possunt, quo ex ordine vir præstantissimus et ornatissimus [2] L. Ælius [i] est, te consule, relegatus: plebs Romana perditum cupit, in cujus tu infamiam ea, quæ per latrones et per servos de me egeras, contulisti: Italia cuncta execratur, cujus idem tu superbissime decreta et preces repudiasti.[k] 65. Fac hujus odii tanti [a] ac tam [3] universi periculum, si audes. Instant post hominum memoriam apparatissimi,[4] magnificentissimique ludi,[l] quales non modo nunquam fuerunt, sed ne quomodo fieri quidem posthac possint, possum ullo pacto suspicari. Da [b]

[a] *Experire tantum odium.* [b] *Offer.*

habet a m. sec. *modestiam.* Actutum, *operam, forense consilium* in eodem cod. *auxilium* deest in χ. *senatoriam* deest in C H S χ. *ut* ante *verius* deest in C S χ. Pro *infimo*, quod servant Taurin. Vat. Franc. Faërn. Lamb. Schutz. Orell. *infirmissimo* exhibent alii codd. et edd. ante Faërn. item Grut. Græv. Denique, *ac despectissimo* Franc. a m. sec. *ac despicatissimo* de Lambini conjectura, Schutz.

Cap. XXVII. 1 Vat. et Orell. *ac perditorem;* C H S χ, et edd. vett. *et proditorem.*—2 Ita Taurin. Vat. Franc. Pith. C H S, Ven. 1480. Junt. Græv. Schutz. Orell. *et ornatissimus* omittunt χ, edd. vett. Lamb. Faërn. Grut. Pro *L. Ælius* Lamb. conj. *L. Lamia.* Tum, *religatus* C S. *perditum caput* χ. *per latrones, per servos* Vat. Faërn. Lamb. Deinde, *cujus item tu* Vat. Faërn. Lamb. uti volebat Ernesti.—3 Ita Vat. Ven. 1480. Junt. Faërn. Lamb. seqq. *tam* omittunt C H S χ, edd. vett.—4 C H S χ *paratissimi.* Paulo post, *fue-*

NOTÆ

[g] *Celebritatem domesticam*] Clientes frequentes aderant mane apud magnates, ut patronos suos salutarent.

[h] *Operam forensem*] Vel ipsi viri potentissimi civitatis defendere in judicio cives gloriæ ducebant.

[i] *L. Ælius*] L. Ælius Lamia Pisone consule relegatus est. De eo dictum est in Orat. pro Sext. § 11.

[k] *Et preces repudiasti*] Repudiavit preces totius Italiæ, quæ pro Ciceronis salute Pisoni et Gabinio coss. factæ sunt.

[l] *Magnificentissimi ludi*] Spectacula intelligit quæ data sunt a Pompeio cum constructum est ab eo theatrum. De his agit Epistola I. lib. VII. ad Marium.

te populo, committe ludis:[5] sibilum metuis?[m] Ubi sunt vestræ scholæ?[n] ne acclametur?[6][o] ne id quidem est curare philosophi. Manus tibi ne afferantur, times: dolor enim est malum,[p] ut disputas: existimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba sunt atque ineptiæ. Sed de hoc non dubito:[7] non audebit accedere ad ludos. Convivium publicum[q] non dignitatis gratia inibit,[8] (nisi forte ut cum P. Clodio, hoc est, cum amoribus suis,[r] cœnet) sed plane animi sui causa: ludos nobis idiotis relinquet. 66. Solet enim[9] in disputationibus suis, oculorum et aurium delectationi abdominis voluptates[s] anteferre: nam, quod vobis iste tantummodo improbus, crudelis[10] olim furunculus,[t] nunc vero etiam rapax,[u] quod sordidus, quod contumax,

runt, sene quomodo f. q. p. p. p. nullo χ.—5 Schutz. de Ernesti conjectura *committe te ludis.*—6 Vat. *ne acclametur times*, voc. *times* infra deleto. *ut tu disputas* Taurin. a m. sec. *verba atque ineptiæ* Taurin. Vat. Faërn. Lamb. Orell. —7 Vat. *sed hæc non dubito.* Actutum, *non audebis* C H χ. *nam non audebit* Vat. Lamb.—8 Ita Lamb. Græv. Grut. seqq. *dign. causa inibit* Taurin. C H S χ, Ven. 1480. Junt. Faërn. Orell. Mox, *ut cum patribus conscriptis, hoc est, cum amatoribus suis* Vat. Orell. *ut cum patribus conscriptis, h. e. c. majoribus suis* Taurin. Erf. Pith. C H S χ, Rom. Venn. 1480. 1483. *ut cum P. C. hoc est, compotoribus suis* Junt. *ut cum P. Clodio, hoc est, compotoribus suis* Ald. Hervag. Naug. *ut cum patribus conscriptis, hoc est, cum amoribus suis* Lall.—9 Ita Taurin. Vat. Faërn. Lamb. Orell. *enim* omittunt C H S χ, et edd. ante Faërn. Pro *abdominis* C H S habent *abdomini ;* χ *ob domini.*—10 Orell. comma

NOTÆ

[m] *Sibilum metuis*] Quos populus oderat, venientes ad ludos sibilis excipiebat: contra vero sibi gratis applaudebat.

[n] *Vestræ scholæ*] Epicurei, quorum sectabatur Piso doctrinam, dedecus contemnebant. Quare non est quod infamia notari timeat in ludis.

[o] *Ne acclametur*] Timebat Piso ne sibi acclamaretur faustis apprecationibus. Sic enim viri populo grati vulgo excipiebantur, ut Seneca refert Epist. 29.

[p] *Dolor est malum*] Sententiam profert Epicureorum, de qua fusius in Tuscul. Quæst. agit.

[q] *Convivium publicum*] Indicat illud convivium, quod a Pompeio in celebratione ludorum illorum datum est.

[r] *Cum amoribus suis*] Vocat Clodium amores suos, quia pari libidinum, et voluptatis fœdissimæ desiderio tenebantur. Amant vero pares esse cum paribus.

[s] *Abdominis voluptates*] Fœdissimas omnium tum gulæ, tum luxuriæ voluptates intelligit.

[t] *Furunculus*] Furunculus dicitur qui occulte furatur, qualis erat antequam provinciam obtinuisset.

[u] *Rapax*] Rapax est apertus et publicus latro, qui provinciam suam latrociniis et rapinis diripuit.

quod superbus, quod fallax, quod perfidiosus, quod impudens, quod audax esse videatur; [*p.* 94.] nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius,[11] nihil nequius. Luxuriam autem in isto nolite hanc cogitare. 67. Est enim quædam, quanquam omnis est vitiosa atque turpis, tamen ingenuo ac libero dignior: nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum: laudabo inimicum; ne[12] magnopere quidem quicquam, præter libidines, sumtuosum: toreuma[x] nullum; maximi calices,[y] et hi, ne contemnere suos videatur, Placentini;[z] exstructa mensa, non conchyliis aut piscibus,[a] sed multa carne subrancida;[13][b] servi sordidati ministrant, nonnulli etiam senes; idem coquus, idem atriensis;[c] pistor[d] domi nullus, nulla cella; panis et vinum a propola[14][e] atque de cupa;[f] Græci sti-

ponit post *crudelis*.—11 Ita codd. plerique, etiam Taurin. et edd. fere omnes; *præposterius* Junt. *proterus* (i. e. *protervius*) Vat. Faërn. Lamb. probante Garat. Statim, *nolite in isto hanc cogitare* Taurin. Vat. Faërn. Orell. *nolite hanc cogitare in isto* Lamb. 1566. *hanc cogitare nolite in isto* Lamb. in marg. ed. 1584.—12 Vat. *cui ne*.—13 C *subranda*.—14 Ita Vat. Junt. Faërn. Orell. *a propala* codd. aliquot, Ven. 1480. Lamb. Grut. *atque de cuppa* Rom. Ven. 1483. Junt. Pro *lectulis* Vat. et Faërn. *lectis*. Deinde, pro *de solio* Augustinus conj. *de dolio*; recepit Schutz. *bibitur usque eo, dum* C S χ, Vat. Faërn. Lamb. Græv. Orell. *habiturus quæ eo, dum* H. *ministretur* C H S χ, Vat. Faërn. Lamb. Græv. Orell.

NOTÆ

[x] *Toreuma*] Toreumatis nomine vas quodlibet intelligitur, quod artis elegantia exculptum est.

[y] *Maximi calices*] Vasa plerumque fictilia, quibus tenuioris fortunæ homines utebantur, ut patet ex Martiali XIV. 96. 'Vilia sutoris calicem monumenta, Vatini, Accipe.'

[z] *Placentini*] Ad contemtum Pisonis loquitur; quasi materni generis memor vilioribus ejusmodi calicibus uteretur; nam avus ejus maternus præco Placentinus fuit.

[a] *Conchyliis, aut piscibus*] Mensas suas Romani delicatissimis conchyliis, et piscibus longius asportatis, ad fastum exstruebant. Unde Plin. Nat. Hist. IX. 34. hanc luxuriam conchyliorum censoriis legibus, auctore M. Scauro, fuisse prohibitam scribit.

[b] *Carne subrancida*] Intellige carnem salitam, et jam putidam ad acuendam sitim.

[c] *Atriensis*] Atrienses, sive atriarii, illi servi dicuntur, quibus atrii cura commissa erat, quique venientes excipiebant, et ad dominum intromittebant.

[d] *Pistor*] Pistor panem conficit.

[e] *Propola*] Propola is est, qui mercatur a mercatoribus, quod statim vendit. Cic. Off. lib. I.

[f] *De cupa*] Cupa vas vinarium est, in quo musta coquuntur, et deferun-

pati,[c] quini in lectulis,[g] sæpe plures; ipse solus, bibiturus, quæ eodem de solio[h] ministrentur. Ubi galli cantum audivit,[i] avum suum revixisse putat; mensam tolli jubet. XXVIII. 68. Dicet aliquis; Unde tibi hæc nota sunt? non, mehercule,[1] contumeliæ causa describam quenquam, præsertim ingeniosum hominem atque eruditum, cui generi esse ego iratus, ne si cupiam quidem, non possum.[2] Est quidam Græcus,[k] qui cum isto vivit, homo, vere ut dicam,[3] (sic enim cognovi) humanus, sed tamdiu, quamdiu cum aliis est, aut ipse secum.[d] Is cum istum adolescentem, jam tum[l] cum hac Diis irata fronte,[4] vidisset, non fugit ejus amicitiam, cum esset præsertim appetitus;[m] dedit se in consuetudinem, sic ut prorsus una viveret, nec fere ab isto unquam discederet. Non apud indoctos, sed, ut ego arbitror, in hominum eruditissimorum et humanissimorum cœtu loquor. Audistis profecto dici, philosophos Epicureos, omnes res, quæ sunt[5] homini expetendæ, voluptate metiri; recte, an secus,[e] nihil ad nos; aut, si ad nos, nihil

[c] *Compressi.* [d] *Solus.* [e] *Male.*

Cap. XXVIII. 1 Vat. Faërn. Lamb. *mehercules.*—2 Ita Ernesti de sua conj. *quidem, possim* conj. Garat. *quidem, possum* codd. et edd. omnes ante Ernesti.—3 Vat. Faërn. *ut vere dicam.*—4 Vat. *tam tum hac distracta fronte;* unde Garat. *cum* delendum censet. Statim, *non fastidivit ejus amicitiam* Vat. Faërn. Ald. Orell. Deinde, *unquam ab eo* Vat. Faërn.—5 Faërn. *quæ sint.* Mox, *voluptate mentiri* χ. *rectenant secus* Vat. unde Garat. *rectene an secus.* Paulo post, pro *acriter* T habet *autem.* Deinde, *est sæpe præceps* Vat. Faërn.

NOTÆ

tur. Ulpianus lib. XV.

[g] *Quini in lectulis*] Reddit rationem quare compressi illi fuerint, quia vulgo in lectulis, tres tantum mensæ accumbebant, ut videre est apud Horat. Sat. II. 8. 20. seqq.

[h] *De solio*] Festus ait 'solia' dici 'alveos lavandi causa institutos, quo singuli descendunt;' seu vasa, in quo lavabantur sedentes.

[i] *Ubi galli cantum audivit*] Ubi totam noctem traduxit Piso in compotationibus, ut audit galli cantum, tum meminit avi sui materni Calventii Galli, qui præco fuit Placentinus, seu Mediolanensis.

[k] *Est quidam Græcus*] Asconius Pedianus Philodemum philosophum Epicureum significari arbitratur, cujus obscœna fuerunt carmina.

[l] *Jam tum*] In adolescentia sua, jam tum severitatis quadam specie multa vitia contegebat Piso.

[m] *Appetitus*] Philodemum optabat

ad hoc tempus; sed tamen lubricum genus orationis adolescenti,[n] non acriter intelligenti, sæpe præceps. 69. Itaque admissarius iste,[o] simul atque audivit a philosopho voluptatem[6] tantopere laudari, nihil expiscatus est;[f] sic suos sensus voluptarios omnes incitavit, sic ad illius hanc orationem adhinniit,[p] ut non magistrum virtutis, sed auctorem libidinis a se illum inventum arbitraretur. Græcus primo distinguere atque dividere[7] illa, quemadmodum dicerentur; iste claudus,[q] quomodo aiunt, pilam; retinere[r] quod acceperat, testificari,[g] tabulas obsignare velle,[s] Epicurum disertum[h] dicere; et tamen dictum opinor,[8] se nullum bonum intelligere posse, demtis corporis voluptatibus. 70. Quid multa? Græcus, facilis et valde venustus, nimis pugnax contra senatorem[9] populi Romani esse noluit. XXIX. Est autem hic, de quo loquor, non philosophia so-

[f] *Examinavit.* [g] *Producere testes.* [h] *Distincte locutum.*

Lamb.—6 Vat. et Orell. *voluptatem a philosopho.* Mox, *explicatus est* C χ. *omnes* omittit χ. Pro *adhinniit,* Vat. Faërn. Lamb. Orell. *adhinnivit;* C S T χ *adhibuit.*—7 Vat. Faërn. et Lamb. in marg. ed. 1584. *et dividere.* Pro *dicerentur* T habet *dicetur.* C *ista.* Schutz. de Ursini conj. *claudos.* C H S χ omittunt *quomodo,* pro quo Vat. Faërn. Orell. habent *quemadmodum.* H *ait.* χ *palam.*—8 Orell. e Vat. *Epic. disertum dicere; est tamen: dicit, ut opinor;* Faërn. *et tamen dicit, ut opinor;* codd. plerique et edd. ante Lamb. *Ep. disertum decernere, et tamen dictum opinor;* Lamb. *E. disertum decernere, et tamen dicere opinor;* Schutz. de Gulielmii conj. *E. disertim dicere, (et tamen dicit, ut opinor,) se, &c.* Pal. 2. *diserte;* unde Garat. conj. *E. diserte dicere, (et tamen dicit, ut opinor,) se, &c.* C H S χ habent *dicere;* T *discernere.*—9 Orell. e Vat. *contra imperatorem.* Cf. Phil. XIV. § 28.

NOTÆ

Piso habere vitæ comitem.

[n] *Adolescenti*] Adolescentes non satis distinguunt, cum de voluptate, utrum de corporis, an animi, agatur.

[o] *Admissarius iste*] Pisonem admissarium vocat, quia omni mulierccularum impudicarum libidini se exposuerat, sumta allegoria ab equo, qui fœturæ supplendæ causa in equarum armenta adducitur.

[p] *Adhinniit*] Remanet in eadem allegoria.

[q] *Iste claudus*] Proverbium quod de illis dicitur, qui, quod acceperunt a præceptoribus, sive illud doctum sit, sive indoctum, mordicus tenent.

[r] *Retinere*] Supple 'incepit.'

[s] *Tabulas obsignare velle*] Voluit ut præceptor ille scripto obsignaret, quod de voluptate protulerat.

lum, sed etiam literis, quod[1] fere ceteros[t] Epicureos negligere dicunt, perpolitus. Poëma porro facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius. In quo reprehendat eum licet, si qui volet; modo[2] leviter,[i] non ut impurum, non ut improbum, non ut audacem, sed ut Græculum,[u] ut assentatorem, ut poëtam.[x] Devenit, aut potius[3] incidit in istum, eodem deceptus supercilio, Græcus atque advena, quo tam sapiens et tanta civitas; revocare se non poterat, familiaritate implicatus; et simul inconstantiæ famam verebatur: rogatus, invitatus, coactus, ita multa ad istum de isto scripsit,[y] ut omnes hominis libidines, omnia cœnarum genera conviviorumque, adulteria denique ejus,[4] delicatissimis versibus expresserit. 71. In quibus,[z] si quis[5] velit, possit istius tanquam in speculo vitam intueri; ex quibus multa, a multis lecta et audita, recitarem, nisi vererer, ne hoc ipsum genus orationis, quo

[i] *Si qui volet reprehendere eum, reprehendat leviter.*

Cap. xxix. 1 Vat. Faërn. Lamb. *sed etiam ceteris studiis, quæ.* cod. Faërni, *sed etiam studiis, quæ.* Hinc conj. Orell. *sed etiam ceteris studiis, quæ fere Epicureos,* deleto *ceteros.* Voc. *perpolitus* deest in χ.—2 C *se qui volet; modo;* χ *si qui volet non modo;* Vat. *si qui modo vult;* unde Faërn. et Lamb. *si qui vult, modo.* Paulo post, *non ut impurum* post *audacem* ponunt Vat. Faërn. Lamb. improbante Garat. *sed ut Gr. et assentatorem* χ.—3 *Devenit autem, seu potius* Vat. Mox, *quo tot sapientes* in eodem cod.—4 Lamb. et Orell. *ad istum de isto quoque scripsit, ut o. h. libidines, omnia stupra, omnia cœn. g. c. a. denique ejus;* Vat. et Faërn. *ad istum de isto quoque scripsit, ut omnes libidines, omnia stupra, o. c. conviviorumque genera, a. denique ejus;* Græv. *ad istum de isto scripsit, ut omnes libidines, omnia stupra, o. c. g. c. a. denique ejus.* Edd. ante Lamb. omittunt vocc. *quoque, omnia stupra, denique,* et retinent *hominis;* χ omittit *omnia cœn. gen. c. adulteria.*—5 Vat. Erlang. C H S T, Faërn. Orell.

NOTÆ

[t] *Quod fere ceteros*] Cicero loquens de Epicuro lib. de Finibus, ait non satis iis artibus non modo politum fuisse, quas qui tenent, eruditi appellantur, sed etiam deterruisse alios a studiis.

[u] *Græculum*] Græci male audiebant apud Romanos, propter adulationem.

[x] *Poëtam*] Poëtæ assentationibus suis placere volunt, ideoque figmentis sæpe veritatem dissimulant.

[y] *Ad istum de isto scripsit*] Id est, multa carmina de Pisone scripsit, sed illa impudica, utpote quibus ejus infames libidines describebantur.

[z] *In quibus*] Versibus scilicet.

nunc utor, ab hujus loci more[6][a] abhorreret; [*p.* 95.] et simul de ipso, qui scripsit, detrahi nolo; qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior et gravior esse potuisset; sed eum casus[k] in hanc consuetudinem scribendi induxit, philosopho valde indignam; siquidem philosophia, ut fertur, virtutis continet, et officii, et bene vivendi disciplinam; quam qui[7] profitetur, gravissimam mihi sustinere personam videtur. 72. Sed idem casus[b] illum ignarum,[8] quid profiteretur, cum se philosophum esse diceret, istius impurissimæ atque intemperantissimæ pecudis[c] cœno et sordibus inquinavit.

Qui modo cum res[9] gestas consulatus mei collaudasset, (quæ quidem laudatio hominis turpissimi mihi ipsi erat pæne turpis[d]) Non illa tibi, inquit,[e] invidia nocuit, sed versus tui. Nimis magna pœna, te consule, constituta est, sive malo poëtæ, sive libero. Scripsisti enim,[10][f] 'cedant arma togæ.'[g]—Quid tum? Hæc res tibi fluctus illos excitavit. At hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio,[h] quod, te consule, in sepulcro reipublicæ incisum est,

[k] *Necessitas.*

si qui. Vid. Beier ad Off. tom. I. p. 125. *possit* deest in T.—6 Cod. χ *mori* Paulo post, *detrahi nihil volo* Vat. Faërn. Lamb. Orell. *nihil detrahi volo* Lamb. in marg. ed. 1584.—7 Cod. χ omittit *qui.* Pro *mihi sustinere* Vat. Faërn. et Orell. *sustinere mihi.*—8 Faërn. de Victorii conj. *gnarum;* Lamb. in ed. 1566. *non ignarum.* Statim, ac *intemperatissimæ* edd. ante Faërn. *atque intemperatissimæ* C S T. Lectionem nostram exhibent Vat. Faërn. Lamb. seqq. et Orell.—9 *Qui modo res* C H S T χ. Pro *collaudasset,* quod servant Vat. C H S T χ, Faërn. Lamb. seqq. *cum laudasset* habent al. *cum* ante *res* omisso. *quæ quidem collaudatio* Vat. Pro *non illa,* quod servant Vat. C H S χ, Lamb. Schutz. *non ulla* ceteri codd. et edd. *illa* deest in T.—10 Ita Vat.

NOTÆ

[a] *Ab hujus loci more*] In senatu oportet agere de rebus seriis, et gravioribus.

[b] *Sed idem casus*] Id est, eadem necessitas, quæ Philodemum impulit ad scribendas Pisonis libidines, iisdem eum flagitiis inquinavit.

[c] *Pecudis*] Pisonem intelligit.

[d] *Erat pæne turpis*] Turpe est laudari a turpi viro, et honorificum a laude digno.

[e] *Inquit*] Piso videlicet.

[f] *Scripsisti enim*] Piso in sua oratione Ciceroni objecerat, quod versus de suo consulatu scripsisset, quibus offensus ei fuerat Pompeius.

[g] *Cedant arma togæ*] Versus a Cicerone editus.

[h] *Illo elogio*] Elogia, et tituli sepulcrorum, inscriptiones dicebantur.

'Velitis, jubeatis,[i] ut, quod M. Cicero versum fecerit;' sed 'quod vindicarit.' [11] [k]

XXX. 73. Verum tamen, quoniam te non Aristarchum,[l] sed Phalarim [1] [m] grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poëtam armis persequare; scire cupio, quid tandem isto in versu reprehendas, 'cedant arma togæ.' Tuæ dicis,[2] inquit, togæ summum imperatorem esse cessurum. Quid nunc te, asine, literas doceam? non opus est verbis, sed fustibus: non dixi hanc togam,[3] qua sum amictus; nec arma, scutum et gladium unius imperatoris: sed, quod pacis est insigne [n] et otii toga; contra autem arma tumultus atque belli;[o] more poëtarum locutus, hoc intelligi volui, bellum ac tumultum paci atque otio concessurum. 74. Quære [4] ex familiari tuo, Græco illo poëta: probabit genus ipsum,[p] et agnoscet; neque te nihil sapere mirabitur. At in illo altero,[5] [q] inquit, hæres,

Lamb. Græv. seqq. *Scripsisti enim versus* ceteri.—11 'Hæc, *sed, quod vind.* non sine causa suspecta sunt Garat. et Schutz.' *Orell.*

CAP. XXX. 1 *Phalarin* Faërn. Lamb. Orell. Paulo post, *in isto versu* Faërn.—2 *Tu dicas* C. *Tu dicis* T.—3 Cod. χ *non dicas togam.* Actutum, *quam sum, &c.* C H S χ. *scutum aut gladium* Vat. Faërn. Lamb. *sed quia pacis* in iisdem. Tum, *tumultus ac belli* Lamb. Deinde, *otio consensurum* T.—4 *Quæro* T. *familiari* deest in χ. Paulo post, *neque nihil,* omisso *te,* C.—5 *At in altero illo* Faërn. et Orell. *accedat laurea laudi* T. *laudi* habent etiam Vat. Franc. Erf. C H S χ, alii codd. et edd. omnes, præter Lamb. et Grut. in quibus est *linguæ.* 'Recte hic se habere *laudi,* recte Offic. I. 22. *linguæ,* mihi

NOTÆ

[i] *Velitis, jubeatis*] Formulam fingit Cicero, qua a Pisone ejectus est in exilium.

[k] *Sed quod vindicarit*] Non quod scripserit Cicero versus, ejiciebatur a Pisone, sed quod vindicarit rempublicam a conjuratione: eaque de causa a nefario consule igni et aqua interdicebatur.

[l] *Aristarchum*] Aristarchus grammaticus fuit, qui quos versus non probabat, Homericos non esse contendebat, eosque litura, vel stellula notabat.

[m] *Phalarim*] Tyrannus Agrigentinorum fuit, qui aëneo tauro ignibus subjecto morte damnatos includebat, in quo ipse combustus est.

[n] *Quod pacis est insigne*] Romani pacis tempore togis utebantur.

[o] *Tumultus atque belli*] Supple, belli sunt insignia, et seditionum.

[p] *Genus ipsum*] Nempe dicendi poëtice.

[q] *At in illo altero*] In altera hujus carminis parte difficultatem reperire Pisonem significat.

'concedat laurea laudi.'[a] Immo, mehercule, habeo tibi gratiam: hærerem[r] enim, nisi tu me[6] expedisses: nam cum tu, timidus ac tremens,[s] tuis ipse furacissimis manibus detractam e cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abjecisti,[t] indicasti, non modo amplissimæ, sed etiam minimæ laudi lauream concessisse.[u] Atque ista ratione hoc[7] tamen intelligi, scelerate, vis, Pompeium inimicum mihi isto versu esse factum; ut, si versus mihi nocuerit, ab eo, quem is versus offenderit, videatur mihi pernicies esse quæsita.[b] 75. Omitto, nihil istum versum pertinuisse ad illum: non fuisse meum,[c] quem, quantum potuissem, multis sæpe orationibus scriptisque decorassem,[x] hunc uno[8] violare versu. Sed sit offensus: primo nonne compensabit cum uno versiculo tot mea volumina[y] laudum suarum? Quodsi est[9]

[a] *Victoria cedat eloquentiæ.*
[b] *Infortunium comparatum.* [c] *Me voluisse.*

persuasum est; nam observante Beiero l. l. p. 181. voc. nimis invidiosum ipse postea permutare cum modestiore poterat.' *Orell.*—6 Lamb. et Græv. delerunt *me*. Mox, *detractam cruentis* C H S T χ, et edd. ante Lamb. Præpositionem *e* servant Vat. Faërn. Lamb. seqq. Pro *indicasti* C H S T χ *judicasti*. Deinde *minimæ* deest in χ.—7 In verbis *ista ratione hoc* desinit egregium Fragm. Vat. *tamen intelligis* C H S T χ.—8 C H S χ *hunc unum*.—9 *Quod si esset* Schutz. de conj. Statim, *ad perniciem, non* Hervag. cum uno cod. Faërni, Lamb. Schutz. *ad perniciem nonne* C. *ad perniciem nec* χ. *amicissimum* C H S χ. Mox, *non civis: non liberi in hominis, &c.* Junt. *laude, non i. de rep. meriti: in consularis, in senatoris, in civ. in lib. &c.* conj. Schutz. *non consularis* deest in ed. Ernesti, errore typogr.

NOTÆ

[r] *Hærerem*] Fatetur Cicero, se reperire in hoc carmine difficultatis aliquid, nisi eum ab ea liberasset Piso.

[s] *Ac tremens*] Timebat Piso ne repetundarum accusaretur propter furta sua et rapinas in provincia.

[t] *Lauream . . . abjecisti*] Cum Romam ingrederetur, ad portam Esquilinam fasces suos laureatos abjecit, ne provincialium sanguine cruentati viderentur.

[u] *Lauream concessisse*] Ait revera lauream linguæ concessisse, cum timuit in judicio accusari.

[x] *Orationibus scriptisque decorassem*] Neminem frequentius Pompeio laudat Cicero, ut videre est in Orat. pro Lege Manil.

[y] *Tot mea volumina*] Sæpissime de Pompeio loquitur in orationibus suis Cicero, quem ubique triumphasse commemorat. Porro volumina a volvendo dicta sunt; neque enim pluribus paginis et quaternionibus olim libri compingebantur, sed spiræ instar convolvebantur.

commotus,[d] ad perniciemne, non dicam amicissimi, non ita de sua laude meriti, non ita de republica, non consularis, non senatoris, non civis, non liberi; in hominis caput ille tam crudelis propter versum fuisset?[e] XXXI. Tu quid,[1] tu apud quos, tu de quo dicas, intelligis? complecteris amplissimos viros[z] ad tuum et Gabinii scelus; neque id occulte: nam paulo ante dixisti, me cum iis confligere,[2] quos despicerem;[a] non attingere eos, qui plus possent,[b] quibus iratus esse deberem: quorum quidem (quis enim non intelligit, quos dicas?) quanquam non est una causa omnium,[c] tamen est omnium mihi probata. 76. Me Cn. Pompeius (multis obsistentibus[d] ejus erga me studio[3] atque amori) semper dilexit, semper sua conjunctione dignissimum judicavit, semper non modo incolumem, sed etiam amplissimum atque ornatissimum voluit esse:[f] [*p.*96.] vestræ fraudes, vestrum scelus, vestræ criminationes insidiarum[e] mearum, illius periculorum,[4] nefarie fictæ, si-

[d] *Iratus.*

[e] *Tam crudelis fuisset, ut perderet, propter versum, non dicam amicissimum, non ita meritum de repub. &c. sed hominem?*

[f] *Non modo optavit meam salutem, sed etiam amplitudinem et gloriam.*

Cap. XXXI. 1 *Tu quidem* C H S T χ. Mox, *de quo dicas* C H T, et edd. ante Lamb. Pro *complecteris*, Erf. et Pith. legunt *complecti vis*, probante Garat.—2 S *confugere*. Actutum, *quos desp. non attingere* desunt in C H S T χ. Mox, *iratus* deest in T. Tum, *enim* post *quis* deest in χ. *causa una omnium* Taurin. *tamen est omnium* desunt in χ.—3 Taurin. *erga me ejus studio.* C H S χ *atque amore.* Statim, *sua cognitione* χ.—4 Idem cod. *periculo.* C H S χ

NOTÆ

[z] *Complecteris amplissimos viros*] Adjungere dicit Pompeium et Cæsarem, ut videantur illius et Gabinii sceleris participes.

[a] *Quos despicerem*] Piso objecerat Ciceroni, eum aggredi se, et Gabinium, quos suadebat e suis provinciis esse revocandos, quia eos non metuebat, utpote debiles et infirmos hostes.

[b] *Qui plus possent*] Significabat Pompeium et Cæsarem, quorum longe major erat auctoritas et potentia in republica.

[c] *Non est una causa omnium*] Pompeii causam ab aliorum causa distinguit.

[d] *Multis obsistentibus*] Piso, Gabinius, Clodii, aliique omnes Clodiani Pompeium abalienare a Cicerone conati sunt.

[e] *Criminationes insidiarum*] Ciceronem illi detulerunt ad Pompeium, quasi ejus vitæ insidias collocasset.

mul eorum, qui familiaritatis licentia, suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus ejus, impulsu vestro, collocaverunt,[g] vestræ cupiditates provinciarum, effecerunt, ut ego excluderer;[f] omnesque, qui me, qui illius gloriam, qui rempublicam salvam esse cupiebant, sermone atque aditu prohiberentur. 77. Quibus rebus est perfectum, ut illi plane suo stare judicio[h][5] non liceret, cum certi homines non studium ejus a me alienassent, sed auxilium retardassent. Nonne ad te L. Lentulus,[g] qui tum erat prætor, non Q. Sanga,[h] non L. Torquatus pater,[i] non M. Lucullus venit? qui omnes ad eum, multique mortales, oratum in Albanum[k] obsecratumque venerant, ne meas[6] fortunas desereret, cum reipublicæ salute conjunctas: quos ille ad te, et ad tuum collegam remisit, ut causam publicam susciperetis, ut ad senatum referretis: se contra armatum tribunum[l] plebis sine consilio publico decertare nolle: consulibus ex senatusconsulto[m] rempublicam defendentibus, se arma sumturum.[7] 78. Ecquid,[8] infelix, recordaris, quid

[g] *Obsederunt aures improbissimis sermonibus.*
[h] *Manere in sua voluntate erga me.*

qui f. licentiam. Tum, *collocarunt* Taurin. et Orell. Verba, *vestræ c. p. effecerunt* desunt in S. Deinde, pro *aditu* χ habet *editu.*—5 Taurin. *plane stare in suo judicio.*—6 Taurin. et Orell. *ut ne meas.*—7 Ita Taurin. Erf. Rom. Ven. 1480. Junt. Grut. seqq. *suscepturum* Ven. 1483. Faërn. Lamb.—8 *Et quid* C.

NOTÆ

De quibus fuse loquitur pro Sextio, § 141.

[f] *Ego excluderer*] Affert per conglobationem, omnes rationes quibus conati sunt a familiaritate Pompeii Ciceronem excludere.

[g] *L. Lentulus*] Hic anno primo belli civilis consul fuit.

[h] *Q. Sanga*] Q. Fabius Sanga is fuit qui indicia conjurationis Catilinariæ ad Ciceronem detulit.

[i] *L. Torquatus pater*] Torquatum patrem nominat, ad filii discrimen, qui tum florebat in republica.

[k] *In Albanum*] Fundus Albanus pertinuit ad Pompeium, quo secessisse de industria scribit Plutarchus, ut cum ad eum Cicero venisset, sese per posticum subduceret.

[l] *Armatum tribunum*] Cum Clodio decertare, et venire in contentionem, noluit Pompeius.

[m] *Coss. ex senatusconsulto*] Senatus illud consultum fuit cum dicebat senatus, 'Videant consules ne quid detrimenti capiat respublica;' quo versiculo, ait Cicero, satis armatos fuisse consules.

responderis? in quo illi omnes quidem, sed Torquatus præter ceteros, furebat contumacia responsi tui, te non esse tam fortem, quam ipse [Torquatus] in consulatu [n] fuisset, aut ego: [o] nihil opus esse armis, nihil contentione: me posse iterum rempublicam servare, si cessissem: [p] infinitam cædem fore, si restitissem: deinde ad extremum, neque se,[q] neque generum, neque collegam suum, tribuno plebis defuturum.[9] Hic tu, hostis ac proditor, aliis mei nimiciorem [10] quam tibi debere esse dicis? XXXII. 79. Ego C. Cæsarem non eadem de republica [r] sensisse, quæ me, scio: sed tamen (quod jam de eo, his audientibus, sæpe dixi) me ille sui totius consulatus, eorumque honorum, quos cum proximis [s] communicavit, socium esse voluit; detulit, invitavit, rogavit: non sum ego,[1] propter nimiam fortasse constantiæ cupiditatem, adductus ad causam: non postulabam, ut ei carissimus essem, cujus ego ne beneficiis quidem sententiam meam tradidissem. Adducta res in certamen, te consule, putabatur, utrum, quæ superiore anno ille gessisset, manerent, an rescinderentur.[t] Quid lo-

Mox, *Torquatus* loco secundo delevit Schutz. de Ernestii sententia. Tum, *posse remp. iterum* Taurin. Pro *servare* C S χ, Rom. Ven. 1483. *salvare.*—9 Ita Taurin. Ald. seqq. *non defuturum* C S T χ, Rom. Ven. 1480. 1483. Junt. probante Garat.—10 H T *inimicitiorem.*

CAP. XXXII. 1 Taurin. omittit *ego.* Paulo post *ei carissimum* C. *ne* ante *beneficiis* deest in C H S T χ, et edd. ante Lamb. extat vero in Taurin. Lamb.

NOTÆ

[n] *Torquatus in consulatu*] Fuit ille quidem agresti vir ingenio, quo consule erupit prima Catilinæ conjuratio, in qua eum, cum Cotta collega suo, interficere volebant socii conjurationis, Cn. Piso, Catilina, et Antonius.

[o] *Aut ego*] Cicero alteram conjurationem oppressit, de qua dictum est in Orat. contra Catilinam.

[p] *Si cessissem*] Tempori videlicet, et armis Clodianorum.

[q] *Neque se*] Polliciti fuerant Piso, Cæsar, et Gabinius suam opem Clodio, si quid a Cicerone susceptum fuisset pro republica contra furiosum illum tribunum plebis.

[r] *Non eadem de repub.*] Cicero restitit Cæsari, quando tulit legem de dividendo agro Campano.

[s] *Cum proximis*] Duumviros creavit Pisonem socerum suum, et generum Pompeium: unde eum, ut ait Orat. de Provinc. Consul. rogavit ut quinqueviratum acciperet, et in tribus sibi conjunctissimis consularibus esse vellet.

[t] *Rescinderentur*] Prætores Mum-

quar plura? si tantum ille in me esse uno roboris et virtutis putavit, ut ea,[2] quæ ipse gesserat, conciderent, si ego restitissem; cur ei non ignoscam, si anteposuit suam salutem meæ?[u] 80. Sed præterita omitto:[3] me ut Cn. Pompeius omnibus suis studiis, laboribus, vitæ periculis complexus est, cum municipia pro me adiret, Italiæ fidem imploraret, P. Lentulo consuli, auctori salutis meæ,[x] frequens assideret, senatui sententiam præstaret,[y] in concionibus non modo se defensorem salutis meæ, sed etiam supplicem pro me profiteretur; hujus voluntatis eum, quem multum posse intelligebat, mihi non inimicum esse cognorat, socium sibi et adjutorem C. Cæsarem adjunxit. Jam vides, me tibi non inimicum, sed hostem;[4] illis, quos describis, non modo non iratum, sed etiam amicum esse debere? quorum alter, id quod meminero semper, æque mihi fuit amicus, ac sibi; alter, id quod obliviscar aliquando, sibi amicior,[5] quam mihi.[z] 81. Deinde hoc ita fit, ut viri fortes, etiamsi[6] ferro inter se cominus decertarint, tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna armisque ponant. Atqui me ille odisse nunquam[7] potuit, ne

Græv. Grut. seqq.—2 Taurin. omittit *ea*. Mox, *cur ego non ignoscam* Taurin. T, Ven. 1480. Junt. *cur non ignoscam* C H S χ, edd. pleræque ante ed. 1584. etiam Faërn. et Lamb. 1566.—3 *Sed præterea mitto* Orell. e cod. Taurin. Mox, *omnibus studiis suis* in eodem cod. Paulo post, *consulis auctori* C. Pro *senatui* Taurin. habet *senatus*.—4 *Jamne vides* Lamb. *Jam vides m. t. n. inimicum* desunt in T. *sed etiam hostem* idem cod. Statim, *modo* deest in eodem. Deinde, *quod meminero s. æque m. f. a. ac s. a. id quod* desunt in eodem codice; *amicus* deest in C H S χ, Rom. Venet. 1483. *mihi amicus fuit* Taurin.—5 Taurin. *sibi aliquando amicior;* H T *aliquando sibi amicitior*.—6 H *etsi*. C H S χ omittunt *inter se*. Actutum, *quo minus decertavit* χ. *cominus decertant* C T. Deinde, *armisque deponant* Taurin.—7 *Neque me ille odisse unquam* Taurin. Erf. Pith. Orell. *Atque me i. o. nunquam* Regg. ap. Lall. C H S T.

NOTÆ

mius et Domitius volebant abolere omnia Cæsaris acta in consulatu.

[u] *Si anteposuit suam salutem meæ*] Maluit Cæsar, ut abiret in exilium Cicero, quam acta sua rescinderentur.

[x] *Auctori salutis meæ*] Lentulus consul retulit ad senatum de Cicerone revocando.

[y] *Sententiam præstaret*] Id est, cum esset paratus ad sententiam de me libere dicendam.

[z] *Sibi amicior, quam mihi*] Loquitur de Cæsare.

tum quidem, cum dissidebamus. Habet hoc virtus, quam tu ne de facie quidem nosti,[a] ut viros fortes species ejus et pulchritudo etiam in hoste posita[8] delectet. XXXIII. [p. 97.] Equidem dicam ex animo, patres conscripti, quod sentio, et quod vobis audientibus sæpe jam dixi. Si mihi nunquam amicus C. Cæsar fuisset, sed semper[1] iratus; si aspernaretur amicitiam meam, seseque mihi implacabilem inexpiabilemque[b] præberet; tamen ei, cum tantas res gessisset, gereretque quotidie, non amicus esse[2] non possem: cujus ego imperio non Alpium vallum[a] contra ascensum transgressionemque Gallorum, non Rheni fossam,[b] gurgitibus illis redundantem, Germanorum immanissimis gentibus objicio et oppono. 82. Perfecit[3] ille, ut, si montes resedissent,[c] amnes exaruissent, non naturæ præsidio, sed victoria sua, rebusque gestis, Italiam munitam haberemus. Sed, cum me expetat,[4] diligat, omni laude dignum putet; tu me a tuis inimicitiis ad simultatem revocabis? sic tuis sceleribus reipublicæ præterita fata refricabis?[d] quod quidem tu,[5] qui bene nosses conjunctionem meam et Cæsaris, eludebas, cum a me, trementibus

[a] *Cujus ne nosti quidem faciem externam.* [b] *Inexorabilem.*
[c] *Plani essent.* [d] *Renovabis.*

ne tu quidem C.—8 Voc. *posita* deest in χ.

Cap. XXXIII. 1 Taurin. Schutz. Orell. *si semper.* Mox, *si semper aspernaretur a. m. seque mihi* Taurin. Verba, *seseque mihi i. i. p. t. ei c. t. res gessisset* desunt in T. Pro *inexpiabilemque* ed. 1584. et Grut. habent *inexplicabilemque;* C S *inexpiabilem.* Hæc vox deest in χ. *præberet tantum ei* C S χ.—2 Verbum *esse* deest in C. *imperium* Taurin. et H. *vallium* χ. unde Lamb. conj. *cujus ego imperium non A. v. ascensui transgressionique.*—3 *Profecit* χ. *ut si mentes* C T *residissent* Erf. Erl. Schutz. Orell. Vid. Goërenz. Fin. III. 3. *amnes exhaurissent* C T χ.—4 C T χ *expectat.* Mox, *tu me tuis inim.* conj. Garat. *ad simultatem C. Cæsaris* suspic. Lamb. in ed. 1566. *tu tuis sceleribus, &c.* Schutz. *sic tuis sc. præsentibus præterita facta* Lamb. in ed. 1566. *facta* etiam C T.—5 C H S χ *cum tu;* T *cum,* omisso pronomine *tu.* Paulo post, *non requirebas* Junt. *Quam quidem tu, qui bene nosses, conjunctionem meam et*

NOTÆ

[a] *Alpium vallum*] Italia Alpibus tanquam vallo munitur; quod ei a natura concessum est.

[b] *Rheni fossam*] Galli a Germanis per Rhenum fluvium separantur.

omnino labris, sed tamen, cur tibi nomen non deferrem,[e] requirebas.[c] Quanquam, quod ad me attinet,

'Nunquam istam imminuam curam inficiando tibi;'[f] [d]

tamen est mihi considerandum, quantum illi,[6] tantis reipublicæ negotiis tantoque bello[e] impedito, ego, homo amicissimus, solicitudinis atque oneris imponam: nec despero tamen, quanquam languet juventus,[f] nec perinde,[7] atque debebat, in laudis et gloriæ cupiditate versatur, futuros aliquos, qui abjectum hoc cadaver consularibus spoliis nudare[g] non nolint,[8] præsertim tam afflicto, tam infirmo, tam enervato reo; qui te ita gesseris, ut timeres, ne indignus beneficio[h] videreris, nisi ejus,[i] a quo missus eras, simillimus extitisses.

XXXIV. 83. An vero tu parum[k] putas investigatas[l] [1]

[e] *Non facerem te reum.* [f] *Nunquam liberabo te ab hac cura.*

Cæsaris elud. &c. conj. Schutz.—6 Cod. χ *ille.*—7 Lamb. *proinde.* Pro *debebat,* quod servant Erf. Pith. C H S T, Græv. Schutz. Orell. ceteri et codd. et edd. habent *debeat.* Tum *versetur* plerique codd. et edd. ante Manut. præter Venet. 1480. et Junt.—8 C H χ *non nolit;* S *omnino nolit.* Statim, *tam afflicto, tam opimo, tam infimo* Erf. Pith. C H T. *tam a. tam oppimo, tam infimo* S. *tam a. tam opimo quam infimo* χ. Idem cod. paulo post, *extitisset.*

Cap. xxxiv. 1 C a m. sec. *investigatum;* χ *investigasse.* Pro *esse,* quod deest in S, *causæ* exhibent H χ. Paulo infra, *odorantes gressus tuos* C H S χ.

NOTÆ

[c] *Requirebas*] Credebat Piso, Ciceronem, metu generi sui Cæsaris, deterritum fuisse a suo nomine deferendo.

[d] *Inficiando tibi*] Versus est Accii poëtæ in Atreo.

[e] *Tantoque bello*] Bellum tunc in Gallia contra Britannos et Germanos gerebat Cæsar.

[f] *Languet juventus*] Accusabant potissimum juvenes, in quibus hæc laus jam frigere videbatur.

[g] *Consularibus spoliis nudare*] Minatur judicium repetundarum pecuniarum quas Piso proconsul ex Macedonia abstulit.

[h] *Indignus beneficio*] Macedonia provincia Pisoni decreta fuit a Clodio, quasi beneficium et merces, pro Ciceronis exilio.

[i] *Nisi ejus*] Non decrevisset Pisoni Clodius Macedoniam, nisi ei suis sceleribus simillimus fuisset.

[k] *An vero tu parum*] Ostendit jam Cicero, non deesse crimina propter quæ possit in judicium appellari.

[l] *Investigatas*] Innuit satis esse cognita Pisonis scelera, ob quæ comparari contra eum possit accusatio.

esse a nobis labes imperii tui, stragesque provinciæ? quas quidem nos, non vestigiis odorantes [m] ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis et cubilibus [n] persecuti sumus. Notata [2] a nobis sunt, et prima illa scelera in adventu, cum, accepta pecunia a Dyrrachinis [o] ob necem hospitis tui Platoris,[p] ejus ipsius domum evertisti, cujus sanguinem addixeras,[a] eumque, servis symphoniacis [q] et aliis muneribus acceptis, timentem, multumque dubitantem confirmasti, et Thessalonicam [r] fide tua venire jussisti; quem ne majorum quidem more supplicio affecisti, cum miser ille securibus hospitis [s] sui cervices subjicere gestiret; sed ei medico,[t] quem tecum eduxeras, [3] imperasti, ut venas hominis incideret; 84. cum quidem tibi etiam accessio fuit ad necem Platoris, Pleuratus, ejus comes; [b] quem necasti verberibus, summa senectute confectum. Idemque tu Rabocentum,[4] Bessicæ gentis principem, cum te trecentis

[a] *Cujus vendideras vitam.*
[b] *Adjunxisti ad mortem Platoris mortem Pleurati.*

—2 *Notanda* C H S T χ. *tum accepta* C H. Mox, *domum everristi* Manut. probante Schutz. Pro *addixeras* χ habet *adduxeras*. Deinde, *accepisti trementem* Erf. Pith. Verba, *timentem m. dubitantem* desunt in χ. *timentem et multum dub.* C H S, et edd. ante Faërn. Denique *jussistique ne, &c.* C.—3 C H S T, Rom. Venett. 1480. 1483. Junt. *quem tecum tu eduxeras;* χ *tecum tu eduxeras,* omisso *quem*. Statim, *tu v. hominum ocininis cideret* T. *tum quidem* C H S T χ, Ald. Faërn. seqq. *cum equidem* Pall. Grut. Græv. *cum quidem* servant Venet. 1480. Junt. Lamb.—4 *Rabacentum* T. *Bissicæ* C. *cum tu* nonnulli codd. et ed. 1584. Mox, Garat. scribendum censet *Coto,* vel *Cotyi;* C H S

NOTÆ

[m] *Vestigiis odorantes*] Metaphora a belluis, quæ ex vestigiis et volutationibus suis deprehenduntur.

[n] *Cubilibus*] Cubilia dicuntur illa loca ubi delitescunt belluæ, et quasi stabulantur.

[o] *Dyrrachinis*] Dyrrachium urbs in Macedonia ad mare Adriaticum, unde solvitur in Italiam: olim Epidamnus vocabatur, nunc *Durazzo.* Hic Cicero tempore sui exilii commoratus est, donec senatusconsulto revocaretur.

[p] *Platoris*] De hoc dictum est in Orat. de Harusp. Responsis.

[q] *Servis symphoniacis*] Servos illos acceperat a Platore.

[r] *Thessalonicam*] Thessalonica urbs Macedoniæ, olim sedes proconsulis.

[s] *Securibus hospitis*] Supplicia hæc consueta apud Romanos fuere, crux, securis, et dejectio de rupe.

[t] *Ei medico*] Medicum pro chirurgo dicit.

talentis regi Cotto[u] vendidisses, securi percussisti; cum ille ad te legatus in castra venisset, et tibi magna præsidia et auxilia a Bessis peditum equitumque polliceretur:[5] neque eum solum, sed etiam ceteros legatos, qui simul venerant; quorum omnium capita regi Cotto vendidisti. Denseletis[x] (quæ natio, semper obediens huic imperio, etiam in illa omnium barbarorum[y] defectione[6] Macedonica, C. Sentium prætorem tutata est) nefarium bellum et crudele intulisti; eisque cum fidelissimis sociis uti posses, hostibus uti acerrimis maluisti: ita perpetuos defensores Macedoniæ, vexatores ac perditores[7] effecisti. Vectigalia nostra perturbarunt, urbes ceperunt, vastarunt agros, socios nostros in servitutem abduxerunt, familias abripuerunt, pecus abegerunt; Thessalonicenses, cum oppido desperassent, munire arcem coëgerunt. XXXV. 85. [*p.* 98.] A te Jovis Urii[1][z] fanum antiquissimum barbarorum sanctissimumque direptum est. Tua scelera Dii immortales in nostros milites expiaverunt; qui cum uno genere morbi affligerentur, neque se recreare quisquam posset, qui semel incidisset; dubitabat nemo, quin violati hospites,[a] legati necati,

Coddo.—5 C *polliceret.* Mox, *Coddo* T. *Coccho* C H S.—6 Cod. χ *defensione.* Actutum, *Macedoniam, C. Sentio prætore* Orell. de Garatoni sententia. *Macedoniam* est de conj. sed *C. Sentio prætore* firmant codd. multi, et Venet. 1480. *C. Sextio prætore* C χ. *C. Sextio practore* H S T.—7 Erf. *prædatores.* Mox, *nostra* deest in χ. *nostra perturbasti* C. Tum, *in servit. adduxerunt* C H T χ. *fam. arripuerunt* C H S T χ. Denique, *arcem munire coëgerunt* Lamb.

CAP. XXXV. 1. Ita de Turnebi conjectura Grut. et seqq. *Jovis Velsuri* edd. vett. etiam Faërn. et Lamb. *Jovis vel Suri* C H S T χ, Erf. Pith. Pal. 2. *Jovis Surii* multi codd. ap. Græv. Paulo post, *Hæc tua scelera, Dii immortales! in nostros milites expetiverunt* de Ernesti conjectura Schutz. Re-

NOTÆ

[u] *Regi Cotto*] Cottus, aut Cotys, nomen fuit regum Thraciæ, ut Arsaces Persarum, teste Livio.

[x] *Denseletis*] Denseleti, cum initio pacem ingenti pecunia emissent a Romanis, bello lacessiti, acerrime sese ulti sunt.

[y] *Barbarorum*] Cum Thraces in Macedoniam incurrissent, atque eam essent populati, Sentium, ut Sigonius ait, Denseleti tutati sunt, a quibus illi barbari superati sunt.

[z] *Jovis Urii*] Jupiter Urius a secundo vento dictus est, cui, in faucibus ponti Euxini templum positum fuisse scribit Turnebus Advers. XXI. 15.

[a] *Violati hospites*] Plator, ut supe-

pacati atque socii nefario bello lacessiti,[2] fana vexata, hanc tantam efficerent vastitatem. Cognoscis ex particula parva[3] scelerum et crudelitatis tuæ genus universum.

86. Quid avaritiæ, quæ criminibus[4] infinitis implicata est, summam nunc explicem? Generatim ea, quæ maxime nota sunt, dicam. Nonne sestertium centies et octogies,[5] [b] quod, quasi vasarii nomine,[c] in venditione mei capitis[d] ascripseras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu[c] reliquisti? Nonne, cum cc talenta[6] [e] tibi Apolloniatæ[f] Romæ dedissent, ne pecunias creditas solverent, ultro Fufidium, equitem Romanum, hominem ornatissimum, creditorem, debitoribus suis addixisti?[g] Nonne, hyberna cum legato præfectoque[7] tradidisses, evertisti miseras funditus civitates; quæ non solum bonis sunt exhaustæ, sed etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesque subierunt? Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? qui honorarii?[h] si

[c] *Fœnore.*

futarat jam Ernesti. Pro *affligerentur* χ habet *afficerentur.*—2 Cod. χ *legati negati . . . lacessit.*—3 Ven. 1480. Lamb. 1566. Orell. *particula perparva.* C H S *et crud. suæ.*—4 T *qua ex criminibus.*—5 Idem cod. *sestertium octogesies.*—6 Tres codd. ap. Græv. *C talenta.* C H S χ *tibi Apollinatæ;* T *tibi Apollinates.* Mox *dedidissent ne . . . Fusidium* χ.—7 H *præfecto;* Erf. Pith. Græv.

NOTÆ

rius dictum est, ab eo interfectus est, in eoque jus hospitii a Pisone violatum est. Hospites autem violare, summum apud veteres scelus fuit.

[b] *Sestertium centies et octogies*] Quadringenta quinquaginta millia aureorum, quorum quilibet valet sexaginta duodenarios.

[c] *Vasarii nomine*] Ea omnia 'vasarii' nomine dicebantur, quæ magistratibus in provinciam ituris, ad eorum usus domesticos ex ærario concedebantur.

[d] *In venditione mei capitis*] Pactionem fecerat cum Pisone Clodius, ut si perderet Ciceronem, pecunia illi ex ærario in sumtum exercitus attribueretur.

[e] *CC talenta*] Gallicorum nummorum millia centum viginti efficiunt.

[f] *Apolloniatæ*] Apollonia urbs est Illyrici.

[g] *Addixisti*] Addici proprie bona dicuntur, cum prætor aut secundo decreto bonorum possessionem largitur, hoc est, possidere jubet; aut cum ejus bona, qui judicatum facere non potest, petitori attribuit. At Piso non creditoribus bona debitorum, sed creditorum bona debitoribus addixit, quia milites ad domum Fufidii, ad hyberna missi sunt.

[h] *Honorarii*] Honorarium frumentum intelligit, quod gratis et honoris causa prætoribus provinciarum dabatur.

quidem potest vi et metu extortum,[8] honorarium nominari; quod cum peræque omnes, tum acerbissime Bœotii,[i] et Byzantii,[k] Cherronenses,[l] Thessalonica sensit: unus tu dominus, unus æstimator, unus venditor, tota in provincia, per triennium, frumenti omnis fuisti. XXXVI. 87. Quid ego[1] rerum capitalium quæstiones,[d] reorum pactiones,[m] redemtiones, acerbissimas damnationes, libidinosissimas liberationes proferam? tantum locum aliquem cum mihi notum[2] senseris, tecum ipse, licebit, quot in eo genere, et quanta sint crimina, recordere. Quid? illam armorum[3] officinam ecquid recordaris, cum omni totius provinciæ pecore compulso,[e] pellium nomine,[n] omnem quæstum illum domesticum paternumque renovasti?[o] Videras enim grandis jam puer, bello Italico,[p] repleri quæstu vestram domum, cum pater armis faciendis tuus præfuisset. Quid? vectigalem provinciam,[q] singulis rebus, quæcumque veni-

[d] *Judicia capitalia.* [e] *Coacto.*

Schutz. Orell. *præfectoque tuo.* Statim, *emersisti miseras* χ.—8 Voc. *extortum* deest in H. Paulo post, *Cherronesenses* solus Lamb. Deinde, *per triennium* [lacuna] *omnis* C. *triennium omnis* χ nullo spatio relicto.

Cap. XXXVI. 1 *Quid ergo* χ. Mox, *pactiones, rerum demtiones* Erf.—2 Codd. Faërni, Erf. Ven. 1480. Junt. Faërn. Lamb. *notum esse;* C H S T χ *notum est.* Statim, *recordari* H. *recordare* Erf. C S T χ.—3 Pith. *mar-*

NOTÆ

[i] *Bœotii*] Bœotii populi olim stupiditate sua male audierunt; a Bœotia regione in finibus Græciæ dicti, et hæc a bove, cujus ductu huc Cadmus pervenit.

[k] *Byzantii*] Byzantii a Byzantio Thraciæ civitate sic dicti; quæ Constantinopolis a Constantino postea nuncupata est.

[l] *Cherronenses*] Cherronesus hæc in Thracia fuit ad Pontum Euxinum.

[m] *Reorum pactiones*] Conveniebat cum reis de pecunia, qua se redimerent a judicio.

[n] *Pellium nomine*] Pellibus officinæ, in quibus arma fiebant, tegebantur, sicut etiam papiliones, loricæ, clypei.

[o] *Paternumque renovasti*] Initio hujus Orationis vocat eum furacissimi hominis filium.

[p] *Bello Italico*] Bellum illud Italicum Marsicum, seu Sociale, dictum est, quod a populis anno urbis 663. excitatum est, petentibus jus civitatis.

[q] *Vectigalem provinciam*] Macedonia provincia libera erat, et immunis, et eam reddidit vectigalem Piso.

rent, certo portorio [r] imposito, servis tuis publicanis [4] a te factam esse meministi? 88. quid? centuriatus [5] [s] palam venditos? quid? per tuum servulum [t] ordines assignatos? quid? stipendium militibus [u] per omnes annos a civitatibus, mensis palam propositis, [x] esse numeratum? quid illa in Pontum [6] profectio [y] et conatus tuus? quid debilitatio atque abjectio animi tui, Macedonia prætoria [z] nuntiata, cum tu non solum, quod tibi succederetur, sed quod Gabinio non succederetur, exsanguis et mortuus concidisti? quid quæstor ædilicius rejectus? [a] præpositus [7] legatorum tuorum optimus abs te quisque violatus? tribuni militum non recepti? M. Bæbius, vir

morum. C S *et quid rec.*—4 Hotom. conj. *publicis*, dubitanter tamen.—5 Abramius conj. *centurionatus.* Paulo post, *τὸ esse* suspectum est Ernestio et Garat.—6 *Ponto* χ. *Pontu* C. Mox, *objectio animi* C H S T. Verba, *sed quod G. non succederetur* desunt in χ.—7 Cod. χ *propositus.* 'Locus corruptus.' *Orell.* Idem Orell. conj. *Quid? quæstor rejectus? ædilicius præpositus?* Junt. exhibet *Quid? quæstor ædilicius rejectus? præpositus legatorum tuorum turpissimus, optimus quisque abs te, &c.* Naug. Steph. ed. 1584. sic, nisi quod *abs te quisque.* Lamb. 1566. *Quid? q. æ. rejectus: turpissimus homo præpositus? legat. &c.* margo ed. 1584. *præpositus homo turpissimus.* Ed. Ven. 1480. omittit *quæstor.* Deinde, *tribuni militares* Erf. Pith. Ven. 1480.

NOTÆ

[r] *Certo portorio*] Portorium vectigal dicitur, quod pro exportandis mercibus solvitur. Unde qui hoc vectigal publicani redemerunt, portitores dicebantur.

[s] *Centuriatus*] Arguit Pisonem, quod dignitates militares, quæ militum virtuti gratis dabantur, vendiderit. Centuriones vero sex in qualibet erant cohorte: cohortes vero decem in legione.

[t] *Per tuum servulum*] Piso dedit servo suo potestatem ordines assignandi, quæ tantum penes tribunos esse debuit.

[u] *Stipendium militibus*] Stipendium militum ex ærario accipiebatur, quod sibi retinuit Piso: et aliud militibus persolvi imperabat.

[x] *Mensis palam propositis*] Mensas argentariorum proponi in foris et locis publicis jussit, ut militibus stipendium numeraretur.

[y] *In Pontum profectio*] Irruptionem in Pontum, ad prædandam illam provinciam, fecit; unde turpiter cum multa suorum clade repulsus est.

[z] *Macedonia prætoria*] Ut ab hac provincia revocaretur Piso, facta est prætoria; ut statim in illam illius anni prætores proficiscerentur.

[a] *Quæstor ædilicius rejectus*] Piso rejecit quæstorem, qui ædilis fuerat, et ei prætulit unum ex legatis, qui omnium esset turpissimus, et quem sibi quæstorem esse, quam illum ædilicium maluit. Licet autem sorte quæstores obvenirent, si grati proconsulibus non essent, ab eis tamen rejici poterant.

fortis, interfectus jussu tuo? 89. Quid? quod tu toties, diffidens ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctuque jacuisti? quod populari illi sacerdoti [b] sexcentos ad bestias [c] amicos sociosque misisti? [8] quid? quod, cum sustentare vix posses mœrorem tuum, doloremque decessionis, Samothraciam [d] te primum, post inde Thasum [e] cum tuis teneris saltatoribus, et cum Autobulo, Athamante, et Timocle, formosis fratribus, contulisti? Quid? quod, cum inde [9] te recipiens, in villa Euchadiæ, quæ fuit uxor Exegisti, jacuisti mœrens aliquot dies; atque inde obsoletus [a] Thessalonicam, omnibus inscientibus, noctuque venisti? qui, cum concursum [10] plorantium, [f] ac tempestatem querelarum ferre non posses, in oppidum devium Berœam [g] profugisti: quo in oppido cum tibi spe

[a] *Sordidus.*

Junt. Orell. probante Garat.—8 '*Amicos socios, stipendiariosque misisti*] Post *amicos* vide ne exciderit *populi Romani.* *V. stipendiariosque* addidi ex Ascon. uti volebant Manut. et Garat. *sociosque misisti* codd. et edd. omnes. Ceterum mirum nisi totum hoc membrum loco suo motum fuerit, subjungendumque sit illis, *interfectus jussu suo? Quid? quod populari . . . misisti? Quid? quod tu toties,' &c.* Orell. Actutum, *quid?* uncis inclusit Orell. Pro *quod* T habet *tum.* Pro *decessionis* C H S *decensionis;* χ *dissentionis.* Tum *post* deest in C H S χ, edd. vett. Faërn. Lamb. receptum erat e codd. et Ven. 1480. a Garat. et seqq. *Tharsum* C H S, edd. vett. *Tarsum* T χ, et al. vett. *Antobulo* C H S χ, Faërn. *Antobole* T. *Thymocle* C S. *Clymode* χ.—9 *Quid? cum inde* C H S T χ. *Quod inde* Garat. et Orell. Pro *Exegisti*, quod habent C H S T, alii codd. et edd. fere omnes ante Schutz. qui *Exœcisti* edidit, *Execisti* Garat. et Orell. *in villa Leucadia, quæ fuit uxoris Ægisthi* de Turnebi sententia Lall. Statim, *atque* omittunt Ven. 1480. Junt.—10 T *quid cum concursum;* Lamb. *quod, cum concursum.* Pro *profugisti*, quod servant C χ, Erf. Pal. 2. *perfugisti* exhibent H S T, Lamb. et al. ante Grut. Paulo post, *sæpe falsa* χ.

NOTÆ

[b] *Populari illi sacerdoti*] Sacerdotem Clodium vocat, quia in operta Bonæ Deæ irrepserat vestitu muliebri, ubi matronæ pro pop. Rom. facere sacra consueverant.

[c] *Ad bestias*] Piso e sua provincia multos misit, qui cum bestiis pugnarent in iis ludis, quos Publii Clodii amici populo præbebant. Arguit autem Pisonem crudelitatis et perfidiæ, quod ad id et socios et amicos populi Romani miserit.

[d] *Samothraciam*] Samothracia insula est in mari Ægæo, juxta Lemnon.

[e] *Thasum*] In eodem mari Ægæo insula.

[f] *Concursum plorantium*] Eos designat qui vexati fuerant a Pisone.

[g] *Berœam*] Berœa Macedoniæ urbs, Thessalonicæ proxima.

falsa, [*p.* 99.] quod Q. Ancharium[h] non esse successurum putares, animos rumor inflasset; quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innovasti? XXXVII. 90. Mitto aurum coronarium,[1] [i] quod te diutissime torsit, cum modo velles, modo nolles: lex enim generi tui[k] et decerni et accipere[2] vetabat, nisi decreto triumpho. In quo tu, accepta tamen et devorata pecunia,[3] ut in Achæorum[l] centum talentis, evomere non poteras:[m] vocabula tantum[n] pecuniarum, et genera mutabas. Mitto diplomata[o] tota in provincia passim data: mitto numerum navium, summamque prædæ:[b] mitto rationem exacti imperatique frumenti:[p] mitto[4] ereptam libertatem populis, ac singulis, qui erant affecti præmiis nominatim, quorum nihil est,

[b] *Magnamque prædam.*

CAP. XXXVII. 1 C H S χ *coronarum.*—2 Ita C H S T, codd. Faërni, Faërn. Lamb. Græv. Schutz. Orell. *et te accipere* Grut. et al. ante Faërn.—3 Schutz. de Abramii conj. *acceptam t. et devoratam pecuniam.* Actutum, *ut in Achorum* C H. *Utinachorum* S χ, edd. pleræque, etiam Junt. *Utinavorum* T. Hinc Ald. Faërn. Lamb. 1566. *pecunia Utinachorum, centum talenta evomere.* S habet *talenta.* Mox, *tantum et pecun.* χ.—4 Verbum *mitto* h. l. deest in C H S χ. Paulo post, *ne fieri possit, sanc. &c.* C H S χ, alii codd. Rom. Ven.

NOTÆ

[h] *Ancharium*] Ancharius successor Pisonis in provincia Macedonia.

[i] *Aurum coronarium*] Aurum coronarium dicitur, quod a victis gentibus datur. Imponebant autem illud imperatores propter concessam vitam; vel ut ait Gellius, v. 6. 'Triumphales coronæ sunt aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Hæ antiquitus e lauro erant, postea fieri ex auro cœptæ.'

[k] *Lex enim generi tui*] Lex Julia, lata a Julio Cæsare, vetabat, ne cui, qui in provincia cum potestate imperiove esset, pecuniam capere, conciliare liceret; extra quam si ad monumentum, templumve capiat.

[l] *Ut in Achæorum* [*Utinachorum*] Non reperio geographum aliquem aut historicum qui de illis populis mentionem faciat. Putat Turnebus *Achæorum* legendum esse. Certe in Oratione de Provinciis Consul. § 5. ait 'Achæos ingentem pecuniam Pisoni pendere quotannis.'

[m] *Evomere non poteras*] Metaphora, id est, rependere illam pecuniam quam a provincia abstulerat.

[n] *Vocabula tantum*] Pecuniam acceptam non coronarium aurum, sed alio nomine appellabat.

[o] *Mitto diplomata*] Diplomata edicta sunt et mandata principum regio signo sancta. Nos vulgo dicimus patentes literas.

[p] *Imperatique frumenti*] Frumentum imperabantur dare provinciales ad alendum exercitum proconsulis.

quod non sit lege Julia, ne fieri liceat, sancitum diligenter. 91. Ætoliam,[q] quæ procul a barbaris disjuncta[5] gentibus, in sinu pacis posita, medio fere Græciæ gremio continetur, (o Pœna, o Furia sociorum!) decedens, miseram perdidisti. Arsinoën,[r] Stratum,[s] Naupactum,[6] [t] ut modo tute indicasti, nobiles urbes atque plenas, fateris ab hostibus esse captas: quibus autem hostibus? nempe iis, quos tu, Ambraciæ[7] [u] sedens, primo tuo adventu ex oppidis Agrinarum[x] atque Dolopum[y] demigrare, et aras et focos relinquere coëgisti. Hoc tu in exitu, præclare imperator, cum tibi ad pristinas clades accessio fuisset Ætoliæ repentinus interitus, exercitum dimisisti; neque ullam pœnam, quæ tanto facinori deberetur, non maluisti subire, quam numerum tuorum militum reliquiasque cognoscere.[8] XXXVIII. 92. Atque, ut duorum Epicureorum[z] similitudinem in re militari imperioque videatis; Albucius, cum in Sardinia triumphasset, Romæ damnatus est; hic cum similem exitum spectaret,[1]

1483. *sanctum* codd. aliquot Faërni, probante Lamb.—5 C H S T χ *disjuncta est.*—6 Ita e uno cod. et Turnebi conj. Grut. seqq. *Arsinoam Thracum, Neopactum* C H S, edd. vett. etiam Faërn. et Lamb.—7 *Ambrachiæ* C H S χ. *sedens præmio tuo* C. *Aggrinarum* C H S T, Faërn. et Lamb. 1566. *Agrianum* Turneb. *Agræorum* margo ed. 1584. Statim, *focos derelinquere* χ.—8 Lall. conj. *cognosci.*

CAP. XXXVIII. 1 Codd. Faërni, edd. Faërn. Lamb. Orell. *exitum expectaret;* C H χ *exitium expectaret;* Faërni cod. unus *expectaret exitum.* Pro *eaque* C H S T χ habent *ea.* Paulo post, *præposteris imperator a. o. cæsaris* χ.

NOTÆ

[q] *Ætoliam*] Ætolia Achaiæ regiuncula est, Epiro, Acarnaniæ, et Locris finitima.

[r] *Arsinoën*] Ætoliæ oppidum est Arsinoë.

[s] *Stratum*] Urbs Acarnaniæ, quam et Stratopolim Diodorus nominat.

[t] *Naupactum*] Naupactum, seu Naupactus, urbs Ætoliæ, et regionis caput in ora sinus Corinthiaci.

[u] *Ambraciæ*] Ambracia civitas Thesprotiæ, quam Augustus Nicopolim a victoria nominavit, quando vicit Antonium.

[x] *Agrinarum*] Turnebus *Agrianum* legit; populi, qui et Agræi dicuntur in Pæonia.

[y] *Dolopum*] Dolopes Thessaliæ populi, ut vult Stephanus: Plinius eos Ætoliæ annumerat, et Epiro Ptolemæus.

[z] *Duorum Epicureorum*] Intelligit Albucium et Pisonem. De Albucio vide Orat. de Provinciis Consul. § 15.

in Macedonia tropæa posuit:[a] eaque, quæ bellicæ laudis victoriæque omnes gentes insignia et monumenta esse voluerunt, noster hic præposterus imperator, amissorum oppidorum, cæsarum legionum, provinciæ præsidio et reliquis militibus orbatæ, ad sempiternum dedecus sui generis et nominis, funesta[2] indicia constituit; idemque, ut esset, quod in basi tropæorum inscribi incidique posset, Dyrrachium ut venit, decedens, obsessus est ab iis ipsis militibus, quos paulo ante Torquato respondit, beneficii causa ab se esse dimissos:[b] quibus cum juratus[3] affirmasset, se, quæ deberentur, postero die persoluturum, domum se abdidit: inde nocte intempesta, crepidatus,[c] veste servili, navem conscendit, Brundisiumque vitavit, et ultimas Hadriani[4] maris[d] oras petivit: 93. cum interim Dyrrachii milites domum, in qua istum esse arbitrabantur,[5] obsidere cœperunt, et, cum latere hominem putarent, ignes circumdederunt. Quo metu[6] commoti Dyrrachini, profugisse noctu crepidatum imperatorem indicaverunt. Illi autem statuam, istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suavissimi hominis memoria moreretur, de-

—2 Ita Erf. Pal. 2. T, Grut. seqq. *funesta* omittunt C H S χ, Faërn. Lamb. et al. ante Grut. *indicia funesta* habet Junt. *judicia* C H T χ. *e judicia* S. Mox, pro *inscribi incidique*, quod exhibent C H S T χ, alii codd. cum edd. Ven. 1480. Junt. Faërn. Schutz. Orell. *incidi inscribique* Lamb. Græv. ceteri. —3 Cod. χ *iratus*.—4 *Adriatici* Lall.—5 C H S T χ *arbitrantur*.—6 *Quo motu*

NOTÆ

[a] *Tropæa posuit*] Tropæa quædam erant virtutis bellicæ monumenta, quæ, vel fusis, vel fugatis hostibus, ad gloriam victorum erigebantur. Primis temporibus fuerunt arborum trunci hostilibus armis vestiti, deinde e lapidibus excitata sunt. Ultimis vero Romanorum temporibus, quibus floruit imperatorum nomen et gloria, pro tropæis arcus magnifici, insculptis undequaque eorum victoriis, erecti sunt.

[b] *Beneficii causa abs se esse dimissos*] Quadruplex fuit missio, honesta, ignominiosa, gratiosa, causaria. Honesta, quæ emeritis stipendiis datur; ignominiosa, quæ datur in pœnam; gratiosa, quæ beneficii loco; causaria, quæ ob morbum.

[c] *Crepidatus*] Græci crepidis utebantur.

[d] *Hadriani maris*] Hadrianum, sive Adriaticum mare, ad Septemtrionem Italiam alluit, Inferum, sive Tyrrhenum, ad Meridiem.

turbant, affligunt, comminuunt, dissipant: sic odium, quod[7] in ipsum attulerant, id in ejus imaginem ac simulacrum profuderunt. 94. Quæ cum ita sint, non dubito,[8] quin, cum hæc, quæ excellunt, me nosse videas; non existimes, mediam illam partem, et turbam flagitiorum tuorum mihi esse inauditam. Nihil est, quod me hortere;[e] nihil est, quod invites;[9] admoneri me satis est: admonebit autem nemo alius, nisi reipublicæ tempus; quod mihi quidem magis videtur, quam tu unquam arbitratus es, appropinquare. XXXIX. Ecquid vides, ecquid sentis,[1] lege judiciaria[f] lata, quos posthac judices simus habituri? non æque legetur,[g] quisquis voluerit; nec, quisquis noluerit, non legetur: [*p.* 100.] nulli conjicientur in illum ordinem, nulli eximentur: non ambitio ad gratiam, non iniquitas ad simulationem[2] conjicietur.[h] Judices judicabunt[3] ii, quos

C χ.—7 Ernesti conj. *sic quod odium.* Præpositio *in* ante *ipsum* deest in C H S χ.—8 C H S T χ, et Orell. *non enim dubito.* Mox *excellent* iidem codd. et edd. ante Ald. etiam Junt. Tum, *e turba* C H S, Rom. Ven. 1483.—9 '*Quæ cum ita sint: (non enim dubito . . . esse inauditam:) nihil est, q. m. hortere, nihil, quod invites*] Totum hunc locum, ut volebat Garat. constitui ex auctoritate codd. Oxon. omnium, et edd. ante Manut.' *Orell.* Statim, *satius est* Ernesti errore typogr. *admonebat* H. *videtur* deest in χ.

Cap. XXXIX. 1 *Et quid vides et quid sentis* C S T. Pro *simus* C S χ *simul;* T, Ven. 1480. Junt. *sumus.* Statim, *non enim legitur* de Turnebi conj. Lamb. in marg. ed. 1566. *non neque legitur* suspic. Ernesti. Verba *vóluerit, nec quisquis* desunt in χ.—2 Schutz. *simultatem,* contra codd. et edd. omnes. *conjicientur* C S T χ. *connitientur,* vel *conitietur,* alii codd. unde Faërn. conj. *connitetur,* probante Garat. et Lamb. Hic suspic. *conferetur.*—3 Cod. χ *ju-*

NOTÆ

[e] *Nihil est, quod me hortere*] Ostendit Cicero nihil esse, quod Piso eum hortetur, ut ipsi litem intendat. Nondum tempus esse, quia fortasse Cæsar offensus esset, qui tunc gravissimis bellis in Gallia detinebatur.

[f] *Lege judiciaria*] Legem judiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus accusatus est Verres a Cicerone, tulit Aurelius Cotta prætor, qua communicata sunt judicia senatui, et equitibus Rom. et tribunis ærariis; rursus deinde Pompeius in consulatu secundo, quo hæc oratio dicta est, promulgavit, ut amplissimo ex censu ex centuriis aliter, quam antea lecti judices, æque tamen ex illis tribus ordinibus, res judicarent.

[g] *Non æque legetur*] Pompeius legi huic superiori addidit, ut quinque et septuaginta judicarent, et ex censu legerentur; adeo ut nemo posset se eximere a judicio, nec per gratiam aut fraudem se immittere.

[h] *Ad simulationem conjicietur* [*connitetur*] Translatum ab eo more, quo

lex ipsa, non quos hominum libido delegerit. Quod cum ita sit, mihi crede, neminem invitum invitabis;[4] [i] res ipsa, et reipublicæ tempus aut me ipsum, quod nolim,[k] aut alium quempiam, aut invitabit, aut dehortabitur.

95. Equidem, ut paulo ante dixi, non eadem supplicia esse in hominibus existimo, quæ fortasse plerique,[l] damnationes, expulsiones, neces: denique nullam mihi pœnam videtur[5] habere id, quod accidere innocenti, quod forti, quod sapienti, quod bono viro et civi potest. Damnatio ista, quæ in te flagitatur,[a] obtigit P. Rutilio,[m] quod specimen habuit hæc civitas[6] innocentiæ: major mihi judicum et reipublicæ pœna illa visa est, quam Rutilii. L. Opimius[n] ejectus est e patria,[7] is, qui prætor et consul maximis

[a] *Quæ exigitur in te.*

dicabantur.—4 Codd. et edd. ante Gryph. item Steph. Grut. Græv. Schutz. Orell. *neminem invitus invitabis;* Faërn. et Lamb. 1566. *neminem invitabis invitus;* Lamb. in marg. ed. 1584. *neminem invitabis invitum.* Lectio nostra est conjectura Hotomanni in ed. Gryph. 1550. recepta, probante Garat. unde sumsit Ernesti. Pro *nolim* C H S χ, Rom. Ven. 1483. habent *velim.* Deinde *aut* ante *invitabit* suspectum est Garatono.—5 Cod. χ *videbitur.* Idem mox omittit *quod forti.* Tum, pro *civi* C χ habent *cui;* T *civibus.*—6 Cod. χ *habuit hic hujus.* Statim, *major mihi indicium* C H S χ.—7 Ita codd. Faërni, Lamb. seqq. *a patria* C H S T χ, edd. vett. Præpositionem omisit Ascon. probante Garat. *consul maximus* χ. Tum, *periculis liberavit* C S. *sed iis* in iisdem codd. *sed his* H. *sceleris et consc.* Ascon. Erf. Pal. 2. Ven. 1480. Junt. *pœna remansit* C H S χ, Ascon. Rom. Ven. 1483. Faërn. Lamb. *pœna*

NOTÆ

lecti per gratiam, aut probitatis simulationem, judices conjiciebantur in numerum, id est, decuriabantur: quare aberit a judiciis omnis fraus, quæ specie probitatis et justitiæ committebatur.

[i] *Invitum invitabis*] Id dicit, quia Piso, quanquam invitus, Ciceronem invitabat ut ei litem intenderet.

[k] *Quod nolim*] Cicero non vult intendere Pisoni litem, ne Cæsari displiceat, quia socer ejus erat Piso.

[l] *Quæ fortasse plerique*] Subanditur 'existimant.' Damnationes, expulsionesque revera non sunt supplicia, quia viris bonis possunt accidere.

[m] *P. Rutilio*] Rutilius ab equitibus de repetundis pecuniis damnatus est, qui gravissime in eum erant offensi, quod Q. Mucii quæstor in Asia, provinciam a publicanorum fraudibus vindicaverat. Cicero in Bruto.

[n] *L. Opimius*] L. Opimius prætor Fregellas cepit: quo facto ceteros nominis Latini socios male animatos repressit. Consul Fulvium Flaccum consularem et triumphalem, et C. Gracchum tribunum, optimatibus in-

rempublicam periculis liberarat: non in eo, cui facta est injuria, sed in iis, qui fecerunt, sceleris ac conscientiæ pœna permansit. At contra bis Catilina absolutus:[8] [o] emissus etiam [p] ille auctor tuus provinciæ, cum stuprum Bonæ Deæ pulvinaribus intulisset. Quis fuit in tanta civitate, qui illum incesto liberatum, non eos, qui ita judicarint,[9] pari scelere obstrictos arbitraretur? XL. 96. An ego expectem, dum de te quinque et septuaginta [q] tabellæ diribeantur;[1] [r] de quo jam pridem omnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum judicaverunt? Quis enim te aditu,[2] quis ullo honore, quis denique communi salutatione dignum putet? omnes memoriam consulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen a republica detestantur.[s] Legati, qui una fuere, alienati: tribuni militum[3] inimici: centuriones, et si qui ex tanto exercitu reliqui milites extant, non dimissi abs te, sed dissipati, te oderunt, tibi

permansit servant Erf. Pal. 2. T, Ven. 1480. Junt. Grut. seqq.—8 Lamb. in marg. ed. 1584. *est absolutus.* Mox, *provinciæ* omittunt C H S χ. *cum ad stuprum* iidem codd.—9 Ita C H S T χ, ed. Wald. Ven. 1480. Junt. Schutz. Orell. *judicarunt* ceteræ edd. etiam Faërn. et Lamb. Pro *obstrictos*, quod servant Erf. Pal. 2. Franc. Pith. C H S χ, Græv. Schutz. Orell. *astrictos* præbent edd. vett. Faërn. Lamb. Grut. *ascriptos* T.

CAP. XL. 1 Ita de Augustini conj. Faërn. Lamb. seqq. atque ita videtur habere cod. χ. *dirimantur* Orell. cum Sigonio de Indic. II. 22. *diripiantur* C H S T, et edd. ante Faërn.—2 C H S T χ *auditu.*—3 Orell. conj. *militares.*

NOTÆ

fensos, oppressit. Quod indigne ferentes equites, eum accusatum in exilium ejecerunt. Ita Asconius Pedian.

[o] *Bis Catilina absolutus*] Catilina repetundarum a Clodio adolescente accusatus est, cum rediit ex Africa; et incestus cum Fabia Vestali.

[p] *Emissus etiam*] Clodius evasit etiam judicium, a quo Piso Macedoniam obtinuit.

[q] *Quinque et septuaginta*] Lege Pompeia latum est, ut quinque et septuaginta judices causam cognoscerent, et sententiam ferrent tabula.

[r] *Diribeantur*] Id est, distribuantur, sive separentur; quod verbum non tantum in comitiis, sed etiam in judiciis usurpabatur. Diribebant vero in comitiis, quando suffragantes tabulas a refragantibus, et in judiciis, cum condemnantes ab absolventibus separabant.

[s] *Detestantur*] Omnes Pisonem, tanquam malum auspicium, detestabantur.

pestem[b] exoptant, te execrantur. Achaia[t] exhausta, Thessalia[u] vexata, laceratæ Athenæ,[x] Dyrrachium[y] et Apollonia[z] exinanita, Ambracia[4][a] direpta, Parthini[b] et Bullienses[c] illusi, Epirus[d] excisa, Locri,[e] Phocii,[f] Bœotii[g] exusti, Acarnania,[h] Amphilochia,[i] Perrhæbia,[k] Athamanumque gens[l] vendita, Macedonia condonata[c] barbaris, Ætolia amissa, Dolopes, finitimique montani,[m] oppidis atque agris exterminati, cives Romani, qui in iis[5]

[b] *Mortem.* [c] *Concessa.*

Pro *extant,* quod exhibent ed. Wald. Ven. 1480. Schutz. Orell. *existunt* legitur in Junt. et ceteris ante Lamb. in Faërn. Grut. Græv.—4 *Ambrachia* C H S T χ. *Parthenum* C H S χ. *Parthenii* T. *Balienses* in eodem cod. *Bullidenses* Ursin. Lall. Pro *excisa* Lamb. legit *exscissa.* Idem Lamb. *Phocei;*

NOTÆ

[t] *Achaia*] Achaia Græciæ regio est, quæ a Septemtrione Thessalia terminatur.

[u] *Thessalia*] Thessalia regio et pars Macedoniæ est, cum ejusdem nominis oppido.

[x] *Athenæ*] Athenæ, Græciæ civitas, inter Macedoniam et Achaiam, in ea littorali regione, quæ olim Acta, deinde Attica, dicta est.

[y] *Dyrrachium*] Dyrrachium urbs est Macedoniæ mari Adriatico incumbens.

[z] *Apollonia*] Apollonia, quæ Taulantinorum dicitur, in Macedonia oppidum est ad Ionicum mare. Ita Ptolemæus.

[a] *Ambracia*] De ea superius dictum.

[b] *Parthini*] Populi Macedoniæ. Plin. III. 23.

[c] *Bullienses*] Macedoniæ populi, non procul ab Apollonia, quorum urbs Bulis dicitur in ea parte qua mari Adriatico adjacet.

[d] *Epirus*] Epirus regio est Græciæ finitima, Acheloo fluvio ad Ortum terminata, ad Occasum Acrocerauniis montibus, ad Septemtrionem Macedonia, ad Meridiem Ionio mari.

[e] *Locri*] Locri isti Achaiæ populi sunt, qui a Pausania Ozolæ nominantur.

[f] *Phocii*] Achaiæ populi Bœotiam inter et Ætoliam.

[g] *Bœotii*] De his dictum est.

[h] *Acarnania*] Acarnania regiuncula et pars Epiri est, mersa medio sinu Ambracio. Vide Plin. II. 92.

[i] *Amphilochia*] Amphilochia urbs in Acarnania, vel in Ætolia, ut placet Straboni.

[k] *Perrhæbia*] Perrhæbe, vicus Thessaliæ, unde populi Perrhæbi, qui Lapitharum potentia fracti fugerunt in Ætoliæ montana Pindo monti proxima; quæ regio ab ipsis Perrhæbia dicta est. Ita Steph.

[l] *Athamanumque gens*] Athamanes ex Plin. IV. 2. Ætoliæ populi sunt.

[m] *Finitimique montani*] Mœsia montana a Septemtrione Macedonia terminatur.

locis negotiantur, te unum solum suum depeculatorem,[d] vexatorem, prædonem, hostem venisse senserunt. 97. Ad horum omnium judicia tot atque tanta domesticum judicium [n] accessit sententiæ [6] damnationis tuæ; occultus adventus, furtivum iter per Italiam, introitus in urbem desertus ab amicis, nullæ ad senatum e provincia literæ, nulla ex [7] trinis æstivis [o] gratulatio, nulla triumphi mentio: non modo quid gesseris, sed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes. Ex illo fonte et seminario triumphorum, cum arida folia laureæ [8] retulisses; cum ea abjecta ad portam reliquisti, tum tu ipse de te 'fecisse videri' [p] pronuntiavisti: qui si nihil gesseras dignum honore; ubi exercitus? ubi sumtus? ubi imperium? ubi illa uberrima supplicationibus triumphisque provincia? Sin autem aliquid sperare volueras, si [9] cogitaras id, quod imperatoris nomen, quod laureati fasces, quod illa tropæa, plena dedecoris [q] et risus, te commentatum esse [e] declarant; quis te miserior? quis te damnatior, qui neque scribere ad senatum, a te bene rem-

[d] *Latronem.* [e] *Cogitavisse.*

al. *Phocæi.*—5 Faërn. et Lamb. *qui in his.*—6 Voc. *sententiæ* de Ernesti conj. delevit Schutz. *accessit, et sententia* malit Orell.—7 Ita codd. aliquot, H S T, Ven. 1480. Junt. Faërn. Lamb. seqq. *ex* omittunt alii codd. edd. vett. Ald. Hervag. Verba, *nulla ex trinis æstivis,* desunt in C χ, spatio relicto.—8 Erf. et Pith. *laurea.* Mox, *videris pronuntiavisti* C H S χ, Venn. 1480. 1483. Junt. *videri pronuntiasti* Erf. Faërn. Lamb. Orell. *de te sententiam tulisse videris, tum indicium pronuntiavisti* Ald. et al. ante Lamb.—9 Pith. C H S T χ, et edd. ante Hervag. omittunt *si.* Verba, *quod imperatoris n. q. l. fasces,* desunt in Schutz. errore typogr. Statim, *te commendatum esse* T. Verba, *quis te damnatior,* desunt in C H S χ.

NOTÆ

[n] *Domesticum judicium*] Judicium intelligit, quo se Piso condemnavit, cum sine comitatu, &c. in urbem introivit.

[o] *Trinis æstivis*] Per has voces designat tres annos, quibus Piso Macedoniam administravit sine ulla laude victoriæ.

[p] *Fecisse videri*] Verba sunt judicum, qui condemnabant. Non enim, cum reus damnabatur ab eis, fecisse dicebant, sed fecisse videri. Cicer. ad Att. lib. IV.

[q] *Tropæa, plena dedecoris*] De tropæis superius dictum est, § 92. plena autem, quæ sibi Piso erexit, dedecoris dicit, quia non victoriarum, quas reportavit, sed perditarum urbium fuere monumenta.

publicam esse gestam,[r] neque præsens dicere[s] ausus es? XLI. 98. An tu mihi, cui semper ita persuasum fuerit, non eventis,[1] sed factis, cujusque fortunam ponderari, dicere audes, neque in tabellis paucorum judicum, sed in sententiis omnium civium, famam nostram fortunamque pendere? Te indemnatum videri putas, [*p.* 101.] quem socii,[t] quem fœderati,[u] quem liberi[x] populi, quem stipendiarii,[y] quem negotiatores, quem publicani, quem universa civitas, quem legati, quem tribuni militares, quem reliqui milites, qui ferrum, qui famem, qui morbum[2] effugerunt, omni cruciatu dignissimum putant? cui non apud senatum, non apud ullum ordinem, non apud equites Romanos, non in urbe, non in Italia, maximorum scelerum venia ulla ad ignoscendum dari possit? qui se ipse oderit, qui metuat omnes, qui suam causam nemini committere audeat, qui se ipse[3] condemnet? 99. Nunquam ego[4] sanguinem expetivi tuum; nunquam illud extremum, quod posset esse impro-

CAP. XLI. 1 Cod. χ *non eventibus.* Mox, *dicere audes* delerunt Faërn. Lamb. Schutz. Orell. quasi gloss. probante Garat. Tum, *e tabellis . . . e sententiis* Lamb.—2 Ita Erf. Pal. 2. C H S T χ, Grut. seqq. *mortem* edd. vett. Faërn. Lamb. Mox, pro *cui* χ habet *cujus.* Garat. suspic. *non apud eq. Ro. non apud ullum ord.*—3 *Qui se ipse . . . qui se ipse* est conjectura Ernesti: *qui se ipsum . . . qui se ipsum* edd. vett. *qui se ipsum . . . qui se ipse* Erf. Schutz. Orell. *qui te ipsum oderis . . . metuas . . . tuam . . . audeas . . . qui te ipsum condemnes* Lamb.—4 C H S χ omittunt *ego.* Mox, iidem codd. *ac judicium.*

NOTÆ

[r] *Bene rempub. esse gestam*] Formula fuit supplicationis aut decernendæ aut petendæ, vel etiam triumphi.

[s] *Præsens dicere*] Non solum imperatores absentes, missis ad senatum literis laureatis, verum etiam præsentes in senatu, extra pomœrium, antequam triumphantes urbem ingrederentur, triumphum aut supplicationes sibi decerni petebant. Vide Liv. lib. XLVIII.

[t] *Socii*] Socii illi populi dicebantur, quibuscum æquis conditionibus, et æquo jure, se Romani astringebant.

[u] *Fœderati*] Fœderati non distinguuntur a sociis, nisi quod aliquid ex fœdere populo Romano deberent. Verbi gratia mittebant auxilia, eaque sumtu proprio cum res exigebat.

[x] *Liberi*] Liberi populi erant, qui neque leges accipiebant a populo Romano, quibus neque populus Rom. jus dicebat.

[y] *Stipendiarii*] Stipendiarii populi dicti sunt, qui aliquid populo Romano pendebant.

bis et probis commune, supplicium legis ac judicii; sed abjectum, contemtum, despectum a ceteris, a te ipso desperatum et relictum, circumspectantem omnia, quicquid increpuisset, pertimescentem; diffidentem tuis rebus; sine voce, sine libertate, sine auctoritate, sine ulla specie consulari; horrentem, trementem, adulantem omnes,[5] videre te volui: vidi. Quare, si tibi evenerit, quod metuis, ne accidat, equidem non moleste feram: sin id tardius forte fiet, fruar tamen tua indignitate:[6] nec minus libenter metuentem videbo, ne reus fias, quam reum: nec minus lætabor, cum te semper sordidum,[z] quam si paulisper sordidatum[a] videbo.[7]

Pro *contemtum* χ habet *contentum.*—5 Ita Arusianus, C H S T χ, codd. Faërni, Rom. Ven. 1483. Naug. Faërn. Grut. seqq. *omnibus* Ven. 1480. Junt. Hervag. Steph. Lamb.—6 Cod. χ *dignitate.*—7 Hæc est e conj. Ernesti; recepit Schutz. *viderem* C H S, alii codd. et edd. ante Ernesti, item Schutz. et Orell. *viderim* conj. Gulielm.

NOTÆ

[z] *Semper sordidum*] Sordidum hic intelligit, qui in lamentis et luctu semper jacet.

[a] *Sordidatum*] Sordidatum vero intelligit, qui obsoletis vestibus reus amictus est ad misericordiam in se excitandam.

Date Due

16623

Cicero
Author
Orationes
Title
Vol. 3

Valpy Lon. 1830

DATE DUE	BORROWER'S NAME

DATE DUE	BORROWER'S NAME